INTRODUCTIO IN SACRAM DOCTRINAM. OPUS PERUTILE TUM AD...

Francesco Pavone

Digitized by Google

6
40 JA
46

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

35-D-9
B5
D
N

Coll: Rom: Catal: Inscr.

INTRODVCTIONIS IN SACRAM DOCTRINAM

PARS SECVNDA.

De Definitionibus Isagogicis.

Siue

De Naturali Theologia.

Quo in opere methodo facillima omnes humanæ disciplinæ habentur, quantum satis est & ad eruditionem, & ad intelligentiam Scripturarum sanctarum, & ad vberem, nobilioremque materiam concionum.

Cum Indice Rerum, et Paradigmatis, seu Exemplaribus, & ad introducendum in disciplinas, & ad interpretandum Scripturas sacras, et ad concionandum accommodatis; vt in Proœmijs indicatur.

Auctore
FRANCISCO PAVONIO CATACENSI
Theologo Societatis IESV.

BIBLIOTECA REALE
CARLO EMANUELE

NEAPOLI,
Ex Typographia Lazari Scorigij. 1625.

Coll: Rom: Catal: Inscr:

INTRODVCTIONIS IN SACRAM DOCTRINAM PARS SECVNDA.

De Definitionibus Isagogicis.

Siue

De Naturali Theologia.

Quo in opere methodo facillima omnes humanæ disciplinæ habentur; quantum satis est & ad eruditionem, & ad intelligentiam Scripturarum sanctarum, & ad vberem, nobiliorenique materiam concionum.

Cum Indice Rerum, et Paradigmatis, seu Exemplaribus, & ad introducendum in disciplinas, & ad interpretandum Scripturas sacras, et ad concionandum accommodatis, vt in Præmijs indicatur.

Auctore
FRANCISCO PAVONIO CATACENSI
Theologo Societatis IESV.

NEAPOLI,
Ex Typographia Lazari Scorigij, 1615.

SANCTO IGNATIO LOYOLÆ,

Parenti optimo, Duci sapientissimo,

FRANCISCVS PAVONIVS

obsequij monumentum

DD.

Ideo, sanctissime Parens, ac Rector sapientissime, esse hominibus in hoc exilio degentibus viam; quæ Deo cõmonstrãte illis objcitur, ad æternã felicitatem assequendam; Doctrinã sacrã, Diuinarum Scripturarũ, ac traditionũ intelligentiã, quasi profundum quendã Oceanũ consideo: in quo varias interpretandi rationes, quasi multas vias, intueor, quæ ad portũ ducunt beatitatis. Earum vnã, quæ theologica est, cum describere in meo Introductionis opusculo, vt in nautica tabella, fuerim pro mea tenuitate conatus: tibi laborem dicaui, teq; veluti magneticam acum, & pyxidem nauticam apposui. Nunc ad alteram viam aggredior, quæ philosophica est, & secundũ humanas disciplinas. Eam & describere, & rudioribus ostẽdere, & appingere conor

tabellæ meæ. Video quantum sit opus Duce, itineris erudito, qui viam monstret & mihi ad depingendum, & alijs ad nauigandum. vt pictura iter omnino tutum ostendat; & ingredi ductor doceat per iter illud. Ergo in amplissimo sacræ doctrinæ Oceano sit nauis, Ingenium; sit vna ex nauticis tabellis, hæc Introductio. in qua es ipse Acus magnatica. esto idem etiam Dux, & Gubernator. Tibi nunc illam trado, auctam iam descriptione philosophici itineris. Exte illud didici: qui in Constitutionibus, quas sapientissimè Societati sanxisti, artem tradis; qua per humanas disciplinas ad diuinam doctrinam perueniatur. Quod artificium quantam efficacitatem habeat ad diuinorum cognitionē pariendam; testis est terrarum orbis vniuersus. Id ego imitari quoquo modo cum sim conatus: ne sine, Pater, laborem hunc esse absque patrono. Te Patronum eligo: te voco: tibi opus dico. Tu igitur tabellam hanc tene Gubernator, ac Dux. Nullum iam scopulum timet ingenium meum te Gubernatore, ac Duce. Magna mihi spes est, afflaturum, te auspice; meis votis spiritum Dei; meq; perspecularem, & sigmaticam sanctarum Scripturarum intelligentiam transfretantem, peruenturum aliquando cum multis alijs ad aspectum, & visionem Dei. Neapoli VIII. Kal. April. M. DC. XXV.

10.

IO. IACOBVS DE ALEXANDRO

Prępositus Prouincialis in Regno Neapolitano Societatis Iesu.

CVm secundam Partem Introductionis in Sacram Doctrinam, quæ inscribitur Definitiones Isagogicæ, siue de Naturali Theologia, P. Francisci Pauonij nostræ Societatis, tres eiusdem Societatis Theologi, quibus id commissum fuit, recognouerint, ac in lucem edi posse probauerint; potestate ab Adm. R. P. N. Præposito Generali ad id mihi tradita, facultatem concedimus, vt typis mandetur: si ita ijs, ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus. Neapoli 3. Augusti 1624.

Io. Iacobus de Alexandro.

Approbatio Ordinarij.

VIdi ſecundam Partem Introductionis in ſacram Doctrinam, à R.P. Franciſco Pauonio Theologo Societatis Ieſu ſcriptam, cum licentia ſui Superioris Regularis ad eam imprimendam mihi exhibita: & cenſeo typis mandari poſſe ad communem ſtudioſorum vtilitatem. Dat. Neap. die 13. Auguſti 1624.

Alexander Ruſſus Can. Deput.

Andreas Letteresius Can. Deput. vidit.

Imprimatur.

Lælius Taſtius Vic. Gener.

INDEX CAPITVM.

Proœmium.

De operis fine, methodo, vsu. fol. 15

Distinctio I.

DE Dialecticis. siue, De operibus intellectus. f. 33
De totius Dialecticæ Oeconomia. 33
De Dialecticorum nominum interpretatione. 39
De Prima intellectus operatione. siue, De Simplici apprehensione. 42
De Prædicabilibus. 52
De Prædicamentis. 56
De Aequiuocis, Vniuocis, Analogis, Abstractis, Oppositis, etc. 56
De Definitione. 80
De Secunda intellectus operatione. siue, De Iudicio. 43.67
De Suppositione, Ampliatione, Restrictione, &c. 67
De Propositionum oppositione, æquipollentia, conuersione. 68
De Modalibus. 70
De Exclusiuis, Exceptiuis, Reduplicatiuis. 72
De Diuisione. 81
De Tertia intellectus operatione. siue, De Argumentatione. 43.73.75
De Scientia. 73
De Modo sciendi. 78.80
De Syllogismo. 76
De locis, seu Dialectico syllogismo. 95
De Fallacijs, seu Sophistico syllogismo. 105

Distinctio II.

De Physicis, siue De Corpore naturali. 113
De totius Physicæ Oeconomia. 113
De verb. significatione pro physicorum intelligentia. 133
De Natura. 133
De rerũ Principijs. 135
De Materia. 142
De Forma. 143
De Priuatione. 145
De Compositio naturali. 145
De Causa efficiẽte. 148
De Fato. 159
De Causa per accidẽs, Casu, Fortuna. 160
De Exemplari, et Idea. 162
De Fine. 162
De Causalitate. 167
De numero causarum. 173
De comparatione causarum ad suos effectus. 173
De comparatione effectuum cũ causis. 177
De comparatione causarum inter se. 180
De Quantitate. 185
De Mensura. 190
De corporum impenetratione. 190
De Loco, & Vbi. 191
De Situ. 195
De Figura. 195
De Infinito. 195
De Motu, Actione, Passione. 198
De Inceptione, ac Desitione. 202
De Conseruatione. 210
De Creatione. 212
De Generatione. 213
De Mixtione. 216
De Transubstantiatione. 216
De Alteratione. 217
De Reactione. 222
De Resistentia. 223

De Resultantia. 224
De Actione reflexa. 224
De Actione immanente. 225
De Antiparistasi. 225
De Sympathia, & Antipathia. 226
De Augmentatione. 227
De Rarefactione. 228
De Motu locali. 229
De Duratione. 238
De Aeternitate, Aeuo, Instanti, Tempore. 239

Distinctio III.

DE primis corporum naturalium generibus, & eorum Oeconomia. 241
De Mundo. 245
De Cœlo. 249
De Elementis. 255
De Meteoris, ac Mixtis inanimis. 264
De Circulo Lacteo. 264
De Cometis. 265
De alijs ignitis in sublimi apparentibus. 266
De Coloribus in aere apparentibus. 268
De Area. 269
De Iride. 271
De Virgis, & Parelijs 274
De Nube, Nebula, Pluuia. 275
De Niue, & Grandine. 276
De Rore, ac Pruina. 277
De Melle, ac Manna. 278
De Tonitruo, Fulgure, Fulmine. 279
De Ventis. 280
De Mari. 283
De Fontibus, & Fluuijs. 286
De Terræmotu. 288
De Ignibus subterraneis, ac Metallis. 291
De generatione, & corrup-

ruptione Mixtorũ. 293
De Putrefactione, concoctione, cruditate, & alijs mixtorum proprietatibns. 293

Distinctio IV.

De Mixtis viuentibus, siue De Anima, & Animastica Oeconomia. 303
De Animæ ratione. 317
De Speciebus intentionalibus. 318
De Cognitione. 319
De Animæ potẽtijs. 323
De Subiecto actuũ vitalium. 327
De Termino viuẽtium maximo, ac minimo. 327
De Anima vegetatiua. 328
De Generatione viuentium. 329
De Nutritione. 331
De Augmẽtatione. 334
De vita, morte, respiratione. 335
De Agricultura. 337
De Arte pecuaria. 340
De Medicina. 342
De Anima sẽsitiua. 350
De Sensibus externis. 351
De Visu. 359
De Auditu. 366
De Olfactu. 369
De Gustu. 371
De Tactu. 373
De Sensu interno. 376
De Somno, & Vigilia. 383
De Appetitu sensitiuo. 385
De Motu locali animalium. 388
De Risu. 389
De Animæ intellectiuæ natura. 390
De Intellectionis natura. 395
De Intellectionis obiecto. 397

De

De intellectionis humanæ generibus. 401
De *intellectu.* 406
De Speciebus intelligibilibus. 409
De cognitionis intellectiuæ subiecto. 416
De Voluntate. 417
De Habitibus. 421
De significatione verborum pro doctrina de anima intellectiua. 435

Distinctio V.

DE *Mathematicis. siue,* De *Quanto, et eorum Oeconomia.* 441
De Geometricis. 451
De Figuris isoperimetris. 476
De Arithmeticis. 480
De Astronomicis. 488
De Opticis. 510
De Musicis. 528
De Architectura. 532
De Ponderibus, et Mensuris. 540

Distinctio VI.

DE *Metaphysicis, siue* De *ente, & eorũ Oeconomia.* 551
De ente, et essentia. 563
De ente rationis. 571
De *Denominationibus.* 573
De entis abstractione, ac analogia. 573
De Entis principijs, ac passionibus. 576
De Vno. 577
De Vnitate formali. 580
De Vnitate numerica, & indiuiduali. 580
De Vnitate vniuersali. 583
De Multitudine, siue Distinctione. 587
De Vero. 590
De Falsitate. 593
De Bono. 595

De *Malo*. 598
De *summis Entis generibus*. 601
De *Substantia*. 604
De *Accidente*. 609
De *Quantitate*. 611
De *Qualitate*. 613
De *Relatione*. 616
De *Actione*. 620
De *Passione*. 620
De *Quando*. 621
De *Vbi*. 621
De *Situ*. 622
De *Habere, & Habitu*. 622
De *Ente primo, ac summo. siue* De Deo. 623
De *Substãtijs spiritualibus creatis, quæ Intelligentiæ nominantur*. 640
De *verborum significatione pro metaphysica intelligentia*. 648
De *diuinis nominibus*. 683

Distinctio VII.

De *Ethicis, politicisque actionibus, siue* De *Prudentia, & eius Oeconomia*. 705
De *Dei, diuinorumque cognitione accipienda. c.1*. 713
De *Amore in bonum summum. siue*, De *vltimo fine prosequẽdo. c.2*. 736
De *veræ, rectæque Intentionis actione. c.3*. 744
De *Cõtẽplationis actione. c.4*. 748
De *Inquisitione, Consultatione,* De*liberatione. c.5*. 753
De *Iudicio. c.6*. 769
De *Electione. c.7*. 784
De *Imperio. c.8*. 801
De *Vsu, & Executione. c.9*. 809

De

De Amicitia. c. 10. 842
De Amicitia cum Deo. 842
De Rectoris in subditos amicitia. 845
De Subditorum in Rectores amicitia. 850
De Sodalium, ac domesticorũ amicitia. 852
De amicitia conseruanda inter ciues. 861
De amicitia cum exteris. 866
De Iustitia. c. 11. 868
De Iustitia erga Deũ. siue, De Religione. 881
De Ecclesiastica Hierarchia. 881
De Regularibus. 896
De Sacramentis. 902
De Baptismo. 903
De Confirmationis Sacramento. 905
De sãctissimo Eucharistiæ Sacramẽto. 905
De Pœnitentiæ Sacramento. 908
De Sacramento Extremæ vnctionis. 911
De Sacramento Ordinis. 911
De Sacramẽto Matrimonij. 912
De Iustitia politica. 922
De Iustitia Oeconomica. 947
De Iustitia commutatiua. siue De contractibus, et Maleficijs. 951
De Fortitudine. c. 12. 955
De Temperantia. c. 13. 962
De Liberalitate. 967
De Modestia. 970
De verborum significatione. c. 14. 976
De Interpretatione aliquorum verborũ ex morali Theologia. 976
De Interpretatione aliquo-

quorum verborum ex Iure Pontificio. 987
De *Interpretatione aliquorũ verborum ex Iure Cæsareo.* 1017
Index Rerum. 1065
Paradigmata in fine operis.
Errata.

Significatio quarundam Notarum, quæ in huius operis citationibus habentur.

a. articulus.
c. caput, canon.
C. Codex.
d. disputatio, distinctio, definitio.
DD. Doctores.
Decc. Decretales.
Deff. Definitiones.
Dist. Distinctio.
ff. Digesta.
Impp. Imperatores.
l. liber, lex.
n. numerus.
p. propositio, punctum.
P. Pars.
PP. Papa, Patres.
q. quæstio.
r. regula.
RR. Regulæ.
seq. sequens.
seqq. sequentia.
§. Paragraphus.
t. tomus, textus.
tit. titulus.
v. verbum.

IN-

INTRODVCTIONIS IN SACRAM DOCTRINAM PARS SECVNDA.

De Definitionibus Isagogicis.

Siue

De Naturali Theologia.

Proœmium.

De operis fine, methodo, vsu.

1

Doctrina sacra *a* diuinum donum est, *b* ac verbũ Dei: quo Spiritus sanctus Prophetarum ore hominum more locutus est hominibus ea, quæ scitu necessaria, vt æternam salutem consequamur. Debuit ergo ita loqui, vt ab hominibus posset intelligi. Est autem intelligentia operatio quædam mẽtis. Cuiusque porrò operationis modus sequitur modũ eius naturæ, à qua promanat. Ideo spiritualia effecta à causis materialibus esse non possunt. Est autem Homo è spiritu, corporeq; compositus: pro-

Finis.

a *Trident. sess. 5. c. 1. de Refor.*

b *Idẽ sess. 4.*

proinde intelligentia, humanæ mentis effectus, quādam quasi compositionem habet è spiritu, modoque corporeo: vt quamuis ipsa spiritualis sit, nō possit tñ spiritualia, diuinaq; intelligere, nisi ad modum rerū corporatarum; & per similitudines sensibiles, analogiāq; ad corporata; vt omnes experimur. *c* Quare diuinissimā doctrinam Spiritus sanctus ita nobis semper enūciat: vt simulacris eā contegat, & inuolucris earū rerum, quæ aliquo modo cadere sub sensū possunt; quæq; vi sua percipere potest mēs nostra. Volenti igitur diuinū verbum intelligere, aut alijs ad intelligēdū proponere, ac interpretari: opus est ipsi naturalium rerū doctrinā habere. Etenim duplex est diuinorum verborum intelligentia, litteralis, ac mystica. Litteralem intelligētiam vocant, quam verba ipsa significant; mysticam, quā innuunt, non verba, sed ipsæ res, à verbis significatæ. Ad litteralem intelligētiā capiendam, opus est nosse & verborū singulorum rationem; & modū, ac nexū eorum; & sententiam ipsam, modumque sententiæ. Ad mysticū autem sensum eruendū, necessaria est cognitio earū rerum, quæ vt

c *Dionys. Cæl. Hier. c. 2.*

2

signa

signa sumũtur, ac symbola ad res, sentẽtiasq; diuinas significandas. Ad vtrãque autẽ intelligentiã percipiẽdam habere oportet eruditionẽ diuinorũ ipsorum. Ergo Scripturarũ interpreti, præter doctrinã sacrã, necessaria sunt quinque genera disciplinarũ. nempe, Philosophia, Dialectica, Grammatica, Rhetorica, Patrũ traditio. Tradit. n. Philosophia rerũ naturaliũ eruditionem; quatenus earũ principia, naturas, proprietates, effecta docet. Dialectica sententiarũ modum ostendit. Grãmatica verborũ significationes, ac loquẽdi leges declarat. Rhetorica exhibet artem ornatè, copioseq; dicendi. Patrũ autẽ traditio modũ proponit, quo ipsi Patres in exponẽdis Scripturis sacris vsi sunt: vt eos imitemur, quos Deus Patres nobis esse voluit in gignẽda in animis nostris intelligentia
3 diuinorũ. Cum ergo in prima nostrę Introductionis Parte, tãtum de doctrina, sententijsque sacrorũ dictum sit: quantũ satis esse putauimus ad introducendum in diuinam doctrinã secundum eam viã, quam dogmaticã vocant, & Theologiã: in hac secunda Parte de secundo methodi genere dicendũ est, quæ Philosophia

nominatur. quatuor alia genera in tertiam Partem reijcimus. Alterum autē hoc interpretandarum Scripturarū genus naturalem Theologiā appellamus. Ordinatur enim totum ad theologicas sententias, diuinaque intelligenda, & interpretanda. Ita Summæ opus S. Thomas Theologiā nominat: cū tamen magnam partem philosophicā doctrinam contineat. Enimuero res omnes naturales ordinē habent intimū ad Deum; quid ni Theologia nominetur ea doctrina, quæ de naturalibus est quatenus ordinantur ad Deum, diuinaque significā-
d *Arist. 6. Met. c. 1.* da? *d* Porrò, quamuis ad modū sensibi- 4
liū, & corporatorū cognoscamus quæcunque mēte cognoscimus: nitimur tamen, quantū possumus, ab ipsis sensibilibus mentē remouere, ab eisque cogitationē abstrahere, modūque cognoscēdi nancisci spiritualē, qualis est animus noster. Tria ergo genera sunt eorū, quæ naturali vi cognoscuntur à nobis. quędā sensibilia sunt, quāta, & extensa, vt Cœlum, elementa, homo. alia obijciuntur menti ad intelligendum vt quāta, & extensa, sed non vt sensibilia; vt quātitas, numerus, figura. alia cognoscenda pro-

po-

ponuntur intelligẽtiæ nostræ, vt ab omni extensione, quãtitateque segregata, vt ens, vt Deus. Tres ergo partes habet naturalis Theologia, Physicam, Mathesin, Metaphysicã. Prima corporata omnia sibi ad cõsiderandũ proponit vt sensibilia. Altera quantorũ, vt quanta sunt, doctrinã sibi vendicat. Tertia & spiritualia ipsa, & corporata quasi spiritualia contemplatur. Corporatorũ autem genera sunt, cœlum, elementa, mixta, viuentia. De his igitur omnibus agẽdum nobis est in hac secunda Introductionis Parte, quantum necessariũ visum fuerit ad diuinorum intelligentiã. Quoniam autem horum doctrina percipi difficile potest sine aliqua cognitione eius artis, qua ipsa nostra mẽs duce natura vtitur ad intelligendũ: principio de ea arte aliquid dicendũ est, ac prælibãdum, donec eruditiorem eius doctrinam e ex tertia Introductionis parte accipiamus. Artẽ eam Dialecticam nominãt. Huius ergo Introductionis septẽ erunt Distinctiones. Prima de Dialecticis, siue de operibus intellectus. Secunda de Physicis, siue de Corpore naturali. Tertia de primis corporũ naturaliũ generibus, siue

e Par. 13. dist. 5.

de Mundo, Cœlo, Elemẽtis, Mixtis inanimis. Quarta de Mixtis viuẽtibus, siue de Anima. Quinta de Mathematicis, siue de Quanto. Sexta de Metaphysicis, siue de Ente. Septima de Ethicis, ac Politicis, siue de Prudentia. Huius autem septimæ Distinctionis materia pars quędã est doctrinæ physicę de Anima. Actus enim, effectaque animæ sunt actiones, quas morales vocamus, de quibus in Ethicæ, Politicæque doctrina disputatur. Sed eã in hunc vltimum locum reijcimus post Metaphysicam: quoniã opus hoc est introductio in sacram Doctrinã, quæ tota ad rectas actiones ordinatur. Docet enim tum credenda, tum agẽda: at credenda ad agenda refert. nam proponit quid credẽdũ à nobis sit, vt rectè agamus, simusque in Dei amicitia, vt vitam æternam consequamur.

Methodus. Vt autem Methodi, qua in hoc opere 6
vtimur, ratio intelligatur: principio ponendũ illud est, Ad intelligentiam nos introducere sententiarum sacrarum. In quauis autem sententia, quæ vel scripto, vel ore profertur, tria considerãda sunt, vt penitus intelligatur. Primũ verba, quibus illa enunciatur: quæ signa

sunt

sunt sensus in animo latētis, & interioris locutionis, ac dicti; quod mentis cōceptum appellant. Deinde ipse sensus internus: qui expressa quædū, ac vitalis imago est rerum, quæ mente apprehenduntur. Postremo res, quæ menti obijciuntur, & per sensum internum exprimuntur. Iam quoduis dictum, quæuis sententia vel est affirmatiua, vel negatiua. Semper enim, cum sententiā mente formamus; de re (quā cogitamus) vel intelligimus, ac dicimus aliquid in ea esse; quod est affirmare: vel cognoscimus, ac dicimus nō esse; quod est negare. Est autem affirmatio, Cognitio vnionis, connexionis, identitatis, copulæ; quæ intercedit inter rem, & id, quod de illa affirmamus. Vt cum dicimus: *Deus est infinitæ perfectionis*: distinguimus mente Deum, & perfectionē infinitā; & cognoscimus infinitā perfectionē habere identitatem cū Deo. Negatio vero, est Cognitio disiunctionis, & absentiæ, quā habet vna res, cū altera re, de qua illā negamus. Vt cum dicimus: *Deus non est iniustus*. Porrò id, de quo aliquid affirmatur, vel negatur, subiectū; id, quod affirmatur, vel negatur, Prædicatū, appel-

lari solet; & vtrunque, extrema, & Termini sententiæ, ac propositionis. Sine clara extremorum, ac terminorũ cognitione, nõ potest propositio, ac sententia clarè intelligi. Incumbendũ igitur est in eam curam, vt Termini, id est, Subiecta, & Prædicata Propositionum, ac sentẽtiarũ sacræ Scripturæ rectè percipiantur; vt melius, ac verè percipiatur eorũ connexio, ac copula, id est, ipsa sentẽtia, & propositio, ac totius locutionis veritas. Distinctè autẽ, & clarè termini apprehenduntur; cũ eorum rationes formales, & materiales, vel causæ, vel proprietates, & effecta, vel adiuncta, mente quasi diuiduntur, & cõiunctionẽ cognoscũtur habere vel respectũ cum terminis. Hæ terminorũ cognitiones distinctæ, Definitiones appellantur. Quia dũ mẽte apprehendunt res vt sunt; ad modos pertingunt, & quasi ad limites rerum: quos ipsæ cognoscendo quasi statuunt, ac definiũt. Iam in quolibet Termino scripto, vel ore prolato, tria sunt, vt supra dictum est: vox ipsum terminũ explicans foris; notio interna, rem aliquam exprimens intus in mente; & res ipsa, quæ notione interna exprimitur.

Tri-

Triplex ergo genus definitionum eſſe de Terminis poteſt, id eſt, triplex explicatio terminorum. Vna ſpectans ad vocum, ac verborum ſignificationē. Quia voces, ac verba ex hominū placito ſumpta ſunt ad ſignificandum. Quod definitionum genus ſibi Grammatica vindicauit. Altera ad opera mentis interna pertinens; & ipſorum rationem, & naturam, & proprietates explicans. Qui modus explicādi terminos Dialecticæ, Logicæq; proprius eſt. Tertia eſt terminorū explicatio ſpectās ad res ipſas, quæ terminis exprimuntur. Rerū autē explicationes, ac definitiones, variæ tradunt ſcientiæ; vnaquæque illas, quæ cōgruunt rebus, quas ipſa cōtemplatur, & docet. Nos in hac Introductione hoc enitimur, vt ad laborē eorum minuendum, qui ſtudioſi ſunt ſacrarū Scripturarū, eas Definitiones huc inferamus, quæ magis videntur cognitu neceſſariæ ad ſacrarum Scripturarum ſententias intelligendas. Definitiones autē Terminorum hic ponimus, non ſolum eorum, qui in ſacris Scripturis reperiuntur, vt Scripturæ intelligātur; ſed etiā eorum, quos & ſacri Canones, & Patrum libri,

& Scholasticorum Theologorũ scripta vsurpãt. Quoniã sine his definitionibus nõ intelligitur clarè Canonũ, Patrum, Scholasticorum doctrina; sine qua non haberi potest perfecta sacrarũ Scripturarum intelligentia. Summam autem eius doctrinæ in prima Introductionis Parte posuimus: illamq; in suas quoque definitiones distinximus, quas Propositiones, ac sententias appellauimus.

Hæc autem secunda Pars, est quædam 7
ad primam Introductionis Partem introductio. Ob id huius Partis Definitiones Isagogicas inscripsimus: introducũt enim in sacrarum sententiarum intelligẽtiam. Definitionum autem aliæ nominũ erũt, aliæ rerum. Definitiones nominũ vocamus, quæ vocum tantum significationem explicant, & vsum, quo ijs vocibus Scriptores vtuntur. Rerum autem definitiones, rerum ipsarum rationes, causas, proprietates, effecta, cõprehendunt. Singulis autẽ Definitionibus suas rationes, probationesq; subijcimus, cũ opus est probatione. Interdũ probationes omittimus, etiam cum est opus probatione; siue quia definitiones aliquæ satis ex antecedentibus definitio-

tionibus probantur; vt in Propositionibus contingit, quas Euclides scribit in suis Elementis. siue quia earum probationes in alijs nostræ Introductionis locis habentur; quos interim in ipsarum definitionum modò calce, modò margine, citamus. Citamus etiam in calce Auctores antiquiores, grauioresque, qui eandem doctrinam docuerunt; ad maiorem tum auctoritatem, tum eruditionē, si quis velit eos adire, ac legere. Interdum recētiores aliquos ad marginem adijcimus: vt ab ijs multa peti possint, quæ nos vel omittimus vt non necessaria nostro instituto; vel breuius recēsemus, quàm fortasse quis vellet. Vt autem Definitiones & melius intelligantur, & ipsarum ordo manifestius appareat: ipso Distinctionum principio ante Definitiones quædam scribimus quasi Proœmia. Ea doctrinæ Summam, & methodum habent.
8 Putamus autem, si nostra nos opinio non fallit, tum Definitionibus, tum Proœmijs, Physicæ quidem, Metaphysicæq; scientiæ, totam præcipuā eruditionem satis complecti, & explicare. Idē de Dialectica arbitramur; si primā

huius

huius secũdæ Partis distinctionẽ quintæ tertiæ Partis distinctioni iungas. Idem de Morali doctrina sentimus, modò moralia, quibus plena prima Pars est, colligas, & vltimæ huius Partis distinctioni aggreges. Ex mathematicis disciplinis tantum excerpsimus, quantũ satis putauimus, vt satis eruditus Mathematicus in Scripturarũ sacrarũ interpretatione videare. In tradenda doctrina modo, 9
methodoq; vtimur plano, ac narratiuo: à syllogisticis formis, ab argumentorũ, responsionumq; cõcertationibus abstinemus: ne plerique rudiores, & speculationi, scholisq; non assueti, nostræ Introductionis lectionem fugiant; quam percupimus in omniũ vel obtusissimorum manibus versari; vt omnes ad Scripturarum sacrarum intelligentiã perueniãt. Nulli tamen speculationi, nulli difficultati parcimus; quam aliquã definitione non explicemus. Speramusq; fore, vt rudior quisque, modò nostras definitiones teneat vt iacent, sciat quãcunque difficultatẽ soluere, quæ vel ipsi occurrerit, vel ab eruditioribus proponantur: modò eruditiores à sophisticis argumentationibus, & à scholasticis

pro-

proponendi formis abstineãt. Methodum narratiuã vsurpamus, Scriptores veteres imitati. Ea methodo Aristoteles, & Augustinus vtuntur: quorũ acutissima ingenia, syllogisticas tamen formas omiserunt. Definitionibus vtimur ad facilitatem, breuitatemq; doctrinæ; ad interpretationis vsum expeditiorẽ. Definitionibus vsi sunt Auctores grauissimi. Quid enim aliud sunt Hippocratis aphorismi? Propositiones Euclidis? Definitiones quædã sunt, si attentè aduertas, Aristotelis plerique libri, præsertim Problemata, & Metaphysica. Definitiones quædã quæcũque Plinius cõplectitur in libris Naturalis historię. Definitionibus vtuntur & Patres Ecclesiæ, vt Basilius in Ethicis, vt Athanasius in Synopsi. Nunc aliquos huius operis vsus indicemus.

10 Præcipuus vsus est ad Mysticam Theologiam. Mysticа Theologia est, quæ ex naturalibus rebus, signisq; sensibilibus, quibus Spiritus sanctus in sacra doctrina vtitur ad diuina enũcianda; diuinorum rationes, principia, proprietates, effecta rimatur. Vt, quia Deus in Scripturis sanctis *flux* appellatur: *Vsus.*

f. Io. 1. 4. Iac. 1. 17.

latur: ex lucis natura, quæ omniū, quæ sub visum cadunt, maximè visibilis est, & maximè perfecta; colligimus in omnibus intelligibilibus esse Deum summum intelligibile, summèq; perfectum: ex lucis effectis, quod ipsa colores visibiles reddit, & calorem inducit; intelligimus Deū esse, à quo res omnes habēt vt sint, ac sub intellectus cognitionem cadere verè possint; Deum esse originē charitatis, & amoris in ipsum. Quoniā Verbū diuinū in sacris libris *g* Splendor vocatur; splendor autem ex luce procedit, estq; ipse lux, eiusdem cū luce rationis: intelligimus in diuinis Verbum à Patre procedere, esseq; eiusdem naturæ cum Patre, verèque Filium esse, cum & eandem cum Patre naturam habeat, & modus procedendi tendat ad assimilandū Verbum principio, à quo procedit: quia eo modo à lumine splendor emanat. Ergo operæprætium facimus, dum hoc opere naturalium rerum rationes, principia, effecta, proprietates enarramus. Fundamenta enim sunt hæc mysticæ Theologiæ, sine quibus existere illa non potest: *b* cùm Spiritus sanctus nihil nobis loquatur, nisi sub velaminibus,

g *Sap. 7. 26. Heb. 1. 3.*

h *Vide Dionys. de Cel. Hier. c. 2.*

nibus, ſimulacriſque ſenſibilium, vt in huius Proœmij principio dictum eſt.

11 Ex his triplex huius operis vſus appareret. Vnus ad intelligentiam litteralem doctrinæ ſacræ. ſiue enim doctrinæ ſacræ verba propria ſint, ſiue metaphorica; ſi noſtrum Indicem alphabeticum adeas, reperies omne doctrinæ ſacræ verbum, quod naturalem doctrinã exigit in Interprete, vt eius verbi ſiue propria, ſiue metaphorica ſignificatio intelligatur. eam autẽ doctrinã habes in ijs huius operis locis, quos Index citat.

12 Alter vſus eſt ad Interpretationes ſacras, ſiue quas pro ſcholis ſcribimus, ſiue quas pro Cõcionibus cõparamus. Reddũt enim eas interpretationes planas, & legentium, audientiumq; captui valde accommodatas eæ ſimilitudines, quæ ex rebus sẽſibilibus, naturalibuſq; ducuntur ad docendum diuina. Habes autẽ in hoc opere (ſi huic ſecũdæ Parti ſeptimam tertiæ Partis diſtinctionem adiunxeris) eiuſmodi ſimilitudinũ materiam omnem: quoniam habes omnẽ doctrinam naturalium ad ſacrorum interpretationem ſpectantium: quam doctrinã in vnum colligi in Scripturæ

ſacræ

i Lib. 2. de doctrina Christiana c. 39. 40.

sacræ seruitium optat i Augustinus. Tertius vsus est ad eruendos è sacris historijs sensus, quos spirituales, ac mysticos vocant: cum sacras historias, intelligentiamq; rerum litteralem, ad diuina mysteria, aliasq; res sacras significandas transferimus. Vt facit Gregorius in libris Moralium. Vt faciũt plurimi Concionatorum: quorum in Concionibus magna pars eorum, quos conceptus appellant, mysticæ sacrorum interpretationes sunt. Vt autem eæ sint solidæ, insignes, ac veræ, è solida, veraq; doctrina petendæ sunt. Neque in solâ dicentium auctoritate fundandæ, nisi Patres sint, Auctoresve graues. Solida autem, veraq; ad sensus mysticos formandos doctrina est ea, quæ rerum earum naturam, causas, effecta docet, quæ in Scripturis sanctis sumuntur vt signa diuinorum. Sumuntur autem res naturales. Origenes, & Gregorius, qui in mysticis sensibus insignes sunt, è naturalium doctrina spiritualem interpretationem accipiunt. Triplex ergo pro interpretatione, Concioneq; sacra nostri operis vtilitas esse potest: eruditiores sacrorum explicationes; similitudinum

13

14

num methodi faciliores, & præſtantiores; conceptus venuſtiores, vtiliores, ſolidiores. Quod ipſa Paradigmata, exemplaq; oſtendent; quæ in fine operis apponentur. Ex quibus etiam efficitur, vt omnes intelligant, quam conſona ſit humini naturali doctrina Fidei Chri-
15 ſtianæ. Eſſe præterea huius ſecundæ Partis ille vſus poſſet: vt, quia pleriſque aut non vacat, aut non lubet humanæ Philoſophiæ operam longam dare, aut ingenium non eſt ad Doctores more ſcholaſtico docentes audiendum; hoc opere ſuggerēte philoſophica doctrina compendio hauriatur tota, tempore nō longo, modo facillimo. Quod etiam à quoque ſine magiſtro fieri poteſt: modo ſingulæ Definitiones attentè legantur, & bis, ter, pluries repetantur, vt hæreant menti; initiumque legendi ab ipſo libri initio, & à proœmijs diſtinctionū fiat: & ſi qua vox occurrat, quæ intelligētiam impediat; adeatur Index alphabeticus rerum, qui refert loca, vbi in hac Introductione ſingulæ voces explicantur. Hic ego Clericos obſecro, atque obteſtor per Deum, per ſalutem ipſorum, per incolumitatem Eccleſiæ:

vt siue hanc Introductionis nostræ, siue quamcunque aliam eruditionis Sacerdotibus necessariæ occasionem Deus obtulerit; in eam incumbant omnibus viribus. Nam propter ingens detrimentum, quod & ministeria sacerdotalia, & Ecclesia tota patitur ex imperitia Sacerdotum: quis non videt maximam esse Clericorum obligationem ad eam ignorantiam ex animo repellendam? Putarim omnino illos conscientiæ suæ satisfacturos, si ex tribus huius Introductionis partibus tantum doctrinæ hauserint, quantum in prima Parte habetur, quæ theologica est, & in septima distinctione de Prudentia in hac secunda Parte philosophica. Ibi enim est summa doctrinæ sacrorum Canonum, in qua Sacerdotes esse peritos ipsi Canones iubent. Precor Deum, vt per hanc 16
humanarum doctrinarum viam ipse dux esse velit, facemque ipse præbere & intelligentiæ, & amoris ad cognitionem, actionemque diuinorum.

DISTINCTIO PRIMA.

DE DIALECTICIS.

siue

De operibus intellectus.

1 VT dialecticæ, quas trademus, definitiones melius intelligantur: sciendum Dialecticam artem esse intelligendi. Tradit enim Dialectica modũ perueſtigandi veritatem; id est, ita cognoscẽdi rem quamlibet, vt res ea se habet. Tunc autem rem cognoscimus, vt se habet: cum eius esse, siue rationem, cognoscimus, & causas, & proprietates, & effecta, & adiuncta, seu circumstantia, seu extrinseca, ad quæ res ea respectum aliquẽ habet vt ad locum, vel tempus, vel habi-
2 tum. Vt autem ad horum cognitionem deueniamus tria nobis instrumenta, tres modi sunt à natura tributi, ij sunt: Definitio, siue Compositio; Diuisio, siue Resolutio; & Argumentatio. Nos enim ho-

mines non habemus ſpecies rerū, quibus res cognoſcuntur vt ſunt, congenitas in intellectu, & infuſas à Deo; vt habēt Angeli: ſed ad ſpecies, & ſciētiam rerum cōparandam noſtra opus eſt induſtria. Prima autem induſtria, & modus præcipuus eſt ad rei cuiuslibet intelligentiam habēdam: rem illam cum alijs rebus conferre; ac videre quid illa cum alijs rebus commune habeat, in quo differat ab illis. Cognita enim rei cum alijs rebus conuenientia, & differentia; perfectam, ſecundum humanum intelligendi modum, de eſſe rei cognitionem habemus. Conuenientiæ autem, ac differentiæ cognitio Definitio vocatur: quia conuenientiæ, ac differentiæ quaſi terminis rē intellectus intelligendo circumſcribit, ac definit. cui definitioni Compoſitionis etiam nomen conuenit: quia per eam cognitionem, rei differentia conuenienientiæ adiungitur, & cum illa quaſi componitur. Sed quia 3
rerum conuenientiam, ac differentiam cognoſcere non poſſumus; niſi rerū vniuerſitatem, quam confusè, & vt quid vnū cognoſcimus, in multa genera diuidamus, & rem quamlibet in plures rationes mente diſtinguamus: ideo ad rem perfectè per definitionem, & compoſitionem cognoſcendum, opus nobis eſt Diuiſionis

arte,

arte, ac inſtrumento. Diuiſio autem alio nomine Reſolutio appellatur: quia Rei conceptus, qui cognitione confuſa erat vnum quid, per diſtinctam Diuiſionis cognitionē quaſi reſoluitur in partes. Quod
4 porrò de compoſitione conuenientiæ cū differētia dictum eſt paullo ante, dictum etiam volumus de compoſitione, ſeu cōnexione rei cum ſuis cauſis, cum ſuis effectis, cum ſuis proprietatibus, cum ſuis adiunctis. eſt enim ea compoſitio quædam rei definitio: quæ rem ipſam deſcribit, ac explicat, non quidem ſecundum eſſe, & per partes eſſentiales; ſed per cauſas, per effecta, per proprietates, per adiuncta.
5 Iam ſæpiſſimè contingit partium in re compoſitionem, & vnionem, atque connexionem rerum inter ſe nobis manifeſtam non eſſe; neque videri diſtinctionē, ac diuiſionem, quam habent inter ſe. Ad hæc intelligenda datum eſt nobis à natura tertium inſtrumentum: quod Argumentatio, & Ratiocinatio appellatur. argumenta enim, & probationes, ac rationes accipit: quibus vnionem, aut idētitatem, aut aliam quamlibet connexionem probet duorum inter ſe; vel diſiunctionem, ac diuiſionem ab inuicem. Natura autem ita ſumus inſtituti, vt ad identitatem, & connexionem cognoſcendam

duorum inter se, inquiramus tertium aliquid, quod connexionem, & identitatem habeat cũ illis duobus. omnes enim hoc intelligimus, quæcunque connexionem, & identitatem habẽt cum aliquo tertio, habere etiam illa connexionem, & identitatem inter se ratione illius tertij. intelligimus etiam illud omnes, Si quid secũdum omnem sui partem idem est, aut connexionem habet cum aliquo tertio, cum quo nullam cõnexionem habet aliquid aliud; hoc aliud nullam connexionẽ habere cum illo primo ratione eius tertij. ita vnius ab altero distinctionem, ac separationem colligimus; & intelligimus omnino vnum ab altero distinctum esse, si omnia, quæ cõsiderari in vno possunt, deprehendamus omnino separationem habere ab aliquo tertio, cum qno coniunctum est alterum. fit hoc exemplum: Vt intelligam Hominem esse animal, id est, rationem Humanitatis identitatem habere cum ratione Animalitatis: accipio tertium quid, cum quo identitatem habẽt & Humanitas, & Animalitas, nempe sensitiuitatem; & ita ratiocinor: Omne sensitiuum est animal; omnis homo est sensitiuus; ergo omnis homo est animal. vt autem intelligam Hominem non esse equum; accipio tertiũ quid, nempe hinnibi-

nibilitatem, quod certo scio identitatem habere cum equo, non autem cum Homine; & ea ratione argumentor: Omnis equus est hinnibilis; nullus homo est hinnibilis; ergo nullus homo est equus. Porrò vt his tribus Definitionis, Diuisionis, Argumentationis instrumentis recte vtamur ad rerum cognitionem veram assequendam; nosse nos oportet primũ summa rerum genera, & communes eorum differentias, & gradus, seu species singulorum generum, in quas illa deinceps diuidũtur vsque ad vltimas species: vt summum genus substantiæ diuidi in Corpus, & Spiritum; Corpus in animatum, & inanimatum; Animatum in sensitiuum, & insensibile; sensitiuum in rationale, & irrationale. Deinde scire opus est, quã coniunctionem vnum rerum genus cum altero habeat, an necessariam, an accidentalem, & contingentem. Postremo noscendæ rationes essentiæ, causæ, proprietates, effecta. Nam sine his prænotionibus neque definitionem componere possumus; cum nesciamus quæ sit ratio conuenientiæ, quæ est communis cum multis; quæ differentiæ, quæ rem distinguit à ceteris: qua duplici conuenientiæ, ac differentiæ cognitione res perfectè cognoscitur. neque rationem valemus assequi

6

ad diuidendum vnam rem ab alia. neque tertium illud inuenire, qui Medius terminus appellatur, ad coniunctionem, vel diuisionem vnius rei cum altera probandam. neque intelligere an definitio, quā de re formamus, explicet rei essentiam, an causas, an proprietates. Ex hac Dialecticæ facultatis summa, quam proposuimus, facile definitionum Dialecticarum ordo intelligetur, quas infra subijciemus ad pleniorem Dialecticæ eruditionem, quam ad sacræ doctrinæ intelligentiam habere oportet. 7

DE-

DEFINITIONES.

De operationibus intellectus secundum logicam rationem.

sive

De Dialecticorum nominum interpretatione.

1
Ialecticam, seu Logicam, esse disciplinam tradentem rationem, & modum operum nostræ mentis, quatenus necessarium est ad veram de rebus cognitionem accipiendam. *Arist. 1. Rhet. c. 1.*

2 Opus intellectus esse, ipsius intellectus actionem in eo manentem; qua cognoscitur aliquid. *Dist. 4. n. 6. 8.*

3 Cognitionem, esse actionem vitalem, qua exprimitur similitudo eius rei, quæ cognoscitur. *Aug. 9. Trin. c. 11. Anselm. in Monolog. c. 30.*

4 Cognitionem intellectiuam & Notitiam, & Verbum, & Conceptum quendam esse. *Dist. 4. n. 6. 8.*

5 Notitiam esse cognitionem intellectiuam iam productam, & in termino: quatenus ordinè quendam similitudinis, ac signi dicit ad id, quod per illam cognoscitur. *Dist. 4. n. 8. 9. 10.*

6 Verbum esse a Imaginem expressam alicuius rei, mente prolatam: quatenus ordinem di- a *Molin. 1. p. q. 27. a. 1. d. 6. & 7*

cit ad id, cui rem, quam exprimit, repræsentat. *Arist. Periher. l. 1. c. 1.*

7 Actum ipsum, seu Verbum, quo intellectus rem aliquam percipit, exprimitq; *b* Conceptū formalem appellari. Conceptum quidem; quia in mentis vtero quasi proles gignitur ad similitudinem rei, quæ cognoscitur. Formalem autem; quia forma quædam est in mente, vt in subiecto. *Dist. 4. n. 6. 8. 9. 10.*

b Soar. in Metaph d. 2. sect. 1. §. 1.

8 Conceptum obiectiuum dici *c* rem ipsam, quæ cognoscitur, quatenus per conceptum formalē cognoscitur, & exprimitur. *Dist. 4. supra.*

c Soar. supra.

9 Rem, quæ cognoscitur, quatenus intellectui cognoscenda obijcitur, obiectum appellari. *Dist. 4. supra.*

10 Rem, quæ cognoscitur, quatenus quiddā vltimum est, in quod cognitionis actus tendit, Terminum dici. *C. Forus De verb. signifi.*

11 *d* Cum notitia est rei præsentis, vt præsens est, Intuitiuam; cum est rei non vt est præsens, Abstractiuam nominari. *Dist. 4. n. 9.*

d Molin. 1. p. q. 1. a. 2. d. 4.

12 Comprehensiuam cognitionem esse, qua cognoscitur obiectum, quantum cognoscibile illud est; vt nihil eius videntem lateat. *Aug. l. 83. qq. q. 32. S. Th. 1. p. q. 12. a. 7.*

13 Definitiuam, seu quidditatiuam cognitionem esse; quæ, per se loquendo, in cognitione fistit essentiæ, ac quidditatis rei. *Soar. in Met. d. 38. sect. 2.*

14 Demonstratiuam cognitionem esse, per quam proprietates ostenduntur de subiecto. *Soar. supra.*

15 Absolutam cognitionem esse, quæ rem secundum se cognoscit, & simpliciter, sine ordine

ad

ad aliud, vt cum cognoscitur Homo quatenus homo. *Soar.supra.*

16 Comparatiuam cognitionem esse, qua cognoscitur aliquid, cum ordine ad aliud: vt cum cognoscitur Homo quatenus species quædam habens sub se plura individua. *Soar.supra.*

17 Cognitionem directam vocari, quæ directè tendit in rem aliquam sine respectu ad priorem vllam de eadem re cognitionem. *Soar. in Met.d.6.sect.6.*

18 Reflexam cognitionem dici, qua intellectus supra priorem cognitionem reuoluitur; vel supra rem aliquam, vt cognitam per priorem cognitionem. *Soar.supra.*

19 Denominationem, esse formæ, vel alicuius ad modum formæ se habentis, habitudinem, siue connexionem cum aliquo alio: ex qua forma potest illi nomen imponi. ita paries ex albedine albus appellatur. *Soar.in Met d.54.sect.2.S.10.*

20 Intrinsecam denominationem esse, cum realis vnio, vel identitas, vel quid huiusmodi, intercedit. ita intellectus à sua cognitione cognoscens denominatur. *Soar.supra.*

21 Extrinsecam denominationem esse, cũ habitudo formæ denominantis extrinseca est rei denominatæ. ita Deus à nostra cognitione, cognitus denominatur. *Soar supra.*

22 Cum res, quæ ex alterius rei habitudine denominatur extrinsece, quasi forma aliqua intrinseca affici concipitur, atque referri ad alterã rem, cum re ipsa non referatur: Formam illam Relationem rationis appellari. quæ genus quoddam est entis rationis. *Fonsl.5. Metaph. c.15. q.1.sect.5.*

23 Ens rationis esse, *e* quod non habet aliud esse, quam quod fingitur à ratione. seu, Quod à ratione cogitatur vt ens, cum nihil sit. *S.Th. opusc.42.c.1.*

e Soar. in Met. d. 54. sect. 1.

24 Intentionem formalem dici cognitionem, seu conceptum formalem. quia per illum intellectus in obiectum tendit; quatenus cognitio vt imago est obiecti, ordinem habet ad obiectum. *Dist.4.n.9.10.*

25 Obiectum, in quod intellectus per intentionem formalem tendit, Intentionem obiectiuam appellari. *Dist.4.n.9.10.*

26 *f* Primam intentionem formalem vocari, Cognitionem directam: & Primam Intentionē obiectiuam id, quod per cognitionem directam cognoscitur. *Dist.4.n.9.10.*

f Tolet. in Log. de primis, et secū. intentionibus q.1.

27 Secundam Intentionem formalem dici Cognitionem reflexam: & secundam intentionē obiectiuam id, quod per illam cognoscitur. *Dist.4.n.9.10.*

28 Cognitionem, qua intellectus rem simpliciter intelligit, nihil de illa iudicando, Notitiam simplicem appellari. & *g* Simplicem apprehensionem: quia intellectus cognoscens format in se similitudinem rei, & quodammodo illam ad se trahit, non componendo, neque diuidendo. & Primam operationem: quia est per se prima, non supponens ex se aliam. ita simplicem apprehensionem formamus cum hominem cognoscimus, nihil de illo affirmando, vel negando. *Dist.4. supra.*

g Soar. in Met. d. 8. sect.4. Fonseca 4. Met. c.2. q.2.sect.1.

29 Actum, quo intellectus iudicat vnā rē apprehensam cū altera re apprehēsa coniungi. seu quo cognoscit vnā rē conuenire, vel non cōueni-

re

re alteri, Iudicium vocari. & *b* Compositionem iudicatiuam: quia componit intellectus vnam rē cum altera, actu cognoscendo coniunctionem, quam in re habent, vel habere existimantur. &, Diuisionem, cum intellectus vnam rem ab altera diuidit, disiunctionem earum cognoscendo, ac vnionem negando. &, Secundam operationem: quia ipsa duas primas operationes supponit, & apprehensiones duarum rerum, de quarum connexione, vel disiunctione iudicat. vt cum dicimus, Homo est animal, Homo non est lapis. *Disp.1.à n.1.* h *Soar. sup.*

30 Iudicium, quo intellectus affirmat vnum deduci ex alio, seu vnam propositionem ex alijs inferri, Discursum appellari: quod ex vno procedat in aliud. & Argumentationem, ac Ratiocinationem: quia per vnam rem cognitam probat aliam. & Tertiam operationem: quia vt Discursus formetur, duæ supponuntur operationes, prima, & secunda. vt: Bonum est appetendum, virtus est bona, ergo appetenda. *Disp.1.n.5.*

31 Vocem esse percussionem respirati aeris ad asperam arteriam, factam ab anima cum aliqua imaginatione significandi: cuius instrumentalis causa est pulmo, lingua, & palatus; finalis, expressio interiorum animæ passionum. *Arist. 2.de Anim.t.88,89,90.*

32 *i* Interpretationem, seu locutionem esse vocem articulatam ex humano arbitrio factam, ad significandū conceptum rei, qui est in animo. i *Zabar. in Tabul. l.de Interpr.*

33 Interpretationem etiā dici sensus in propositione latentis clariorem explicationem. *Disp.5.n.4.*

34 k Significare, esse potentiæ cognoscenti ali- k *Fons. in Inst.l.1.c.8.*

aliquid repræsentare. *Aug. de Doctr. Chr. l. 2. c. 1.*

l *Fonf. sup. c. 9. Tol. l. 1. Introd. c. 11.*

35 l Signa naturalia esse, Quæ apud omnes homines idē significāt, seu, quæ suapte natura aliquid significādi vim habent: vt Gemitus est signū doloris, Risus lætitiæ. *Aug. 2. de Doctr. Chr. c. 1.*

36 Signa ex instituto esse, quæ ex hominum voluntate, & quadam quasi compositione significant. *Aug. 2. de Doctr. Chr. c. 2.*

37 Conceptum non vltimatum, esse ipsius vocis cognitionem. vltimatum autē, esse cognitionem rei per talem vocem significatæ. vt cognoscere Hominē esse nomen, est conceptus non vltimatus; cognoscere autem esse animal rationale, vltimatus conceptus est vocis, Homo. *Tolet. l. 1. Introd. c. 11.*

38 Scripturā, siue voces scriptas, instrumētalia signa esse locutionum, siue vocum articulatarum. *Arist. l. 1. de interpr. c. 1.*

m *Tol. l. 1. Introd. c. 2.*

39 m Vocem categorematicam esse, quę aliquid, vel aliqua per se significat. vt Homo, Populus, Album. *Summulistæ, vt Tol. Fonf. & alij*

40 Syncategorematicā vocem esse, quæ nihil per se significat; tū alteri voci adiūcta, illam facit aliter significare. vt Omnis, Nullus, Non. *Sūmul.*

41 Mixtam vocē esse, quæ aliquid per se significat, sed cum modo, vt Doctè, Sapienter. *Sūmul.*

n *Tolet. sup. Fonf. Inst. l. 1. c. 13.*

42 n Complexam vocē esse, cuius partes per se significatiuæ sunt, vt Homo iustus. *Arist. in Antepr. §. 4.*

43 Incomplexam vocem esse, siue simplicem; cuius partes per se significatiuę non sunt. vt Homo. *Arist. in Antepr. §. 4.*

44 Orationem esse vocem complexam, cuius partes significant separatim, vt Animal sentit.

Arist.

Ariſt. Periherm.c.4.

45 *o* Imperfectam orationem eſſe, quæ integram ſententiam non declarat.vt,Sic vos non vobis, Animal rationale. *Summul.* o *Fonſ.l.3. c.2.*

46 *p* Orationem perfectam eſſe,quę integram ſententiam declarat. vt: Deus eſt ſummum bonum. *Summul.* p *Tolet.l.1. Intr.c.16.*

47 Non enunciatiuam orationem eſſe, quæ, cum perfecta ſit, nihil veri, nihil falſi ſignificat. qualis eſt oratio imperatiua,interrogatiua, optatiua,& ſimiles. *Ariſt.Periher.c.4.*

48 Enunciatiuam orationem eſſe,quę & perfectum generat ſenſum, & verum, vel falſum ſignificat, quod eſt in mentis conceptu. ſeu, Quæ aliquid de aliquo affirmat, vel negat. Quæ alijs nominibus, Enunciatio, Pronunciatum,Propoſitio,dici ſolet.vt,Deus eſt ſummum bonum. *Ariſt. Periher.c.4.& 1.Prior.c.1.& 1.Poſt.c.2.*

49 Veritatem cognitionis eſſe, conformitatẽ cognitionis cum re,quæ cognoſcitur.vt cum cognoſco Hominem eſſe animal. *Diſt.6.De Vero.*

50 Falſitatem cognitionis eſſe difformitatem cognitionis ad rem,quæ per cognitionem apprehenditur.vt ſi affirmem Hominem lapidem eſſe. *Diſt.6. De Falſo.*

51 Omnem Propoſitionem Definitionem quandam eſſe. *q* Omnis enim Propoſitio duos habet terminos, & extrema, quibus circũſcribitur,ac definitur; habet & Copulam,qua extrema inter ſe vniuntur,& componuntur. quod eſt Definitionem eſſe. vt: Homo eſt animal rationale: Homo non eſt lapis;ſeu,Homo eſt non lapis. *Ex Ariſt.2.Poſt.c.5.* q *Diſt.1.n. 2.4.*

52 Negatiuam Propoſitionem Diuiſionem quan-

quandam esse. Omnis enim negatiua Propositio distinctionem dicit esse in suis extremis, ac negat esse coniunctionem inter illa, vt cum dicimus, Homo est non lapis; vel negamus, Homo non est lapis. *Dist. 1. n. 3.*

53 Definitionem esse cognitionem distinctã rei, exprimentem plures rationes, quæ sunt in re; quæ quasi circumscribunt, & terminant ipsam rem. ita Hominis Definitio est, Animal rationale. *Ex Arist. 2. Post c. 5.*

54 Definitionem quidditatiuam, & essentialem, esse Definitionem strictè sumptam: quæ est cognitio exprimens distinctè primas rationes, quæ sunt in re; à quibus profluunt, & ad quas rei rationes aliæ consequuntur. quæ primæ rationes Genus sunt, & differẽtia; vel Subiectum, siue Materia, & forma essentialis. vt, Homo est animal rationale, Homo ex materia constat, & anima immortali. *Ex Arist. 2. Post. c. 5 t. 10.*

55 Definitionem causalem esse, quæ rem per causas extrinsecas describit, per suum efficiens, & finem. vt, Fumus est halitus per ignem productus. Homo est ens rationale, factum ad cognoscendum Deum. *Dist 1. n. 4.*

56 Descriptionem, seu Definitionem accidẽtalem esse, quæ rem per suas proprietates, vel accidentia communia, vel alia ipsi adiuncta, describit. vt, Homo est ens risibile, Homo est animal sublime, ac erectum. *Dist. 1. n. 4.*

57 Definitionem nominis, quæ & Notatio, & Etymologia dici solet, esse, quæ rationẽ explicat non rei, sed vocis, per quam res significatur. quæ Ratio, quid nominis, appellatur. vt, Homo est vox ab humo deducta. *Arist. 2. Top. 2. loc. 19.*

58 Di-

58 Diuisionem esse cognitionem, qua totum aliquid distinctè cognoscitur secundum partes, quas vel in se habet, vel per intellectum, qui rem simplicem secundum varias rationes apprehendit. *Dist.1.n.3.*

59 Propositionis tres partes esse; nempè duo extrema, seu Terminos; & copulam illos coniungentem. *Arist. Periher.p.2.c.11.*

60 Terminos esse Propositionis eas partes, in quas illa resoluitur. Fit autem Propositionis resolutio remota copula; vt Domus resolutio contingit remota figura. *Arist.1.Prior.c.1.*

61 Propositionis extrema Terminos appellari: quia in ipsos terminatur Propositionis resolutio; & ipsis Propositionis compositio finitur. *Arist.1.Prior.c.1.*

62 Terminorum alios esse categorematicos, alios syncategorematicos, alios Mixtos; alios Complexos, alios Incomplexos; alios communes, alios Singulares, alios transcendentes; alios Collectiuos, alios Determinatos, alios Vagos; alios Concretos, alios Abstractos; alios Connotatiuos, alios Absolutos. quorũ definitiones aliæ supra, aliæ infra, aliæ mox habentur. *Summul.*

63 Communem, seu vniuersalem terminum esse, cuius significatio non prohibet illum à multis vniuocè participari. seu, Qui plura diuisim significat. vt, Homo, & hunc, & illum hominem significat. *Arist.Periher.p.2.c.7.*

64 Singularem terminum esse, cuius significatio prohibet illum à multis vniuocè participari. vt, Socrates. *Arist.Periher.p.2.c.7.*

65 Trãscẽdentẽ terminũ esse, qui omnia significat. vt, Res, Ens, Vnum, Bonum, Aliquid. *Sũmul.*

66 Col-

66 Collectiuum terminum esse, qui tantum plurà coniuncta significat. vt, Roma, multitudinem significat ciuium Romanorum. *Summul.*

67 Determinatum terminum esse, qui vnum tantum significat. vt, Socrates. *Summul.*

68 Vagum terminum esse, qui vnum significat indeterminatè. vt, Aliquis homo. *Summul.*

69 Infinitum terminum esse, qui vnum quiddam significat, sed indeterminatè. vt, Non homo. *Arist. Periber. p 2. c. 11.*

70 Copulam Propositionis esse notam illam, quæ identitatem, & coniunctionem terminorum indicat. vt in hac Propositione, Homo est animal, Copulæ rationem habet vox, Est. *Summul.*

71 Propositionis Terminũ nomen, Copulam verbum esse. vt in hac propositione, Homo est animal, Homo, & Animal, nomina sunt; Est, autem verbum est. *Summul.*

72 Nomen, esse vocem significantem ex instituto, definitè, ac sine tempore: cuius nulla pars significat separatim: quæque adiuncto verbo efficit orationem, quæ verum, aut falsum significat. vt, Deus, Homo. *Arist. 1. Periber. c. 2.*

73 Significare definitè, esse certum entis siue veri, siue ficti conceptũ menti subijcere. *Sũmul.*

74 Verbum, esse vocem significantem ex instituto, definitè, & cum tempore: cuius nulla pars significat separatim: & semper eorum, quæ de alio prædicantur, est nota. *Arist. Periber. c. 3.*

75 Significare cum tempore, esse actionis alicuius exercitium, vt factum in tempore denotare. vt, Amat, studet. *Summul.*

76 Prædicari, esse affirmari, vel negari aliquid de aliquo. Affirmare autem, vel negare, est iudicare,

care, seu cognoscere identitatem, & connexionem, aut disiũctionem habere aliquid cum alio. *Sup. Dist.1.n.5.*

77 Esse in subiecto, est in alio existere vt subiecto inhæsionis. vt Albedo in calce. *Arist. in Antepræd.c.2.*

78 Dici de subiecto, est de alio prædicari vt de inferiori; vt Animal de Homine. *Arist. in Antepr.c.2.*

79 Prædicatum appellari, quod de alio siue affirmatur, siue negatur. vt est, Animal, in hac propositione, Homo est animal. *Summul.*

80 Prædicatum Per se, dici; quod aut necessariò inest alicui, aut est causa vt aliquid insit, aut ipsũ est ens per se, nẽpe substãtia. *Arist.1.Post.c.4.*

81 Prædicatum, siue Dictum de omni, esse, quod omnibus inest inferioribus subiecti, & omni tempore; vt Risibile hominibus. *Arist.1.Post. c.4.& 1.Prior.c.1.*

82 Prædicatũ primum, dici, quo posito subiectum ponitur, & quo sublato subiectũ aufertur. vt Risibile respectu Hominis. &, Quod subiecto nulla mediante causa conuenit. vt Rationale respectu Hominis. *Arist.1.Post.c.4.*

83 Prædicatum secundum quod ipsum, quod inest subiecto secundum quod ipsum est. vt Risibile inest homini vt homo est: non ita Sensibile, quod inest homini non secundũ quod homo, sed secundum quod animal est. *Arist.1.Post.c.4.*

84 Prædicatum vniuersale dici, quod prædicatur de omni, & per se, & secũdum quod ipsum est. vt Sẽsibile respectu animalis. *Arist.1.Post.c.4.*

85 Subiectum appellari eum propositionis terminum, qui id exprimit, de quo aliud prædi-

catur; idest, Cum quo connexionem, vel disiunctionē aliud habere cognoscitur. r Quod subiecti nomen habet: tum quia vt subiectum, & materia quædam se habet respectu Prædicati, quod respectu subiecti habet se vt forma illius siue totalis, siue partialis, siue essentialis, siue accidentalis. tum quia Prædicatum concipitur à nobis vt totum quiddam vniuersale, cuius pars quædam ei subiecta subiectū est. Subiectum enim dicitur aliquid tum respectu suæ formæ, cui subijcitur eam recipiendo; tum respectu sui superioris, cui est inferius. *ex Arist. in Antepr. §. 5.*

r S.Th. 1. p. q. 13. a. 12.

86 Formā dici id, quod rem specificat, & ab alijs rebus illam distinguit, & efficit differētem. *Formal. Scot. l. 1. c. 1.*

87 Formam totalem, esse rationem totius esse Rei, complectentem & conuenientiam, quam res habet cum alijs rebus, & differētiam ab illis. *Formal. Scot. supra.*

88 Formam partialem, esse conceptum, rationem partis, ac differentiæ habentem, respectu formæ totalis. *Formal. Scot. supra.*

89 Formam essentialem esse primam rationem, & conceptum, qui rem ab alijs rebus differentem reddit. *Formal. Scot. supra.*

90 Formam accidentalem esse eam rationem, quæ est in re; quæ aduenit, aut aduenire concipitur Rei per formam essentialem iam constitutæ, vt se habet in Homine Risibilitas respectu Rationalitatis. *Formal. Scot. supra.*

91 Formam externam esse Exemplar respectu rei, quæ exēplaris imitatione fit. *Form. Scot. sup.*

92 Rationem dici conceptum obiectiuum; quatenus is à nostra ratione, ac intellectu apprehendi-

henditur. Solet autem in primis eo nomine nuncupari forma rei essentialis: quia est primus conceptus, qui debet à nostra mente, ac ratione de re qualibet apprehendi. *Arist.5.Met.c.2.*

93 Probationem, argumentum, motiuum, quod mentem mouet ad aliquid affirmandum, vel negandum, Rationem appellari. quia ratiocinandi, ac discurrendi principium est; qui est actus rationalis creaturæ. *Dist.1.n.5.6.*

94 Vniuersale dici Conceptum, & rationem illam, quæ communis est, & prædicari de multis potest; & vt quid totum concipitur, ac superius ad illa, de quibus prædicatur. vt, Animal, est vniuersale quid respectu Hominis, leonis, bouis, & animalium ceterorum. *Dist.6.à n.10.*

95 Singulare, ac indiuiduum esse, quod non est communicabile multis ita, vt secũdum illius rationẽ multa sint. vt, Socrates, indiuiduum est; quia non potest nisi vnus Socrates esse: non ita Homo, quia possunt plures homines esse. *Arist. sect.1.§.2.3.Met.c.3.t.14.* s *S.Th.1.p. q.30.a.4. Soar.in Metaphys. d.5.*

96 Vniuersale in causando dici, quod plures effectus potest producere, etiam si ipsum singulare quid sit. vt Deus, est ens vniuersale in causando. *Par.1.d.1.n.2.*

97 Vniuersale in repræsentando esse, quod significat, seu repræsentat vniformiter plura. vt Imago ad plura repræsentandũ ordinata. *Sãmul.*

98 Vniuersale logicum esse, Rationem conuenientiæ, quæ est in multis inter se similibus; quatenus ab intellectu nostro separatim, & abstractè concipitur, nõ conceptis differentijs, quas habent ab inuicem res inter se similes; & vt quid vnum concipitur, quod aptitudinem habet vt re-

periatur in multis: siue sit à parte rei ratio illa distincta à rationibus differentialibus, siue quid vnum cũ illis. Logicum vniuersale dicitur: quia vnitatem, & aptitudinẽ vt sit in multis differentibus, habet ex conceptu mentis abstrahente, & ex eius denominatione; qui cõceptus græco nomine λόγος appellatur. vt Ratio animalis ex homine, leone, boue, & ceteris animalibus abstracta vt abstracta, vniuersale logicum est. *Dist. 6. S. Th. opusc. 56.*

99 Abstractionem logicam esse eam mentis cognitionem, quæ ex multis rationibus, quæ sunt in re, vnam apprehendit, & considerat, alijs non consideratis. vt cum Homo cognoscitur animal esse, etiam si rationalis simul sit. quæ etiam Metaphysicæ abstractionis nomen habere potest; quatenus supra physicas, id est, naturales rerum entitates cadit. *Dist. 6. à n. 10. S. Thom. opusc. 56.*

100 Prædicabile, vniuersale logicũ esse: quatenus, quia per intellectus abstractionẽ est quid vnum aptum esse in multis, potest vt quid vnum de ipsis multis prædicari, ac dici. vt, Animal de homine dici potest, & boue, & leone, ac ceteris animalibus. *Dist 6. à n. 10. S. Th. opusc. 56.*

101 Prædicabilia esse quinque: Genus, Speciem, Differentiam, Proprium, Accidẽs commune. quia quinque modis possunt Rationes abstractæ prædicari, ac dici de multis. *Porphyr. Intr. c. 1.*

102 Genus esse, Rationem rerum intrinsecã, ac essentialem: quatenus, vt pars materialis, & vt subiectum prædicari potest de pluribus inter se differẽtibus specie. vt, Animal, genus est; quia est de essentia hominis, & animalium ceterorũ; & habet se vt pars materialis in essentijs, id est,

in

in primis rationibus,animalium; quæ aduenien-
te ratione differentiali, ac primò distinguente
vnũ animal ab alio animali, perfectam integrat
essentiam in quoque animali;vt hominis essentia
integra est,Animal rationale. *Porphyr.Intr.c.*1.

103 Genus summum esse, quod supra se nul-
lum genus habet. &, Quod,cum sit genus,non est
etiam species.vt,Substantia. *Porphyr.Intr.c.*2.

104 Genus subalternũ esse, supra quod aliud
genus est. &, Quod,cum sit genus,est etiam spe-
cies. vt,Corpus; supra quod est substantia; infra
quod est viuens. *Porphyr. Intr.c.*2.

105 Speciem esse, Rationem rerum essentia-
lem,duas rationes includẽtem, Generis, & Dif-
ferentiæ: quatenus proximè sub aliquo genere
collocatur, vt, Homo,rationes cõplectitur ani-
malis,quod est genus;& rationalis,quæ est diffe-
rentia:& proximè sub Animali collocatur,quod
genus est. *Porphyr.Intr.c.*2.

106 Speciem subalternã esse, sub qua est alia
species.seu,Quę,cum species sit,est etiam genus,
vt Animal, est species sub Corpore, genus ad
Hominem. *Porph.Intr.c.*2.

107 Speciem infimam esse, sub qua non est
alia species. seu,Quæ,cum sit species,nõ est etiã
Genus.seu,Quæ tantum de ijs pluribus,quę solo
differunt numero, vt totum quid essentiale prædicatur. vt, Homo, species infima est respectu
Socratis,& Platonis. *Porphyr.Intr.c.*2.

108 Differentiam esse formam, qua res aut à
se in alio,& alio tempore, aut ab alia re differt.
*Porphyr.Intr.c.*3.

109 Differentiam communem esse, quæ nec
pertinet ad essentiam rei, nec inseparabilis ab ea

est. vt, Sedere, Stare. *Porph. Intr. c. 3.*

110 Propriam differentiam esse, quæ inseparabilis quidem est, sed tamen ad essentiam non pertinet. vt, esse disciplinæ capacem, respectu Hominis. *Porph. Intr. c. 3.*

111 Differentiam maximè propriè dictam, quæ & specifica nominatur, esse eam, quæ & inseparabilis est, & ad essentiam rei pertinet. vt esse Corporeum, esse rationale. seu, Esse id, quo species suum genus excedit. vt Homo excedit Animal rationalitate. seu, Id, quod ita separat species sub eodem genere, vt ad earum essentiã pertineat. seu, Id, quod prædicatur de pluribus, vt forma necessaria, essentialis, partialis. *Porph. Intr. c. 3.*

112 Differentiam genericam esse, quæ constituit rem, quæ nõ tantum est species, sed etiam genus. vt est, sensitiuum, respectu Animalis. *Porphyr. Intr. c. 3.*

113 Differentiam specificam infimam esse, quæ proximè constituit rem, quæ solum est species. vt est, Rationale, respectu Hominis. *Porph. Intr. c. 3.*

114 Indiuidualem differentiam esse, quæ speciei adiuncta proximè Indiuiduum constituit. vt quæ adiũcta Homini Socratem efficit. *Summul.*

115 Differre inter se numero, dici illa, quæ numerando differunt; quia aliud, & aliud sunt, nec vnum ab altero includitur. vt, Socrates, & Plato; Homo, & Equus: non autem Homo, & Animal; quia Homo est etiam Animal. *Arist. 10. Met. c. 3.*

116 Ea solo numero differre, quæ & Indiuidua sunt, & sub genere suo nulla communi ra-

tione

tione differunt, sed solum differentia individuali. vt, Socrates, & Plato. *Arist.* 10. *Met. à t.* 11.

117 *1* Proprium esse, quod prædicatur de pluribus vt forma accidentalis, sed inseparabilis, ac necessaria. vt, esse disciplinæ capax, esse Risibile. *Ex Arist.* 5. *Top.* 1. *loc.* 1. 3.

t *Fonf. l.* 2. *Inst. c.* 6.

118 Generale proprium esse, quod reciprocatur, seu conuersim prædicatur cum re, quæ genus est. vt, Esse quantitatis susceptiuum, respectu Corporis: reciprocatur enim cum corpore; quatenus omne quantitatis susceptiuum est Corpus; &, Omne corpus quantitatis susceptiuum est. *Arist.* 1. *Top. c.* 4.

119 Speciale proprium esse, quod reciprocatur cum re, quæ est species infima. vt, esse disciplinæ capax respectu Hominis. *Arist.* 1. *Top. c.* 4.

120 Accidens esse, quod adest in re, & abest ab illa, sine eius rei corruptione. seu, Quod contingit eidem inesse, & non inesse. seu, Quod non est genus, nec species, nec differentia, nec proprium; inest autem rei. seu, Quod prædicatur de pluribus vt forma partialis, accidentalis, & contingens. vt, Album, Nigrum, & similia. *Porph. c. de Accid. Arist.* 1. *Top.* 4. & 4. *Top. c.* 1. *loc.* 3.

121 Gradus metaphysicos appellari rationes vniuersales, inter se per intellectum nostrum distinctas, inuicem subordinatas; sese inuicem in suo conceptu formali non includentes, ac proinde vniuocas; in rei natura fundatas; vnam altera vniuersaliores, ac proinde superiores; rationes generum, ac differentiarum essentialium habentes; ab infimis differentijs ad summum genus ascendentes, & à summo genere ad vltimas differentias descendentes. vt in Prædicamento Substantiæ

gradus hi sunt, Substantia, corporea, animata, sensibilis, rationalis. *Dist. 6 à n. 16.*

122 Prædicamenta esse, summas rerum rationes, ac vniuersaliſſimas, supra quas non potest vlla ratio vniuersalior abstrahi, quæ sit vniuoca, id est, in ratione inferiore non inclusa. quæ prædicamenta dicuntur; quia fundamenta sunt omnium prædicationum. *Arist. 1. Top. c. 7. Dist. 6. à n. 10.*

123 Prædicamenta esse omnino decem: Substantiã, Quantum, Quale, Ad aliquid, Vbi, Quando, Situm esse, Habere, Agere, Pati, de quorum rationibus in definitionibus metaphysicis dicetur. *Arist. in Antepræd. §. 8. 9. & 1. Top. 7. Dist. 6. à nu. 10.*

124 Vniuocum nomen esse, quod vt voce est vnum, ita etiam vnum est significatione; quia vnã tantum rationem significat. vt, Animal. *Arist. in Antepradic. §. 2.*

125 Æquiuocum nomen esse, quod voce vnũ est, significatione multiplex, vt, Canis, vna vox cum sit, & canem terrestrem significat, & marinum, & cœleste. *Arist. in Antepr. §. 1.*

126 Analogum nomen esse, quod voce vnum est, sed significatione partim vnum, partim diuersum. vt, Sanum, vna vox est, & significatio partim vna, nempè tẽperies humorum, qui sunt in animali; partim diuersa, quia etiam de vrina dicitur, & de pulsu, & de medicina, per attributionem tamen, & respectum tum signi, tum causæ, ad sanitatem, quæ est in animali, & quæ præcipuè significatur nomine sani. *S. Thom. 1. p. q. 13. a. 5.*

127 Rationem vniuocam esse, quæ vbicũque

reperitur, secundum eundem conceptum reperitur. vt Animal, secundum eundem conceptum sensitiui reperitur & in Homine, & in boue, & in ceteris animalibus seu, Quæ æquè participatur à suis inferioribus. seu, Quæ & à suis inferioribus abstrahit, & inferiora abstrahunt ab ipsa. vt Animalitas abstrahit à Rationalitate, & Rationalitas ab Animalitate. *S.Th. 1.p.q.13.a.5.*

128 Rationem analogam esse rationem confusam, includentem & rationem conuenientiæ, & rationem differentiæ, quæ reperiuntur in inferioribus, è quibus abstrahit. seu, Quæ licet aliquo modo ab inferioribus abstrahat, inferiora tamen abstrahere ab illa non possunt. vt Ratio indiuidui, seu Singularitatis, licet aliquo modo concipi possit vt quid commune pluribus indiuiduis, & ab illis abstracta: indiuiduales tamen differentiæ, cum sint vltimæ rationes rerum, non possunt à ratione indiuidualis differentiæ abstrahere, vt alio conceptu concipiantur, quam indiuidualis differentiæ, seu Hęcceitatis. seu, Quæ nō æque à suis inferioribus participatur, sed vel ab vna principaliter, ab altera minus principaliter: vt, Ens, principaliter à substantia participatur, quæ est ens per se; ab accidente minus principaliter, quia minorem rationē habet essendi, quatenus non est per se, sed semper in alio. vel ab vna absolutè, ab alia denominatiuè, & secūdum respectum; vt, Sanum, absolutè de animali dicitur; per respectum de medicina, quatenus causat sanitatem. vel, ab vna propriè, ab altera per similitudinem, & metaphoricè: vt Risus propriè de Homine dicitur, metaphoricè de prato. *Disp. 6. De sum. entis generibus*

u *Caiet. de Anal. Nom. c. 2.*

129 u Analoga secũdum attributionem dici, quorum nomen commune est; ratio autem quatenus per nomen illud significatur, est eadem secundum terminum, & diuersa secundum habitudinem ad illum. ita Animal, medicina, vrina, dicuntur analogicè sana. *S. Th. 1. p. q. 13. a. 5.*

130 Analoga secundum proportionalitatem dici, quorum nomen commune est, & ratio secundum illud nomen est proportionaliter eadem, seu similis secundum proportionem. ita, Pes, nomen est commune & principio montis, & membris, quibus animal graditur: quia sicut se habet pes animalis ad animal, ita pes montis ad montem. *S. Thom. supra.*

131 Proportionem, quæ & Attributio, & Ratio, & Relatio dici potest; esse mutuam quandã duarum inter se rerum habitudinem, & comparationem. vt, Octo ad quatuor comparata proportionem habent, seu rationem dupli. *Euclid. l. 5. def. 3.*

132 Proportionalitatem esse rationum similitudinem. seu, Plurium inter se proportionum cõparationem. vt, Proportio sex ad tria, & proportio octo ad quatuor; proportionalitatẽ inter se duplam habent: quia similes sunt inter se in ratione dupli. dupla enim est proportio sex ad tria, item dupla proportio octo ad quatuor. *Euclid. l. 5. def. 4.*

133 Concretum dici, quod est cum alio compositum, & existens in illo, vel cũ illo. vt, Homo, quoddam concretum est. est enim Humanitas cũ habente humanitatem composita, & existens in illo. *Summul.*

134 Abstractũ dici, quod est ab alio separatũ. *Summul.*

135

135 Vltimatè abstractum esse, in quo nihil superet, quod abstrahatur. Non vltimatè abstractū: à quo adhuc aliquid abstrahi potest. vt Animal, est ab inferioribus abstractum, sed non vltimatè, quia ab Animali adhuc abstrahi Animalitas potest. *Summul.*

136 Abstractum à subiecto dici, quod est forma, seu quid ad modum formæ conceptum: cum re, siue per intellectum, à subiecto separatur, in quo ex natura sua subiectatur, aut subiectari concipitur. vt, Albedo, vt Risibilitas. *Summul.*

137 Abstractum ab inferioribus dici, quod vt quid totum consideratur ex subiecto, & forma compositum, sine differentijs eorum, in quibus reperitur. ita Animal, abstractū quid est ab Homine, leone, boue; quæ sunt inferiora respectu Animalis, quæ est ratio quædā illis vniuersalior. *Summul.*

138 Abstractum à toto dici id, cuius ratio & à ratione materiali accipitur, & à ratione formali eius subiecti, ex quo abstrahere concipitur. vt, Humanitas, respectu Hominis, qui est ex corpore compositus vt materia, & ex anima vt forma. *Summul.*

139 Absolutum dici id, quod quasi per se existens, seu per modum per se stantis concipitur. vt, Homo, Humanitas, Candor. *Summul.*

140 Connotatiuum dici, quod cum respectu concipitur, & connexione cum alio. vt Candidū, est Candor cum adhæsione ad subiectum: Vestitum, est vestis cum adiacentia ad corpus. *Summul.*

141 Relatiuum dici, quod est sermonis antecedentis recordatiuum. vt, Qui, Quæ, Quod; Quale, Suum, &c. *Summul.*

catur; ideſt, Cum quo connexionem, vel diſiun-
r S.Th.1.p. q.13.a.12. ctionē aliud habere cognoſcitur. r Quod ſubiecti nomen habet: tum quia vt ſubiectum, & materia quædam ſe habet reſpectu Prædicati, quod reſpectu ſubiecti habet ſe vt forma illius ſiue totalis, ſiue partialis, ſiue eſſentialis, ſiue accidentalis. tum quia Prædicatum concipitur à nobis vt totum quiddam vniuerſale, cuius pars quædam ei ſubiecta ſubiectū eſt. Subiectum enim dicitur aliquid tum reſpectu ſuæ formæ, cui ſubijcitur eam recipiendo; tum reſpectu ſui ſuperioris, cui eſt inferius. *ex Ariſt. in Antepr. §. 5.*

86 Formā dici id, quod rem ſpecificat, & ab alijs rebus illam diſtinguit, & efficit differētem. *Formal. Scot. l. 1. c. 1.*

87 Formam totalem, eſſe rationem totius eſſe Rei, complectentem & conuenientiam, quam res habet cum alijs rebus, & differētiam ab illis. *Formal. Scot. ſupra.*

88 Formam partialem, eſſe conceptum, rationem partis, ac differentiæ habentem, reſpectu formæ totalis. *Formal. Scot. ſupra.*

89 Formam eſſentialem eſſe primam rationem, & conceptum, qui rem ab alijs rebus differentem reddit. *Formal. Scot. ſupra.*

90 Formam accidentalem eſſe eam rationem, quæ eſt in re; quæ aduenit, aut aduenire concipitur Rei per formam eſſentialem iam conſtitutæ, vt ſe habet in Homine Riſibilitas reſpectu Rationalitatis. *Formal. Scot. ſupra.*

91 Formam externam eſſe Exemplar reſpectu rei, quæ exēplaris imitatione fit. *Form. Scot. ſup.*

92 Rationem dici conceptum obiectiuum; quatenus is à noſtra ratione, ac intellectu apprehendi-

henditur. Solet autem in primis eo nomine nuncupari forma rei essentialis: quia est primus conceptus, qui debet à nostra mente, ac ratione de re qualibet apprehendi. *Arist.5.Met.c.2.*

93 Probationem, argumentum, motiuum, quod mentem mouet ad aliquid affirmandum, vel negandum, Rationem appellari. quia ratiocinandi, ac discurrendi principium est; qui est actus rationalis creaturæ. *Dist.1.n.5.6.*

94 Vniuersale dici Conceptum, & rationem illam, quæ communis est, & prædicari de multis potest; & vt quid totum concipitur, ac superius ad illa, de quibus prædicatur. vt, Animal, est vniuersale quid respectu Hominis, leonis, bouis, & animalium ceterorum. *Dist.6.à n.10.*

95 Singulare, ac indiuiduum esse, quod non est communicabile multis ita, vt secũdum illius rationẽ multa sint. vt, Socrates, indiuiduum est; quia non potest nisi vnus Socrates esse: non ita Homo, quia possunt plures homines esse. *Arist. sect.1.§.2. 3.Met.c.3.t.14.*

s *S.Th.1.p. q.30.a.4. Soar.in Metaphys. d.5.*

96 Vniuersale in causando dici, quod plures effectus potest producere, etiam si ipsum singulare quid sit. vt Deus, est ens vniuersale in causando. *Par.1.d.1.n.2.*

97 Vniuersale in repræsentando esse, quod significat, seu repræsentat vniformiter plura. vt Imago ad plura repræsentandũ ordinata. *Sãmul.*

98 Vniuersale logicum esse, Rationem conuenientiæ, quæ est in multis inter se similibus; quatenus ab intellectu nostro separatim, & abstractè concipitur, nõ conceptis differentijs, quas habent ab inuicem res inter se similes; & vt quid vnum concipitur, quod aptitudinem habet vt re-

periatur in multis: siue sit à parte rei ratio illa distincta à rationibus differentialibus, siue quid vnum cũ illis. Logicum vniuersale dicitur: quia vnitatem, & aptitudinẽ vt sit in multis differentibus, habet ex conceptu mentis abstrahente, & ex eius denominatione; qui cõceptus græco nomine λόγος appellatur. vt Ratio animalis ex homine, leone, boue, & ceteris animalibus abstracta vt abstracta, vniuersale logicum est. *Dist. 6. S. Th. opusc. 56.*

99 Abstractionem logicam esse eam mentis cognitionem, quæ ex multis rationibus, quæ sunt in re, vnam apprehendit, & considerat, alijs non consideratis. vt cum Homo cognoscitur animal esse, etiam si rationalis simul sit. quæ etiam Metaphysicæ abstractionis nomen habere potest; quatenus supra physicas, id est, naturales rerum entitates cadit. *Dist. 6. à n. 10. S. Thom. opusc. 56.*

100 Prædicabile, vniuersale logicũ esse: quatenus, quia per intellectus abstractionẽ est quid vnum aptum esse in multis, potest vt quid vnum de ipsis multis prædicari, ac dici. vt, Animal de homine dici potest, & boue, & leone, ac ceteris animalibus. *Dist 6. à n. 10. S. Th. opusc. 56.*

101 Prædicabilia esse quinque: Genus, Speciem, Differentiam, Proprium, Accidẽs commune. quia quinque modis possunt Rationes abstractæ prædicari, ac dici de multis. *Porphyr. Intr. c. 1.*

102 Genus esse, Rationem rerum intrinsecã, ac essentialem: quatenus, vt pars materialis, & vt subiectum prædicari potest de pluribus inter se differẽtibus specie. vt, Animal, genus est; quia est de essentia hominis, & animalium ceterorũ; & habet se vt pars materialis in essentijs, id est,

in

in primis rationibus, animalium; quæ aduenien-
te ratione differentiali, ac primò distinguente
vnũ animal ab alio animali, perfectam integrat
essentiam in quoque animali; vt hominis essentia
integra est, Animal rationale. *Porphyr.Intr.c.*1.

103 Genus summum esse, quod supra se nul-
lum genus habet. &, Quod, cum sit genus, non est
etiam species. vt, Substantia. *Porphyr.Intr.c.*2.

104 Genus subalternũ esse, supra quod aliud
genus est. &, Quod, cum sit genus, est etiam spe-
cies. vt, Corpus; supra quod est substantia; infra
quod est viuens. *Porphyr. Intr.c.*2.

105 Speciem esse, Rationem rerum essentia-
lem, duas rationes includẽtem, Generis, & Dif-
ferentiæ: quatenus proximè sub aliquo genere
collocatur. vt, Homo, rationes cõplectitur ani-
malis, quod est genus; & rationalis, quæ est diffe-
rentia: & proximè sub Animali collocatur, quod
genus est. *Porphyr.Intr.c.*2.

106 Speciem subalternã esse, sub qua est alia
species. seu, Quę, cum species sit, est etiam genus.
vt Animal, est species sub Corpore, genus ad
Hominem. *Porph.Intr.c.*2.

107 Speciem infimam esse, sub qua non est
alia species. seu, Quæ, cum sit species, nó est etiã
Genus. seu, Quæ tantum de ijs pluribus, quę solo
differunt numero, vt totum quid essentiale præ-
dicatur. vt, Homo, species infima est respectu
Socratis, & Platonis. *Porphyr.Intr.c.*2.

108 Differentiam esse formam, qua res aut ꝑ
se in alio, & alio tempore, aut ab alia re differt.
*Porphyr.Intr.c.*3.

109 Differentiam communem esse, quæ nec
pertinet ad essentiam rei, nec inseparabilis ab ea

est. vt, Sedere, Stare. *Porph. Intr. c. 3.*

110 Propriam differentiam esse, quæ inseparabilis quidem est, sed tamen ad essentiam non pertinet: vt, esse disciplinæ capacem, respectu Hominis. *Porph. Intr. c. 3.*

111 Differentiam maximè propriè dictam, quæ & specifica nominatur, esse eam, quæ & inseparabilis est, & ad essentiam rei pertinet. vt esse Corporeum, esse rationale. seu, Esse id, quo species suum genus excedit. vt Homo excedit Animal rationalitate. seu, Id, quod ita separat species sub eodem genere, vt ad earum essentiã pertineat. seu, Id, quod prædicatur de pluribus, vt forma necessaria, essentialis, partialis. *Porph. Intr. c. 3.*

112 Differentiam genericam esse, quæ constituit rem, quæ nõ tantum est species, sed etiam genus. vt est, sensitiuum, respectu Animalis. *Porphyr. Intr. c. 3.*

113 Differentiam specificam infimam esse, quæ proximè constituit rem, quæ solum est species. vt est, Rationale, respectu Hominis. *Porph. Intr. c. 3.*

114 Indiuidualem differentiam esse, quæ speciei adiuncta proximè Indiuiduum constituit. vt quæ adiuncta Homini Socratem efficit. *Summul.*

115 Differre inter se numero, dici illa, quæ numerando differunt; quia aliud, & aliud sunt, nec vnum ab altero includitur. vt, Socrates, & Plato; Homo, & Equus: non autem Homo, & Animal; quia Homo est etiam Animal. *Arist. 10. Met. c. 3.*

116 Ea solo numero differre, quæ & Indiuidua sunt, & sub genere suo nulla communi ratione

tione differunt, sed solum differentia individuali. vt, Socrates, & Plato. *Arist.* 10. *Met.* à t. 11.

117 † Proprium esse, quod prædicatur de pluribus vt forma accidentalis, sed inseparabilis, ac necessaria. vt, esse disciplinæ capax, esse Risibile. *Ex Arist.* 5. *Top.* 1. *loc.* 1. 3. † *Fons. l.* 2. *Inst. c.* 6.

118 Generale proprium esse, quod reciprocatur, seu conuersim prædicatur cum re, quæ genus est. vt, Esse quantitatis susceptiuum, respectu Corporis: reciprocatur enim cum corpore; quatenus omne quantitatis susceptiuum est Corpus; &, Omne corpus quantitatis susceptiuum est. *Arist.* 1. *Top. c.* 4.

119 Speciale proprium esse, quod reciprocatur cum re, quæ est species infima. vt, esse disciplinæ capax respectu Hominis. *Arist.* 1. *Top. c.* 4.

120 Accidens esse, quod adest in re, & abest ab illa, sine eius rei corruptione. seu, Quod contingit eidem inesse, & non inesse. seu, Quod non est genus, nec species, nec differentia, nec proprium; inest autem rei. seu, Quod prædicatur de pluribus vt forma partialis, accidentalis, & contingens. vt, Album, Nigrum, & similia. *Porph. c. de Accid. Arist.* 1. *Top.* 4 & 4. *Top. c.* 1. *loc.* 3.

121 Gradus metaphysicos appellari rationes vniuersales, inter se per intellectum nostrum distinctas, inuicem subordinatas; sese inuicem in suo conceptu formali non includentes, ac proinde vniuocas in rei natura fundatas; vnam altera vniuersaliores, ac proinde superiores; rationes generum, ac differentiarum essentialium habentes; ab infimis differentijs ad summum genus ascendentes, & à summo genere ad vltimas differentias descendentes. vt in Prædicamento Substantiæ

gradus hi sunt, Substantia, corporea, animata, sensibilis, rationalis. *Dist.6 à n.16.*

122 Prædicamenta esse, summas rerum rationes, ac vniuersaliſſimas, supra quas non potest vlla ratio vniuersalior abstrahi, quæ sit vniuoca, id est, in ratione inferiore non inclusa. quæ prædicamenta dicuntur; quia fundamenta sunt omnium prædicationum. *Arist.1.Top.c.7. Dist.6. à n.10.*

123 Prædicamenta esse omnino decem: Substantiã, Quantum, Quale, Ad aliquid, Vbi, Quando, Situm esse, Habere, Agere, Pati, de quorum rationibus in definitionibus metaphysicis dicetur. *Arist.in Antepræd.§.8.9.& 1.Top.7. Dist. 6. à nu.10.*

124 Vniuocum nomen esse, quod vt voce est vnum, ita etiam vnum est significatione; quia vna tantum rationem significat. vt, Animal. *Arist.in Antepræd.§.2.*

125 Æquiuocum nomen esse, quod voce vnũ est, significatione multiplex. vt, Canis, vna vox cum sit, & canem terrestrem significat, & marinum, & cœleste. *Arist.in Antepr.§.1.*

126 Analogum nomen esse, quod voce vnum est, sed significatione partim vnum, partim diuersum. vt, Sanum, vna vox est, & significatio partim vna, nempè tẽperies humorum, qui sunt in animali; partim diuersa, quia etiam de vrina dicitur, & de pulsu, & de medicina, per attributionem tamen, & respectum tum signi, tum causæ, ad sanitatem, quæ est in animali, & quæ præcipuè significatur nomine sani. *S.Thom. 1.p. q.13.a.5.*

127 Rationem vniuocam esse, quæ vbicũque repe-

reperitur, secundum eundem conceptum reperitur. vt Animal, secundum eundem conceptum sensitiui reperitur & in Homine, & in boue, & in ceteris animalibus. seu, Quæ æquè participatur à suis inferioribus. seu, Quæ & à suis inferioribus abstrahit, & inferiora abstrahunt ab ipsa. vt Animalitas abstrahit à Rationalitate, & Rationalitas ab Animalitate. *S. Th.* 1. *p. q.* 13. *a.* 5.

128 Rationem analogam esse rationem confusam, includentem & rationem conuenientiæ, & rationem differentiæ, quæ reperiuntur in inferioribus, è quibus abstrahit. seu, Quæ licet aliquo modo ab inferioribus abstrahat, inferiora tamen abstrahere ab illa non possunt. vt Ratio indiuidui, seu Singularitatis, licet aliquo modo concipi possit vt quid commune pluribus indiuiduis, & ab illis abstracta: indiuiduales tamen differentiæ, cum sint vltimæ rationes rerum, non possunt à ratione indiuidualis differentiæ abstrahere, vt alio conceptu concipiantur, quam indiuidualis differentiæ, seu Hęcceitatis. seu, Quæ nō æque à suis inferioribus participatur, sed vel ab vna principaliter, ab altera minus principaliter: vt, Ens, principaliter à substantia participatur, quæ est ens per se; ab accidente minus principaliter, quia minorem rationē habet essendi, quatenus non est per se, sed semper in alio. vel ab vna absolutè, ab alia denominatiuè, & secūdum respectum; vt, Sanum, absolutè de animali dicitur; per respectum de medicina, quatenus causat sanitatem. vel, ab vna propriè, ab altera per similitudinem, & metaphoricè: vt Risus propriè de Homine dicitur, metaphoricè de prato. *Dist.* 6. *De sumentis generibus*

u *Cajet. de Anal. Nom. c. 2.*

129 u Analoga secũdum attributionem dici, quorum nomen commune est; ratio autem quatenus per nomen illud significatur, est eadem secundum terminum, & diuersa secundum habitudinem ad illum. ita Animal, medicina, vrina, dicuntur analogicè sana. *S. Th. 1. p. q. 13. a. 5.*

130 Analoga secundum proportionalitatem dici, quorum nomen commune est, & ratio secundum illud nomen est proportionaliter eadem, seu similis secundum proportionem. ita, Pes, nomen est commune & principio montis, & mẽbris, quibus animal graditur: quia sicut se habet pes animalis ad animal, ita pes montis ad montem. *S. Thom. supra.*

131 Proportionem, quæ & Attributio, & Ratio, & Relatio, dici potest; esse mutuam quandã duarum inter se rerum habitudinem, & comparationem. vt, Octo ad quatuor comparata proportionem habent, seu rationem dupli. *Euclid. l. 5. def. 3.*

132 Proportionalitatem esse rationum similitudinem. seu, Plurium inter se proportionum cõparationem. vt, Proportio sex ad tria, & proportio octo ad quatuor; proportionalitatẽ inter se duplam habent: quia similes sunt inter se in ratione dupli. dupla enim est proportio sex ad tria, item dupla proportio octo ad quatuor. *Euclid. l. 5. def. 4.*

133 Concretum dici, quod est cum alio compositum, & existens in illo, vel cũ illo. vt, Homo, quoddam concretum est. est enim Humanitas cũ habente humanitatem composita, & existens in illo. *Summul.*

134 Abstractũ dici, quod est ab alio separatũ. *Summul.*

135

135 Vltimatè abstractum esse, in quo nihil superet, quod abstrahatur. Non vltimatè abstractū: à quo adhuc aliquid abstrahi potest. vt Animal, est ab inferioribus abstractum, sed non vltimatè, quia ab Animali adhuc abstrahi Animalitas potest. *Summul.*

136 Abstractum à subiecto dici, quod est forma, seu quid ad modum formæ conceptum: cum re, siue per intellectum, à subiecto separatur, in quo ex natura sua subiectatur, aut subiectari concipitur. vt, Albedo, vt Risibilitas. *Summul.*

137 Abstractum ab inferioribus dici, quod vt quid totum consideratur ex subiecto, & forma compositum, sine differentijs eorum, in quibus reperitur. ita Animal, abstractū quid est ab Homine, leone, boue; quæ sunt inferiora respectu Animalis, quæ est ratio quædā illis vniuersalior. *Summul.*

138 Abstractum à toto dici id, cuius ratio & à ratione materiali accipitur, & à ratione formali eius subiecti, ex quo abstrahere concipitur. vt, Humanitas, respectu Hominis, qui est ex corpore compositus vt materia, & ex anima vt forma. *Summul.*

139 Absolutum dici id, quod quasi per se existens, seu per modum per se stantis concipitur. vt, Homo, Humanitas, Candor. *Summul.*

140 Connotatiuum dici, quod cum respectu concipitur, & connexione cum alio. vt Candidū, est Candor cum adhæsione ad subiectum: Vestitum, est vestis cum adiacentia ad corpus. *Summul.*

141 Relatiuum dici, quod est sermonis antecedentis recordatiuum. vt, Qui, Quæ, Quod; Quale, Suum, &c. *Summul.*

142

142 Relatiuum substantiæ appellari, quod suum antecedens per modum nominis substantiui refert. *Summul.*

143 Relatiuum accidentis dici, quod suum antecedens per modum adiectiui refert. *Simul.*

144 Relatiuum substantiæ dici relatiuũ Identitatis; cum pro eodem siue numero, siue specie, accipitur, pro quo suum antecedens. vt, Beatus vir, qui timet Dominum. In eodem ligno vicimus, in quo peccauimus. *Summul.*

145 Relatiuum Accidentis dici relatiuum Identitatis; cum refert suum antecedens consigni ficando idem accidens. vt, Petrus est iustus, qualem oportet esse Christianum. *Summul.*

146 Relatiuum substantiæ dici Relatiuum diuersitatis, cũ pro alio supposito accipitur, quam suum antecedens. vt, Petrus loquitur, & alter tacet. *Summul.*

147 Relatiuum accidentis dici Relatiuum diuersitatis, quatenus refert suum antecedens consignificando diuersum accidens. vt, Augustinus fuit catholicus, alius autem fuit Arius. *Summul.*

148 Aliquod relatiuum substantiæ Identitatis Reciprocum dici, quatenus regreſſionem quandam significat in suum antecedens. vt, Omnis homo amat se: Mater diligit filium suum. *Summul.*

149 Opposita esse, quę inuicem repugnant ratione propriæ naturæ. Quatuor autem modis repugnare possunt, Relatiuè, Contrariè, Priuatiuè, Contradictoriè. *Arist. in Postprad. §. 1.*

150 Relatiuè opposita esse, quæ quidquid sũt, oppositorum dicuntur, aut aliquo alio modo ad inuicem. vt, Pater dicitur respectu Filij, & Filius per respectum ad Patrem. *Arist. in Postprad. §. 1.*

151

151 *x* Contrariè oppositæ esse, quę quidquid sunt, nullo modo ad inuicem dicuntur; contraria tamen sibi inuicem dicuntur. vt, Ægritudo, non dicitur sanitatis ægritudo, sed sanitati contraria; & Sanitas ęgritudini. *Arist.in Postpr.S.1.*

x *Vid.Dist. 6. Defin.De Identitate, & diuer.*

152 *y* Priuatiuè oppositæ esse, habitum, seu formam, & priuationē formæ. vt, Visus, & Cœcitas. *Arist.in Postpræd.§.1.*

y *Vid. Dist. 6. Defin.De Verb.sign.*

153 Habitum esse, quidquid modo aliquo rei adhæret: vt aspectus oculis, auditus auribus, lumen aeri, pili capiti, vestis corpori. Priuationem autem propriè sumptam, esse negationem eiusmodi formæ in subiecto natura apto, & in tempore à natura constituto vt forma insit: vt, Cœcitas, Surditas, Tenebrosum, Caluum, Nudū esse. *Arist. in Postpræd.§.1.*

154 Contradictoriè oppositæ esse, inter quæ comparatione cuiusque nullum datur medium; id est, quorum alterum de quouis necesse est dici siue ente, sine nō ente. vt, affirmatio, & negatio; Sedet, non sedet; lapis, non lapis. non enim datur quicquam medium, quod nec lapis sit, nec non lapis; quia non lapis, dicitur de omni alio, præter lapidem. *Arist.in Postpræd. §.1.& 10.Met.c.6. & l.4.c.7.*

155 *z* Priora primo modo dici, quæ tempore alia præcedunt. Ita antiquiora priora dicuntur. *Arist.in Postpræd.§.2 & 5.Met.c.11.*

z *Vid.Dist. 6.Defin.De Prioritate.*

156 Priora secundo modo dici, A quibus non commeat retrò vicissim cōsequentia; qua ex vno alterum esse colligatur. Ita vnum Duobus est prius. valet enim dicere: Sunt duo, ergo vnum. sed non valet vicissim dicere: est vnū, ergo duo. *Arist.in postpræd.§.2.& 5.Met.c.11.*

157 Priora tertio modo dici, quæ quodam ordine priora sunt. vt in Grãmatica litteræ priores sunt syllabis; in oratione Procœmiũ prius est Narratione. *Arist. in Postpræd. §. 2. & 5. Met. c. 11.*

158 Priora quarto modo dici, quæ meliora, & præstantiora. *Arist. in Postpræd. §. 2. & 5. Met. c. 11.*

159 Priora quinto modo dici, quæ causæ sunt, vt alia sint. quæ ad hoc genus pertinent, Priora natura solent appellari. *Arist. in Postpræd. §. 2. & 5. Met. c. 11.*

160 Simul tempore dici, quorum ortus est in eodem tempore. *Arist. in Postpræd. §. 3.*

161 Simul natura dici, tum ea, quæ in argumentatione reciprocantur, seseq; inuicem inferunt, cum tamen vnum alterius causa non sit. tũ quæque primæ differentiæ, in quas primò genera diuiduntur: vt Rationale, & Irrationale, in quas differentias primò diuiditur Animal. *Arist. in Postpræd. §. 3.*

162 Coniugata dici, voces, quæ in eodem ferè sono, & in eadem significatione conueniunt, quamuis propter aliquid aliud, quod singula diuerse significant, significationem illam omnibus communem aliquantulum immutent. vt, Sapiẽs, Sapientia, Sapienter. *Arist. in Antepr. §. 3.*

163 Synonyma esse, quę diuersum sonum, sed eandem significationem habent. vt ensis, & gladius. *Tolet. Intr. l. 5. c. 4.*

164 Circumstantia, siue Adiuncta dici ea, quę talem coniunctionis habitudinem dicũt cum re, vt non necessario cum illa connectãtur. Horum tria sunt genera, Præcurrentia, Comitantia, Subsequentia. *Fons. Instit. l. 3. c. 26.*

165 Præcurrentia esse, Portenta, nobilitatem maiorum, diem natalem, educationem, consuetudinem, prouocationem, & similia. *Fons. supra.*

166 Comitantia esse, Locum, Tempus, Occasionem, Socios, dignitatem, officium, apparatum, & cetera id genus. *Fons. sup.*

167 Subsequentia esse, Laudem, Diuitias partas, Infamiam, reprehensionem, Pœnam, & huiusmodi alia. *Fons. sup.*

168 Repugnantia esse, quæ disparatè pugnãt inter se, quia in nullo genere oppositorum sunt. ita se habent quæcunque duæ res inter se distinctæ, vt lapis, & lignum. *Fons. Instit. l. 7. c. 34.*

169 Consentanea esse, quæ ita distinguntur inter se, vt respectum aliquem similitudinis habeant. vt, Similia, Maiora, Minora, Paria. *Fons. sup. c. 27.*

170 Dissentanea esse, quæ præter distinctionem, respectum quendam dissimilitudinis habẽt ad inuicem. vt, Dissimilia, Opposita, Repugnantia. *Fons. sup. c. 31.*

171 Similia esse, quæ vel aliquam formam eiusdem rationis participant; vt duo alba. vel aliquam inter se proportionem habent, vt mens, & oculi. *Fons. sup. c. 27.*

172 Similium genus quoddam exempla esse. horum autem genera tria, exempla strictè sumpta, Parabolæ, Apologi. *Summul.*

173 Exemplum strictè sumptum, Rei gestæ, ac similis narrationem esse. *Summul.*

174 Parabolam esse, quæ aliquid gestum fingit simile vero. *Summul.*

175 Apologum esse, qui aliquid gestum fingit fabulosum. *Summul.*

176 Maiora à Dialecticis dici, quæ veriora sunt, & probabiliora. *Tol. Intr. l.5.c.8. Fons. l.7.c.28.*

177 Minora dici à Dialecticis, quæ cum alijs comparata probabilitatem minorem habent. *Tol sup. Fons.c.29.*

178 Paria dici à Dialecticis, quæ parem habēt, æqualemq; probabilitatē. *Tol sup. Fons.c.30.*

179 Dissimilia esse, quæ quatenus talia sunt, neque formam eiusdem rationis habent, neque vllam inter se proportionem. *Fons.sup.c.31.*

180 Auctoritatem dici, probationem, ac motiuum ad aliquid affirmandum, vel negandum, quia Dictum est alicuius fide digni. vt, cum ex scripturis Sacris probationes sumimus, quia sunt verbum Dei. *Tol.l.5.c.9. Fons.l.7.c.35.*

181 Totum quantum, esse, quod ex partibus integrantibus constat. *Tol. l.5. c.5. Fons.c.18.*

182 Totum integrū dici partes vnitim sumptas: quod non se totum cōmunicat singulis partibus, sed partem sui; & existere non potest, si vel vna pars desit. vt quantitas tripalmaris est Totum integrum respectu trium palmorum. *Tol. Fons. supra.*

183 Partes integrantes dici, quibus tota aliqua multitudo, aut magnitudo extensa est. vt, ordines in Republica, Membra in corpore humano. *Tolet. supra. Fons.c.17.*

184 Totum essentiale physicum, esse physicam essentiam, quæ ex materia constat, & forma; vt Homo ex corpore, & anima. *Tol. Fons. sup.*

185 Totum essentiale metaphysicū esse metaphysicā essentiam, quæ ex genere cōponitur, & differētia. vt, Animal rationale. *Tol. & Fons. sup.*

186 To-

186 Totum accidentale vocari, quod subiectũ habet, & accidẽtalẽ formã. vt, Albũ. *Tol. Fõs. sup.*

187 Totum vniuersale esse, quod partes habet subiectas. *Arist. 5. Met. c. 26.*

188 Partes subiectas dici Species respectu generis, Indiuiduã respectu speciei. vt, Homo, & Leo, sunt partes Animali subiectæ; Socrates, & Plato Homini. *Arist. 5. Met. c. 26.*

189 Differre partes subiectas a ceteris partibus; quod singulæ partium subiectarum in sua ratione includunt naturam integram sui totius. vt, Ratio hominis, qui pars est animali subiecta, includit rationem integram animalis, quod respectu Hominis est quoddam totum. *Arist. sup.*

190 Partes integrantes, & essentiales, quatenus partes sunt, nõ includere singulas rationem totius vt totum est. vt, Caput, non est integrum Corpus; nec Anima est integra Hominis ratio. *ex Arist. supra.*

191 Totum in modo, vocari Terminum cum sui restrictione sumptum; cuius restrictio dicitur Pars in modo. vt, Homo, est totum in modo; Homo doctus, est pars in modo. *Tol. l. 5. c. 5.*

192 Totum in loco, esse aduerbium significans vniuersaliter locũ. vt Vbique, Nullibi, Nusquam. *Tol. Fons. supra.*

193 Totum in tempore, esse aduerbium, quod significat vniuersaliter tempus. vt, Nunquam, Semper, & similia. *Tol. Fons. supra.*

194 Totum totaliter sumptum, esse Totum vt totum, seu secũdum suam totalitatem acceptum. *Tol. Fons. supra.*

195 Causarum genera quatuor esse, Materiã, Formã, Efficiẽs, Finẽ. *Disi. 2. à n. 4. Arist. 5. Met. c. 2.*

a *Soar. in Met. d. 13. sect. 1.*

196 a Materiam triplicē esse, Ex qua, In qua, Circa quam. *Fons. Instit. l. 7. c. 19.*

197 Materiam ex qua duplicem esse, Transeuntem, & Permanentē. *Soar. in Met. d. 13. sect. 1.*

198 Materiam ex qua transeuntem esse, quæ prius transmutatur, vt aliquid fiat. vt vinum est aceti materia, syluæ ædium. *Soar. sup.*

199 Materiam ex qua permanentem esse, ex qua permanente res componitur. vt ligna respectu ædium. *Soar. supra.*

200 Materiam in qua esse, in qua aliqua forma recipitur. quæ quia formæ subijcitur, subiectum appellatur. vt, lapis respectu figuræ insculptæ, Anima respectu scientiæ. *Soar. Fons. sup.*

201 Materia circa quam esse id, circa quod actio aliqua, & operatio versatur. vt, Virtutes sunt laudis materia, ligna fabri, intellectus operationes Dialecticæ. *Soar. Fons. supra.*

202 Formam triplicem esse, Essentialem, Accidentalem, Externam. de quibus dictum est supra. *Fons. l. 7. c. 20.*

203 Causam efficientem esse id, à quo incipit operatio. *Dist. 2. n. 7.*

204 Efficientium causarū plura esse genera: Necessariam, Sufficientem, Procreantem, Conseruantem, Interimentem, Moralem, Principalem, Instrumentalem. *Fons. sup. c. 22.*

205 Necessarium efficiens esse, quo posito nō potest effectus non procedere; & à quo solo potest effectus procedere. vt Præsentia Solis respectu diei. *Dist. 2. Defin. De causa effic.*

206 Sufficiens efficiens esse, quod suum effectum semper producit; quāuis ille possit ab alio prouenire. vt, Ignis est causa caloris, qui ab alijs etiam

etiam causis produci potest. *Dist.*2. *supra.*

207 Causam efficientem moralem esse illum, cuius dicto, vel facto mouetur alius ad aliquid efficiendum. vt qui consilio iuuat; aut meritorii opus exhibet, vt aliquid habeatur. *Dist.*2. *Defin. De Causa effic.*

208 Finem triplicem esse, Qui, Cuius, Cui. vt in Definitionibus physicis dicetur. *Dist.*2. *Defin. De Fine.*

209 Effectorum tot esse genera, quot causarum. de quibus in definitionibus physicis dicetur. *Dist.*2. *Defin. De causis.*

210 Suppositionem esse vsum termini pro se, vel pro suo significato. vt in ea propositione, Homo esse animal, vox illa, Homo, loco rei constituitur: at in ea, Homo est nomen, non pro re aliqua, sed pro se sumpta est. *Tolet. in Intr. l.*2. *c.*1.

211 Suppositionem etiam, siue Hypothesim dici Cuiusuis rei positionem, ex qua aliquid sequitur. vt cum dicimus, Necessarium esse ex suppositione Petrum currere. nam posito quod quis currit, non potest non currere. ea suppositio sensus compositus appellatur, quatenus componit actum secundum cum primo, seu potentiam cum suo actu; vt virtutem motiuam cum cursu. sensus autem diuisus dicitur Acceptio siue potentiæ, siue Actus sine coniunctione inter ipse. *Arist.* 1. *Post. c.*20. *&* 1. *Top. c. vlt.*

212 Ampliationem esse extensionem termini à minore ad maiorem suppositionem. Quando enim terminus in propositione pro re secundum tempus præsens existente accipitur, dicitur suũ statum habere: at quando indifferenter, & disiunctim simul pro præsenti, & alio accipitur tem-

pore, dicitur ampliari. vt in hac, Iusti viuent vitam pacificam; Iusti, non solum pro præsentibus, sed etiã pro futuris accipitur. *Tolet. Intr. l. 2. c. 8.*

213 Restrictionem esse Termini coarctationẽ à maiori ad minorem suppositionem. vt, Vir sapiens amat scientiam; vir, restringitur vt pro solis sapientibus supponat. *Tol. sup. c. 10.*

214 Alienationem esse Distractionem termini à propria ad impropriam significationem. vt, Homo pictus est in aula. *Tolet. ibid.*

215 Diminutionem esse, cũ termino additur aliquid integram eius significationẽ diminuens. vt, Æthiops albus secundam dentes. *Tolet. ibid.*

216 Appellationem, speciem quandam Restrictionis esse, quæ maximè in adiectiuis terminis respectu terminorum, quibus iunguntur, reperitur, siue tales termini sint absoluti, siue connotatiui. Est autem Appellatio applicatio significati formalis vnius termini ad formale, vel immediatum significatum alterius. vt, Petrus est Logicus magnus; Magnus, applicat suum formale ad formale sui substantiui Petri, significatq; eum esse Logicæ valdè peritum. *Tol. sup. c. 11.*

217 Oppositionem Propositionum esse, duarum Propositionum vtroque extremo eodẽ ordine participantium, secundum qualitatem, vel quantitatem repugnantium. *Tol. sup. c. 12.*

218 Propositionum oppositionem Contradictoriam dici; Cum duæ propositiones secundũ qualitatem, & quantitatem repugnant. quatenus altera vniuersalis est, altera particularis; altera affirmatiua, altera negatiua. vt, Omnis homo est albus, Aliquis homo non est albus. *Arist. Periher. p. 2. c. 7. 8.*

219

219 Propositionum oppositionē Contrariam dici, cum duæ propositiones vniuersales secundum qualitatem repugnant. vt, Nullus homo est albus, Omnis homo est albus. *Arist. Periher. par. 2.c.7.*

220 Propositionum oppositionem Subcōtrariam dici, cum duæ propositiones particulares secundum qualitatem repugnant. vt, Aliquis homo est albus, Aliquis homo non est albus. Infinita autem à particulari non discernitur. *Arist. Periher.c.7.*

221 Propositionum oppositionem Subalternam dici, cum duæ propositiones sola quantitate repugnant. vt, Omnis homo est albus, Aliquis homo est albus. Nullus homo est albus, Homo non est albus. Harum duarum vniuersalis propositio, subalternans dicitur; particularis verò, Subalternata. *Arist. Periher.c.7.*

222 Æquipollentiam esse, duarum propositionum vtroque extremo eodem ordine participantium vim eandem à varijs signis prouenientem. *Arist. Periher.p.4.c.15. Tol.l.2.c.15.*

223 Conuersionem esse duarum propositionum vnius ad alteram per transpositionem extremorum consequentiam necessariam. Ex his antecedentem propositionem, Conuersam; Consequentem autem, Conuertentem appellari. vt, Omnis homo est albus, ergo Aliquod album est homo. *Arist.1.Prior.c.2. Tol.sup.c.16.*

224 Conuersionē Simplicem, & In terminis, dici; cum ex prædicato subiectum, & ex subiecto prædicatum fit, eadem quantitate extremorum, & qualitate seruata. ita vniuersalis negatiua, & particularis affirmatiua conuertuntur,

vt, Nullus homo est lapis, ergo Nullus lapis est homo. Homo est animal, ergo Animal est homo. *Arist. 1. Prior. c. 2.*

225 Conuersionem In parte, dici; cum extrema mutata quantitate, manente qualitate, mutãtur. ita vniuersalis tum affirmatiua, tum negatiua, conuertuntur. vt, Omnis homo est animal, ergo Aliquod animal est homo. Nullus homo est lapis, ergo lapis nõ est homo. *Arist. 1. Prior. c. 2.*

226 Conuersionem per Contrapositionem dici; cum eadem quantitate, & qualitate manente, extrema & secundũ ordinem transmutantur, & ex finitis fiunt infinita. ita vniuersalis affirmatiua in vniuersalem affirmatiuam, & particularis negatiua in particularem negatiuam conuertuntur. vt, Omnis homo est animal, ergo omne non animal est non homo. Homo non est lapis, ergo Non lapis non est non homo. *Tolet. supra.*

227 Propositionis Modum esse, Determinationem toti propositioni, vel eius parti adiacentem. *Tol. Intr. l. 3. c. 1.*

228 Modos, ac limitationes, restrictionesque Propositionis partibus adiacẽtes esse, Casus obliquos, Adiectiua nomina, Aduerbia verborum significationes determinantia. *Tolet. supra.*

229 Modos ipsius Propositionis compositionem determinantes, esse, Verum, Falsum, Necessarium, Impossibile, Contingens, siue Possibile. *Tolet. supra.*

230 Inter modos Propositionis compositionẽ determinantes, præcipuos illos esse, qui simul eiusdem Propositionis materiã indicant, & determinant: eos autem pro triplici Propositionis materia, Necessaria, Remota, Contingenti; tres esse,

esse, Necessarium, Impossibile, Contingens, siue Possibile. *Tolet. supra.*

231 Solere Modos duobus modis in Propositionibus poni; nempe, vel intra Propositionis extrema siue aduerbialiter, siue nominaliter. vt, Homo possibiliter disputat, Possibile est hominem disputare. vel extra totam enunciationem, seu Dictum. vt, Hominem disputare est possibile. *Tolet. supra.*

232 Duos Modos vniuersales esse, alterum affirmatiuum, alterum negatiuum, Necessario, & Impossibiliter; duos particulares esse, vtrunque affirmatiuum, Possibiliter, & Contingenter; hosque postposito, Non, negatiuos fieri, Possibiliter non, Contingenter non. *Tolet. supra.*

233 Dictum, dici ipsam enunciationem, quatenus tota vt subiectum se habet, de quo Modus dicitur, seu prædicatur. vt in hac, Hominem disputare est contingens; Dictum est ea enunciatio, Hominem disputare. *Tolet. l. 3.*

234 Propositionem de inesse dici eam, ad quã Propositionis modalis Dictum reducitur. vt, Hominem esse animal est necesse, Modalis est; cuius Dictum est, Hominem esse animal. quod ad eam propositionem reducitur, Homo est animal. ea propositio dicitur de Inesse. *Tol. l. 3.*

235 Modalem diuisam dici, quæ sensum facit diuisum, id est, innuit posse prædicatum diuidi à subiecto. vt, Album possibiliter est nigrum; sensus est, Corpus illud, quod album est, posse nigrum esse, sed diuisè. *Tolet. supra.*

236 Modalem compositam dici, quæ innuit sua formalia significata simul vniri. vt, Ambulantem sedere est impossibile. sensus est compositus,

tus, Impossibile esse, quod ambulans, dum ambulat, sedeat. *Tolet. supra.*

237 Modalem vniuersalem dici tum eam ⌣, cuius Dictum est vniuersale; tum eam, cuius modus est, Impossibile, aut Necesse. *Tolet. supra.*

238 Modalem particularem esse tum eam ⌣, cuius Dictum est particulare; tum eam, cuius Modus est, Contingens, aut Possibile. *Tol. supra.*

239 Possibile duobus modis accipi: altero vt opponitur necessario, estq; idem, quod Contingens, seu quod potest esse, & non esse: altero vt quid superius ad necessarium; & significat id, quod potest esse. *Arist. 1. Prior. c. 13.*

240 Contingens duobus modis sumi posse: altero latè, pro eo, quod esse potest, siue possit non esse, siue non possit non esse: altero specialiter, pro eo, quod potest esse, & potest non esse, siue sit, siue non sit; quod tum necessario, tum impossibili contradicit. *Arist. 1 Prior. c. 13.*

241 Propositiones Exclusiuas dici, quæ aliquod habent signum exclusiuum; quale est Tantum, Solum, & Similia, *Tolet. l. 3. Introd. c. 8.*

242 Propositionem Præiacentem dici priorē partem hypotheticæ propositionis propositionē exclusiuam exponentis. sit Exclusiua, Tantū homo est risibilis, quam exponat hæc hypothetica: Homo est risibilis, & nullum non homo est risibile. huius prior pars, Homo est risibilis, propositio præiacens appellatur. *Tolet. supra.*

243 Exceptiuam Propositionem dici, quæ signo aliquo exceptionis modificatur; quale est Præter, & aliud simile. vt, Omne animal est irrationale, præter hominem. *Tolet. Intr l. 3. c. 10.*

244 Reduplicationem esse, signum supra præ-

cedēn-

cedentem terminum superpositum. vt, Homo in quantum homo est risibilis. *Tol. sup. c.11.*

245 Reduplicationem specificatiuè se habere, esse termini præcedentis rationem aliquam manifestare, secundum quam ei termino conuenire aliquid indicatur. vt, Color quatenus color est obiectum visus. *Tolet. sup.*

246 Reduplicationem causaliter se habere, ac reduplicatiuè, esse terminum præcedentem vt causam prædicati sequētis indicare. vt, Homo, seu Animal rationale inquantum rationale est risibile. id est, Causa cur homo sit risibilis est, quia rationalis est. *Tolet. sup.*

247 Cognitionem, seu operationem intellectus rectam esse, quæ adæquatur regulæ, cui se debet conformare, nempe rei, quam cognoscit: cum ita illam cognoscit, vt verè illa est. *Dist.6. Def. De Vero.*

248 Scientiam esse cognitionem rei claram, & euidentem, quæ accidit cum res intime penetratur: intimè autem à nobis penetratur, cū eius & rationes essentiales, & principium, à quo est; & finis, propter quem est; & proprietates cognoscuntur. *Arist. 1. Post. t.5. & 1. Met. c.1.*

249 Ignorantiam negationis esse, cum intellectus nihil omnino de re apprehendit. *Arist. 1. Post. c.15.*

250 Ignorantiam priuationis esse, cum posita in intellectu aliqua cognitione rei, contingit in ea cognitione defectum aliquem debitæ perfectionis adesse. vt cum non cognoscitur ratio, cur aliquid affirmatur, aut negatur. *Arist. 1. Post. c.15.*

251 Certitudinem, infallibilitatem esse, siue necessitatem veritatis. *Dist.6. Def. De Vero.*

252

b *Molin.* 1. *p. q.* 1. *a.* 5.

252 *b* Certitudinem obiecti, esse necessitatē veritatis in re: quatenus res aliter se habere non potest, quam objicitur cognoscenti. *Dist.* 6. *Def. De Vero.*

253 Certitudinem cognitionis, esse necessitatem veritatis in cognitione: quatenus cognitio ita vera est, vt esse falsa nullo modo possit. *Dist.* 6. *Def. De Vero*

254 Certitudinem ex parte subiecti, esse firmam intellectus ad cognitionem adhæsionem, siue illa cognitio vera, siue falsa sit: & ipsam cognitionis veræ intelligentiam, & penetrationē. *S. Th.* 1 *p. q.* 1. *a.* 5. *ad* 1.

255 Euidentiam obiecti, esse obiecti certitudinem vel in se cogniti, vel in alio illud repræsentante. *Dist.* 4. *à nu.* 8.

256 Euidentiam cognitionis, esse cognitionis adæquationem ad obiectum, obiecti necessitatē vel in seipso penetrantis, vel in aliqua re obiectū illud necessario repræsentante. *Dist.* 4. *à n.* 8.

257 Cognoscere totum, esse Cognitionem ad totum obiectum terminari, non ad partem aliquam tantum, quæ sit in obiecto. *S. Th.* 1. *p. q.* 12. *a.* 7.

258 Cognoscere totaliter, esse Cognoscibilitatem obiecti cognitione adæquare: cum obiectū ita cognoscitur vt cognoscibile est. vt Deus infinitus infinita cognitione cognoscibilis est. *S. Th.* 1. *p. q.* 12. *a.* 7. *ad* 3.

a *Tol. Instr. l.* 4. *c.* 15.

259 *c* Petere principium, esse, Idem per idē vel Aliquid per æquè, vel magis ignotum, probare. *Arist.* 2. *Prior c.* 21.

260 Præcognitionem dici eam cognitionem, quæ aliam cognitionem præcedit. obiectū verò

à præ-

à præcedente cognitione denominatum, Præcognitum appellari. *Ex etymologia.*

261 Actum signatum dici quemque actum intellectus respectu alterius actus, quem decernit, aut præcipit agendum. vt, Amare Deum bonum esse. *Scot.in Formalit.l.1.c.16.*

262 Actum exercitum dici quemque actum, quatenus actu fit. vt,intelligere,amare,currere. *Scot.Formal.l.1.c.12.*

263 Notum secundum naturam, seu Simpliciter notum, dici id,quod non pendet ab alio vt cognoscatur.ita notæ sunt causæ rerum,ac principia: quia vt ab alio non pendent vt sint,ita neque vt cognoscantur. *Arist.1.Post.c.2 & 1.Phys. in princ. & 6.Top.1.loc.18.*

264 Ignotum secũdum naturam dici id,cuius cognitio necessariò ex alterius cognitione pendet.ita ignota sunt effecta,quia distinctè cognosci non possunt,nisi cognitis eorum causis. *Arist. 6.Top.1.loc.18.*

265 Notum respectu nostri esse id, quod cadit sub sensum. Ignotum verò nobis,quod sensu cognosci non potest. Hominum enim proprium est cognitionẽ ex sẽsibus haurire. *Arist.1.Post.c.2.*

266 Omnem doctrinam, omnemq; disciplinã discursiuã ex præexistente, ac antecedente fieri cognitione. *Arist.1.Post.c.1.& 6.Top.1.loc.18.*

267 Præcognitionem illam, ex qua in aliam cognitionem ratiocinando,ac discurrendo deuenimus, Antecedens,& Argumentum, & Assumptum,& Probationem,& Motiuum, & Rationẽ appellari. Cognitionem autem,ac Iudicium,in quod deuenimus,Consequens,& Conclusionem dici. vt in hoc discursu, Est Homo,ergo est Animal;

mal; prius Iudicium, Antecedens; posterius, Consequens est. *Summul.*

268 In omni ratiocinatione, ac discursu, Copulam esse, qua Antecedens cum Consequente coniunguntur. quæ Illatio, & Consequentia nominatur; & per coniunctionem, Ergo, solet explicari. *Summul.*

269 Illationem, & Consequentiam esse cognitionem, qua in duas nostras cognitiones reflectimus, & cognoscimus posteriorem Consequētis cognitionem ex præcedente Antecedentis cognitione haberi, atque deduci. *Dist. 1. n. 5.*

270 Argumentationis tres partes esse, Antecedens, Consequens, & Illationem. *Summul.*

271 Argumentationis genera quatuor esse, Syllogismum, Enthymema, Inductionem, Exemplum. *Summul.*

272 Syllogismum esse orationem, in qua ex duabus propositionibus inter se dispositis, quarū prima Maior, secunda Minor appellatur, tertia necessariò colligitur, quę Conclusio nominatur. vt, Omne animal est substantia, omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia. *Arist. 1. Top. c. 1.*

273 Duas illas propositiones, quæ in Syllogismi Antecedente ponuntur, Præmissas appellari. *Summul.*

274 Enthymema esse Syllogismum truncatū: qui ex vna propositione ad alterius probationē procedit. vt, Omnis homo est animal, ergo omnis homo est sensitiuus. *Arist. 2. Prior. c. 34.*

275 Inductionem, seu Enumerationem esse, à singularibus sufficienter enumeratis ad vniuersale progressionem. vt, Is ignis est calidus, & ille

ignis

ignis est calidus, ergo omnis ignis est calidus. *Arist.2.Prior.c.29. & 1.Top.10.*

276 Exemplum esse, ex vno, vel pluribus particularibus, alterius particularis, quia similitudinem cum illis habet, illationem. vt, Deus pepercit Niniuitis pœnitentiam agentibus, ergo & alijs peccatoribus parcet, si eos pœnituerit. *Arist. 2.Prior.c.30.*

277 Syllogismi partes integrantes, siue materiales habere Propinquas, & Remotas. *Summul.*

278 Propinquas Syllogismi partes integrantes, ac materiales esse, duas in Antecedente propositiones, vnam in Consequente. *Summul.*

279 Remotas, & materiales Syllogismum integrantes partes esse tres, Maiorem extremitatem, Minorem extremitatem, Mediũ terminum. *Arist.1.Prior.c.25.*

280 Maiorem extremitatem dici id, quod est in prima Antecedẽtis propositione Prædicatum. *Summul.*

281 Minorem extremitatem dici id, quod est in secunda Antecedentis propositione Subiectũ. *Summul.*

282 Medium terminum dici eum, qui in Antecedente Syllogismi ad Conclusionem probandam assumitur, & cũ vtraque extremitate tum Maiore, tum Minore compositus, duas Antecedentis propositiones integrat Maiorem, ac Minorem. vt in hoc Syllogismo; Omne animal est sensibile, omnis homo est animal, ergo omnis homo est sensibilis; Medius terminus, Animal, est. *Arist.1.Prior.c.5.*

283 Medium antecedens aliquem terminum dici, quod infert illum, vel tanquam inferius, vel

tan-

tanquam conuertibile. vt Homo est antecedens ad Animal, & ad Risibile. *Tolet. Intr. l. 4. c. 12.*

284 Medium Consequens alicuius, dici, quod infertur ex illo vel tanquam superius, vel tanquam conuertibile. vt Animal est consequens ad Hominem, & Hinnibile ad equum. *Tolet supra.*

285 Medium extraneum dici respectu alicuius termini, quod de illo termino nō potest affirmari. vt Homo respectu equi. *Tolet. supra.*

286 Logicam docentem esse, quæ artem tradit, & modum dirigendorum operum nostræ mentis, quatenus opus est ad veram rerum cognitionem accipiendam. *Dialectici.*

287 Logicam vtentem esse, ipsum artis, & logicorum præceptorum exercitium, cum illis vtimur in rerum intelligentia perueſtiganda. *Dialectici.*

288 Cognitionem dirigere, esse illam ita ordinare, atque aptare; vt conformetur cum re, quā ipsa exprimit cognoscendo. *Dist. 4. à nu. 8.*

289 Instrumenta logica dici, quæ per se, ac directè conferunt ad perfectam de rebus cognitionem habendam. *Dialectici.*

290 Instrumenta logica præcipua tria esse, Definitionem, Diuisionem, Argumentationem. *Dist. 1. nu. 2.*

291 Fontes, & capita, ex quibus Definitiones, Diuisiones, Argumentationes sumuntur, esse: Essentiam rei, Causas, Effectus, Proprietates, Accidentia, Adiuncta. *Dist. 1. nu. 1.*

292 Processum, quo intellectus noster ab vno ad aliud progreditur, vt rei cognitionem assequatur, Methodum, & ordinem dici. *Zabar. de Methodis l. 1. c. 2. 8. 11. & l. 3. c. 2.*

293

293 *d* Ordinem compositiuum esse, cum à primis rei principijs, ad secũda, & ex his ad alia vsque ad vltimas rationes progredimur. vt si ad Hominis considerationem ex materia prima ordiamur, & ex hac ad elementa, ex elementis ad mixta, ex quibus homo componitur, ex his ad animalis rationem, ab hac ad rationalitatẽ procedamus: vt hãc quasi compositionem faciamus: Homo est animal rationale ex corpore constans materiali, elementari, organico, sensitiuo, & ex anima rationali dicẽte ordinem ad tale corpus, & illud informante, ac animãte. *Arist. 2. Post. c. 8.*

d *Zabar. de Meth. l. 1. c. 11. & 16.*

294 Ordinem resolutiuum esse, cum ex cognitione finis, qui est vltimus terminus, & vltima perfectio in quaque re, deuenimus in cognitionem mediorum, & primorum principiorum, siue instrumentorum, quæ res quæque exigit, vt veniat ad existentiam, & ad finem suum. Is ordo valet ad praxes rerum efficiendarum, estque disciplinarum practicarum. Ita ex consideratione vsus, ad quem Domus ordinatur, deuenimus in cognitionem materiæ, ex qua est ædificanda; & instrumentorum, quæ ad ædificandum valent. *Ex Arist. supra. Zabar. l. 1. de Methodis c. 17.*

295 Methodum compositiuam esse, Syllogismum, seu Argumentationem, & Ratiocinationem; quæ procedit ex causis siue intrinsecis, siue extrinsecis, cum eæ magis sunt notæ, ad cognitionem effectuum, & proprietatum. vt Cum ex culpa pœnam, ex rationalitate risibilitatem arguimus. *Zabar. l. 3. c. 18.*

296 Methodum resolutiuam esse, syllogismum, qui ex effectis, & rationibus posterioribus, cum eæ magis notę sunt, ad priorum, & causarum

sarum inuentionem procedit vt, cum ex creaturis cognitionem Dei creatoris, eiusque perfectionis, accipimus. *Zabar. supra.*

297 Ad perfectam rerum cognitionem inuestigandam, habere oportere mente conceptam instrumentorum logicorum perfectam Ideam, id est, Definitionis, Diuisionis, Argumentationis formandæ modum rectum. *Dist. 1. n. 2.*

298 Definitionem propriè esse Interpretationem, ac explicationem essentiæ, seu substantiæ; id est, *e* primæ rationis, quæ est in quaque re, qua primò distinguitur quæquè res ab omni alia re. *Arist. 7. Met. c. 5. & 6. à t. 17.*

e Vid. Dist. 6. Defin. De ente, et essē.

299 Definitionis bonæ modum esse: Excedere claritate suum definitum. *f* Ideo enim definitiones adhibentur, vt res distinctius cognoscantur. *Arist. 6. Top. 2.*

f Dist. 1. à n. 1.

300 Definitionem obscuram, ac malam esse; quæ verba vsurpat translata, non vsitata, ambigua; quæ idem per idem definit, aut per suum contrarium. *Arist. 6. Top. c. 2. & 3.*

301 Definitionis bonæ modū esse: Reciprocari conceptu cum suo definito: vt de quocunq; prædicari definitum potest, possit & definitio prædicari; & de quocunque definitio prædicatur, prædicari queat & definitum. *Arist. 6. Top. 1.*

302 Definitionem non rectam esse, quæ aut latius, aut minus latè patet, quam suum definitum. *Arist. 6. Top. 1.*

303 Definitionis bonæ modum esse: Nihil habere superfluum, nihil diminutum. vt si quis Hominem definiat, Animal rationale bipes, coloratum; superflua ponit, bipes, coloratum: si quis vero definiat, Substantiam rationalem; deficit,

non

nen adiungendo substantiæ, Corpoream, Animatam, sensibilem. *Arist.6.Top.3.*

304 Definitiones bonas diuidendo, & componendo formari; ab vniuersalioribus ad minus vniuersalia procedendo vsque ad vltimam differentiam Definitum à quolibet alio distinguentem. vt ad bene definiendum hominem, qui est substantia quædam, diuidenda substantia, quod est genus vniuersalissimum, in corpoream, & incorpoream; & componenda corporea cum substantia; tum diuidendum Corpus in animatum, & inanime, & ita deinceps quo vsque vltimam hominis differentiam inuenias Rationabilitatē, qua homo à ceteris distinguitur. formesque Hominis definitionem: Substantia, corporea, animata, sensibilis, rationalis. *Arist.2.Post c.8.à t.17.*

305 Definitum dici rem, quæ Definitione explicatur, ac distinctius cognoscitur. *Summul.*

306 *g* Diuisum dici id, quod actu Diuisionis in partes distinguitur. *Summul.* g *Vide* Tol. *l.1.c.6.*

307 Partes, in quas totum aliquid Diuisione distinguitur, membra diuidentia nominari. *Summul.*

308 Diuisionem duplicem esse, Nominis, & Rei. *Summul.Tolet.l.1.Intr.c.6.*

309 Diuisionem nominis esse, vocis, vel orationis in suas significationes distinctionem. ita voces æquiuocæ distinguendæ. *Tolet.supra.*

310 Diuisionem Rei esse, Totius in suas partes distinctionem. *Tolet.supra.*

311 Diuisionem Rei tot habere genera, quot sunt genera totorum de quibus supra. *Defin.181.*

312 *h* Diuisionem non rectam esse, quæ vel plura membra continet, quam par est, quamque ad rem manifestandam requiruntur, vel pauciora, h *Tolet. in Intr.l.1.c.6.*

ra, quam quæ sunt in diuiso. vel ampliora, & magis latè patentia, quam diuisum, vel aliquod mẽbrum æquè ac diuisum patens. vel plura, quam quæ in diuiso continentur. *Arist. 2. Top. 2.*

313 Diuisionis bonam methodum esse, Primum in partes superiores diuisum distinguere; tum singulas ex superioribus iã distinctis in suas inferiores partes diuidere. vt, Animalium aliud Homo, aliud Brutum: Brutorum aliud aereum, aliud aqueum, aliud terreum. *Arist. 1. Prior. sect. 2. c. 3. & 2. Top. 2.*

314 Diuisionis bonam methodum esse, Cum diuisi partes plures sunt, quam quæ possint paucis membris comprehendi; Diuisionem facere per oppositas differentias. vt, Animalium aliud Rationale, aliud Irrationale. *Arist. 2. Top. 2.*

315 Ad Definitionem, & Diuisionem probandam, Argumentatione vtendum esse. *Dist. 1. n. 5.*

316 Probandi vim Argumentationem tum in Materia, tum in Forma, habere. seu, Cognitioné Consequentis ex Antecedentis tum materia, tum formâ colligi. *Vide Defin. seq. & Vol. Intr. l. 4 c. 1.*

317 Argumentationis, seu Antecedentis materiam esse Probationem, & rationem, & motiuum, quod assumitur ad aliquid probandum. *Dist. 1. n. 5.*

318 Materiam argumentationis, siue motiuũ, & rationem; probãdi vim habere, quatenus cum consequente connexionem habet. vt, Homo est sensitiuus, ergo est animal. Homo non est insensibilis, ergo non est lapis: Sensitiuum, quod est in antecedente, connexionem habet cum animali, quod est in consequente: & insensibile, connexionem habet cum lapide. *Dist. 1. n. 5.*

319

319 Connexionem Antecedentis cum Consequente, id est, Materiam Argumentationis respectu cõsequentis, aliam necessariam esse, aliam contingentem, aliã remotam. *Tolet. Intr. l. 5. c. 1.*

320 Materiam argumentationis necessariam esse, quæ necessariam connexionem habet cum consequente, nec ex natura sua contingit vnquã à Consequente separari. Ita se habent, quæ inter se idem sunt, vt Definitio respectu Definiti, Definitũ respectu definitionis; Partes simul sumptæ siue essentiales sint, siue integrantes, respectu sui totius; Totum respectu partium simul sumptarũ; Causæ naturales, ac necessariæ respectu suorũ effectuum; effectus necessarij respectu suarum causarum; Principia respectu suarum proprietatum; Proprietates respectu principiorum suorum. *Tol. l. 5. c. 1. & seq.*

321 Materiam argumentationis contingentẽ esse, quæ solet cum consequente connexionem habere, sed non semper. Ea sunt, tum accidentia, & subiectũ, in quo illa adesse possunt, & abesse; tum pleraque eorum, quæ Circunstantia dicuntur, & Adiuncta. *Arist. 1. Prior. c. 13.*

322 Remotam argumentationis materiã esse, quæ quamuis cum Prædicato connexionem habeat, nullam tamen habet cum Subiecto consequentis. vt, Insensibile respectu Hominis, in eo enthymemate, Homo non est insensibilis, ergo homo non est lapis. *Tol. l. 5. c. 1. & seq.*

323 Argumentationis formam esse Figuram, & Modum. *Tol. l. 5. c. 3.*

324 Figuram in solo syllogismo explicitam reperiri. *Tol. supra.*

325 Syllogismi Figuram esse trium termino-

rum, ex quibus Syllogismus componitur, ordinem, ac dispositionem inter se; vt Medius terminus respectu extremitatum modo prædicatum sit, modo subiectum. *Arist. 1. Prior. c. 23. 25.*

326 Syllogismi modum esse, ordinationem propositionum inter se, secundum certam quantitatem, & qualitatem. *Tol. supra.*

327 Qualitatem Propositionum esse Affirmationem, & Negationem; Veritatem, ac Falsitatem. *Tol. supra.*

328 Quantitatem Propositionis esse, Vniuersalem illam esse, aut Particularem, aut Indefinitam, aut Singularem. *Tol. supra.*

329 Vniuersalem propositionem esse, in qua Subiectum est terminus communis signo vniuersali determinatus. seu, In qua Prædicatum omni Subiecti indiuiduo competere, vel non competere denotatur. vt, Omnis homo est animal, Nullus homo est lapis. *Arist. 1. Prior. c. 1.*

330 Particularem propositionem esse, in qua subiectum est terminus communis aliquo signo particulari determinatus. seu, In qua Prædicatū non omni subiecti indiuiduo conuenire, & non ab omni remoueri denotatur. vt, Aliquis homo disputat. *Arist. 1. Prior. c. 1.*

331 Indefinitā propositionē esse, cuius subiectum est terminus communis, nullo tamen signo determinatus. vt, Homo currit. *Arist. 1. Periber. p. 2. c. 7. & 1. Prior. c. 1.*

332 Propositionem indefinitam in materia necessaria, seu naturali, propositioni vniuersali æquiualere. vt, Homo est animal, huic æquiualet, Omnis homo est animal. *Summul.*

333 Propositionem, siue quæstionem comparatam

ratam esse, qua aliquid esse melius alio iudicatur, aut quæritur. vt, An Cælibatus sit Matrimonio præstantior. *Summul.*

334 Singularem propositionem esse, in qua subiectum est terminus Singularis, vel terminus communis signo demonstratiuo determinatus. vt, Matthæus scripsit Euangelium, Iste homo est iustus. *Summul.*

335 Propositionum, seu Enunciationum alias Simplices, alias Compositas esse. illas Categoricas, has Hypotheticas appellari. *Arist. Periher. p.1.c.5.*

336 Simplicem Enunciationem esse, quæ ex Subiecto, Copula, & Prædicato constat, tanquam partibus præcipuis. vt, Homo est Animal. *Arist. Periher.p.1.c.5.*

337 Non esse vnam, & simplicem affirmationem, vel negationem, enunciationem illam, in qua nomen æquiuocũ est. *Arist. Periher.p.2.c.9.*

338 Contingere interdum subiectum integram propositionem esse. vt, Homo, qui est iustus, spernit mundum. totum illud subiectum est, Homo, qui est iustus. *Summul.*

339 Contingere interdum Prædicatum, & Copulam idem esse. & ea propositio, de secundo adiacente dicitur. vt, Deus est, Homo currit. *Summul.*

340 Cum prædicatum à copula distinguitur, Propositionem de tertio adiacente appellari. vt, Deus est bonus. *Arist. Periher.p.3.c.12.*

341 Propositiones de secundo adiacente, propositionibus de tertio adiacente æquipollere. vt idem sunt, Homo valet, Homo est sanus. *Arist. Periher.p.3.c.12.*

342 Nomina, & verba, si transponantur, aut trajciantur, idem semper significare. vt, Est albus homo, Homo est albus. *Arist. Periher. p. 3. c. 12.*

343 Non vnam Propositionem esse eam, in qua de eodem multa dicuntur, quæ illi accidũt, quæque non habent necessariam connexionem inter se. vt, Homo est musicus albus. *Arist. Periher. p. 3. c. 13.*

344 Compositam, seu Hypotheticam propositionem esse, quæ ex pluribus simplicibus principalibus, vel eorum locum habentibus, propositionibus componitur. vt, Vitium est fugiendum, & virtus sequenda: Si homo studeret, esset doctus. *Tolet. Intr. l. 1. c. 9.*

345 Hypotheticæ Propositionis quinque esse genera, Conditionalem, Copulatiuam, Disiunctiuam, Causalem, Rationalem. *Tol. sup.*

346 Conditionalem propositionem esse, in qua vna concessa, posterior sequitur. vt, Si homo currit, mouetur. *Tol. supra.*

347 Copulatiuam propositionem esse, in qua per coniunctionem copulatiuam partes coniunguntur, & componuntur. vt, Deus est iustus, & præmia iustis largitur. *Tol. supra.*

348 Disiunctiuam propositionẽ esse, in qua partes per copulam disiunctiuam componũtur. vt, Bene viuendum, aut à gloria cælesti decidendum. *Tol. supra.*

349 Causalem propositionem esse, in qua coniunctio est causalis. vt, Quia Sol lucet, dies est. *Tol. supra.*

350 Rationalem propositionem esse, in qua est coniunctio illatiua. Quare omnis argumentatio

tatio est hypothetica quędam,& composita propositio.vt,Est homo,ergo est rationalis. *Tol.sup.*

351 Causalem,& Conditionalem propositionem,implicitas quasdam argumentationes esse; ob idque Rationales dici posse. vt, Si Sol lucet, dies est.Quia Sol lucet,dies est.æquiualent huic argumētationi,Sol lucet,ergo dies est. *Tol.sup.*

352 Ad Copulatiuam propositionem reduci eas propositiones, in quibus temporis, vel loci aduerbiū aliquod est, aut coniunctiones aduersatiuæ, aut relatiua. vt, Dum lego, vos auditis: Vbi est Magister,est discipulus: Paulus est sanctus,sicut Petrus: Tanta est turris,quantus mons: Qualis Pater,talis Filius: & his similes propositiones aliæ. *Tolet.supra.*

De Syllogismo.

353 FIguram in Syllogismo adhibendam illā esse,quę per seipsam valeat,nō considerata syllogismi materia, inducere nos ad cognitionē identitatis, aut separationis, quam inter se habēt Prædicatum,& subiectum in Cōsequente. Potest enim esse Figura, quæ hoc possit. *Colligitur ex Arist. 1.Prior. c.23.*

354 Syllogismi figuram cum figura quantitatis similitudinem habere. Quia enim nos corporei sumus,& forma corporis est Spiritus noster; ad modum corporum imaginamur quæcunque intelligimus. Quare & quantitatem, & quantitatis terminos imaginamur in syllogismo; & Prædicatum vt Totum quoddā quātum, Subiectū vt partem totius quanti proponimus nobis ipsis, & menti nostræ.*Colligitur ex Arist.1.Prior.c.23.*

355 Illam syllogismi Figuram suadere nobis identitatem Prædicati cum subiecto in Consequente; quæ id, quod ad illam identitatem probandam assumit, id est, Medium terminum proponit nobis vt totum quantum, aut parte quantam, vtrique quanto communem & Prædicato, & subiecto. Idem enim est dicere: Omne corpus est substantia, omne animal est corpus, ergo omne animal est substantia: ac dicere: Quia



A B H G identificat sibi secundũ omnes suas partes tum A H, tum B G; ideo A H, & B G, sunt idẽ inter se; sunt enim prorsus idem cum illo tertio A B H G. *Colligitur ex Arist. 1. Prior. c. 23.*

356 Illam syllogismi figuram suadere nobis distinctionem, ac diuisionem prædicati à subiecto in Consequente; quæ id, quod ad diuisionem illam probandam assumit vt Medium terminũ, proponit nobis vt quoddam quantum, cum quo secundum omnem sui partem idẽtificatur subiectum, & à quo secundum omnem sui partem diuisum est prædicatum. vt, Nullum sensibile est lapis, omnis homo est sensibilis, ergo nullus homo est lapis. idem est, ac dicere: Quia quantum A F, est idem cum quanto B E, cum quo non est idem E H; ideo A F, & E H, non sunt idem. *Colligitur ex Arist. 1. Prior. c. 23.*

357 Figurarum syllogisticarum genera esse tria, pro triplici ordine, ac situ, quo Medius terminus in syllogismi Antecedente, id est, in Maiore, ac Minore propositione, cum duabus extremitatibus potest cõbinari. *Arist. 1. Prior. d c. 5. 23.*

358 Primam figuram esse, cum Medius terminus est in Maiore subiectum, in Minore prædicatum. vt, omne animal est substantia, omnis

homo

homo est animal. *Arist.1.Prior.c.5.*

359 Secundam figuram esse, cum Medius terminus est in vtraque propositione prædicatum. vt, Omnis homo est animal, Nullus lapis est animal. *Arist.1.Post.c.6.*

360 Tertiam figuram esse, cum Medius terminus est in vtraque propositione subiectum. vt, Omnis homo est corpus, aliquis homo est animal. *Arist.1.Prior.c.7.*

361 *i* Varios esse sub qualibet figura syllogismorum modos, pro multiplici propositionum in quantitate, & qualitate varietate. *Ex Arist. 1.Prior.à c.5.*

i Vid. Summulistas, vt Tolet. Intr. l.4. à c.3.

362 Consequentiam aliam Materialem, aliã formalem esse. *Tolet.Intr.l.4.c.1.*

363 Materialem Consequentiam esse orationem, in qua pars altera verè ex altera infertur, ob rerum solam coniunctionem. vt, Petrus est homo, ergo Petrus est substantia. consequens ex antecedente colligitur, quia Homo necessario cum substantia coniungitur. *Tolet.supra.*

364 Formalem consequentiam esse orationẽ, in qua vnum ex altero infertur, non solum propter rerum cõnexionem, sed etiam propter modum colligendi, in vera argumentandi forma fundatum. vt, Omne bonum est appetendum, omnis virtus est bona, ergo omnis virtus est appetenda. *Tolet.supra.*

365 Consequentiam formalem bonam, cuicunque materiæ applicetur bonam esse. Fundatur enim in principijs à natura intellectui nostro tributis ad cognoscendam veritatem. *Tolet.sup.*

366 Consequentiam vitiosam esse, cum id, quod inferri denotatur, non ita, sicut denotatur, in-

infertur. *Tol. sup. c. 1. 2.*

367 In bona consequentia, si Antecedens est verum, oportere & consequens verum esse. *Arist. 2. Prior. c. 2. 3. 4. & 1. Post. c. 6.*

368 Falsum non nisi ex falso sequi. *Arist. 2. Prior. c. 2. 3. 4.*

369 In bona Consequentia ex falso posse sequi verum, vel falsum. vt, Bona est consequentia, Homo est lapis, ergo est corpus. vbi antecedens falsum est, & consequens verum. Homo est lapis, ergo caret sensu: Bona est consequentia, & tamen & antecedens, & consequens falsum est. *Arist. 2. Prior. c. 2. 3. 4. & 8. Top. loc. 79.*

370 Inferri posse in bona cõsequentia verum tum ex vero, tum ex falso. *Arist. 2. Prior. c. 2. 3. 4. & 1. Post. c. 6.*

371 Illum syllogismum directè concludere, qui cõclusionem infert, in qua Maior extremitas de Minori prædicatur. vt, Omne animal est sensibile, omnis homo est animal, ergo omnis homo est sensibilis. *Tolet. l. 4. c. 3.*

372 Illum syllogismum indirectè concludere, qui conclusionem infert, in qua Minor extremitas de Maiori prædicatur. vt, Omnis homo est animal, Petrus est homo, ergo Aliquod animal est Petrus. *Tol. supra.*

373 Perfectum syllogismum dici, qui conclusionem ità clarè, ac dilucidè necessariò infert, vt lumine ipso rationis statim eius robur in cõcludendo perspiciatur. vt est hic, Omne animal est substantia, omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia. *Arist. 1. Prior. c. 1. 5.*

374 Imperfectum syllogismum illum dici, qui alicuius mutationis circa propositiones indiget,

get, vt appareat necessariò concludere. *Arist. 1. Prior. c. 1. 6.*

375 Syllogismos perfectos quatuor esse, ad primam figuram pertinentes quos Dialectici his fictis vocibus nominant, Barbara, Celarent, Darij, Ferio. In quibus quatuor vocales, A, E, I, O, propositionum modum indicant. A, vniuersalem affirmatiuam; E, vniuersalem negatiuam; I, particularem affirmatiuam; O, particularem negatiuam. *Arist. 1. Prior. c. 5.*

376 Syllogismos Primæ figuræ benè concludentes, sed imperfectos, esse quinque, his fictis vocibus comprehensos: Baralip, Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisesom. *Arist. 1. Prior. c. 5.*

377 Syllogismos secundæ figuræ omnes imperfectos, sed benè concludentes, esse omnino quatuor; quos hæ fictæ voces innuunt: Cæsare, Camestres, Festino, Barocco. *Arist. 1. Prior. c. 6.*

378 Syllogismos Tertiæ figuræ omnes imperfectos, sed benè concludentes, esse omnino quinque; quos hæ voces innuunt: Darapti, Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison. *Arist. 1. Prior. c. 7.*

379 Reductionem syllogisticam esse syllogismum probantē imperfectos syllogismos benè cōcludentes, benè cōcludere. *Arist. 1. Post. c. 8.*

380 *k* Reductionem per ostensionem fieri, cum syllogismus imperfectus per conuersionem alicuius propositionis per eosdem terminos, ad formam alicuius syllogismi reducitur ex quatuor perfectorum primę figurę. Quidquid enim sequitur ex conuertente, etiam sequetur ex conuersa, vt in 3. Par. dicetur Dist. 5. *Arist. 1. Prior. c. 8. & l. 2. à c. 14.*

k Vid. exempla in Sum. vt in Tolet. l. 4. c. 9.

381 Reductionem ad impossibile fieri, cũ ex contradictorio conclusionis cum aliqua præmissa, infertur contradictorium alterius præmissæ, formando perfectum aliquem syllogismum. vt si quis neget hũc syllogismum in Barocco rectè concludere; ob idque præmissis concessis, neget consequentiam: Omne sensibile est animal, Arbor non est animal, ergo Arbor non est sensibilis: conuincemus Consequentiam malè negari per eum syllogismum in Barbara: Omne sensibile est animal, omnis arbor est sensibilis, ergo omnis arbor est animal. Cum enim hæc conclusio sit falsa per aduersarium, qui concesserat Arborem non esse animal; falsum autem non possit è vero sequi; fit vt illa præmissa, ex qua hoc falsum sequitur, non sit vera, omnis arbor est sensibilis; ergo vera est eius Contradictoria, Arbor nõ est sensibilis: malè ergo fuit negata: ergo eius consequentia bona fuit. *Arist. 1. Prior. c. 8. & l. 2. & c. 11.*

382 Syllogismum ex obliquis illum appellari, cuius termini sunt obliqui. vt, Omnis creatura est Dei, Angelus est creatura, ergo Angelus est Dei. Cuique animali inest sensus, Homo est animal, ergo Homini inest sensus. *Arist. 1. Prior. sect. 3. c. 1.*

383 Syllogismum expositorium dici, quod aliquod particulare demonstrat, & explicat, alicuius superioris, & vniuersalis. vt, Petrus est animal, & Petrus est currens, ergo Aliquod currens est animal. Nulla nix est animal, omnis nix est alba, ergo Aliquod album non est animal. *Tol. l. 4. c. 14.*

384 Syllogismum circularem esse, qui ex alterius

terius concluſione cum vnius præmiſſæ conuertente infert alteram præmiſſam.quod in terminis conuertibilibus accidit. vt,Omne corpus eſt cõpoſitum ex materia,& forma,Omne ens mobile eſt corpus, ergo omne ens mobile eſt compoſitũ ex materia,& forma. Fit ſyllogiſmus circularis conuerſa Maiori : Omne compoſitum ex materia, & forma eſt corpus, Omne ens mobile eſt compoſitum ex materia, & forma, ergo Omne ens mobile eſt corpus. *Ariſt. 2.Prior.à c.5.*

385 Syllogiſmum Conuerſiuum eſſe, qui ex Contradictoria, vel Contraria prioris ſyllogiſmi,cum altera præmiſſarum tollit alteram, illius contrariam, vel contradictoriam inferendo. vt, Omne album currit,omnis homo eſt albus,ergo omnis homo currit. Fit ſyllogiſmus conuerſiuus ad tollendam Maiorem, Nullus homo currit, omnis homo eſt albus, ergo Aliquod album non currit. *Ariſt.2.Prior.c.8,9,10.*

386 Syllogiſmum ex oppoſitis eſſe, cum ex duabus contrarijs,vel Contradictorijs, infertur concluſio,qua negatur idem de ſe ipſo. vt,Nulla ſubſtantia eſt animal, Omnis ſubſtantia eſt animal, ergo Animal non eſt animal. *Ariſt.2. Prior.à c.18.*

387 Syllogiſmum Modalem eſſe,cuius aliqua præmiſſa Modalis eſt. vt Omne animal neceſſariò eſt ſenſibile, Omnis homo neceſſariò eſt animal,ergo Omnis homo neceſſariò eſt ſenſibilis. *Tol.ſup.c.16.*

388 Syllogiſmum Hypotheticum eſſe,qui ex altera, aut vtraque præmiſſa conſtat hypothetica.vt:Si ſol lucet,dies eſt;ſed ſol lucet;ergo Dies eſt.Si non eſt animal,non eſt homo ; ſed non eſt

ani-

animal; ergo non est homo. Homo non currit simul,& sedet:sed currit,ergo non sedet. Aut est dies,aut est nox: sed est dies, ergo non est nox. *Tol.sup. c.17.*

389 Demonstrationem esse syllogismum ex præmissis constantem necessarijs, propriâ Consequentis causam continentibus: vt,Omne compositum ex cõtrarijs est corruptibile,omne mixtum corpus est ex contrarijs compositum, ergo Omne mixtum corpus est corruptibile. is syllogismus est Demonstratio; quia propriam causam affert in Antecedente, cur mixtum corpus corruptibile sit, nempe Compositionem ex contrarijs. *Arist. 1.Post.c.2.1.5. & c.6.& 1.Top.c.1.*

390 Demonstrationem, propriam consequẽtis causam continentẽ, Demonstrationẽ propter quid appellari,& A priori. *Arist. 1.Post.c.2.13.*

391 Syllogismum,quo per Proprietatẽ essentia,aut per effectum proprium Causa probatur, Demonstrationem quia nominari,& A posteriori. vt, Omne risibile est rationale,omnis homo est risibilis, ergo omnis homo est rationalis. Risibilitas Naturæ rationalis proprietas est. *Arist. 1.Post.c.13.*

392 Regressum demonstratiuum dici,cum ex effectu per causam probato regredimur ad ipsam causam probandam; aut ex causa per effectum probata probamus effectum. *Summul.*

393 Præmissas necessarias dici, quas semper esse veras contingit. vt, Hominem esse animal rationale. *Summul.*

394 Demonstrationis effectum esse scientiã: quatenus Scientia sumitur pro Iudicio certo, & euidente, ex antecedente Iudicio certo, & euidente,

dente, deducto. *Arist.1.Post.c.2.*

395 Syllogismum Dialecticũ esse, qui ex probabilibus constat. Dialecticus autem syllogismus est, etiam si altera præmissarum sit necessaria, vt, Omnis virtus est anteponenda diuitijs, Iustitia est virtus, ergo Iustitia est anteponenda diuitijs. *Arist.1.Top.1.*

396 Probabiles Propositiones esse, quæ vel omnium, vel plurimorum cõsensu receptæ sunt; sed non est earum ea euidentia, vt non possit ab eis intellectus dissentire; non ea certitudo, vt accidere aliquando deceptio non possit. *Arist. 1.Top.c.1.8.*

397 Quæstionem esse, Inquisitionem Rationis, seu Medij ad aliquid cognoscendum. vt, cum quæro An Deus sit, Rationem inquiro probantem Deum esse. *Arist.2.Post.c.1.*

398 Quæstionum genera quatuor esse, Sit, necne, Quid sit, An ita sit, Cur ita sit. vt, An sit Deus, Quid sit Deus, An sit intelligens, Quare intelligens sit. *Arist.2.Post.c.1.*

399 Problema, esse quæstionem, seu interrogationem contradictionis alicuius vtrãque partem amplectens: cuius vtraque pars syllogismo dialectico probari possit. vt, An diuitiæ sint bonæ, necne. An scientia præstet sanitati, necne. *Arist.1.Top.8.*

400 Loca dialectica dici tum Maximas, tum Maximarum differentias: quatenus quasi loca, quædam sunt, è quibus rationes, & argumenta dialectica desumi possunt ad aliquid probãdum. vt, Definitio, Totum, Causæ, loca dicuntur, quia probationes continent rerum. *Arist.1.Top.c.7.*

401 Maximam esse Propositionẽ vniuersalem

per

per se probabilem, cuius veritati argumentationes multæ dialecticæ innituntur, in eamque resoluuntur. vt hæc Propositio, De quocunque definito prædicatur, de eodē & definitio prædicari potest. in eam plurium argumentorū vis resolui potest, quæ à Definitione sumuntur; vt hęc argumenta: Planta est viuens, ergo Planta est corpus animatum. Iustitia est virtus, ergo Iustitia est habitus bonus. Concha est animal, ergo est viuens sensibile. *Tolet. Intr. l. 5. c. 3.*

402 Maximæ Differentiam esse id, quo plures Maximæ inter se distinguntur, & separantur. seu Medium terminum argumentationis. seu Motiuum inducens ad aliquid iudicandum. vt sunt, Definitio, Totum, Partes, Causæ, & loca alia, de quibus infra. ad vnumquoque horum locorum plures Maximæ solent attinere. *Tolet. supra.*

403 Medium, quod ad aliquid probandum assumitur, seu ad inducendum ad cognitionem alterius; debere coniunctionem, aut respectum, & ordinem habere ad id, ad cuius cognitionem inducit. Inutilia enim sunt ad probandum, quæ eam coniunctionem, aut respectum non habent. vt, Definitio valet ad probandum aliquid de Definito, quia idem est cum Definito. *Arist. 1. Prior. sect. 2. c. 2.*

404 Debere Medium, quod ad Propositionē affirmatiuam probandam assumitur, habere connexionem cum vtroque Propositionis illius extremo; vt probet illa extrema connexionem habere inter se. *Arist. 1. Prior. sect. 2. c. 2.*

405 Debere Medium, quod ad Propositionē negatiuam probandam assumitur, habere connexionem cum altero eius Propositionis extremo,

mo,cum altero disiunctionem; vt probet Propositionis extrema coniunctionem nō habere inter sese. *Arist.1.Prior.sect.2.c.2.*

406 Locorum Dialecticorum, qui Differentiæ Maximarū sunt,seu Mediorum, quæ ad probandum assumuntur,alia intrinseca esse,alia extrinseca,alia medio modo se habere;pro habitudine,quam habent, ad rem,quam probant. Omnium autem quatuor genera esse, Definitionem, Genus,Proprium,Accidens. Quidquid enim de alio prædicatur, aut conuertitur cum eo de quo prædicatur,vt quid ei essentiale; & est definitio: vel vt quid extra eius essentiam, & Proprium est.aut non conuertitur cum eo,de quo prædicatur: & vel est de eius Difinitione; & est Genus, aut differentia(quæ ad Genus reuocatur):vel nō est de eius definitione;& Accidens proinde erit. *Arist.1.Top.c.3.4.6.*

407 Locorum Intrinsecorum,seu Mediorum, quæ prorsus idem sunt cū eo,quod probant; esse genera omnino quinque: Definitionem,Descriptionem,Notationem, Coniugata, Totū integrū respectu partium simul sumptarum. Hæc autem omnia, & quæ ad hæc reducuntur, Definitionis nomine possunt appellari. definitiones enim quædam sunt. *Tolet.Intr.l.5.c.3.4.*

408 Locorum, quæ partim intrinseci sunt, partim extrinseci,genera ea esse: Totum respectu partium singularum, Proprium respectu sui subiecti. *Tolet.sup.c.5.*

409 Locorum extrinsecorum genera esse: Causam efficientem, Effecta, Finem extrinsecū, Accidentia,quæ sunt: Antecedentia,Consequentia, Præcurrentia, Comitantia, Subsequentia,

Similia, Maiora, Minora, Paria, Dissimilia, Opposita, Repugnantia. Ad loca etiam extrinseca Auctoritas pertinet, quæ est tum Humana, tum Diuina. *Tolet. sup. c. 6. 8. 9.*

410 Eorum, quæ idem sunt inter se, propriũ illud esse; vt De quo vnum eorum dicitur, dicatur & alterum; & quod vni eorum conuenit, & alteri conueniat. vt, quia Homo, & Animal rationale, idem sunt; cui competit Hominem esse, eidem competit & Animal esse rationale; & contra: & quia Homini conuenit esse Risibile, esse quoque Risibile animali conuenit rationali, & contra. Quare quatuor argumentandi modi à locis intrinsecis sumi possunt; quos modos maximas appellamus. *Tolet. Introd. l. 5. c. 4. Fonsec. Inst. l. 7. c. 33.*

411 Primam locorum intrinsecorum Maximam esse: Cui Definitio, vel Descriptio, vel Notatio, vel aliquod Coniugatum, vel Totum integrum conuenit; Definitum quoque conuenire, vel Descriptum, vel Notatum, vel Aliud Coniugatum, vel Partes simul sumptæ. & contra: Cui Definitum, vel Descriptum, &c. conuenit, conuenire & Definitionem, vel Descriptionem, &c. vt: Quia Petro conuenit esse animal rationale, quæ est hominis definitio, ergo Petro conueniet esse hominem, quod est definitum; fietq; syllogismus eo modo: Omne animal rationale est homo, Petrus est animal rationale, ergo Petrus est homo. aut contra à Definito ad Definitionem: Omnis homo est animal rationale, Petrus est homo, ergo Petrus est animal rationale. *Arist. 2. Top. 1. & c. 2. loc. 3. & c. 3. loco 29. & 4. Top. 4. loc. 41.*

412

412 Secundam locorum intrinsecorum Maximam esse: Cui non conuenit Definitio, Descriptio, &c. nec Definitum, Descriptum, &c. conuenire. & contra, Cui Definitum non conuenit, nec Definitionem conuenire. vt, Omne animal hinnibile est equus, Nullus homo est animal hinnibile, ergo Nullus homo est equus. *Arist.*2.*Top.*1.

413 Tertiam locorum intrinsecorum Maximam esse: Quod Definitioni, Descriptioni, &c. conuenit, id & Definito, Descripto, &c. conuenire; & contra, quod Definito conuenit, id & Definitioni conuenire. vt, Animali rationali conuenit esse Risibile, ergo & Homini. & contra, Conuenit Homini esse Risibile, ergo & animali rationali. *Fons.Tolet.supra.*

414 Quartam locorum intrinsecorum Maximam esse: Quod Definitioni, Descriptioni, &c. non conuenit, id nec Definito, Descripto, &c. conuenire: & contra, Quod Definito non conuenit, nec Definitioni conuenire. *Tolet. Fonsec. supra.*

415 Quatuor easdem locorum intrinsecorum Maximas & locum à Differentia, & locum à Proprio, & locum à Synonymis, & locum à Conuertibilibus, habere. hæc enim loca ad quinque intrinseca, quæ supra proposuimus, loca reducuntur. *Arist.*2.*Top.*1.

416 Easdem locorum intrinsecorum Maximas habere locum ab Eodem. His enim Maximis probabis esse plura idem inter sese. *Arist.* 7.*Top.*1.

417 Totius Vniuersalis, siue Generis Maximas esse quinque. *Ex Arist.infra.*

418 Primam Totius vniuersalis Maximam esse: Posito toto Vniuersali, poni & aliquam partem subiectam. vt, Posito quod sit Animal, necessariò existit aliqua pars animali subiecta, vt Homo, vel canis, vel leo, &c. *Arist. 2. Top. c. 1. & c. 2. loc. 12.*

419 Ex positione totius Vniuersalis, & reiectione ceterarum partium subiectarum, determinatam partem concludi. vt, Posito Animali, & reiecto omni genere irrationalium, colligitur Hominem existere. *Arist. 4. Topic. cap. 2. loc. 14.*

420 Secundam Totius vniuersalis Maximam esse: Toto vniuersali sublato, tolli partes omnes ei subiectas. vt, Non est animal, ergo nec leo, nec bos, nec vllum aliud animal. *Arist. 2. Top. c. 1.*

421 Tertiam Totius vniuersalis Maximam esse: Posita quacunque parte subiecta, poni totum vniuersale. vt, Est homo, ergo animal. *Arist. 2. Top. 2. loc. 12. & 4. Top. 1. loc. 6.*

422 Quartam Totius vniuersalis Maximam esse: Sublatis omnibus partibus subiectis, tolli totum. vt, Non est homo, neque vllum sensitiuum irrationale, ergo non est Animal. *Arist. 2. Top. 2. loc. 2. 12. & 4. Top. 1. loc. 7.*

423 Quintam Totius vniuersalis Maximam esse: Quæcunque parti subiectæ insunt, inesse & toti saltem secundum accidens, vt, Est homo rationalis, ergo & animal, nempe aliquod. *Arist. 2. Top. 2. loc. 11.*

424 Totius Integri Maximas quatuor esse. *Toled. l. 5. c. 1. Fonsl. l. 7. c. 18.*

425 Primam Totius integri Maximam esse:

Posito

Posito toto integro, omnes partes poni. *Tolet. Fonsec. supra.*

426 Secundam Totius integri Maximam esse: Sublato toto integro, aliquam saltem partem tolli. *Tol. Fonsec. supra.*

427 Tertiam Totius integri Maximam esse: Positis omnibus partibus integrantibus vnione, ac ordine, quo poni debent; Totum poni. *Tol. Fonsec. supra.*

428 Quartam Totius integri Maximam esse: Sublata quacunque parte integrante; tolli totum, quatenus Totum integrum est. *Tol. Fonsec. supra.*

429 Proprij Maximas esse tres. *Arist. infra.*

430 Primam Proprij Maximam esse: Subiectum, & Proprietates simul esse, aut non esse. vt, Si homo non est, nec Risibilitas erit; & contra. *Arist. 2. Top. c. 2. loc. 17.*

431 Secundam Proprij Maximam esse: Cui subiectum conuenit, subiecti quoque proprietates conuenire: & contra. vt si Petro conuenit esse hominem, conueniet & risibilem esse; quod si risibilis est, & homo est. *Arist. 2. Top. 1.*

432 Tertiam Proprij Maximam esse: Cuius conditionis est subiectum, eiusdem in suo genere proprietatem esse. vt, Homo inter animantes excellit: & inter animantium proprietates risibilitas. Iudicio tamen opus est, vt hæc Maxima singulis exemplis accommodetur. *Arist. 2. Top. 3. loc. 27.*

433 Ad Proprij Maximas, Causarũ tres Maximas reuocari: Primam, Causam potentem, & effectum in potentia: & Causam in actu, & effectum in actu, simul esse, aut non esse. Secundam,

Cui causa conuenit potens, aut in actu, & effectū in potentia, vel in actu conuenire. Tertiam, Cuius conditionis est causa, eiusdem suo modo & effectum esse. Quorum enim efficientia sunt bona, ipsa sunt bona. Quorum efficientia sunt mala, ipsa sunt mala. Quorum interimentia sunt bona, ipsa sunt mala. Quorum interimentia sunt mala, ipsa sunt bona. Bonum autem pro honesto, & vtili, & delectabili sumi potest: & malum, pro turpi, noxio, iniucundo. *Arist.* 2. *Top.* 3. *loc.* 31.

434 Ad Proprij Maximas Similium Maximas reuocari. Illas autem tertiam Proprij Maximā imitari: Quod in vno similium valet, valere in ceteris. Quod in vno similium non valet, nec in ceteris valere. *Arist.* 2. *Top.* 4. *loc.* 32, 38. *&* 4. *Top.* 4. *loc.* 41. *& seq. &* 5. *Top. c.* 3. *loc.* 77. *& seq. & à loc.* 94. *&* 6. *Top. c.* 2. *loc.* 72.

435 Ad Proprij Maximas posse Maiorum, Minorum, Parium Maximas reuocari. *Arist.* 2. *Top.* 4. *à loco* 34.

436 Maiorum Maximam esse: Si id, quod verisimilius videtur, non est verum: nec id, quod minus videtur verisimile. *Arist.* 2. *Top.* 4. *loc.* 36, 37. *&* 5. *Top. c.* 3. *à loco* 85.

437 Minorum Maximam esse: Si id, quod minus verisimile est, verum est: & id etiā esse, quod magis verisimile videtur. *Arist.* 2. *Top.* 4. *loc.* 35, 36, 37.

438 Parium Maximam esse: Si data Propositio vera est, aut falsa: eam etiam, quæ videtur æquè probabilis, veram, aut falsam esse. *Arist.* 2. *Top.* 4. *loc.* 32.

439 Antecedentium, & consequentium, quæ con-

conuertibilia inter se sunt, locos, ad Proprij Maximas reuocari. *Fonsl.l.7.c.25.*

440 Accidentis Maximas esse tres. *Arist. infra.*

441 Primam Accidentis Maximam esse: Posito accidente, necesse esse subiectum poni. *Arist. 2. Top. 2. loc. 14. 15.*

442 Secundam Accidentis Maximam esse: Sublato subiecto, necesse esse accidens tolli. *Arist. 2. Top. loc. 14. 15.*

443 Tertiam Accidentis Maximam esse: Cuius conditionis est subiectum, eiusdem in suo genere, ac proportione quadam accidens esse. *Arist. 5. Top. c. 3. à loc. 60.*

444 Causarum absolutè sumptarum, & effectorum in actu, quæ causarum proprietates non sunt, locum, ad Accidentis maximas reuocari. *Toled. l. 5. c. 7.*

445 Antecedentium, & consequentium, quæ inter se conuertibilia non sunt, locum, ad Accidentis maximas reuocari: Posito antecedente, necesse consequens poni: Sublato consequente, necesse antecedens tolli. *Fonsl. l. 7. c. 25.*

446 Antecedentium, & Consequentium ex hypothesi, locum, ad Accidentis Maximas reuocari: Sublato antecedente, necesse Consequens tolli. Posito cõsequente, necesse antecedens poni. *Fonsl. supra.*

447 Præcurrentia, Comitantia, Subsequẽtia, ad Accidentis maximas, præsertim ad tertiam reuocari: Qualia sunt Circumstantia, talem esse verisimile rem esse, quam circumstant. *Fonsec. l. 7. c. 26.*

448 Dissimilia, Opposita, Repugnantia, ad

Accidentis Maximas reuocari: Poſito vno Diſſimili, vel oppoſito, vel Repugnante, neceſſe negationem alterius poni in eodem ſubiecto: Sublata negatione alterius Diſſimilis, Oppoſiti, vel Repugnantis per poſitionem alterius, tolli alterum in eodem ſubiecto: Diſſimilibus, Oppoſitis, Repugnantibus, quatenus talia ſunt; diſſimilia, Oppoſita, Repugnantia conuenire. *Ariſt. 2. Top. 3. loc. 22. & c. 3. loc. 26, 28, 30. & 4. Top. 4. loc. 46. 47. & 5. Topic. c. 3. loc. 60, & ſeq. & 6. Top. c. 2. loc. 66.*

449 Relatiuè oppoſitorũ Maximas proprias eſſe: Primam, Quæ mutuo referuntur, mutuo ſe ponere, tollereq; in diſtinctis ſubiectis. Secundã. Quæ mutuo referuntur, ſimul cognoſci; ſimul ignorari. *Fonſ. l. 7. c. 33.*

450 Contrariè oppoſitorum Maximas proprias eſſe: Primam, Illud non eſſe in ſubiecto dato, quo inherente ſequitur duo contraria ſimul eſſe. Secundam, Illud non eſſe in ſubiecto, cuius contrarium non poteſt eidem ineſſe. *Ariſt. 2. Top. 2. loc. 18. & cap. 3. loc. 23, 24, 25. & 5. Topic. c. 3. loc. 60.*

451 Cauſarum Maximam propriam eſſe: Propter quod vnumquodque tale, & illud magis. *Ariſt. 2. Top. 3. loc. 31, 39, 40.*

452 Auctoritatis humanæ Maximam primam eſſe: In affirmando aliquid, vel negando, ſequendum eſſe iudicium ſapientum. *Tolet. l. 5. cap. 9. Fonſ. l. 7. c. 35.*

453 Auctoritatis humanæ Maximam ſecundam eſſe: In vſu verborum, & cultu ciuili, ſequendam eſſe communem conſuetudinem. *Tol. Fonſ. ſupra.*

454 Auctoritatis diuinæ Maximam esse: Non esse vllo modo de diuini dicti veritate dubitandum. *Par. 1. Disp. 7. Tol. Fons. supra.*

455 Ad quæstiones comparatas probandas cuiuscũque loci dialectici Maximam esse: Quod magis participat rationem cuiuscunque rei, id esse magis illam rem. Quod magis participat rationem aliquam bonitatis siue absolutæ, siue respectiuæ; id esse eligibilius. Ita probari potest bonum vniuersalius, esse minus vniuersali præstantius: quia bonum vniuersalius magis de bonitate participat. *Arist. 3. Eth. à loco 1.*

De Fallaciis.

456 SYllogismum sophisticum dici eum, qui fallaciter ad alios decipiendum formatur. *Arist. l. 1. Elench. c. 1. 2. & 1. Top. 1.*

457 Sophistas dici, qui fallacibus argumentis ad alios decipiendos vtuntur. *Arist. l. 1. Elench. c. 1. 2.*

458 Paralogismum esse Syllogismum, qui ex proprijs quidem scientiæ sumptionibus, non veris tamen, ratiocinatur. *Arist. 1. Top. c. 1.*

459 Scopum, & finem, ad quem Sophista fallaci argumento respondentem redigere studet, Metam appellari. *Arist. l. 1. Elench. c. 3.*

460 Sophistarum Metas esse quinque: Redargutionem, Falsum, Inopinabile, Solæcismum, Nugationem. *Arist. l. 1. Elench. c. 3.*

461 Redargutionis Metam esse, Prænegati conceſſionem, vel negationem præconcessi, vi fallacis argumenti factam à respondente in eadem disputatione. Cogitur enim sæpè à Sophi-

sta

sta respondens concedere in eadem disputatione contradictorium eius, quod ante concesserat, argumẽti fallacia deceptus. *Arist. 1. Elench. c. 1. 7.*

462 Sophisticum Elenchum dici argumẽtum illud, quod concessi Contradictorium fallaciter probat. *Arist. Elench. 1. c. 1. 4.*

463 Verum Elenchum dici argumentum illud, quo sine Fallacia Concessi Contradictorium probatur. *Arist. Elench. 1. c. 1. 4. 8.*

464 Falsi Metam esse, quod verè falsum esse, atque vt falsum à circumstantibus cognoscitur; ad idq; Sophista redigere respondẽtem conatur. *Arist. 1. Elench. c. 7.*

465 Inopinabilis Metam esse, quod contra circumstantium opinionem est, siue illud verum, siue falsum sit; ad idque Sophista redigere respondentem conatur: vt saltem apud astantes victoriam de eo habuisse videatur. *Arist. Elench. 1. c. 11. 12.*

466 Solœcismi Metam esse, vitium in orationis contextu contra grammaticas regulas, ad quod Sophista respondentem redigere conatur. *Arist. Elench. 1. c. 13. & 2. c. 6.*

467 Nugationis Metam esse, Eiusdem, & ex eadem parte inutilem repetitionem: ad quam Sophista respondentem redigit, vt irrideatur. *Arist. Elench. 1. c. 13. & 2. c. 6.*

468 Omnes Sophistarum Metas sub vniuersali Meta includi, quæ dicitur, Non ens. quia respondens cogitur id concedere, quod non est, vel non apparet esse. *Arist. Elench. 1. c. 5.*

469 Loca, ex quibus Sophistæ apparentia argumenta depromunt ad fallendum, Fallacias appellari. Quamquam Fallaciæ nomine dici-

tur

tur etiam error ipse, ac deceptio. *Tolet. lib. 5. c. 11.*

470 Ad Fallaciam quamlibet duo concurrere. Alterum, Similitudinem loci apparentis ad verum locum, quæ deceptionis præbet occasionem; & Apparentiæ causa nominatur. Alterum, Veram inter apparentem, & verum locum dissimilitudinem, ac differentiam; quæ Non existentiæ causa vocatur. *Tolet. supra.*

471 Apparentiæ causas, alias esse in dictione, alias extra dictionem. Esse in dictione, quæ suam Apparentiam in ipsis dictionibus, & vocibus habent. Esse extra dictionem, quæ suam Apparentiam, non in vocibus, sed in rebus per voces significatas habent. *Arist. Elench. 1. c. 3.*

472 Apparentiæ causas, seu loca fallaciarum in dictione, sex esse: Æquiuocationem, Amphibologiam, Accentum, Compositionem, Diuisionem, Figuram dictionis. *Arist. Elench. 1. c. 3.*

473 Æquiuocationis fallaciam esse, errorem, ac deceptionē; cuius causa est vnitas vocis plura significantis, quæ vox vniuoca putatur, cum non sit: cuius non existentiæ causa est pluralitas significatorum, quæ in æquiuoca voce inuenitur. vt: Omne corpus est substantia, Trina dimensio est corpus, ergo Trina dimensio est substantia. *Arist. Elench. 1. c. 3.*

474 Æquiuocationis fallaciam contingere, tum cum vox simpliciter est æquiuoca, vt Canis; tum cum est Analoga, vt Ridere; tum cum ampliatio, vel genus, vel alia grammaticalis proprietas variatur. *Arist. Elench. 1. c. 3.*

475 Amphibologiæ fallaciam esse errorem, qui ex vnitate orationis prouenit plures sensus pa-

patientis. Cuius apparentiæ causa, vnitas est orationis: causa verò non existentiæ, sensuum multiplicitas est. vt, Quicquid est Aristotelis, possidetur ab Aristotele; Hæc est Logica Aristotelis; ergo Hæc Logica possidetur ab Aristotele. *Arist. Elench. 1. c. 3.*

476 Accentus fallaciam esse errorem. qui ex diuersa vocis pronunciatione prouenit, ob spiritus, quantitatis, vel accentus varietatē. vt, Omnis populus est arbor, Roma est populus, ergo Roma est arbor. vox, Populus, ex varia quantitate primæ syllabæ varia significat. Accidit etiā hæc fallacia, cum vna dictio in plures, vel ex pluribus fit vna; vt Inuite, In vite; Qui es, Quies. & cum in pronunciatione mutatur gestus, vt accidit in Ironijs. & cum diphthongus mutatur, vt Æquus, Equus. *Arist. Elench. 1. c. 3.*

477 Compositionis Fallaciā esse, Cum Consequens falsum, quod sequebatur ex Antecedēte falso in sensu composito; eidem Antecedenti attribuimus vero in sensu diuiso: vel cum Consequens, quod sequebatur verum in sensu diuiso, sumimus in sensu composito falsum. exemplum prioris: Omnia quinque sunt duo, & tria; quinarius non est duo, & tria; ergo quinarius nō est quinque. esset Fallacia compositionis velle tribuere falsitatem conclusionis veritati Minoris sumptæ in sensu diuiso: debet enim sumi in sensu composito, & negari. Exemplum posterioris: Omnem hominem scribere est possibile, Aliqui non scribentes sunt homines, ergo Non scribentes scribere est possibile. esset Fallacia compositionis sumere consequens in sensu composito, qui est falsus, cum sensus diuisus sit verus, secundum

cundum quem sequitur ab Antecedente vero. *Arist. Elench.* 1.*c.*3.

478 Diuisionis Fallaciam esse, Cum sensus compositus est verus, & diuisus falsus; & attribuimus conclusionis falsitatem sensui composito vero in antecedente, ex quo non sequebatur; vel ipsam conclusionem in sensu diuiso sumimus, quæ tamen erat composita sumenda. *Arist. Elench.* 1.*c.*3.

479 Fallaciarum, quæ ex Compositione, vel Diuisione contingunt, genera esse tria, pro triplici Compositionis, ac Diuisionis genere. Primum, cũ est aliqua vox, quæ potest suã significationem & toti alicui composito applicare, & alteri tantum parti eiusdem compositi. Secundum, cum est aliquod complexum, quod diuisiue, & copulatiuè sumi potest. Tertium, cum aliquam dictionem cum varijs costruimus, ac proinde sensum mutamus. *Arist. Elench.* 1.*c.*3.

480 Figuræ dictionis Fallaciam esse, cum ex accidentali duarum dictionum similitudine, similitudinem significatorum colligimus. vt, Cum Poetam fæminimi generis concludimus esse, quia desinit vt Musa; aut cum vnius prædicamenti nomen pro alio prædicamento sumimus; aut cum simplicem suppositionem in personalem, vel personalem in simplicem mutamus; vt Homo est species, Iulius est homo, ergo Iulius est species. *Arist. Elench.* 1.*c.*3.13.

481 Apparentiæ Causas, siue loca Fallaciarum Extra dictionem, septem esse: nempè, Fallaciam Accidentis, Secundum quid & simpliciter, Ignorantiæ Elenchi, Consequentis, Petitionis principij, Secundum non causam vt causam,

Se-

Secundum plures interrogationes vt vnum. *Arist. Elench.* 1. c. 4.

482 Accidentis Fallaciam esse, Cum duo aliqua sunt inter se vnum, sed rationes tamen habent differentes; atque vni tribuimus quæcunque alteri conueniunt, existimantes quæcunque vni conueniunt & alteri conuenire, ob identitatem, quam habent inter sese. vt, Homo est risibilis, Risibile est proprium, ergo Homo est proprium. Hic canis est pater, & hic canis est tuus, ergo est pater tuus. Animal est album, ergo Homo est albus. Accidens autem dicitur hic fallaciæ locus; quia accidentalis est ea ratio, & extrinseca, ac distincta respectu eius, respectu cuius accipitur vt identica. vel quia sumitur Fallendi occasio ex eo, quod vni multa accidunt. *Arist. Elench.* 1. c. 4.

483 Secundum quid, & Simpliciter Fallaciam esse, cum à termino restricto ad eundem terminum non restrictum argumentamur, aut à non restricto ad restrictum: seu, A secundum quid ad simpliciter; vel à Simpliciter ad secundum quid. vt, Æthiops est albus secundum dentes, ergo Æthiops non est niger. Non licet prandere in templo, ergo Non licet prandere. Non est vinum bonum febricitanti, ergo vinum non est bonum. Duo leones marmorei sunt in foro, ergo Duo leones sunt in foro. *Arist.* 1. *Elench.* c. 4. & l. 2. c. 5.

484 Ignorantiam Elenchi dici Fallaciam illam, qua quis ignorare arguitur verum Elenchum. Fit autem ea Fallacia duobus modis. vno, cum Fallaci argumento Contradictorium probamus, ac inferimus eius, quod concessum

est;

est;aut duo simul Contradictoria inferimus. altero, cum bono argumento non veram Contradictoriam inferimus propositionis concessæ, sed apparentem. vt, Numerus ternarius excedit binarium, & non excedit quaternarium; ergo Ternarius excedit numerum, & non excedit. *Arist. Elench. 1. c. 4.*

485 Consequentis Fallaciam esse, Cum ad similitudinem terminorum Conuertibilium, vel ex antecedentis positione inferimus positionem consequentis; quod licet: & rursum à Consequentis positione positionem antecedentis inferimus; quod non licet, nisi in terminis conuertibilibus. vt, Est ignis, ergo calor: est calor, ergo est ignis. Vel, cum ex Oppositi antecedentis oppositum consequentis inferimus; quod non nisi in terminis conuertibilibus licet. vt, Si ignis est, calor est: ergo Si ignis non est, calor non est. *Arist. Elench. 1. c. 4.*

486 Petitionis principij fallaciam esse, Æque ignota, vel ignotiora ad probationem ignoti sumere; vel Idem per idem, licet occulte, probare. Probatio enim debet & notior esse, & distincta ab eo, quod per illam probatur. vt, Qui probaturus in particulari homines esse iustos, assumeret omnes homines iustos esse. *Arist. Elench. 1. c. 4. & 2. Prior. c. 21. & 8. Top. loc. 80.*

487 Secundum non causam vt causam esse, Fallaciam, Cum Cõclusionis falsitas, quæ ex vna præmissa falla prouenit, attribuitur alteri præmissæ, quæ est vera. aut cum Conclusio vera falso attribuitur tanquam causæ. aut cum consequens ex antecedente non proprio deductum, ipsi attribuimus eius veritatem. vt, Si quis Maio-

ri

ri huius syllogismi attribueret conclusionis falsitatem: Omnis homo est animal, Planta est homo, ergo Planta est animal. *Arist. Elench. 1. c. 4. & 2. Prior. c. 22.*

488 Secundum plures interrogationes vt vnam esse Fallaciam, Cum opponens petit vnicam sibi responsionem dari eius, cui vnica responderi non potest; vt ipsum respondentem ex quacunque vnica responsione capiat. vt, si petat, Homo, & leo sunt ne animal rationale? si respondeatur ita esse, colliget Leonem esse rationalem, quod falsum est. Si respondeatur non ita esse, colliget Hominem non esse rationalem, quod etiam est falsum. *Arist. Elench. 1. c. 4.*

489 Fallaciam contrariæ opinionis dici illum in syllogizando, seu ratiocinando defectū, quo duabus contrarijs, vel contradictorijs propositionibus assentimur; siue implicitè, siue expresè contrariæ, aut contradictoriæ illæ sint. vt, qui admitteret, Omne animal est corpus, & Nullum nigrum est corpus: implicitè, & in communi admitteret hæc inter se explicitè contradictoria: Omnis coruus est corpus, Nullus coruus est corpus. Hoc fallaciæ genus idem est cum Fallacia, quæ dicitur Ignorantia Elenchi. *Def. 284. supra, Arist. Elench. 1. c. 4.*

DI-

DE PHYSICIS.

siue

De Corpore Naturali.

1 PHysicæ disciplinæ sunt, quæ de rebus visibilibus disputãt, vt illæ sub sensum cadunt. cadunt autẽ sub sensum Cælum, Elementa, Mixta inanima, Plantæ, Animantes, Homines. ijs plenæ sunt Scripturæ sanctæ. Nam cum intellectualis hominum cognitio principium accipiat à sensibus: voluit Spiritus sãctus modo nostræ naturæ congruo, nos ad diuinorum cognitionem per visibilia perducere. itaque nosse nos oportet hæc visibilia ad perfectam è sacris Scripturis intelligentiam, & instructionẽ hauriendam tum litteralem, tum mysticam.

2 Quod vt facilius assequamur; cõsideranda nobis sunt primum ea, quæ corporatis rebus omnibus sunt communia; deinde

quæ singulis propria. Communia sunt Motus, & Principia, siue Causæ. Quantæ enim, & extensæ sũt corporatæ res omnes.

a *Arist. 1. Phys. t. 11. & l. 3. t. 4. & l. 5. t. 9.* *a* Mouentur etiam, ac mutantur siue secundum substantiam, vt cum ex ligno fit ignis, ex homine vermis. siue secundum qualitatem, vt cũ aqua ex frigida calida euadit, & aer ex tenebroso fit lucidus. siue secundum quantitatem, vt cũ plantę augescunt, & ex paruis magnæ fiunt. siue secundum locum, vt cum Sol ex oriente migrat in occasum. 3

Principia, & Causæ. Principia sunt omnino quinque, ex quibus res omnes existunt, quæ nostris sensibus obijciũtur. Primum est Terminus, à quo incipit motus rei, quæ mouetur. omnis autem motus terminũ habet, à quo incipit moueri, negationẽ eius rationis, quæ per motum existit. Quia quicquid accipit nouum esse, transit de non esse ad esse; vt Homo ex non homine, Calidum ex non calido. Vnum ergo ex principijs rerum est Negatio, siue Priuatio; quæ est Terminus à quo. Secundum principium est subiectum, siue materia. Nam cum nullum ens creatum possit creare, seu ex nihilo producere, vt in *b* prima parte dictum est: oportet præexistere subiectum aliquod, quo sustentante agens creatum producat effectum suum. 4 5

b *Disi. 2. à n. 21.*

Do-

c Docet hoc experientia. vt enim ignis, aqua, vermis, & huius generis alia existant; semper aliquid præexistit, in quod agens dispositiones inducit ei rei congruas, quæ producenda est; vt calorem, & siccitatem in lignum ad ignem producendum. Id ergo subiectum primum, in quo ea subiectantur, & sustentantur, quæ producuntur; & quod proinde necesse est remanere cum ijs, quæ ipsum sustentat, vt ea pergere possint esse: principium quoddam est, quod Materiam primam appellant. Estq; tertium rei, quæ producitur, principium ipsa Forma, quæ ab agente in subiectum inducitur. Nam quicquid illud est, quod incipit esse, cum ante non esset, subiecto sustentante: cum semper subiecto indigeat sibi adhærente, ac intrinseco, vt sit, & vt operetur: dicendum est componere cū illo vnū quiddam. Id ergo vnum, quod ex his duobus constat; principia intrinseca sui esse, ex quibus suum esse pendet, habet hæc duo. quorum alterū, cum materia dicatur; alterum formæ nomen sibi vēdicat. Per illud enim speciem quādam sumit subiectum, qua ornatur, & ab alijs distinguitur. Cum autē forma non possit existere, non producente illam aliquo, & in subiectum in-

c Vid Arist. 7. Met. c. 7. & t. 22. & l. 12. t. 6.

ducente: necessarium est quartũ princi-
d Arist. 2. Phys. t. 78. pium, quod Agens appellatur. *d* Omnis 8
autem actio intrinsecum ordinẽ habet
ad terminum aliquem, ad quem ordi-
natur, & in quo cõquiescit. is terminus,
vt in omni agente cernimus, mouet cau
sam agentem, siue cognitione, siue pro-
pensione innata, ad actionem, & ad ope
randum id, quod ad termini consecu-
tionem valet. Est ergo etiam Terminus
principium rei, quæ fit. Quinque igitur 9
sunt rerum principia, Priuatio, Mate-
ria, Forma, Efficiens, Finis. quæ, excepta
Priuatione, Rerum causæ nominantur.

Iam quæ sint rerum corporatarum 10
genera videamus. Principio ponamus
Elementa. quæ simplicia quædam cor-
pora sunt, ex quorum permixtione ce-
tera procreantur. sunt ea, Terra, Aqua,
Aer, Ignis. Ea medium locum occupant
vsque ad astra. Superam autem regio-
nem replet cælum stellis distinctũ tum
fixis, tum errantibus. quod simplex cor-
pus est, & super elemẽta circũuoluitur.
Elementa suas qualitates habent, Calo- 11
rem, & Frigus; Siccitatẽ, & Humorem.
Hæ primæ qualitates sunt, & instrumen
ta prima ad rerum tum generationem,
tum corruptionẽ efficiendam. His inter 12
se pugnantibus, modo Mixta gignuntur

im-

imperfecta, quæ nō alias formas habēt, præter formas elementorum; vt vapor, exhalatio, nix. modo mixta perfecta existunt, in quibus quatuor illæ qualitates commiscētur, & adsunt formæ mixtorum propriæ: vt sulphur, vt ferrum, vt aurum. modo mixta prodeunt animata, alia vegetabilia, vt plantæ; alia sentientia, vt animantes; alia intellectu prædita, nempe Homines. ita ad aliorum interitum enascētibus alijs mira rerum varietate mundus hic elementaris distinguitur.

13 Hæc porrò corporata omnia, quanta sunt, & extensionem habent, vt omnes cernimus. quare quantitas proprium quiddā est omnium corporum. de cuius natura, generibus, proprietatibus, aliquātò fusius in definitionibus dicendū. Earū summa ea est. Esse aliquid in corporibus, ab eorum substantia, & qualitatibus distinctum, inhærens substantiæ; quæ impenetrabilia reddit corpora, vt ab alijs corporibus penetrari nō queāt. Indicat hoc ipsorū corporū rarefactio. Immergatur enim non profundè in aquā os vasis vitrei nullo liquore pleni. tū ad vas illud admoueatur lentus ignis, qui vas calefaciat tantum, non etiā frangat. iam concepto calore, incipiet rare- *Quantitas.*

fieri aer in vase incluſus;& maiorem locum exquirēs, quàm qui vasis lateribus concluditur; ex ore vasis exilire incipit, & ex aqua ebullire. cum autē aeris magna pars è vase migrauerit; adhuc vas aere plenum ſemper remanet, vt erat prius;aerq; incluſus adhuc impenetrabilem ſeſe exhibet ab alio corpore, vt impenetrabilis erat prius, quàm exiliret pars aeris,cum qua penetrabatur. impenetrabilitas ergo non ab aere prouenit, ſed ab aliquo alio ente aeri adhærente, & externis corporibus reſiſtēte,ne aerē penetrent.illud ipſum accidens quoddā putamus eſſe à corporibus diſtinctum, impenetrabilia reddens corpora. non enim eſt in exēplo, quod propoſuimus, ipſa aeris ſubſtantia: cum ea penetrare ſe poſſit cum ſuis partibus. penetrabat enim ſeſe antequam è vase migraret. Idem argumentum ex condenſatione ſumi poteſt. Nam remoto è vase igne,& remittente calore,aereq; ad priſtinā ſuā temperiem ſe reducente: fit aeris in vase incluſi condenſatio; ſubducente ſe aere in minorem quantitatem,minuſq; ſpatium, & aqua ſurſum aſcendente ad replendum illud vasis ſpatium, quod aer relinquit dum condenſatur. Cum ergo ſit idem aer minus nunc vasis ſpatium occu-

occupans, qui paullo ante maius occupabat: qui penetrat nūc seſe cum partibus ſuis, cuius paullo ante nulla pars poterat ſe cum alia penetrare: profecto aliquid aliud erat illud, quod nunc deperit, prę-ter ipſum aerem, quod aeris partes impediebat, ne penetrarentur inter ſeſe. Illud quantitatem vocemus; quia quantum, & extenſum reddit ſubiectum, in quo eſt; efficitque vt ſint partes ſubiecti extra alias partes, vtq; inuicem non penetrẽtur. Quod adhuc aliud eſſe præter primas qualitates, nempe calorẽ, frigus, ſiccitatẽ, humorem, docet experientia. Videmus enim has qualitates in ſubiectis denſis, habentibus multã materiam ſub parua quãtitate, penetrari ſecũdum ſuas partes, vt accidit calori in ferro candente: in quo penetrantur inter ſe ſũmi gradus caloris, in diſtinctis quidem materiæ partibus, ſed in eodẽ tamen ſpatio exiſtentes. & tamen non poteſt penetrare ſe vnus calor, cum alio calore, in diſtincta ſubiecti quanti parte, quæ extra aliam partem eſt, exiſtente. idemq; in alijs & primis, & ſecundis qualitatibus cernimus; & in rarefactione, & condenſatione, vt ſupra de aere dictum eſt. Aliquid ergo aliud à qualitatibus diſtinctũ eſt id, nempe quantitas; quod qualitatũ

penetrationem impedit. Ex his colligi- 14
mus quantitatis rationem. Est enim entitas, à substantia, & qualitatibus distincta, habens partes extra partes, impenetrabiles inter se.

An autem distinctæ sunt inter se quãtitatis partes? an indistinctæ? finitæ ne, 15
siue actu, siue potentia? an infinitæ? Aliqui putant nullam esse distinctionem inter quantitatis partes, donec diuidantur. hanc esse quantitatis naturam, vt sint eius partes indistinctæ. neque vero vllam esse rationem distinctionis, cum omnes partes eiusdem sunt rationis. ex partium distinctione illud absurdi sequi: quod, cum quantitas possit in infinitum diuidi; essent in quauis quantitate finita partes actu infinitæ. Alij vero 16
arbitrantur partes in quantitate actu distinctas esse ante omnem diuisionem. habere singulas partes suam entitatem indiuiduam, & sibi propriam, quam hæcceitatem vocant; quæ non est entitas aliarum partium: atq; hanc esse veram distinctionis rationem. neque vllum esse absurdum in qualibet finita quantitate partes infinitas ponere actu distinctas; nõ tamen æquales inter se, sed proportionales; id est, Minores, & minores in infinitum. ex quo non sequitur quan-

tita-

17 titatem infinitam esse. Alij absurdum putant, partes in quantitate non ponere distinctas; absurdum quoque, infinitas ponere proportionales actu distinctas. hoc vltimum duas habere rationes in contrarium, ob quas ea opinio falsa videri possit. vna ratio ea est: quod non potest dari processus in infinitum in causis vllis, quæ per se aliquid causant. non enim sequitur vllus effectus, nisi inter eas causas detur aliqua prima, à qua alię pendēt in causando, e vt in prima parte dictum est. iam partes quātitatis causæ materiales sunt, componentes ipsam quantitatem; entitasq; quantitatis à suis partibus pendet. entitas ergo quantitatis esse non potest, si partes in quantitate sint infinitæ, ac proinde non dentur in illis primæ partes vllæ, ex quibus alię pendeant. altera ratio est: quod si deinceps cuiusuis quantitatis partes proportionales, quarum primæ secūdas includunt, & secundæ tertias, & ita deinceps reliquæ reliquas; in partes æquales diuidantur, vt dimidiæ in quartas æquales, quartæ in octonas æquales, hæ in sexdecim æquales, & ita reliquæ; cum processus sit in infinitum, qui processus actu est secundum distinctionem, etiam si nulla sit diuisio: sequeretur esse in quali-

e *Par. 1. disp. 1. n. 2.*

bet

bet quantitate finita collectionem aliquam partium æqualium infinitarum: quæ, quia vna pars est extra aliam, deberent efficere quantitatem infinitam; cum tamen sensus ipsi experiantur eam finitam esse. Aliqui ergo, vt vim harū duarum rationum effugiant; quantitatē putant componi ex partibus distinctis quidem, finitis tamen. aiūt vltimas partes esse, quæ non possunt in alias partes diuidi; quantas illas quidem, & extensas; sed minimas: quibus minores esse nō possint. esse in illis partes, quæ signari possint in infinitum, non tamen diuidi. sunt enim indiuisibiles, cum non sint distinctę in re neque actu, neque potentia. dici tamen quantitatem posse diuidi in infinitum, quatenus possunt in quaque parte minima signari partes in infinitum, & mathematicè diuidi per cogitationem, & intellectus nostri præcisionem. quod si qua vis tentet minimā aliquam partem in duas diuidere: non secuturam diuisionem, aut minimam in nihilum euasuram. est enim minima quæque pars entitas quædam simplex, licet extensa. Nihil autem ad sacræ doctrinæ intelligentiam interest quā quis ex his tribus de quātitatis partibus opinionem sequatur.

Par-

18 Partes autem quantitatis, si distincta sunt inter se, qua ratione vniuntur, vt vnam efficiant quantitatem cõtinuam? Videtur satis esse ad vnionem indistantia, quam vna pars habet ad alteram, & proportio cum altera. nexus autem stabilis rationem videtur habere vnio, quã habẽt partes subiecti inter se, in quibus quantitas hæret. Nexum autem illum supplebit Deus, conseruando partes quantitatis in sua indistantia; si contingat quantitatem à subiecto suo separari; vt accidit in Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.

19 An autem Substantia materialis, quæ quantitatis subiectum est, præter extensionem, quam habet à quantitate, impenetrabilem; suam ipsa extensionem habet in partibus suis, à quantitatis extensione distinctam? Videri sanè potest, habere. est enim substantia, prior natura suo accidente quantitate. ergo & substantiæ, subiectique extensio, prior natura est extensione quantitatis. Videri etiam potest, non habere. satis enim subiecto est, ad dandam existentiam accidenti extenso, esse prius natura illo secundum partes entitatiuas, seu secundum entitatẽ. qua posita, rursum subiectum recipit à sua quantitate extensionem,

nem, & quasi explicationem suarum partium entitatiuarum, & inextensarum. Positio enim ipsa quantitatis, est extensio substantiæ; per quam substantia fit quãta: vt per positionem albedinis substantia lactis fit alba.

Indiuisibilia.

Porrò quæuis quantitas habet terminos suos. Termini autem sunt, Corporum quidem superficies; Superficierũ, lineæ; Linearum, puncta. An autem hi termini distinctum aliquid sunt à quantitate, subiectisque suis? Censent aliqui, non esse distinctos: quod nulla neque ad vsum, neque ad intelligentiam, necessitas id suadeat. Aiunt ergo in quantitate, corporibusque hos terminos esse quidẽ, sed rem eandem cum corporibus ipsis, & quantitate. hæc enim habent rationẽ superficiei, quatenus terminabilia sunt ab alia quantitate, alioque corpore secundum latitudinem, ac longitudinem; secundum quæ sunt ab ipsis maximè indistantia corpus, & quantitas altera. seu quatenus habent in re fundamentum vt in ipsis noster intellectus concipiat rationem extremi corpus terminãtis, præcisam per hunc conceptum à ratione corporis, de cuius ratione profunditas est. Rursum hæc habent rationem linearum, quatenus in superficie concipi-

tur

rur longitudo sine latitudine. habent rationem punctorum, quatenus in linea concipitur terminus, finisque illius. Per hos autem conceptus fundatos in re, multa secundum nostrum intelligendi modum percipiuntur à nobis; quæ sine his conceptibus præcisiuis difficilè cognoscerentur, ita melius explicant Mathematici, quæ ipsi tradunt doctrinis suis. ita melius explicant Physici, quomodo se habeat corpus perfectè sphæricum ad perfectè planum, si sphæricū plano superponatur. fieri aiunt eorum contactum in solo puncto: nempè quia ex summa indistantia, qua maiorem ea corpora inter se habere non possunt saluis eorum figuris; habet intellectus noster fundamentum concipiendi, & abstrahendi ab eorum corporum extremis, ac terminis, rationem duorum pūctorum indistantium, proindeque tangentium sese. qui contactus, mathematicus potius, quam physicus, dicendus esset.

21 An autem per Dei potentiam potest dari quantum aliquod nullis terminis circumscriptum, & infinitum? Putarim nullum esse posse infinitum neque corporatum, neque spirituale, præter vnū Deum. Res autem quælibet maximè *Infinitæ.*

co-

cognoscitur terminum habere per partium siue adiunctionem, siue detractionem. ex ea enim parte, in qua cuipiam fit additio, non infinitum illud, sed finitum est. rursum id, ex quo non est semper accipere partes, & partes, siue re, siue cogitatione: sed partium detractione tandem absumitur: finitum illud est, non infinitum. Neque melius possumus infiniti rationem apprehendere. Ita intelligimus Deum esse infinitum secundum quamcunque perfectionem: quia nulla est in ipso perfectio, cui possit addi cogitatione alia, quæ in ea non sit, siue formaliter, siue eminenter: neque possumus cogitando demere ex ea perfectione quasi partes, & partes, quo vsque illam cogitatione absorbeamus. semper enim remanent infinita accipienda; quatenus quælibet Dei perfectio est idem cum ipso Deo, qui infinitus est, & summè simplex. Iam pone infinitum aliquid à Deo creari, vt, infinitum corpus, aut infinitum numerum Angelorum. Quidquid posueris, potest adhuc infinita Dei potētia creare aliud infinitum eiusdem generis. non enim potest exhauriri Dei potentia creando, cum ea sit ipse met Deus. Finitum ergo erat illud, quod ponebas infinitū: quip-

pe

pe cum ei sit iam facta additio alterius infiniti, vt aiebas, eiusdem generis. atq; id finitum etiam est: quoniam ei eodem modo potest aliud adiungi. Pono ego rursum congeriem trium, vel plurium infinitorum à Deo productorum. aio eam finitam esse, non autem infinitam. Potest enim Deus, vt posuit, ita tollere, & ad nihilum redigere deinceps singula infinita, partes illius cõgerici positæ, quo vsque congeries absumatur. finita ergo illa est, non infinita, vt ponebas. Neque vero alia firmiore ratione probant Theologi non posse Deum nisi vnum esse: nempè quia, cum infinitus perfectione sit, nõ potest aliud ei simile perfectione esse. si enim esset aliud simile, quod idem cum ipso nõ esset; iam eius perfectioni fieret alterius perfectionis additio; ac proinde eius perfectio esset finita, non infinita, vt ponebatur.

22 Iam corpora omnia, quia quãtitatem habẽt, spatiũ occupant, & locum. Vt. n. seruaretur ordo partiũ in corporibus, ad eorũ tum ornamentum, tũ operationem, necessarius: tributa est illis quantitas. cuius partes, cum penetrari non possint inter sese; impediunt partes corporum, quibus inhærent, ne penetrentur inter sese. proinde, cum vnaquæque *Locus.*

eor-

corporum pars sit extra aliam; necessario spatium, locumq; occupat corpora: nisi diuina virtute superetur resistentia, quam partes quantitatis exhibent sibi, ne inuicem penetrentur. Est ergo locus Corpus illud, quod aliud corpus complectitur, ac terminat circumquaque. Vt terræ, & aquæ locus aer est; ætheris locus cælum.

Spatia imaginaria, & Vacuum.

An autem extra cælum cæli locus est aliquod spatium inane, quod corpora omnia terminat, & ipsum infinitè protensum capax est entium extensorum, quibus repleri successiuè potest in infinitum? Putarim nullum spatium esse, nisi reale, ac finitum. Nam pone spatium illud inane. est Deus in illo spatio, nec ne? Negas? ergo cum Deus Corpus aliquod in eo spatio creat: in quo necessarium est Deum esse, ne Deus non sit vbique; vtq; corpus illud produci queat, & cõseruari: maiorem Deus existentiæ, ac vbiquitatis, & immensitatis suæ perfectionẽ acquirit. erat ergo immensitas Dei imperfecta, & in potẽtia. quod infinitæ perfectioni repugnat: qualis est in Deo. Affirmas in infinito illo inani semper fuisse Deum? ergo, inquam, illi toti spatio coextenditur ex æternitate Deus; ac totus est in toto, totus in singulis eius 23

spatij

spatij partibus; cum Deus simplex sit, & indiuisibilis. ergo non vbique Deus omnem perfectionem immensitatis habet. nam quatenus Deus est in cœlo, vel in alia parte illius inanis, nō est in alijs partibus. deest ergo illi, quatenus coexistit vni parti, ea perfectio immensitatis, quam habet ex coexistentia ad alias partes. Composita ergo est perfectio diuinæ immensitatis; ac proinde tota imperfecta, cum singulæ partes imperfectæ sint. Igitur dicendum videtur nullum esse spatiū inane: sed ipsam Dei immensitatem, quę simplex est, vt ipse Deus, ex ratione suæ infinitudinis illud habere, vt in ipsa quodcūque spatium reale produci à Deo possit quantumuis extensum, etiam infinitum, si infinitum produci posset; neque illud vnquam extra Dei immensitatem processurum. hoc Dei perfectionem infinitam requirere: hoc creaturarum naturam omnem, quæ infinita esse non potest. Corrigendam ratione, quam attulimus, imaginationem esse; quæ apprehendere positionem quanti extensi in ente simplicissimo, nempe in Dei immensitate, non potest. posse nos imaginationis nostræ opere in ipsa Dei immensitate indiuidua, extensa illa in infinitum spatia formare, quæ vocant Ima-

ginaria: quatenus Deus in sua immensitate potest spatia realia in infinitum producere, singula extra alia. Valent 24
ea, quæ dicimus, ad intelligendam, & contra hæreticos defendendam sacram doctriuam; quæ docet Christum Iesum è Virginis vtero egressum, incorrupto relicto Virginis claustro; & ingressum ad discipulos ianuis clausis; & corpus eius in Eucharistiæ Sacramento esse totum in totis, & totum sub qualibet particula specierum sacrarum. nam diuina virtute fieri potest corporum penetratio, & in immensitate Dei, quæ perfectissimè est vbique, ac proinde in qualibet particula hostiæ consecratæ, potest poni quodcunque quantum, quantumuis extensum.

Situs. Porrò cuiuis quanto, quia extensum 25
est, & partes habens extra partes; contingit Situm in partibus suis habere, id est ordinem aliquem in illis.

Motus. Hactenus de Quantitate, quæ prima 26
quædam proprietas est corporatis rebus omnibus communis. nunc de Motu, siue Mutatione, altera proprietate dicendum; quæ non solum corporatis, sed creatis rebus omnibus communis est: quatenus esse, perfectionemque non habent à se; sed illa ab alio recipiunt.

Mo-

Mouentur enim de non esse ad esse, de priuatione ad formam, de potentia ad actum, quo carent. Motus autem is, quatenus est ab alio realiter, ac primo influente, Actio dicitur, atque Productio. quamquam productio dicitur etiam de ijs, quæ non mutantur, vt de diuini Verbi generatione, & Spiritus sancti processione. Rursum idem motus, quatenus subiectum connotat, siue potentiam, in qua recipitur, Passio nominatur. Cum autem esse, actumque haberi contingat multis modis: pro modorum varietate varia sunt genera mutationum. Nam vel quid accipit esse ab alio, nullo subiecto concurrente, ac sustentante: & is motus Creationis nomen habet. f Vel forma, quæ in subiecto recipitur, ab ipso subiecto sustentatur: & eductio dicitur ea mutatio. Forma autem, actusue qui in subiectum inducitur; vel substantialis est: eaque mutatio Generatio nominatur. Vel qualitas aliqua est: motusque qualitatis dicitur Alteratio. Vel est quantitas aliqua, siue sola: appellaturque Rarefactio. siue iuncta substantiæ: & Augumentationis nomen habet. Vel nihil intrinsecum acquiritur, sed locus extrin-

f *Arist. 5. Phys. 2 t. 7.*

trinsecus: atque id mutationis genus & latio, & motus localis, & vbicatio dici potest. Hæc motuum genera fusè definitionibus explicabuntur. Vsus autem definitionum erit ad interpretandas Scripturas sacras: siue quatenus in Scripturis sacris illa eadem doctrina habetur, quæ planius definitionibus hisce physicis explicatur; siue quatenus ex his physicis, quæ sunt nobis notiora, argumenta sumimus secundum loca, & argumentandi modos tum similium, tum dissimilium, ad similia, vel dissimilia Scripturarum & intelligenda, & alijs aperienda. 27

DE

DEFINITIONES.

De Natura.

490  Hysin græcè, latinè Naturam à nascēdo dici; quasi nascitura: nomen primo impositum ad viuentium generationem significandam, quæ nativitas appellatur. *Arist.* 2. *Phys.* c. 1. & 5. *Met.* c. 4. *S. Th.* 3. *p.* q. 2. a. 1.

a *Vide Perer.* l. 7. c. 1. *Fons. in* 5. *Met.* c. 4. & q. 1. *Themist. in* 2. *Phys.* t. 7. & *Simplic.* t. 16. *Soar. in Metaph.* d. 15. sect. 11.

491 Deriuatum esse naturæ nomen à generatione viuentium ad principium intrinsecum, & eius generationis, & aliorum motuum corporeorum significandum: quia generatio viuentium corporea est. *Arist.* 2. *Phys.* c. 1. & 5. *Met.* c. 4. *S. Th.* 3. *p.* q. 2. a. 1.

492 Naturam dici & Materiam, & Formam, & compositum ex vtraque. sunt enim hæc intrinseca eorum principia, in quibus motus cōtingit. *Arist.* 2. *Phys.* c. 1. & 5. *Met.* c. 4. *S. Th.* 3. *p.* q. 2. a. 1.

493 Deriuatum esse naturæ nomen ad rei cuiusque essentiam significandam. Primum enim cuiusque motus principium est essentia. *Arist.* 5. *Met.* c. 4. *Boet. l. de duab. nat. S. Th.* 3. *p.* q. 2. a. 1.

494 Naturale dici, quatenus opponitur Voluntario. estque id, quod fit sine consilio, ac deliberatione. *Perer. de Princ. natur. l.* 7. *c.* 1. 2.

495 Naturale dici, quatenus opponitur ei, quod fit ab anima. estque id, quod est determinatum ad vnum. vt motus lapidis deorsum: non

ita motus progressiuus animalium. *Perer. supra.*

496 Naturale dici, quatenus opponitur violento. estque id, ad quod res naturalem propensionem habet. *Perer. supra.*

497 Violentum dici, quod accidit rei, natura ipsius repugnante. *Sum. Eth. d. 1. q. 3. Prop. 1. S. 3.*

498 Naturale dici, quatenus supernaturali opponitur. estque id, quod fit ab agente naturali, modo naturali, & secundum ordinem naturalem. *Perer. supra.*

499 Naturale dici, quatenus opponitur ei, quod fit à casu. estque id, quod vt plurimum, & secundum intentionem agentis particularis efficitur. *Perer. supra.*

500 A casu dici, quod rarò contingit, vt Monstra. *Arist. 2. Phys. c. 5.*

501 Naturale dici, quatenus artificiali opponitur. estque id, quod totum est à natura. *Arist. 2. Phys. c. 1. & 5. Met. c. 4.*

502 Artificiale esse, cuius aliquid est à natura, aliquid ab intellectu pendet, & ab arte. vt sella, quatenus lignum est à natura; figuram autem habet ab arte. *Arist. 5. Met. c. 4 & l. 6. c. 1.*

503 Naturale dici, quod naturam habet, id est, principium intrinsecum motus corporei. *Arist. 2. Phys. c. 1. & 1. 7 1. & 5. Met. c. 4.*

504 Naturale dici, quod conuenit rei secundum suam substantiam. *Arist. 5. Met. c. 4. S. Th. 1. 2. q. 10. a. 1.*

505 Corpus appellari Substantiam extensionis capacem. Interdum tamen quantum significare, quatenus trinam dimensionem habet. *S. Th. 1. p. q. 18. a. 2.*

506 Naturam à Physicis dici principium intrin-

trinsecum motus corporei. *Arist. 2. Phys. c. 1. & 5. Met. c. 4.*

De rerum Principijs.

507 *b* PRincipium esse primum id, vnde aliquid aut est, aut fit, aut cognoscitur. Ita principium dicitur id, vnde actio, vnde motus incipit: & id, quod est primum in rebus, vt fundamentum in domo, cor in animali: & id, ex quo aliquid primò fit non inexistente, siue non habeat influxum in id, quod producitur, vt est Priuatio; siue habeat influxum physicum, vt agēs; siue moralem, vt suadens, vt imperans: & id, vnde res primum cognosci potest, vt sunt Pronunciata. *Arist. 5. Met. c. 1.*

b *Soar. in Met. d. 12. sect. 1. §. 4. 5. 6.*

508 *c* Illud principium, ex quo aliquid per se pendet, seu quod per se influit esse in aliud, Causam nominari. Ita causa dicitur id, ex quo insito aliquid fit, vt argentum respectu phialæ: & forma rei intrinseca; & extrinseca, exemplar: & efficiens, à quo influente res fit: & Finis. *Arist. 5. Met. c. 2.*

c *Soar. in Met. d. 12. sect. 2. §. 3. 4.*

509 *d* Causam, ex qua primo insita componitur aliquid, Elementum appellari. Est enim elementum id, ex quo primo insito, ac indiuisibili specie in aliam speciem, aliquid componitur. ita corpora simplicia aer, ignis, aqua, terra, elementa dicuntur respectu mixtorum, quæ ex illis siue secundum formas, siue secundum suas virtutes inexistentibus, componuntur. *Arist. 5. Met. c. 3.*

d *Soar. in Met. d. 15. sect. 10.*

510 *e* Motum seu Mutationem, esse actualem receptionem alicuius perfectionis, ad quã subiectum, quod eam recipit, habet potētiam. seu Esse

e *Soar. in Met. d. 49. sect. 2.*

actum entis in potentia, quatenus in potentia: id est, Subiecti primò transeuntis è potentia ad actum. Ita lignum, quod est potens calorem recipere, moueri dicitur, cum incipit calefieri. *Arist. 3. Ph. t. 6. 16. 23.*

511 Solere omnem operationē motum dici. *Dion. de Div. Nom. c. 2. S. Th. 1. p. q. 73. a. 2.*

512 Desiderium in aliud tendēs, motum dici. *S. Th. 1. p. q. 3. a. 1.*

513 Quietem esse terminum motus, siue, Actū absque motu. *Arist. 3. Ph. t. 16.*

514 Solere cessationem ab operatione quietem dici. *S. Th. 1. p. q. 73. a. 2.*

515 Solere implerionem desiderij quietem dici. *S. Th. 1. p. q. 73. a. 2.*

516 Esse causas per se, quæ secūdum naturas proprias, & non secundum aliquid, quod eis accidat, sunt causæ. vt Statuarius est per se causa statuæ, quia quatenus Statuarius est statuam efficit. *Arist. 5. Met. c. 2.*

517 *f* Causas per se ordinatas dici, quæ ita se habent, vt vna ex natura sua pendeat ab alia in causando; concurrente alia siue ad eius esse, siue ad operationem. *Arist. 8. Ph.*

518 *g* Non dari processum in infinitū in causis per se ordinatis. Necessarium enim est dari causam vltimam, à qua immediatè est effectus; alioquin non erit effectus. Necessarium est dari causam primam, à qua pendent cæteræ in agendo; alioquin non erit actio. *Pari. 1. d. 2. n. 2. Arist. 8. Ph. & 2. Met. c. 2. S. Th. 1. con. gen. c. 13. & 1. p. q. 2. a. 3.*

519 *h* Ex nihilo nihil fieri, si vim naturalium agētiū spectes. *Pari. 1. d. 2. à n. 21. Arist. 3. Met. t. 3.*

520

f Fonsec. 2. Met. c. 2. q. 1. sect. 2.

g Fonsec. sup. sect. 3. & 4. Soar. in Metaph. d. 39. sect. 1. & d. 13. sect. 1. & d. 15. sect. 10.

h Soar. in Met. d. 13. sect. 2.

520 Posse & ex quocūque, & ex nihilo quidque fieri, si vim spectes agentis increati. *Par.* 1. *d.* 2. *q.* 3. *n.* 21.

521 *i* Cuiusuis agentis proprium esse agere propter aliquem finem. *Dist.* 2. *n.* 8. *Arist.* 3. *Met. c.* 3. & 11. *c.* 1. & 2. *Ph. c.* 3. & *seq.*

522 *k* De ratione Principij esse, distingui ab eo, quod ab ipso est. *Arist.* 5. *Met. c.* 1.

523 *l* Habere Principium rationem Prioris respectu eius, quod ab ipso est. *Arist.* 5. *Met. c.* 1.

524 *m* Esse per se connexionem, vel consecutionem, & habitudinem inter principium, & id, cuius est principium. vt hoc ex illo per se oriatur aliquo modo. *Arist.* 5. *Met. c.* 1.

525 Principiorum genera esse omnino quinque: Efficiens, Finem, Terminum à quo, siue Negationem, Materiam, & Formam. *Dist.* 2. *à n.* 4. *Arist.* 1. *Met. c.* 3. & *l.* 5. *c.* 1. & 2. *Ph. t.* 28. 29. 68.

526 Quidquid non est æternum, principium habere Negationem sui esse vt terminum à quo. *Dist.* 2. *nu.* 4. *Arist.* 1. *Ph. t.* 43. 74.

527 Quidquid non est à se, principium sui esse habere causam aliquam efficientem. *Dist.* 2. *n.* 7. & *Par.* 1. *d.* 1. *n.* 2. *Arist.* 1. *Met. c.* 3.

528 Quidquid ab alio est, principium habere sui esse Finē, quo mouetur Agens, vt ipsi det esse. *Dist.* 2. *n.* 8. *Arist.* 1. *Met. c.* 3.

529 *n* Habere entia corruptibilia sui esse principium Subſtantiam aliquam vt subiectum primum, ac materiam. tum quia omne corruptibile, quod ab agente creato producitur, subiecto indiget sustentante. tum quia accidentia, quæ ad productionem rerum corruptibilium disponūt, introducta in ens corrumpendum, adhuc remanent

i *Soar. in Met. d.* 12. *sect.* 3. & *d.* 23. *sect.* 1.

k *Soar. in Met. d.* 12. *sect.* 1. §. 12. *et d.* 29. *sect.* 1.

l *Soar. ibid.* §. 8.

Scot in 1. *d.* 12. *q.* 2. & *d.* 18. *q. vlt. Gabr. in* 1. *d.* 9. *q.* 3.

m *Soar. sup.* §. 11.

n *Soar. in Met. d.* 13. *sect.* 4.

nent in ente producto: at ea non possent permanere non permanente subiecto. *Dist.2.n.5. Arist. 8. Met.t.3. & 12. Met.t.14. & 2. de An.t.2. & 1. Ph t.62.68.82.*

o *S.Th.1.p. q.76.a.1. & 4. & q.118. a. 3. & in Add. q. 93. a.1. Soar in Metaph. d. 15. sect.1.*

530 *o* Habere entia corruptibilia sui esse principium substantiam aliquam vt formam cõponentem, ac perficientem. est enim in homine Anima rationalis vt forma componens hominẽ, præter materiam; vt peculiares hominis dispositiones, ac operationes indicant. & in alijs corruptibilibus par est ratio, cum quæque suas peculiares dispositiones, & operationes habeant. *Dist.2.n.6. & P.1.d.5.n.3 & C. Firmiter de Sum. Trinit. & Fid.Cath. & Arist.1. Met.c.3.*

531 Inter Materiam, & Formam compositionem esse, ac vnionem. Hoc enim indicant operationes rerum corruptibilium, quæ non solũ formam, sed etiam materiam requirunt vt sint. indicat perseuerantia, quam formæ habent in materia. *S.Th.1.p.q.76.a.1.*

p *Supra def. Dial. 196. & seq. Fons.5. Metaph.c.2.*

532 *p* Materiam dici & id, ex quo insito aliquid fit. & Id, in quod forma introducitur. & Id, circa quod agens operatur. *Arist.5. Met.c.2. & 1.Ph.t.82.*

q *Soar. in Met.d.15. sect.11.*

533 *q* Materiam metaphysicã appellari Genus ad Differentiam comparatũ. Similitudinem enim habet Genus cum materia, & Differentia cum forma. *Porph. C. de Differentia.*

534 Materiam primam dici, quæ nullã priorem materiam, seu subiectum supponit. *Arist. 1. Phys.t.82.*

535 Materiam secundam dici, quæ supponit subiectum prius. *Arist. 1.Ph.t.82.*

536 Materiam proximam esse materiam ita di-

dispositam, vt sine alia mutatione possit id fieri, cuius materia dicitur. vt respectu Statuæ materia proxima est æs; terra, remota. *Soar. in Met. d.* 13. *sect.* 1.

537 Materiam proximam solere Materiam secundam dici. *Soar. supra.*

538 Materiam subiectum dici, quatenus agẽtis actioni, & formæ introductæ, aut inhærenti subijcitur. *Dist.* 1. *def.* 85.

539 Subiectum inhæsionis dici, cui immediatè inhęret aliqua forma. vt in Homine respectu quãtitatis subiectũ inhæsionis est materia. *Soar. sup.*

540 Subiectum denominationis dici, quod denominatur ab aliqua forma. vt Homo respectu quantitatis, à qua quantus denominatur. *Soar. supra.*

541 Inhæsionis subiectum duplex esse. alterũ physicum, nempè illud, quod re ipsa distinguitur à forma inhærente; vt est aqua respectu caloris, quem recipit ab igne. alterum metaphysicum, nempè id, quod non re, sed cogitatione distinguitur ab aliqua ratione, quæ concipitur vt forma ei subiecto vnita; vt est risibilitas respectu hominis. *Soar. supra.*

542 Subiectum prædicationis dici illud propositionis extremum, de quo aliud prædicatur. vt, Homo, in ea propositione, Homo est animal. *Dist.* 1. *Def.* 85.

543 r Formam multis nominibus appellari. 1. Quidditatis rationem, quia est id præcipuum in re, circa quod mens nostra primum conceptũ format de re. 2. Quod quid erat esse. nam quidditas & essentia cuiusque rei vel solum, vel præcipuè forma est. 3. Actum, & ἐντελέχειαν. quod

r *Perer. l.* 6. *c.* 1.

per

per eam res est in actu, habetque habitum perfectum. 4. Terminum, siue quia materiam per se indefinitam determinat, ac contrahit ad certum aliquod rerum genus, siue quia est vltimum, & finis, qui à natura in rei generatione intenditur. 5. Exemplar, quod vt artifex facit opus ad similitudinem exemplaris, quod habet in mente: ita agens naturale producit effectum ad similitudinem eius formæ, quam in se habet. 6. Speciem, quod sit pulchritudo, & ornamentum rei. *Arist. 5. Met. c. 2. & 2. de Anim. c. 2. & 3. & 4. Phys. & 2. Phys. c. de Causis.*

544 Formæ nomine multa dici. 1. Pulchritudinem membrorum. 2. Substantias immateriales, vt Intelligentias. 3. Accidentia, quæ formæ accidentales appellantur. 4. Alteram partem compositi physici, quæ dicitur forma partis, & quidditatis ratio definitur. 5. Totam aliquam naturam; quæ dicitur forma totius, id est, suppositi. 6. Conceptum obiectiuum, qui per se, & distincte concipi potest. Inde Philosophi Formalitatis nomen, & aduerbium Formaliter deriuarunt. *Formal. Scot. l. 1. c. 1.*

545 Formam physicam dici partem compositi physici, quæ actuat materiam. *Soar. in Met. d. 15. in princ.*

546 Formam metaphysicam dici, & formam totius, totam rei substantialis essentiam, seu naturam. & Differetiam comparatam ad genus, quasi ad subiectum. *Soar. sup. sect. 11.*

547 Actum potentiæ opponi. seu, Potentiæ actum respondere. vt Potentiæ obiectiuæ actus existentiæ, potentiæ subiectiuæ actus formalis respondet. *Formal. Scot. h. 2. c. 18. & 19.*

548

548 Actum quid dici, tum quatenus actuale, non potentiale quid est; vt Deus, tum quatenus potentiam aliquam actuat; vt Forma materiam, Differentia suum genus, existentia essentiam, subsistentia substantiam. *Soar. in Met. d. 13. sect. 5.*

549 Actum simpliciter, esse, qui ex vi suæ actualitatis omnem habet perfectionē. *Soar. sup.*

550 Actum secundum quid esse, qui aliquam actualitatem habet, sed incompletam, & imperfectam. *Soar. supra.*

551 Quod actu existit, ens simpliciter, & ens in actu; quod non existit, sed existere potest (id est, quod potest esse obiectum alicuius potentiæ, & ab ea produci) ens secundum quid, & ens in potentia obiectiua, nominari. *Formal. Scot. l. 2. c. 18. & 19.*

552 Ens in potentia subiectiua esse, quod potest aliquam suscipere formam, siue substantialē, siue accidentalem, quam nondum habet. ens in actu formali esse, quod illam habet formam. *Formal. Scot. supra.*

553 Puram potentiam subiectiuam esse materiam primam: quia nullam habet formam, & quamlibet suscipere potest. Potentiam subiectiuam non puram, materiam secundam: quæ cum aliquam habeat formam, suscipere aliam potest. *Formal. Scot. supra.*

554 Actum entitatiuum esse actualem existētiam; seu Ens positum extra causas, & non in sola potentia obiectiua. *Formal. Scot. sup.*

555 Potentiam, & actum esse sub eodem genere. quatenus ens in potentia est idem cum ente in actu: & potentia passiua, nempè materia, est eiusdem prædicamenti, nempe substantiæ, cum

actu,

actu, ad quem per se ordinatur, qui est forma substantialis. *Soar. supra.*

De Materia.

s *Soar. in Met. d. 13.*

556 *s* Esse Materiam primam substantiam existentem, incompletam, dicentem ordinem transcendentalem ad formam, per cuius vnionem perficitur. vt ex supra positis definitionibus intelligitur. *Arist. 8. Met. t. 3. & 12. Met t. 14. & 2. de An. t. 2.*

557 Eiusdem esse rationis materiam primam in omnibus, quæ inter se transmutantur. Remanet enim in transmutatione idem subiectum, cum eadem remaneant accidentia. *Soar. in Met. d. 13. sect. 2.*

t *Soar. sup. sect. 11.*

558 *t* Non eandem esse materiam corporum incorruptibilium, si corpora incorruptibilia sunt composita. Nam diuersam naturam arguit potentia ad plures formas, & ad vnam tantum. *S. Th. 1. p. q. 66. a. 2. et 1. 2. q. 49. a. 4. et 2. cō. gen. c. 16.*

u *Soar. sup. sect. 5.*

559 *u* Ingenerabilem, & incorruptibilē esse Materiam primam. Quod enim generatur, ex præsuppositio subiecto fit; & quod corrumpitur, resoluitur in priorem materiam. at materia prima est subiectum primum. non igitur habet ex quo generetur, neque in quod resoluatur. *Arist. 1. Ph. c. 9.*

560 Videri ab existentia Formæ existentiam pendere Materiæ. Enti enim non operatiuo, ac otioso non debetur existentia. Materia autem esset otiosum quid sine forma. *Soar. in Met. d. 13. sect. 5.*

561 Materiæ proprium esse vniri formis, ac su-

sustentare illas, si sint corruptibiles. *Dist.2.n.5.*

562 Si Materiam primam physicè consideres vt est in re subsstantia quædam imperfecta: esse de ratione, ac essentia Materiæ primæ omnem rationem eius subsstantiæ. Omnes enim rationes, quæ in Materia prima concipiuntur, potentiæ subiectiuæ, subsstentatiuæ, vnitiuæ; vna quædam simplex subsstantia sunt, distincta à forma subsstãtiali, & ab accidentibus physicis. neque vlla afferri potest ratio probabilis ad distinctionem suadendam. *Dist.6. Def. De Deo.*

563 Si rationem, essentiamque Materiæ primæ metaphysicè consideres, id est, vt conceptũ quendam primò constituentem materiam primam vt distinctam ab omni alia entium ratione: esse de ratione, ac essentia Materiæ primæ Potẽtiam corpoream imperfectam vnitiuam subiectiuam formarum subsstantialium. Hanc enim rationem vt primam supponunt cæteræ rationes distinguentem Materiam primam. Habent ergo cæteræ rationes rationem accidentium metaphysicorum. Tales sunt potentia vnitiua respectu accidentium, & sustentatiua respectu tum accidentium, tum formarum subsstantialium. *Dist.6. Def. De Deo.*

De Forma.

564 x FOrmam physicam esse subsstantiam simplicem, & incompletam: quæ vt actus materiæ cum ea constituit essentiam subsstantiæ compositæ. *Dist.2.n.6.*

x *Soar. in Met. d. 15.*

565 y Formarum materialium principiũ esse materiam: quatenus dependent ab illa dum pro-

y *Soar. sup. sect.2.*

du-

ducuntur, illa eorũ esse sustentante. *Disp.2.n.5.*

566 Produci de nouo formas cum res generantur, non educi de materia, vt præexistentes. Certum enim est animas rationales creari de nouo, cum corpori à Deo infunduntur. ergo pari ratione producuntur de nouo cæteræ formæ. *S.Th.1.p.q.45.a.8.& q.90.a.2.*

567 Dici formas educi de potentia materiæ: quatenus potentia materiæ est illarum causa, cum producuntur, concurrens ad illarum esse, sustentando. causæ autem dicuntur virtute continere suos effectus. *S.Th. 1.p.q.90.a.2.ad 2.*

2 *Soar. in Met. d. 32. sect.1.*

568 2 Accidentales formas esse, præter substantiales. Homo enim, integra eius substantia manente, modo calidus est, modo frigidus, modo cogitat, modo nihil agitat mente. *Porphyr. c.de Accid.*

569 Accidentalem formam physicam esse incompletum quoddam ens inhærens subiecto. Non enim est ens per se, sed subiecto deseruiẽs. *Soar.in Met.d.14.sect.1.& d.39.sect.1.*

570 Primum accidentium subiectum esse substantiam. Ad substantiam enim tandem deueniendum est, ne detur processus in infinitum in subiectis: & accidentia sunt propter substantiam. *Soar. in Met. d.14.sect.2.*

571 Posse accidens, & in accidente subiectari, & in sola materia prima, & in sola forma, & in toto composito ex materia, & forma: pro varia accidentium ratione, & subiectorum exigentia. Nihil enim prohibet. *Disp.2.n.5.*

572 Non dici propriè Formas fieri, sed compositũ ex materia, & forma. Dicitur enim quodque fieri secundum illud esse, quod per actionẽ agen-

agentis recipit. Omnis autem forma cuiusque compositi recipit esse in subiecto. esse autem in subiecto est esse alteri cõpositum. Dicitur ergo compositum fieri. *Arist.*7.*Met.c.*8. *t.*26.27.*&* *c.*9.*t.*32. *&* *l.*8.*t.*8.

De Priuatione.

573 PRiuationem esse negationem habitus, seu formæ, in subiecto natura apto ad habendum formam illam. vt cæcitas, surditas, tenebrosum, caluũ, nudũ esse. *Arist.*5.*Met.c.*22.

574 Habitum esse quidquid modo aliquo rei adhæret; vt aspectus oculis, auditus auribus, lumẽ aeri, pili capiti, vestis corpori. *Arist.*5.*Met.c.*23.

575 Esse in Materia prima priuationes omnium formarum ad entium corruptibilium esse pertinentium: quatenus recipere potest materia prima quamlibet formam entium corruptibilium. *Dist.*2.*n.*5.

576 Mutationis omnis principium esse Priuationem vt Terminum à quo incipit mutatio. *Dist.*2.*n.*4.*Arist.* 1.*Phys.t.*43.74.

577 Nunquam esse simul posse Priuationem, & formam ei oppositam. *Dist.*2.*n.*4.

578 De conceptu omnis Mutationis esse Priuationem. Quatenus quidquid incipit esse, necessariò intelligendum est transire de non esse ad esse. *Dist.*2.*supra.*

De Composito naturali.

579 COmpositum naturale dici, quod ex partibus constat inter se distinctis;

quarum saltem vna Naturæ rationem habet, id
a *Supra def.* 491.492. est, *a* intrinseci principij motus corporei. *Dist.2.n.6.*

580 Compositum naturale duplex esse, alterum subsstantiale, alterum accidentale. *Vid infr.*

b *Soar. In Met. d.36. sect.2.* 581 *b* Compositũ naturale subsstantiale, quod & subsstantia materialis appellatur, esse ens per se vnum, ex actu constans, & potentia, seu ex forma, atque materia, quæ per se vniuntur. vt Homo, ex anima constans, & corpore. *Arist. 8.Met.t.15. Aug.19.Ciuit.c.9. Damasc.l.3.de fid. c.3. S.Th.1.p.q.75.a.4 & 1.con.gen.c.21. & alibi.*

582 Materiam cum forma subsstantiali facere vnum per se. quatenus vtraque est subsstantia; & proportionem habent partium inter se; & sese inuicem iuuant, constituuntq; vnum principium respectu operationum, quæ fiunt à subsstantia materiali. *Dist.2.n.6. Arist.8.Met.t.16.*

c *Soar. sup. sect.3.* 583 *c* Præter materiam, formam, & vnionẽ nihil esse aliud in subsstantiali composito, quod ad eius compositi rationem pertineat. His enim tribus positis perfecta intelligitur ratio compositi, vt Hominis. *Athanas. in symb. Aug.7. Trin. c.4. S.Th.1.p.q.11.a.2. ad 2. & 4.con. gen. c.81. ad 3. Arist. 2 de An. cap.1. & 4. Phys. t.33. & 5.Met.t.31.*

d *Vid. Conimbr. l.1. Phy.c.2.q.1. Perer. l.7. c.18. & 22. Soar.in 3.p. d.8. sect.2. & in Met. d 13.* 584 *d* Vnionem materiæ cum forma esse siue dependentiam vnius indistantis ab altera vt cõplentes; siue sympathiam vnius ad alteram, vt altera alteram ad se trahat; siue Modum, quo altera ex alterius intrinseca indistantia variatur. *Arist. 7.Met. t.39. & l.8. t.15. Athan. in symb. Aug.7.Trin.c.4.*

585 In quocunque composito subsstantiali,

non

non aliam materiam, præter vnam esse. Non enim videtur vlla necessaria, præter vnam. nisi velis in danda materiæ materia absurdum ponere processum in infinitum. *Arist. 1.Phys.c.9.*

586 *e* In quolibet compositio substantiali videri formas esse non plures vna. Sufficit enim vna ad complendam materiam, & ad operationes quascunque compositi obeundas. *Arist.2.de Par.c.1. S.Thom.1.p.q.76.a.4.l.de Eccl.dogmat. Aug.de spir.& an.c.9. Dam.l.2.de fid.c.12.* e *Leg.Soar. in Met.d. 15.sect. 10. & 3.p.q.50. a.6.disp.38.*

587 Varietatem operationum in quocunque substantiali composito, non pluralitatem substãtialium formarum, sed varietatem instrumentorum vnius formæ, vimque eius maiorem, & naturam nobiliorem arguere. *S.Th.1.p.q.76.a.4.*

588 Varietatem instrumentorum in viuentibus, vt Capitis, manuum, pedum in Homine; non necessario varietatem substãtialis formæ in quolibet instrumento; sed nobilitatem arguere vnius formæ, exigentis ad suas multiplices operationes, varietatem accidentalium formarum, & instrumentorum. *S.Th.1.p.q.76.a.4.*

589 Singula viuentium instrumenta, vt ramos, frondes, manus, pedes, videri non aliud esse, præter vnam materiam, & vnam formã substantialem in singulis instrumentis, & quantitatem vario situ dispositam, & qualitates non eiusdem rationis. Præter hæc enim, non videtur aliud requiri. *S.Th.1.p.q.76.a.4.*

590 Finem, ac terminum actionis naturalis substantialis esse compositum. Id enim primò intenditur à natura. quatenus in rerum productione id primò intenditur, ac per se fit; propter quod cætera fiunt, & ad quod illa ordinantur.

Cætera autem propter compositum fiunt, & ad illud ordinantur, vt ad perfectissimum quid, & ad primum principium omnium operationum. *Arist. 7. Met. t. 26. 27. S. Th. 1. p. q. 45. a. 4.*

f *Soar. in Met. d. 16. sect. 1.*

591 *f* Accidentale compositum esse, ensque per accidens; quod partes quidem vnitas habet inter sese, sed diuersorum prædicamentorum; quodque aliud ens supponit vt ens per se, ac principium primum operationum, quæ ab ipso composito procedunt. Ita se habet, Quantum, Album, & similia composita è substantia, & accidente. *Dist. 2. n. 6.*

592 Ad rationem & substantialis, & accidentalis vnionis requiri, vt eorum, quæ inter se vniuntur, saltem alterum rationem partis habeat, id est, entis imperfecti, requirentis ad suæ entitatis complementum coniunctionem alterius entis. ita vera vnio intercedit inter subiectum, & formam tum substantialem, tum accidentalem; non autem inter agens vt agens, & suum effectum. *Dist. 2. n. 6.*

De Causa efficiente.

593 CAusam efficientem dici extrinseca denominatione ab effectu. quia ab ipsa præcipuè est effectus. *Dist. 2. n. 8.*

594 Efficiens per se, esse id, à quo, vt tale est, dependet effectus: vt Productio statuæ à statuario vt statuarius est. &, A quo necessario pendet effectus; vt Calor ab igne. ignis enim, positis omnibus requisitis, non potest non calefacere. *Arist. 2. Phys. t. 38.*

595 Efficiens per accidens, esse id, quod non im-

influit per se, connexionem tamen habet cũ alia re, quæ per se influit in effectum; atque ob eam connexionem ipsum quoque dicitur influere. Ita dicitur Polycletus esse causa statuæ, cum tamen non vt Polycletus, sed vt statuarius eam efficiat: Ita etiam dicitur Musicus scribere. *Arist. 5. Met. c. 2. & 2. Phys. t. 33.*

596 Causam etiam per accidens dici id, quod præter suam intensionem efficit aliquid casu. vt qui fodiens, thesaurum inuenit; aut iaciens sagit tam in feram, hominem interficit. *Arist. 11. Met. c. 8.*

597 Causam efficientem physicam dici, tum causam naturalem agentem per motum corporeum, vt aqua, vt ignis: tum quamque causam, quæ causalitatẽ realem habet, propriam, ac per se, vt intellectus respectu intellectionis: tũ eam, quæ necessariò agit, & opponitur liberę, vt Bruta. *Sup. Def. de Natura.*

598 Causam efficientem moralem dici, modo vt contradistinguitur à physica necessariò agente; vt voluntas respectu actionum liberarum: modo vt opponitur realem, ac proprium influxum habenti; vt non impediens, cum possit, ac debeat; vt suadens, vt consulens respectu effectus consequentis. *Sup. Def. de Natura.*

599 Efficiens vt quod, dici id, quod operatur. Efficiẽs vt quo, quod est forma, & ratio, seu præcipuũ principium operandi. *Soar. in Met. d. 17.*

600 Causam efficientem principalem, ac instrumentalem inter se relatiuè opponi, dicique multis modis. *Soar. in Met. d. 17. sect. 2.*

601 g Causam efficientem principalem dici, quæ independenter operatur, ad quã compara- g *Soar. in Met. d. 17.*

tam causam dependenter agentem, dici instrumentalem. ita causæ secundæ instrumenta solent dici respectu primæ. *Damasc. in Phys. c. 9. S. Th. de Poten. q. 3. & 1. p. q. 105. a. 5. Scot. in 4. d. 1. q. 1.*

602 Principalem causam dici, cui propriè, ac simpliciter actio tribuitur, seu Ipsum supposituũ operãs, quatenus per seipsum, vel per suam substantiam, aut per suam formam vim habet operandi. Contra Instrumẽtum dici quamlibet virtutem, aut principium agendi, datum supposito, vt per illud operetur. *Soar. supra.*

603 Principalẽ causam dici, cuius loco aliud substituitur ad agendum. Id, quod eius loco substituitur, illius Instrumentũ appellari. *Soar. sup.*

604 Principalem causam dici, quæ per virtutem principalem, id est, nobiliorem effectu, vel æquè nobilem, producit effectum: vt est ignis respectu caloris, aut ignis à se producti. Instrumẽtalem dici, quæ influit in effectum per virtutem inferioris rationis, seu perfectionis: vt est Calor respectu ignis agentis, cum è ligno alius ignis producitur. *Soar. supra.*

605 Causam primam dici eam causam principalem, quæ est omnino independens in operando. *Par. 1. d. 1. n. 2.*

606 Causam secundã dici, causam dependentem in operando; etiam si causa principalis ipsa sit, quatenus non nobiliorem ipsa effectum producit. *Soar. supra.*

607 Causam vniuocam dici, quæ effectũ producit eiusdem rationis. seu, Quæ operando per virtutem suæ formæ, similem reddit effectum. vt cum ignis ignem generat. *Soar. supra.*

608 Causam æquiuocam dici, quæ nobilior est

est effectu, ac proinde diuersæ rationis. vt cum Sol metalla producit. *Soar. supra.*

609 Instrumentum coniunctum secundum esse, appellari quod vnitũ aliquo modo est agenti principali vel per contactum, vel per aliquam præsentiam, vel vnionem realem. vt calamus scribenti. *Soar. supra.*

610 Instrumentum separatum secundum esse, dici, quod nullo modo agenti principali coniungitur. vt semen iam decisum. *Soar. supra.*

611 Instrumentum coniunctum secundũ causalitatem appellari, quod ad causandum indiget actuali, ac proprio influxu, & causalitate principalis agentis. Quod verò his non indiget, separatum secundũ causalitatem appellari. *Soar. sup.*

612 Conditionem, sine qua non, dici id, quod necessarium est ad agendum, per se tamen non influit in effectum. vt est propinquitas agentis ad passum, ablatio impedimenti, & his similia. *Soar. in Met. d. 22. sect. 1.*

613 Agere immediatione suppositi dici, tum id, à cuius supposito immediatè prodit actio: & tale suppositum dicitur immediatum in agendo: vt est Sol respectu mineralium. tum id, cuius suppositum non distat ab effectu, quem producit: & tale suppositum dicitur immediatum in existendo: vt est Sancta Trinitas respectu cuiusuis effectus. *Soar. supra.*

614 Causam partialem ex parte effectus esse, quæ non producit totum effectum, sed partem illius. *Soar. supra.*

615 Causam partialem ex parte sui, esse tum quæ non potest se sola effectum producere: vt est causa secunda quæcunque, licet sit principa-

lis,& integra in suo genere. tum quæ non est integra in suo causandi genere. vt vnus Homo non est causa integra ad gestandum pondus,ad quod duo homines requiruntur. *Soar. supra.*

616 Causam necessariam esse, quæ positis omnibus requisitis ad operandum, non potest non operari. *Sum. Eth. d. 1. q. 3. Prop. 1. §. 3.*

h *Soar. in Met. d. 19. sect. 2.*

617 *b* Causam necessariam dici, quæ opponitur agenti per cognitionem. vt lapis. *Sum. Eth. supra.*

618 Causam necessariam dici, quæ violentiam patitur, & coactionem. *Sum. Eth. supra.*

619 Agens voluntarium dicitur, quod agit spontanee, & per cognitionem. vt Homo, vt Bruta. *Sum. Eth. sup. §. 2.*

620 Causam liberam dici, tum quæ ab omni necessitate libera est. vt Deus. Tum quæ voluntaria est, & coactionem non patitur. vt plurimũ Bruta. Tum proprijssimè, quæ positis requisitis ad operandum, potest non operari. vt Homo. *Sum. Eth. supra §. 3.*

621 Agens naturaliter, dici, Tum quatenus opponitur agenti voluntariè. estque agens naturæ impetu, sed absque cognitione præuia; vt sunt inanima. Tum quatenus opponitur agenti libere. estque agens ex inclinatione naturæ vt omnino determinatæ ad vnum, etiam si simul sit ex cognitione præuia, & voluntariè; vt Bruta. *Soar. in Met. d. 19. sect. 2.*

i *Soar. sup. sect. 11.*

622 *i* Fatum, putasse quosdam esse Causarũ colligantiam, ex astrorum motibus, ac vi, efficaciam, trahentem. alios, Necessitatem rerum omnium, actionumq; quam nulla vis rumpat. *Senec. l. 2. natur. quæst. c. 36.*

623

623 *k* Casum, seu Causam casualem; dici à Casu effectu. Casualis autem effectus est, qui per accidens, & præter opinionem. vel intentionem coniungitur effectui per se alicuius causæ. seu, Qui posita aliqua causa, rarò euenit, & præter intentionem illius causæ. Quod si causa illa sit causa agens à proposito ex ratione, & intentione propria, & elicita, vt nos homines sumus; Causa illa non Casus, sed Fortuna appellatur respectu illius effectus per accidens. *Arist.2.Phys. c.5.& l.de bona fort.& l.11.Met.c.8.*

k *Soar. sup. sect.12.*

624 *l* Exemplar est forma, quâ effectus imitatur ex intentione agentis, qui determinat sibi finem. *Senec.ep.66.S.Th.q.3.de verit.a.1.*

l *Soar. in Met. d. 25. sect.1.*

625 Idæarum nomine per antonomasiam, diuina exemplaria; vniuersè verò omnia interna exemplaria nominari. *Dist.4.à n.8.*

626 *m* Causam efficientem, esse principium per se, à quo realiter influēte primò est effectus. Necesse enim est esse aliquid, præter materiam, formam, & finem; per cuius virtutem incipiat esse effectus. nam Materia non facit effectum, sed solum subiectat, & sustentat dum fit. forma autē est pars ipsius effectus, qui fit. finis autem est terminus, qui consequitur secundum existentiā realem ad effectum; ac proinde secundum existentiam non antecedit effectum, vt ab eo possit primò esse effectus. *Arist. 5.Met. c.2.& 2.Phys. t.29.S.Th.1.p.q.105.a.5.*

m *Soar. in Met. d. 17. sect.1.*

627 *n* Causas secundas, non solum Deum, verè agentes esse, effectusque producere similes sibi. Ita docet experientia; decetque Dei bonitatem creaturas producere sibi similes in agendo. *Genes.1.20, 24.Sap.16.18,19,23,24. Mar.4.8,*

n *Tolet. 2. Phys.q.8.*

28. *Luc.* 21. 30. *Trid. sess. 6. can. 4. S. Th. 1. p. q. 105. a. 5. & 3. con. gen. c. 69. Arist. 2. de An. t. 34. 35.*

o *Tolet. sup.* 628 o Accidens vt instrumentum substantiæ, proximè, ac per se, formæ substantialis eductionē attingere. Nihil enim impedit & experimur accidentia ad rerum conseruationem valere: ergo & ad productionē. experimur agentia, quę distant ab effectu, modo eorum accidentia non distent, effectum producere. *S. Th. 1. p. q. 45. a. 8. ad 2. & 3. & q. 77. a. 1. ad 3. & 4. & q. 115. a. 1. ad 5. & 3. p. q 77. a. 3.*

p *Soar. in Met. d. 18. sect. 2.* 629 p Substantiales formas agentes esse; & ipsas, nō solum earum accidentia, ad formarum substantialium eductionem concurrere. Agere enim perfectio quædā est; quæ multò magis concedēda est substantijs, quam instrumentis earum. *Arist. 2. de Gener. t. 54. 55.*

730 Accidentia non videri sola satis ad formarū substantialium productionem. Nihil enim dat, quod nō habet. non est autem perfectio substantiæ in suis accidentibus, quę sunt ignobiliora sua substantia. *Soar. in Met. d. 18. sect. 2.*

631 Cum subiectum ad eductionem substantialis formæ per introductionem accidētium est satis dispositum, nec adest agens particulare, ad quod spectat educere formam illam: agentia vniuersaliora, vt Solem, vt Causam primam, supplere actionem agentis particularis. Influunt enim illa totaliter in subiectum dispositum, cum non impediuntur per influxum partialem agentis particularis. *Soar. supra.*

632 Primas substantiæ qualitates, primaque accidentia, ab ipsa substantia immediatè promanare. Nihil enim prohibet. & indicat experiētia.

aqua

aqua enim calida ad suam se primam qualitatem frigiditatem reducit remoto calore. *Soar. in Met.d.*18.*sect.*3.

633 Cęterorum accidẽtium, exceptis primis, principium immediatum videri aliud accidens esse. Experimur enim nullam esse substantiam, quæ effectum vllum accidentalem secũdarium, nisi per alia accidentia exerceat. ita elementa per primas qualitates agunt; Cœlum per lucem; Anima vegetatiua per calorem vitalem. *S. Th. 1.p.q.54.a.3.& q.77.a.1.*

634 Secundariorum accidentium aliqua per sola prima accidentia produci, non concurrente substantia. Ita calor à calore producitur, etiam si calor producens sit in aqua, quæ non est productiua caloris. *Soar.sup.sect.5.*

635 Secundariorum accidentium aliqua non solum à primis accidentibus, sed ab ipsa etiam substantia produci. Actiones enim vitales, vt intelligere, imaginari, videre; par est immediatè procedere à principio vitæ, quod est anima; vt eam vitali modo afficere queant. & docet experientia. nam ex attentione in operationem vnius sensus minuitur, ac tollitur alterius sensus operatio; nempe quod anima non potest in vtrãque operationem æquè influere. & licet oculus recipiat speciem obiecti, si tamen anima non attendat, non videt. *Soar.supra.*

636 Sola accidentia (quamquam fortasse nec omnia) quæ ad tres primas qualitatis species pertinent, videri propriam vim ad agendum habere, à re, cuius sunt accidentia, distinctam. reliqua accidentia non esse actiua, nec figuram. Ita docet experientia. *Arist.* 2. *Phys. tex.* 2.

S. *Thom.*

S. Thom. 2. 2. quæst 96. a. 2. ad 2.

637 Posse Deum quamcunque formam actiuã assumere, ad quemcũque, etiam supernaturalem effectum, producendum: quatenus quæcunque forma actiua, secundum rationes, perfectiones, & gradus, quos in se habet, vim habet actiuam ad similes rationes producendas, si eius impotentia à superiore causa suppleatur per influxum, qui necessarius est ad nobiliores effectus producendos, & ad ea, quæ extra naturæ ordinẽ sunt, & habere non possunt causam principalem naturalem. S. Tb. 3. p. q. 1. a. 3. ad 3. & q. 11. a. 1.

638 Solere Deum ad effectus supernaturales vitales producendos, vt est actus fidei, spei, charitatis, visionis beatificæ; potentiæ naturali vitali qualitatem supernaturalem infundere; quales sunt virtutes supernaturales, & lumen gloriæ: vt potẽtia naturalis in entitatem effectus supernaturalis influat, nõ solum quatenus ille ens est, sed etiam quatenus supernaturalis est. S. Tb. 1. p. q. 12. a. 5.

639 Posse entia successiua, vt sonum verborũ sacramentalium; producere aliquid permanens, vt Gratiam in anima: quatenus aliqua soni pars adhuc remanet absoluta pronunciatione verborum; cuius pronunciationis complementum requiritur ad gratiæ productionẽ. Producunt enim Sacramenta quatenus significatiua; perfecta autem significatio in fine verborum habetur. S. Tb. 3. p. q. 62. a. 4.

q Soar. in Met. d. 20. sect. 2. & d. 39 sect. 3.

640 q Causam primam esse, à qua ceteræ causæ pendent & in esse, & in operari. Par. 1. d. 1. & p. 1. 41. 87. 88. 295. 296. 304. 306. 309. Arist. 7. Phys. à t. 3.

641 Causam primam esse, indicari tum à cœlo supremo mobili; quatenus ipsum debet Motorē aliquem primum habere, à quo moueatur, vt ipsum alios cælos mouere possit: tum ab eius cæli perpetuo motu; qui vt sit, debuit aliquando habuisse primum aliquod, à quo esse cœperit. *Defin.518. & Par.1. d.1. n.2. Arist. 12. Met. à t.42.*

642 r Omnes causas non præditas intellectu, causas esse necessarias Positis enim omnibus requisitis ad operandum, non possunt non operari; vt experientia docet in inanimis, & in brutis. Non potest ignis non comburere; positis requisitis; nec ouis non ad herbam accurrere. *Arist. 9. Met. t.3.*

r *Soar. sup. d.19. sect.1.*

643 s Causas aliquas liberas esse, vt Hominē. Experimur enim in nostra potestate positū esse, proposito aliquo bono, illud prosequi; propositis pluribus bonis vel nullum, vel hoc, aut illud eligere. *Arist. 9. Met. à t.2. & 3. Ethic. à princ. Plat. in Gorg. & l.vlt. de Repub. Cicero l. de Diu. & de Nat. Deor.*

s *Soar. in Met. d. 19. sect.2.*

644 t Motum, influxumque Causæ primæ in omnes actiones Causarum secundarum, non impedire libertatem causarum liberarum. Mouendo enim, earum actiones, ac motus non antecedit, ac præuertit; sed cōcomitatur, coadiuuatque. ponitur enim motus Dei, quia ponitur motio creaturæ; & non poneretur, si creatura non ageret. *Par.1. d.6. n.4,5,6,20.*

t *Soar. sup. sect.4.*

645 u Agens intellectuale esse, agēs liberum. Debet enim propensionem habere ad omnia bona, non ad pauca esse determinatum; vt liberum illi sit ab hoc, vel illo bono se auertere; hoc, vel illud

u *Soar. sup. sect.5.*

illud eligere. propensionem autem ad omne bonum non habet, nisi ens intellectuale: cuius obiectum est quodlibet ens; vt experimur in nobis. *Arist. 9. Met t. 3.*

x *Soar. sup.* 646 x Cum intellectualis potētia duplex sit, Intellectus, ac Voluntas: potentiam formaliter liberam, voluntatē esse. Experimur enim positis omnibus requisitis ad intelligendum, non posse nos non intelligere obiectum, quod intellectui proponitur: positis autem omnibus requisitis ad prosequendum aliquod bonum, posse voluntate nō prosequi bonum propositum. & actus quidē intellectualis liber, spontaneum quid, & inclinatio quædam est ad obiectum: actus autem voluntatis spontaneus est, & inclinatio; actus intellectionis repræsentatio quædam est, & expressio obiecti, non inclinatio ad illud. Libertas igitur formaliter in voluntate est, non in intellectu. *Aug. l. 3. de lib. arbit. c. 1. & seq. & l. 5. Ciuit. c. 9. Ambr. l. 2. de fid. c. 3. Damasc. l. 2. de fid. cap. 25. S. Th. 1. p. q. 83. a. 3. & 4.*

647 Circa Deum clarè visum voluntatem liberam non esse. Voluntas enim est inclinatio ad omne bonum. proposito ergo clarè omni bono, qui est Deus, non potest voluntas ad illud non inclinare. S. *Th. 1. p. q. 82. a. 2. & 1. 2. q. 10. a. 2.*

648 Circa quæcunque bona creata, & ipsum Deum non clarè visum, volūtatem liberam esse. Cum enim voluntas sit inclinatio ad bonū, proponique voluntati possit quodcunque bonum creatum. & ipse Deus non clarè visus, sub ratione aliqua mali, saltem sub ratione minus boni: potest voluntas non inclinare ad illa per actum elicitum. *S. Th. 1. p. q. 83. a. 1. & 1. 2. q. 10. a. 2.*

649

649 Circa bonum in communi, & absolutè sumptum, voluntatem non esse liberam, vt actu elicito auertatur ab illo: esse tamen liberam, vt prosecutionis actum non eliciat circa illud. Cum enim voluntas sit inclinatio ad bonum, nō potest suo actu auerti ab omni ratione boni. potest tamen illud actu non prosequi, quatenus illud clarè sub omnis boni ratione non ei proponitur. *S.Th.1.2.q.10.a.2.*

650 Radicem libertatis esse obiectum, limitatam boni rationem habens; & cognitionem intellectiuam obiectum illud sub ratione boni limitati voluntati proponentem. Ideo enim voluntas libera est circa bona creata: quia nec habent illa omnem rationem boni, nec sub ratione omnis boni ab intellectu proponuntur. *Soar.in Met.d.19.sect.5.*

651 Non ideo Agens, liberum non esse, quia peccare, seu male agere non potest. Deus enim peccare nō potest, & tamen liber est circa obiectum omne creatum. & confirmati in gratia, liberi sunt, cum tamen ita à Deo regantur, vt nunquam mortaliter peccent. *Ex Soar.supra.*

De Fato.

652 *y* FAtum non esse: si sumatur Fatum pro necessitate secundarum causarum, siue illam dependentem à Deo ponas, siue independentem. Nihil enim est, quod non dependeat à Deo; nihil, in quod necessariò influat Deus. *Par.1.d.1.n.31.35.*

y *Soar. in Met.d.19. sect.11.*

653 Fatum nō esse: si Fatum ponas esse astrorum influxum inferiores causas, etiam voluntates

tes humanas necessitantem. liberæ enim sunt voluntates nostræ, nec vllam ab astris necessitatem patiuntur. *Arist. 1. Eth. c. 1. & 1. de Interpr. c. vlt. & 2. Phys. c. 6.*

654 Fatum non esse: si Fatum ponas esse Primæ causæ influxum, causas omnes secundas, etiã rationales voluntates, ad singulos effectus necessitantem. Sinit enim Causa prima causas secũdas liberas liberè agere. *Par. 1. d. 6. n. 4, 5, 6, 20.*

655 Fatum esse: si Fati nomen traducas ad influxum significandum causarum non liberarum, inter se ordinatarum; qui sit ineuitabilis, quatenus non dependet à causis secundis liberis, & à Causa prima non impeditur secundum ordinariam potentiam, & secundum modum operãdi, & concurrendi connaturaliter debitum illis causis. *Par. 1. sup.*

656 Fatum esse aliquo modo: si Fati nomen transferas ad causarum secundarum quoslibet euentus; quatenus secundum diuinam præordinationem, & scientiam infallibiliter accidunt. Non possunt enim non euenire, quæ siue necessario, siue liberè euentura, Deus præuidet. Non enim fallitur Deus in præuidendo. nec tamen diuina præscientia necessitatem vllam causis liberis imponit. *Par. 1. d. 6. n. 16, 17.*

De Causa per accidens, Casu, & Fortuna.

657 SI Causam per accidens ponas esse eam, quæ non agit necessariò: sola Agentia libera Causas per accidens esse: & Agentia omnia,

nia, quatenus eorum actio potest impediri saltem à Causa prima. Ideo omnes effectus contingentes dicuntur respectu Dei. *Soar. in Met. d.19.sect.10.*

658 Si causam per accidens voces, vt vocari magis propria significatione debet, eam, quæ propriè non influit in effectum, connexionem tamen habet cum causa, quæ influit: causam per accidens multiplicem esse pro multiplici rerum genere, quas contingit connexionem habere cum causa per se influente in effectum. *Arist. 5.Met.c.2.*

659 z Casum, & Fortunam, causas per accidens esse: quatenus Agens, quod finem aliquem intendit, effectum producit, cum quo est coniunctus alius effectus, qui est præter intentionem agentis. *Arist.2.Phys.t.50.51.61.*

z *Soar. in Met. d.19. sect.2.*

660 Proprium esse effectuum casualium rarò euenire. Non enim habent certam aliquam causam, qua posita sequantur. *Arist. 2.Phys. cap.6. tex.51.*

661 Nullum effectum respectu Dei esse casualem. Nihil enim accidit præter opinionem, & præordinationem illius. *Par.1.d.6. nu. 16, 17.*

662 Nullum effectum esse casualem respectu Materiæ. est enim materia indifferens ad omnẽ effectum. *Disp.2.n.5.*

663 Aliquos effectus non posse casuales esse. Nam non possunt habere aliam causam, quam agentem per intellectum. *Arist. 7. Met. cap.9. tex.29.*

De Exemplari. sive De Idea.

a Sup. defin. 625. Soar. in Met. d. 25.

664 a EXemplar internum dari. Experimur enim, cũ artificiosa operamur, imaginari, ac mente videre aliquid, ad cuius similitudinem operamur. S. Th. 1. p. q. 15. a. 1.

b Dist. 4. n. 8. 9.

665 b Exemplar internum esse, Conceptum mentis obiectiuum operis faciendi; quem conceptus mentis formalis formar exprimendo, & apprehendendo. Is enim conceptus est Imago, ad quam artifex respicit operando, & imitando; sine quo operari artifex artificiosè non potest. S. Th. 1. p. q. 15. a. 2.

c Dist. 4. supra.

666 c Ideas diuinas esse varias rationes participabilitatis cognitas ab intellectu diuino in diuina natura; quæ est primum principium omnium possibilium. quas Ideas intellectio diuina quasi distinguit, ac formar apprehendẽdo diuinã naturam vt principium fœcundissimum. S. Th. 1. p. q. 15. a. 2. Dian. c. 5. de Diu. Nom. Aug. 11. Ciu. c. 29. & l. 1. de Gen. ad litt. c. 13. 14. & l. 83. qq. q. 46. Ambr. 1. Exam. c. 1. & 2.

De Fine.

d Soar. in Met. d. 23. sect. 2.

667 d FInem dici, quatenus finit, ac terminat aliquid. & peculiari ratione dici Id, ad quod agentis intensio, siue operatio terminatur. &, Propter quod aliquid fit, vel est. Dist. 2. num. 8.

668 Finē cuius, dici, Cuius adipiſcendi gratia agens mouetur, vel operatur. vt eſt Sanitas reſpectu medentis. *Soar. in Met. d. 23. ſect. 2.*

669 Finem cui, dici, Cui alter finis procuratur. vt eſt Homo, cui ſanitas quæritur. *Soar. ſupr.*

670 Finem actionis dici Terminum per illam productum. vt eſt Domus reſpectu ædificationis, Homo reſpectu generationis illius. *Ariſt. 2. Phyſ. c. 7. & 2. Cœl. c. 3.*

671 Finem rei factæ dici omnem vſum, ad quem ipſa ordinatur. vt Habitatio reſpectu domus, Contemplatio reſpectu hominis. *Ariſt. 2. Phyſ. c. 7. & 2. cœl. c. 3.*

672 Finem formalem appellari operationē; quatenus circa aliquod obiectū verſatur, quod finis rationem habet. vt viſio beatifica circa Deum. Obiectum eius operationis, dici Finem obiectiuum. vt eſt Deus reſpectu viſionis beatæ. *Soar. ſupra.*

673 Finem qui fit, dici operationem, & terminum illius. Obiectum eius operationis, dici Finem, qui acquiritur, & obtinetur. *S. Th. 3. con. gen. c. 18.*

674 Finem, qui immediatè propter ſe amatur, dici Finem proximum. Illum vero, ad quem alter finis ordinatur, Remotum. Illum, in quo ſiſtit operantis intentio, Finem vltimum appellari. *Soar. ſupra.*

675 Finem vltimum ſecundum quid, dici, qui reſpectu alicuius intentionis, vel actionis eſt vltimus. Finem ſimpliciter vltimum, qui finis eſt reſpectu omnium rerum, & particularium finium, & coordinationum eorum. *Soar. ſupra.*

676 Finem vltimum negatiuè, dici, qui ex vi

alicuius intentionis ad alium finem non ordinatur. Finem vltimum positiuè; ad quem media, siue fines medij referuntur, & in quo sistunt. *Soar. supra.*

e Soar. in Met. d.23. sect.2.

677 e Aliquem finem esse operationem tantum: vt contemplationis finis, ipsa contemplatio est. Aliquem id, quod ex operatione resultat: vt ædificationis finis est Domus. *Arist. 1. Eth. c.1. & 1. Mag. Mor. c.3.*

678 In omni electione dari vltimum finem, id est postremum aliquid, quod eligitur vt medium, à quo actio incipiat. alioquin nulla inciperet actio; contra experientiam. *Soar. in Met. d.24. sect.1.*

679 In omni intentione dari vltimum finem, id est postremum aliquid, in quo sistat appetitus, cùm vnum appetit propter aliud, & ideo hoc appetit vt aliud assequatur. Alioquin nunquam inciperet electio: & tamen incipit, vt omnes experimur. *Soar. supra.*

680 Finem vltimum respectu omnium, Deū esse. Dei enim perfectionem participant, & manifestant omnia. ergo vt Dei perfectio participetur, ac manifestetur, sunt omnia. *Par. 1. d.1. n.37. Arist. 12. Met. c.10. & l. de Mundo ad Alex. Plat. in Tim. & 4. de leg. Trismeg. in Pimandro, S. Th. 1. p. q.44. a.4. & q.103. a.3. & 3. con. gen. c.17. & 18. Dion. de Diu. c.10. Aug. 1. de Doctr. Christ. c.23. & 19. Ciu. à princ.*

681 Actiones omnes creaturarū habere ordinem ad finem vltimum Deum. siue ab agentibus particularibus ad finem illum actu elicito, explicitèque referantur, siue non referantur. Sunt enim actiones omnes creaturarum secundum

dum esse suum participationes quædam diuinæ perfectionis. *Defin. præced.*

682 Finis effectum esse omne id, quod propter finem est. vt enim tale dependentiam habet à fine. quidquid autem ab alio dependet, effectus illius est. *Soar. in Met. d. 23. sect. 3.*

683 Effectum finis actu elicito à nobis intenti esse Amorem erga illum, & Desiderium, & Intentionem, & Consultationem, inquisitionemq; mediorum, & electionem, & vsum mediorum, & Fruitionem, gaudiumque de fine adepto. Hæc enim omnia propter ipsum finem sunt, & ab illo dependent. *S. Th. 1.2.q.1.a.1.& 3.cont.gent.c.2. & in 4.d.49.q.1.a.1.q.2.*

684 Effectum finis actu elicito à nobis intēti non esse Cognitionem, apprehensionemq; illius. Ea enim cognitio antecedit intentionem finis, non sequitur, nec dependet ab illa. *Soar. supra.*

685 Finem non esse actiuum. non enim est id, à quo aliquid est, sed propter quod est. atque vt tale non est necessarium existere, vt effectus eius sit: causa autem actiua necessariò debet præexistere suo effectui. *Arist. 1. Gen. t. 55.*

686 Dici Finem mouere causam agentem ad operandum: quatenus cognitioni, intentionique agētis obijcitur, per quam agens efficienter mouetur ad operandum. *Soar. supra.*

687 Moueri agentia intellectualia ad operandum & per cognitionem, & per intentionem elicitam finis. *Soar. supra.*

688 Moueri bruta ad operandum per solam cognitionem, absque intentione elicita finis. *Soar. supra.*

689 Moueri sensu carentia ad operādum per

solam vim, propensionemque naturalem ad finem. *Soar. supra.*

690 Mouere Deum ad finem à se intentum omnia; quatenus cum ipsis creaturis motus efficit omnium creaturarum secũdum voluntatem, intentionemque suam. *Soar. supra.*

f Vid. Summam Ethicæ d. 1. q. 1. def. 5.

691 *f* Finis rationem Boni rationem esse. Ratio enim Boni ratio conuenientis, ac perficiẽtis est. Omnes autem finis effectus, vt amor erga illum, vt media ad illum, rationem inclinationis, ac propensionis habent ad finem. Inclinatio autem, & propensio quæque, ad sui perfectiuum, inque sibi conueniens, est. Bonum enim est, quod appetunt, id est, in quod inclinant, procliuiaque sunt, omnia. *Arist. 1. Eth. c. 1. & l. 8. c. 2. & 1. Polit. c. 1. S. Thom. 1. 2. q. 8. a. 1. & 3. cont. gent. c. 2. & 3. Aug. 2. confess. c. 6. & 8. Dion. 4. de Diu. Nom.*

692 Finis rationem posse in agentibus intellectualibus etiam Bonum apparens habere; vt experimur. Fertur enim appetitus intellectiuus in bonum, quod ipsi per cognitionem repræsentatur. Sæpe autem contingit non verum, sed apparens bonum cognitione repræsentari. *Arist. 2. Phys. t. 31.*

g Soar. in Met. d. 23. sect. 6.

693 *g* Cum triplex sit bonum, Honestum, Vtile, Iucundum: Bonum quatenus vtile finis rationem non habere. Finis enim ratio est ratio vltimi; quæ perinde propter se appetitur: Vtile autem propter aliud est; ac proinde nõ vltimi, sed medij rationẽ habet. *Arist. 2. Met. c. 2. & 1. Eth. c. 7. & 2. Phys. c. 9. & 1. Magn. Mor. c. 2.*

694 Omne agens agere propter finem. *Disp. 2. n. 8. Arist. 2. Phys. t. 77.*

695 Frustrari fine, peccatũ esse. *Arist. 2. Ph. t. 82.*

De

De Causalitate.

696 CAusalitatem, seu Causationem dici actualem Causæ influxum, seu actualem dependentiam effectus à causa. *Soar. in Met. d.12. sect.2.*

697 Causam cum suis requisitis ad causandū, priorem quandam rationem habere, ad suam causalitatē comparatam. est enim id, à quo aliud habet dependentiam. *Soar. supra.*

698 Dependentiam, esse in ente, quod dependet, exigentiam alterius entis à se distincti. seu, Esse relationem intrinsecam, & transcendentalē vnius rei, exigentis per illam relationem aliam rem vt causam siue sui esse, siue operationis. *S.Th.3.p.q 2.a.7.*

699 Dependentiæ, seu Causalitatis conceptū non esse sine conceptu & entis, quod ab alio dependet; & principij, à quo dependet. *Defin.696.*

700 Præter entitatem effectus, qui dependet, & connotationem principij, à quo dependet; nō videri aliud requiri ad rationem Causalitatis, & Dependentiæ. nisi fortè in effectu sit modus quidam essendi varius pro varietate principiorum coexistentium, qui connotantur: vt cera varium figuræ modum recipit pro varietate figuræ, quæ est in vase, in quod infunditur. Probabile enim est omne ens creatū, quatenus limitatum, varijs modis limitari pro varietate causarum coexistētium, & influentium. *Soar. supra.*

701 Materiæ causalitatem esse, facere vnum cum forma, subiectare formam, sustentare materiales formas, & accidentia. Hi enim sunt effectus,

fectus, in quos influit materia vt subiectum primum. *Soar. in Met. d. 13. sect. 9. Conimbr. 2. Phys. q. 6. & 8.*

702 Effectum, causalitatemq; materiæ, quatenus facit vnum cum forma, necessariò includere ipsam materiam & existentem, & indistantē. Non enim potest materia vnum compositum facere cum forma, nisi exhibendo seipsam. Distinguitur autem hic effectus ab ipsa materia, vt distinguitur totum à singulis partibus. compositū enim naturale, totum quoddam est, materia pars illius. *Soar. & Conimb. sup.*

703 Materiam secundum suam existentiam natura priorem esse sua causalitate, & effectu. Omnis enim causa est natura prior effectu suo. Non potest autem materia esse causa materialis, nisi existat, exhibeatque se ipsam, vt supra dictum est. *Soar. Conimb. sup.*

704 Causalitatem Formæ esse facere vnum compositum naturale cum materia: proinde formam cum sua existentia à suo effectu includi, & priorem esse natura suo composito; vt supra de Materia dictum est. *Soar. in Met. d. 15. sect. 6.*

705 Causalitatem Formæ dispositiones, qualitatesque formæ congruentes, prærequirere in Materia. Nulla enim producitur forma, nisi in materia disposita. *Soar. supra.*

706 Causalitatem efficientis esse ipsum effectum ab efficiente productum, & connotantem vim actiuam in efficiente, quatenus actu ab ea est. Hæc enim ratio satis esse videtur ad veram dependentiam effectus à suo agente. Satis enim intelligitur dependere aliquid ab alio; si non possit existere, nisi eo influente. *Supra. Def. 698.*

707

707 *b* Causalitatem Causæ primæ videri esse entitatem existentem cuiuscúque effectus, quatenus participatio est diuinæ perfectionis, connotantem per se, ac formaliter, & per transcendentalem ordinem exigentiæ diuinam potentiã vt complentem in genere causæ efficientis imperfectam, diminutamq; existentiã entis creati. *Par.1.d.1.à n.31.S.Th.1.p.q.8.a.1.& q.44.a.1. & q.104.ar.1.& 2.& q.105.a.5.& 1.2.q.109. a.1.& 2.Aug.4.super Gen.ad litt.c.12.& l.8.c.12.*

h *Soar.sup. d.22.sect.2.*

708 Causalitatem Causæ efficientis Secundę videri esse entitatem existentem effectus, connotantem causam secundam, non solum primã; quatenus est etiam à causa secunda, temperante Causa prima suum concursum, & non concurrẽte adæquatè ad existentiam effectus. Fortasse autem existẽtia entis producti, quatenus à Causa secunda dependet, modum aliquem recipit; vt aliquo modo varietur ordo transcendentalis dependentiæ, quem habet ad causam primam. Dependentia enim à Causa secunda non per se, sed per accidens est. *Soar.in Met.d.18.sect.1.& d.48.sect.1.*

709 Non esse necessarium vllam in se mutationem recipere Causam efficientem, cum effectum producit. Non enim mutatur Deus, cum creaturas producit. non vlla in igne mutatio apparet, cum ignem generat. nec vlla est ratio, quæ sit satis ad suadendum contrarium. *Soar. d.18. sect.10.*

710 Causam secundam moueri ad agendum à Causa prima: quatenus ordinem omnem, propensionemque ad agendum habet à Causa prima; & nullus à Causa secũda motus fit, nisi Cau-

sa

sa prima in illum influente. S. Th 1.2.q.109.a.1. 2.3. Scot.in 4.d.1.q.1. ad vlt. Arist.7.Phys.à t.3.

711 Inter causam agẽtem,& suum effectum; seu inter agens, & passum; seu inter potentiam actiuam,& motum eius;distinctionem esse realẽ. Realiter enim distinguitur ignis ab igne, quem producit; & intellectus ab intellectione, quam efficit;& vis motiua,etiam intrinseca mobili,ab ipso mobili,quod loco mouetur,& quatenus loco mouetur. Dependet enim effectus à suo principio. distinctionem autem realem exigit depẽdentia;quatenus idem dare ipsum sibi non potest existentiam Arist.1.de Gener.c.7.t.78.& 1.Met. c.3.& l.3.c.3.t.11.& l.5.t.17. & l.9.t.2.

i Soar. in Met. d. 18. sect.8.

712 Indistans esse debere agens à suo effectu,vt illũ producat. Nulla enim contingit actio in subiectum distans ab agente; vt omnis experientia suadet. An quia entis creati, effectusque existentia diminuta,vt sustentetur, & existat,indiget non solum subiecto, sed etiam potentia agentis concurrente efficienter: Sustentatio autem,sustentatis indistantiam requirit? Nam non apparet quo alio modo sustentatio fieri possit, quam per indistantiam. Par.1.d.2. n.24. Arist. 7.Phys.c.2.à t.10.& 1.de Gen.c.6.S.Th.1.p.q.8. a.1.& 3.con.gen.c.68. Paulus Hebr. 1.3. & Act. 17.28.

713 Inter agens, & suum effectum, suppositi indistantiam necessariam semper non esse; satis esse indistantiã virtutis. Experimur enim Solem in terra multa producere, diffuso vsque ad terrã lumine,ac influentijs. Arist.1.Gen.t.78.

714 Posse per diuinam potentiam ab agente creato actionem in distans fieri;si Deus suppleat

sustẽ-

sustentationem, quam effectus haberet ab agẽte creato. ita humanitas Christi è cælo potest influere vt instrumentum Verbi in omnes effectus gratię, qui fiũt in Ecclesia militãte. *Sup. Def.*712.

715 Inter agens, & suum effectum, vt effectus agentis est, veram vnionis rationem non intercedere; quantumuis indistãtia intercedat, ac dependentia. Vnio enim est inter partes, quatenus vna perfectionem alterius nõ habet, eamq; exigit ad esse perfectum, & ad completum principium operandi. Agens autem iam præhabet in se perfectionem, quam effectui communicat; eandemque integram habet effectus, ab agente communicatam: ac proinde tum agens, tum eius effectus integrum seorsim principium sunt ad operãdum id, quod per eam perfectionem possunt operari. quamquam possunt sese inuicem iuuare ad similem perfectionem producẽdam: vt cum duo homines sese inuicem iuuant ad portandum pondus. *Arist.*1.*Gen.t.*78.

716 *k* Dissimile secundum speciem Agenti subiectum esse debere, vt Agens suum possit in illud effectum inducere. An quia subiectum non est naturaliter capax nisi vnius numero, formæ eiusdem speciei: vt ne quid superfluum sit in natura? *Arist.*1.*Phys.& l.*3.*in princ.& l.*7.*à t.*35. *& l.*8.*à princ. & l.de Gen.c.*9.*t.*50.

*k Soar. sup. sect.*9.

717 Proportionem esse debere in subiecto cũ forma producenda, vt illã possit Agens in subiectum inducere. Indiget enim forma, cũ ab agente creato producitur, subiecto sustẽtante. sustentat autem subiectum recipiendo. recipit autem, vt faciat vnum cũm forma. ad connaturalem autem vnionem connaturalis proportio requiritur.

ritur. *Soar. in Met. d. 18. sect. 9.*

718 Causalitatem Finis esse dependentiam effectus à Causa efficiente vt ordinante suam actionem ad finem. Per hoc enim sufficienter intelligimus Finem esse id, propter quod aliquid fit, aut est. *Dist. 2. n. 8.*

l Soar. in Met. d. 23. sect. 7.

719 *l* Vt in agentibus per intellectum finis causet suum primum effectum, qui est amor in ipsum, & intentio; ipsius finis cognitionem esse necessariam. Nam determinare se voluntas non potest ad vllum actum, nisi præuia cognitione. non enim vnquam aliquid appetitur, quin cognoscatur. *Arist. 3. de An. c. 10. S. Th. 1. p. q. 82. a. 4. & 1-2. q. 3. a. 4. ad 4. & q. 9. a. 1.*

720 Cognitionem, qua finis apprehenditur, finis rationem non habere. Non enim agens agit propter ipsam, sed propter bonum, quod objicitur per cognitionem voluntati. *Arist. 6. Met. t. 8. S. Th. 1. p. q 82. a. 3. Scot. in 1. d. 1. q. 4.*

De Numero Causarum.

721 CAusarú genera esse omnino quatuor, Materiam, Formam, Agens, Finem. Ad hæc enim omnes causandi rationes reducuntur. *Dist. 2. nu. 9. Arist. 5. Met. c. 2. & 2. Phys. cap. 3.*

m Soar. in Met. d. 23. sect. 1.

722 *m* Finem esse veram Causam. Dependet enim suo modo omnis effectus à fine. *Dist. 2. n. 8. Arist. 2. Met. c. 3. & l. 11. c. 1. & 2. Phys. c. 3. & seq. Plato in Phædone.*

723 Processum in infinitum in causis nõ esse. Non enim esset vllus effectus si prima, vltimaq; causa non esset. *Par. 1. d. 1. n. 2. Arist. 2. Met. c. 2.*

De

De Comparatione causarum ad suos effectus.

724 NOn posse effectum perfectiorem esse suis Causis simul sumptis. Quidquid enim habet effectus, habet à causis suis. *Soar.in Met.d.26.sect 1.*

725 Effectum non esse perfectiorē suis Causis intrinsecis, & vnitis. Causæ enim intrinsecæ, ac vnitæ, sunt ipse met effectus. Idem autem non est perfectius se ipso. *Soar.supra.*

726 Effectum ad singulas causas intrinsecas comparatum, esse simpliciter illis perfectius. Habet enim ipsum rationem totius respectu singularum, quarum quælibet partis rationem habet. *Soar.supra.*

727 Effectum ad singulas causas intrinsecas comparatum esse secundum quid, id est secundū dependentiam, quam habet à singulis, singulis imperfectius. Habet autem dependentiam à singulis, quia singulæ indigent sua comparte siue vt sint, siue vt operentur. *Soar.supra.*

728 Effectum non esse perfectiorem causis efficientibus simul sumptis ad illum concurrentibus. Quidquid enim est in effectu, à causis efficientibus manat. *Soar.supra.*

729 Non esse effectum vlla ex suis efficientibus causis principalibus perfectiorem. Principalis enim causa dicitur, quæ vel nobilior est suo effectu, vel æquè nobilis. *Soar.sup.*

730 Nunquam esse finem intrinsecum suo effectu perfectiorem. est enim ipse met effectus. *Soar.supra.*

731 Finem vltimum, si ordo ad illum sit rectus, & iuxta institutionem naturæ; semper esse suo effectu, seu re in finem ordinata, perfectiorē. Cernimus enim hoc in omni actione, quæ vel ad Individui, vel ad speciei, vel ad boni communis conseruationem; vel ad diuinæ bonitatis participationem, atque communicationem, fit. *Soar. supra.*

732 Finem vltimum; si ordo consentaneus, quem rerum naturæ postulant, peruertatur; vt contingit interdū peruerti tantum ab agentibus liberis creatis, quatenus non agunt secundum inclinationem naturalem, sed ex libertate: posse imperfectiorem esse suis effectis. vt cum homines ordinant Deum ad seipsos vt ad finem simpliciter vltimum: *Soar. supra.*

733 Finem non vltimum, etiam cum rectus ordo seruatur; posse materialiter esse imperfectiorem suo effectu. vt cum res perfecta ad minus perfectam, vt ad finem proximum, ordinatur, vt tandem finis vltimus acquiratur. Formaliter autem, id est, quatenus finis est, id est, quatenus bonitatem habet, quæ amatur ab operāte, esse finem non vltimum, perfectiorem suo effectu: in illo enim non tam amatur bonitas, & perfectio propria, quam perfectio vltimi finis, ad quem bonitas illa ordinatur. *Soar. supra.*

734 Posse finem in actu primo esse priorem tempore suo effectu, tum secundum esse reale, vt contingere potest in finibus realibus, qui non fiunt, sed acquirūtur, vt est Deus: tum secundum esse obiectiuum, seu intentionale, quod habet finis, quatenus cognoscitur. Potest enim cognitio finis tempore præcedere omnem effectū suum.

Soar.

Soar. supra sect.2.

735 Posse finem non esse priorem tempore suo effectu neque secundum esse reale, vt contingit in omni fine intrinseco, qui fit; & in omni fine, quod non est ens reale. neque secundum esse intentionale; vt cum in eo instanti, quo cognoscitur finis, simul appetitur: appetitus enim est effectus ipsius, & tamen simul tunc est. *Soar. sup.*

736 Finem in actu secundo semper esse priorem natura suo effectu. Semper enim se habet vt id, à quo effectus pendet. *Arist. 9. Met. c.7.8. & tex.12.*

737 Materiam non posse esse posteriorem tempore suo effectu, vt nõ sit actu cum effectum producit. Causat enim materia subiectando. ad subiectandum autem existentia requiritur subiecti. *Soar supra.*

738 Posse materiam in actu primo præcedere tempore suum effectum. Ita contingit in productionibus, quæ successiuè fiunt, entium materialium. *Soar. supra.*

739 Non posse naturaliter materiam præcedere tempore omnem suum effectum. effectus enim materiæ est vnio cum forma. non potest autem materia naturaliter existere sine forma. *Soar. supra.*

740 Materiam corruptibilium esse priorem natura suo effectu, & quatenus effectus pendet ab ipsa, & quatenus ab ipsa non conuertitur existendi consequentia. *Soar. supra.*

741 Non posse formam esse posteriorem tempore suo effectu. effectus enim eius est informatio: quæ non potest intelligi sine vnione formæ cum subiecto. *Soar. supra.*

741 Formam ex natura sua nunquã esse priorem tempore suo effectu. est enim forma ad componendum compositum. ergo incipit componendo. *Soar. supra.*

743 Secundum existendi consequentiam, nec formam, si materialis sit, esse priorem natura suo composito, nec compositum prius forma: sed simul esse. Animam autem rationalem priorem esse natura: quia potest anima rationalis existere, etiam si homo non sit. *Soar. supra.*

744 Secundum causalitatem, esse formam natura priorem suo composito. Pendet enim compositum à forma, vt à parte ipsum componente. *Soar. supra.*

745 Causam efficientem ex se posse esse priorem tempore suo effectu. Debet enim agens esse perfectè constitutum in actu primo prius, quam producat effectum. ergo non dependet eius existentia ab existentia effectus. *Arist. 9. Met. t. 13.*

746 Aliquas causas efficientes nõ antecedere tempore suos effectus. siue quatenus eorum effectus sunt accidentia ipsis propria, sine quibus non debetur illis existentia; quia nõ possunt sine illis operari, ac proinde essent sine illis otiosa. siue quatenus sunt naturaliter agentes; ac proinde à primo instanti sui esse operantur; vt se habent luminosa respectu illuminationis. siue quatenus sunt liberæ, & simul ac sunt volunt agere; vt Deus potuisset ab æterno aliquid creare, si voluisset. *Soar. supra.*

747 Causam efficientem in actu secundo esse simul cum suo effectu. Actus enim secundus est ipse effectus. *Soar. supra.*

748 Causam efficientem in actu secundo vt

in

in actu secundo, non esse priorem natura suo effectu. Idem enim est causa in actu secundo vt in actu secundo, ac effectus vt effectus. vtrunque autem sunt idem Connotatum ex causa, & effectu; seu ex effectu, & causa. Idem autem non est prius natura seipso. *Soar. supra.*

749 Causam efficientem, quæ est in actu secũdo, esse priorem natura suo effectu. Hac enim ratione Causa se habet vt pars, & effectus vt totum cõnotatum ex entitate effectus, & causæ. Pars autem est prior natura toto. Rursum Causa se habet vt id, à quo entitas dependet effectus. *Soar. supra.*

De Comparatione effectuum cum causis.

750 ALiquos effectus esse, ad quos omnium generum causas concurrere necesse est. Contingit id in substantijs corruptibilibus: quæ & à materia depẽdent, & à forma, & à producente illas, & à fine, propter quem producens agit. *Soar. in Met. d. 26. sect. 3.*

751 Effecta, quæ entia simplicia sunt, & materiali, & formali causa carere. ea enim non habent compositionem, ac partes. habent autem materia, & forma rationem partium componentium. *Soar. supra.*

752 Nullum effectum esse, qui finalem, & efficientem causam non habeat. Ab alio enim est quidquid efficitur. quoduis autem agens propter aliquem finem agit. *Soar. supra.*

753 Vnius effectus vnam esse materiam, vnã

formam. Si enim plures materiæ, aut plures formæ sint; plures erunt vniones, plura vna; ac proinde plures effectus. *Soar. supra.*

754 Omnem effectum à causis secundis productum, causas efficientes habere minimũ duas, Primam, & Secundam. *Soar. supra.*

755 Ex causis secundis non vnam solam concurrere, cum effectus, qui producitur, immediatę suæ causæ virtutem superat. vt cum actione elementorum mixta producuntur, cœlum etiam influit. mixtorum enim perfectio vt existat, maiorem virtutem exigit, quam elementorum. *Soar. supra.*

756 Omnem effectum fines habere minimũ duos; & intrinsecum, qui est ipse met effectus; & vltimum simpliciter, qui est Deus. *Soar. sup.*

757 Posse eundem effectum à duobus eiusdem generis partialibus agentibus esse; vt hunc ignem à duplici igne. Talia enim agentia, cum eiusdem rationis sint, ac partialiter agant, vnius agentis rationem habent. *Soar. in Met. d. 26. sect. 4.*

758 Non videri posse ad eundem numero effectum duo agentia totaliter influere. Dependere enim totaliter ab vna causa, est non posse vllo modo esse, nisi ea causa influente: at hic effectus potest omnino esse, alterutra causa non influente; cum adhuc totaliter ab altera pendeat: pendet ergo, & non pẽdet ab vtraque totaliter; quod implicat. seu, est ab eadem causa, & non est. est enim quatenus ponitur totaliter ab ea pendere: non est, quatenus vt totaliter ab altera pendeat, debet omnino ab alia non esse. *S. Th. 1. p. q. 52. a. 3.*

759

759 *n* Cum duæ cauſæ perfectæ, ac ſufficientis virtutis eidem paſſo ſimul admouentur; effectum eundem ab vtraque produci, ſed partialiter. Nihil enim prohibet, quin vtraque influat; & tamen vna alteram impedit, ne totalem præbeat influxum. S.*Tb.* 1.*p.q.*52.*a.*3.

n *Soar. in Met. d.* 26. *ſect.*4. *&* 5.

760 *o* Poſſe per Dei potentiam eundem numero effectum ab vna cauſa productum, ab altera reproduci alio tempore. Poteſt enim Deus, qui rationes indiuiduales effectuum determinat ſuo influxu; eundem influxum vni cauſæ exhibitum vno tempore, alteri alio tempore cauſæ exhibere. *Par.*1.*d.*1.*n.*34. *Scot.in* 2.*d.*20.*q.*2.

o *Soar.ſup. ſect.*5.

761 Experientiam docere nullum eundẽ numero effectum reproduci. Vult enim Deus ſuas perfectiones magis, ac magis communicare: vult ſpecies rerum ſingulas, & ipſum vniuerſum, indiuidualibus perfectionibus locupletare. *Ariſt.* 2.*de Anim.t.*35.

762 Poſſe per diuinam virtutem eundem numero effectum in diuerſis locis produci, ac poni eodem tempore. eſt enim Deus vbique; nihilq; illum impedit, quin eundem numero influxum exhibeat in diuerſis locis. *Soar.d.*26.

763 Nihil poſſe ſe ipſum producere, aut conſeruare. Debet enim eſſe diſtinctio inter cauſam efficientem, & effectum. Debet & prius natura eſſe agens effectu: nihil autem eſſe poteſt prius eſſe ſuo. *Soar.ſupra.*

764 Poſſe aliquid per partem ſui ab alio productam, ſeu conſeruatam, producere, ſeu conſeruare reliquum ſuis: vt per manum reliquum corpus. ita fortaſſe Chriſtus per animam vt inſtrumentum verbi producit ſuum corpus in Euchariſtia.

ristia. *Soarius supra.*

765 Non posse eundem finem esse causam plurium effectuum contrariorum simul. Non enim potest idem homo simul odisse, & amare eandem finis rationem; neque simul moueri, & quiescere propter sanitatem. *Soar. supra.*

766 Posse finem secundum eandem rationem esse causam contrariorum effectuum successiuè. Potest enim quis nunc moueri propter sanitatē, deinde quiescere. *Soar. supra.*

767 Posse agens producere successiuè plures effectus, singulos suæ virtuti adæquatos. Nihil enim prohibet, quin idem manens idem, semper idem faciat. *Soar. sup.*

768 Solum agens liberum per se, ac propriè posse effecta inter se priuatiuè opposita facere; vt Amare aliquid, & non amare. Solum enim agens liberum potest suspēdere actum, ad quem inclinat, & illum non operari. atque ea ratione dicitur posse & ponere actum, & negationem illius. *Soar. supra.*

769 Solum agens liberum per se, ac propriè posse ponere effecta inter se contrariè opposita. vt homo positis omnibus requisitis ad agendum, potest idem obiectum vel amare, vel odisse; eidem rei propositæ vel assentiri, vel dissentire. *Soar. supra.*

De Comparatione causarum inter se.

770 CAusas extrinsecas in genere suo excedere perfectione causas intrinsecas. Nam supremum efficiens, & vltimus finis, superant omnem materiam, & formam. Deinde materia,

teria, & forma dicunt rationem partis: at efficiens,& finis quò entia magis completa sunt,eò melius efficientis, & finis rationem exercent. Postremo materia,& forma,causandi modum dicunt imperfectum;quatenus componunt,& vna non potest exhibere,quod exhibet altera: hunc causandi modum nõ dicunt ex suo genere finis, & efficiens. *Soar. in Met.d.27. sect.1.*

771 Materiam secundum entitatem,imperfectiorem esse forma substantiali: cum ipsa sit potentia, forma sit actus. perfectiorem esse secundum quid forma materiali;quatenus existentiam illius causat, quæ non causat existentiam materiæ. *Soar. supra.*

772 Materiam secũdum entitatem,perfectiorem esse forma accidentali: cum hoc accidens, illa substantia sit. secundum quid perfectiorem esse formam accidentalem materia: quatenus hæc actus, illa est potentia. *Soar. supra.*

773 Rationem primi principij, & rationem vltimi finis,æqualis perfectionis esse. Sunt enim inter se idem,nempe Deus. & vtraque,vt habeat summam perfectionem possibilem in suo genere, infinitam in entis genere perfectionem requirit. *Par.1.d.1.n.2.3. Soar. supra.*

774 Causam secundam, & finem, qui non est simpliciter vltimus, æqualis sæpè perfectionis esse; quatenus quodlibet agẽs aliquo modo propter seipsum operatur, vel propter finem sibi similem,& æqualem. interdum agens superare finem perfectione,cum finis est proximus. sæpissimè finem excedere causam agentem perfectione; quatenus propter excellentius bonum operatur. *Suar. supra.*

775 Causam efficientem, & finalem æquales esse in ratione causandi. tum quatenus nullus effectus est ab efficiente, qui non sit etiã propter finem. tum quatenus neutra dependentiam habet ab altera in causando, licet effectus dependentiam habeat ab vtraque. *Soar. supra.*

776 Excedi finem ab efficiente in ratione causandi: quatenus influxus efficientis est maximè proprius, & realis, & per asimilationem effectus. *Soar. supra.*

777 Excedi efficientem causam à fine: quatenus finis est vltimus terminus, ad quem omnis efficientis actio dirigitur. *Soar. supra.*

778 Simpliciter causam finalem censeri primam in ratione causandi, ac præcipuam. Finis enim est primum principium omnis actionis; quatenus excitat ipsum efficiens, & allicit ad causandum. *Soar. supra.*

779 Non posse materiam, & formam esse sibi inuicem Causas secundum esse, seu existentiam. Debet enim in aliquo priori saltem naturæ, poni alterius existentia, vt ab ipsa sit existẽtia alterius: at in nullo potest poni; cum per existentiam alterius in illo priori ponenda sit, quæ existentia alterius nondum est, cum ab alterius existentia dependeat vt sit. Suadent diuinæ processiones, ac origines. quamuis enim & æternus sit Pater, & æternus Filius, & eadem intellectio essentialis sit in Patre, & in Filio: Filius tamẽ est à Patre; nullo autem modo Pater à Filio. *Suar. supra.*

780 Posse secundum esse materiam, & formã dependere alteram ab altera tanquam à conditione. Non enim debetur existentia materiæ, quę formæ nõ vnitur; neque formæ vlli debetur productio,

ductio, nisi vt faciat vnum cum materia. Hæc autem alterna dependentia potest esse sine alterno influxu in existentiam. Potest enim is esse vel à solo Deo in vtramque; vt contingit cum Homo generatur: vel ab alterutra; vt à materia est influxus in existentiam formarum materialium. *Arist.5.Met.c.2.& 2.Phys.t.30.*

781 Esse sibi inuicē causas materiam, & formam secundum Causalitatem. vna enim dependet ab altera in faciēdo Compositum; quatenus vna pars non potest componere, nisi altera simul pars componens sit. *Arist. 5.Met. c.2. & 2.Phys. t.30.*

782 Agens,& Finem cuius,posse sibi inuicem causas esse secundum existentiam. Animæ enim potentiæ producunt suos actus, propter quos habent existentiam à Deo. Contingit autem, & esse potest hæc alterna causalitas; quia vt finis causet suum agens non præexigit esse reale, sed intentionale,seu cognitum,in eo agente,qui finis causam efficientem producit. *Arist.5.Met. c.2. & 2.Phys.t.30.*

783 Agens, & Finem semper esse sibi inuicē causas secundum causalitatem. Causalitas enim est effectus, qui producitur. nullus autem effectus est, quin à finali causa, & ab efficiente pendeat, vt supra dictum est. *Arist. 5.Met. c.2. & 2.Phys. t.30.*

784 Finem,& Materiam; Finem,& formam, esse posse inuicem causas secundum existētiam. Eadem enim est ratio, quæ de Agente, ac Fine cuius, supra dicta est. *Arist. 5.Met. c.2. & 2.Phys.t.30.*

785 Agens,& Materiam; Agens,& Formam

non posse inuicem causas esse secundum existentiam. Materia enim, & Forma, causarent agens componendo ipsum; sunt ergo ipso priores secundum esse; ergo non possunt rursum esse ipso posteriores secundum idem esse. *Sup. Def.* 779.

786 p Omnes causas diuersorum generum, quatenus ad eundem effectum concurrunt, esse sibi inuicem causas secundum causalitatem. Ita enim effectus pendet ab omnibus illis, vt non possit existere, si vel vna illarum non concurrat. *Arist.* 5. *Met. c.* 2. *& 2. Phys. t.* 30.

p Soar. in Met. d. 27. sect. 2.

787 Non posse duo esse sibi inuicem causas in genere causæ materialis secundum existentiã. tum quia materia habet rationem partis componentis respectu sui effectus: ergo rursum effectus non potest habere rationem partis respectu suæ partis. tum quia materia secũdum suum esse reale causat effectum exhibendo seipsam: ergo in eo priori, quo est causa, non potest suum esse habere à suo effectu. *Sup. Def.* 779. 785.

788 Posse duo esse sibi inuicem causas materiales secundum causalitatem. vt se habent organa respectu corporis humani; quod non potest suam compositionem habere sine illis. *Soar. in Met. d.* 27. *sect.* 2.

789 Non posse duo esse sibi inuicem causas formales secundum esse. vno enim concurrente informando, necessariò alterum concurrit subiectando, non informando. *Def.* 779. 785. 787. *Soar. supra.*

790 Non posse duo esse sibi inuicem causas efficientes secundum esse. In eo enim priori, in quo vnum exigit esse, vt det esse alteri, non potest recipere esse ab altero, quod secundum il-

lud

lud prius est posterius illo. *Def.*779.*Soar.supra.*

791 Causam primam, & Causam secundam secundum aliquam rationem esse sibi inuicem causas secundum causalitatem, ac effectum: quatenus Causa prima decreuit non concurrere in aliqua effecta, nisi simul concurrente causa secũda. Simpliciter tamen causam primam non dependere à causa secunda quoad causalitatẽ: quare nus in eius arbitrio positum est, quamcunque causalitatem vel ponere, vel auferre. *Soar.sup.*

De Quantitate.

792 q QVantum esse, quod est diuisibile in ea, quæ insunt: quorũ vnumquodque, vnum quid aptum est esse. Vnum enim facit cum alijs partibus pars, quæ est in quanto: si autẽ ab alijs partibus separetur ipsa vnum quid est existens per se. *Dist.*2.*n.*13.*Arist.*5.*Met.c.*13. & 1.*Gen.t.*8. q *Soar. in Met. d.* 40. *sect.*1.

793 Magnitudinem esse id, quod in continua diuisibile, seu distinguibile est. *Dist.*2. *n.*13. *Arist.*5.*Met.c.*13. & 1.*cœl.t.*1.

794 Multitudinem esse id, quod potestate in non continua diuisibile est. *Arist.*5.*Met.c.*13.

795 Numerum, esse aggregationem multorum. seu, Multitudinem vnitatum. *Arist.*10. *Met.c.*3.

796 Continua esse quanta, quæ vnione copulantur. *Arist. in Prædic.c.de Quant.* & 6.*Phys. t.*1.& 1.*cœl. t.*1.

797 Discretum esse, cuius partes non habent vnionem inter se. *Arist.in Prædic.c.de Quanto.*

798 r Mensuram esse id, quo quantum cognos- r *Soar. sup. sect.*3.

gnoscimus. vt vnum, mensura est numerorum. Quamquam Mensuræ dicuntur quoque alia, ad quæ alia comparamus, vt ex eis illorum cognitionem haurire possimus. *Arist.* 10. *Met. c.* 2. *&* 3.

799 Mensurabile, seu Mensuram passiuam esse id, quod est aptum vt mensuretur ab alio. *ex Arist. supra.*

800 Tangi, dici, quorum extrema sunt simul. Quæ autem habent extrema, quanta sunt. *Arist.* 1. *Gen. t.* 44.

s *Soar. sup. sect.* 2.

801 s Quantitatem accidens quoddam esse, à substantia, & qualitatibus materialibus distinctum. *Dist.* 2. *n.* 13. 14. S. T. *b.* 3. *p. q* 77. *a.* 2 *& in* 4. *d.* 12. *q.* 1. *a.* 1. *Scot. ibid. q.* 2. *& in* 2. *d.* 2. *q.* 9. *Arist.* 3. *Met. t.* 17. *& l.* 13. *&* 14. *&* 1. *Phys. t.* 13. *et* 33. *&* 2. *de An. t.* 65.

802 Quantitatem partes habere extra partes: an actu distinctas? an potentia? *Dist.* 2. *n.* 15. 16. 17.

803 De ratione quantitatis esse, Principium impenetrabilitatis esse in entibus corporeis. *Dist.* 2. *n.* 13.

804 Actualem resistentiam, ne quantum ab alio quanto penetrari possit; non esse de quantitatis ratione, ac essentia. Contingit enim eam diuina virtute à quantitate separari: vt cum corpus Christi Domini ex vtero matris exijt, non effracto claustro; & ad discipulos venit ianuis clausis. quæ autem de rei essentia sunt, ab ea separari non possunt. *Soar.* 3. *p. tom.* 3. *d.* 48. *sect.* 1.

805 Mensuram quidem esse posse quantitatem: de ratione tamen quantitatis rationem mensuræ non esse. accidit enim quantitati mensuram esse. *Soar. in Met. sup.*

806 Habere quantitatem omnem ex se coextenſionem ad locum; vt tota quantitas toti loco æqualis ſpatio, pars parti reſpõdeat: eam tamen coextenſionem non eſſe de quantitatis ratione. ſeparari enim eam contingit à quantitate corporis Chriſti in Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento. *Diſt.*2.*à n.*13.

807 Extenſionem entitatiuam, eſſe habitudinem quandam partium, quæ ſunt in continuo; quatenus ita ſe habent, vt vna ſit immediatè vnita vni, mediatè cęteris. *Diſt.*2.*n.*13.

808 Extenſionem localem, eſſe coexiſtentiã extenſionis entitatiuæ ad locum; quatenus tota toti loco, & pars eius parti loci reſpondet. *Diſt.*2.*à n.*23.

809 *t* Nullius extenſionis partes indiuiſibiles eſſe poſſe. Cùm enim indiuiſibile, vt pũctum eſt, nullam habeat extenſionem; quantumuis addas indiuiſibilia indiuiſibili, nulla exiſtit extẽſio. *Ariſt. 6.Phyſ. à tex.*1.*& l.de lin. inſec. et* 1.*Gen. t.*8.*Scot.in* 2.*d.*2.*q.*9.

t *Tol.6.Ph. c.*2.*q.*2. *Conimbric. ibid. q.*2. *a.* 2.

810 Quamuis vlla extenſio ex indiuiſibilibus mathematicis eſſe non poſſit: *u* eſſe tamen ex minimis partibus, extenſis illis quidem, & cogitatione, ac ſignatione diuiſibilibus, ſed diuiſionem phyſicam non admittentibus; abſurdum nullum eſſe. Neque enim id phyſicis, neque mathematicis doctrinis repugnat. *Ariſt.*1.*Cœl.t.*4. *Diſt.*2.*n.*17.

u *Democrit. apud Ariſt.* 1.*Gen.t.*7.9.

811 Æquales quantitatis partes eſſe, quarũ vna non includens aliam, aliquoties replicata, metitur extenſionem totam. vt palmus in tripalmari quantitate. *ex Ariſt.*1.*Gen.t.*9.

812 Proportionales, ſeu Communicãtes par-

tes

tes esse, quæ ad eas partes comparantur, quas sub se includunt: inclusæ autem, si procedat diuisio, semper minores, & minores in infinitum sunt partibus, à quibus continentur. ita se habent binæ partes ad quartas, quartæ ad octonas, octo ad sexdecim, quas includunt. *Arist. 1. Gen. t. 9.*

813 Quantitatem physicam à substantia, & qualitatibus physicis distingui. *Dist. 2. n. 13.*

814 Videri quãtitatem physicam in sola materia subiectari. Nam neque vlla ratio suadet etiam in forma subiectari; neque sensus. Sæpè enim cernimus eadem extensione manente, mutari formas substantiales: vt cum ossa corporis humani ex animatis anima rationali, fiunt inanima. & par est esse aliquod accidens, quod immediatè in materia prima subiectetur, ad tuendum materiæ partes, ne inter se penetrentur; vt formis substantialibus possint inseruire; & ad informandum, & ad operandum. *Arist. S. 7b. Simplicius, Philop. & alij apud Soar. in Met. d. 14. sect. 3.*

815 Quantitatem in Rarefactione acquiri nouam, in condensatione deperdi. Id enim indicat extensio, & contractio subiecti. nec facilè potest intelligi id fieri per diuersos modos, non per quantitatem distinctam. *Vid. Dist. 2. n. 13. & infr. Def. De Rarefactione.*

816 Vnionem habere inter se partes substantiæ quantæ eodem modo, quo de vnione inter materiam, & formam dictum est: si sunt eæ partes distinctæ. *Def. 584.*

817 Naturalem nexum, qui vnionem conseruat inter partes tum quantitatis, tum qualitatum materialium, si ea partes distinctas habent,

vi-

videri esse subiectum ipsum, ac substantiam materialem, quatenus firmam ipsa vnionem habet inter suas partes. *Dist.* 2. *n.* 18.

818 Necessarium non videri indiuisibilia ponere, nempe Puncta, & lineas, ad quãtitatis partes vniendas. sufficiens enim earum nexus est tũ proportio, quam habent inter ipsas, tum vnio partium, quæ sunt in subiecto. si tamen & subiectum, & quantitas, partes habent distinctas. *Dist.* 2. *n.* 15. 17. 18. *Durand. in* 2. *d.* 2. *q.* 4. *Okam in Dial. c. de quant. Arist.* 1. *Met. t.* 42. 43. *& l.* 3. *c.* 5. *t.* 17. *& in* 8. *Phys. c.* 8. *t.* 65. *& in l. de comm. anim. mot. c.* 2.

819 Necessarium non videri Puncta, lineas, & superficies, distinctum quid esse à corporibus, quorum termini sunt: satis esse ratione, cogitationeque distingui. *Dist.* 2. *n.* 20. *Duran. in* 2. *d.* 2. *q.* 4. *Okam in Dial. c. de quant. Arist.* 1. *Met. t.* 42. 43. *& l.* 3. *c.* 5. *t.* 17. *&* 8. *Phys. c.* 8. *t.* 65. *& l. de com. anim. mot. c.* 2.

820 *x* Præter ipsas rerum entitates, & vnitates, numerum nihil esse. Positis enim multis entitatibus, & vnitatibus, non potest non esse numerus. *Arist.* 3. *Phys. c.* 6. *&* 7. *t.* 68. *&* 3. *Met. c.* 9. *t.* 20. *& l.* 8. *c.* 3. *t.* 20. *& l.* 10. *c.* 3.

x *Soar. in Met. d.* 41. *sect.* 1.

821 Quantum aliud Continuum, aliud Discretum esse. vtrunque autem vel Permanens esse, vel successiuum. *Arist.* 5. *Met. c.* 13.

822 Quantum permanens esse, cuius omnes partes sunt simul tempore. vt est aeris illuminatio, cum fit tota simul ad aspectum corporis luminosi. *Dist.* 2. *n.* 13.

823 Quantum successiuum esse, cuius partes distinctis temporis, siue durationis, partibus respon-

spondent. vt cum successiuè recipitur calor in aliquo subiecto, incipiente calefactione à parte igni proximiore. *Dist.2.n.13.*

824 Accidere quantitati, mensuram esse; & esse diuisibilem; & Motum, siue successionè habere; & tempori, locoque coexistere; & habere terminos, figuramque; & aliam intra se quantitatem non admittere. vt experientia nos docet. *Def. præced. & seq.*

De Mensura.

825 Mensuram esse ipsam quantitatem, quatenus apta est, vt ab hominibus sumatur, vt per eam alia quantitas cognoscatur. *Arist.10.Met.c.2.t.2.3.*

y *Soar. in Met. d. 40. sect.3.*

826 Notam esse debere mensuram, & certã, ac indiuisibilem, seu inuariabilem. Tale enim debet esse id, ex cuius cognitione ad alterius cognitionè deuenitur. *Arist.10.Met.c.2.& 3.t.2.3.*

827 Exiguæ quantitatis debere Mensuram esse. Ita enim & nota, & facilis, & aliquo modo indiuisibilis est mensura. *Arist. 10.Met.c.2.t.3.*

828 Similem esse debere, & eiusdem generis mensuram cum mensurato. Fit enim mensuratio per comparationem mensuræ ad mensuratum. Difficilis autem est comparatio eorum, quæ non habẽt similitudinẽ inter se. *Arist.10.Met.c.3.t.4.*

De Corporum impenetratione.

829 Excludere sese inuicem ab eodem spatio, locoque corpora; nec occupare simul idem spatium, locumque: vt testis est ex-

pe-

perientia. *Dist.*2,*n.*13.

830 z Resistentiam, quam exhibent inuicem sibi corpora, ne vnum occupet locum alterius; posse diuina virtute superari. Quamuis enim illud secundum naturæ ordinem fieri non possit; ne in rerum vniuersitate corporum perturbatio contingat. nihil tamen prohibere videtur, quin diuina virtute vnius corporis existentia alterius corporis existentię sit intima; Deusque dare possit cuicunque rei existentiam vbicunque. *Iustin. q.*117. *ad Gentes. Aug. ier.*138. *de tempore, Athan. orat.*4. *cõ. Arianos, alij Patres, ac Ecclesiæ traditio.*

z *Soar. in 3. p. tom.*2. *d.*48. *sect.*2.

De Loco, & Vbi.

831 QVantum omne, secundum ordinem naturalem, spatium occupare. Habet enim Quantum quodlibet partes extra partes. *Dist.*2.*n.*22. *Arist.*4. *Phys.à t.*3.

832 *a* Locum dici spatium, & interuallum, quod corpus occupat sua quantitate. *Arist.* 4. *Phys.t.*3.

a *Soar. in Met. d.* 40. *sect.*7.

833 Locum dici Superficiem corporis continentis. Dicimus enim ea esse in aliquo tanquam in loco, quæ non se habent vt partes respectu illius, & ab illo separari possunt, vt aqua à vase. Hæc autem competunt soli superficiei corporis, quod aliud corpus continet. *Arist.*4. *Phys.à t.*35.

834 Vacuum dici locum, in quo nihil sit. *Arist.* 4. *Phys.t.*57.

835 Vacuum quoque dici, quod sensibili corpore plenum non est. *Arist. sup.t.*58.

836 Vacuum quoque dici, quod est informe. *Arist. supra t.*59.

837 Esse, Vbi, existentiam in loco, seu Præsentiam localem. Dicimus enim aliquid alicubi esse, quod in aliquo loco est. *Dist.2.n.22.*

838 Non esse, Vbi, spatium aliquod reale, factum ad recipienda in se corpora omnia, repletibile, ac penetrabile à corporibus. Fingitur enim tale spatiũ sine vlla ratione. *Arist.4.Phys.à t.57.*

839 Non esse, Vbi, spatium imaginarium inane, vacuumque, corporum capax, & quantitatis realis. Non enim videtur posse tale spatium esse, præter nostram imaginationem. *Dist.2.n.23. Arist.4.Phys. à t.57.& 76.*

840 Videri, Vbi, nihil aliud esse, præter coexistentiam locati ad locum aliquem. seu, Præter denominationem extrinsecam, quam locatum recipit à loco: vt à loco locatum dicatur, & esse alicubi. Quicquid enim præter eam connotationem, & coexistentiam addideris superfluum videtur, & ad rationem præsentiæ localis non necessarium. *Arist.8.Phys.t.59.S.Th.1.p.q.110.a.3. & q.6.de Pot.a.3.& 2.con.gen.c.13.& 11.Met. lect.9.*

841 Locum, & Vbi, re idem esse. Vbi, ens aliquod coexistens alicui spatio. Locum, spatium aliquod coexistens enti alicui. *Dist.2.n.23.*

842 Locum alium respectiuum esse ad partes, & sicum vniuersi: vt terræ locus est esse infra aquã; aquæ infra aerem, supra terram; aeris supra aquam, & terrã, infra cælum. Alium absolutum, nullum habentem respectum ad alium terminũ, seu locum: vt est quæuis superficies corporis, quatenus continet, & ambit aliud corpus; vt vas respectu liquoris inclusi. Alium immobilẽ; quatenus determinatam aliquam distantiam habet

à cer-

à certa aliqua,& fixa vniuersi parte,vt à cœlo, à centro. *Arist. 4.Cœl.t.23.*

843 Locum Circumscriptiuum dici, ac vbi corporeum: cum totum locatum respondet toti loco, & pars locati parti loci; qualem locum contingit corpora,& quantitatem habere. *S.Th. 1.p.q.52.a.2.*

844 Locum Definitiuũ, ac vbi spirituale nominari: cum locatum non respondet loco totum toti,& pars parti; sed vel totum toti, & totum singulis locati partibus, vt noster animus corpori,& Angelus sphæræ suæ; vel inadæquatè respondet, vt punctum corpori, instans tempori, Angelus punctualiter se sistens cuicunque corpori. *S.Th.1 p.q.52.a.2.*

845 Posse Angelum locum, ac spatium occupare ita vt sit totus in toto eo spatio, & totus in qualibet illius parte, vt est noster animus in corpore. Nam virtus Angeli potest simul plura mobilia mouere, vt animus noster plura corporis organa. vt ergo animus noster per informationem est simul in omnibus organis, quæ mouet: ita Angelus per suæ substantiæ applicationem, ac virtualem extensionem, potest esse simul in eo toto spatio, in quo possunt contigua esse tot corpora, quot Angelus potest simul mouere. quid enim impedit? *S.Th.1.p.q.52.*

846 Tantò maiorem cuique Angelo sphæram esse, seu spatium, cui se potest Angelus coextendere, vt paullo ante explicatũ est; quantò maior est cuique Angelo virtus ad mouẽdum corpora. Ratio enim cur Angelus possit spatium occupare, est virtus motrix; vt suprà dictum est. *S.Th. supra.*

860 Infinitum esse, quicquid ita se habet, vt quantumuis ex eo accipias, semper aliud remaneat accipiendum. *Dist.2.n.21. Arist.6.Phys.à t.12.& l.3.t.62.63.*

861 Infinitum esse, cui secundum esse, quod habet, adiungi aliud non potest vt pars eiusdem esse. *Arist.6.Phys.à t.12.*

862 Simpliciter infinitum dici, quod est infinitum in omni entis genere. *Ex Arist.supra.*

863 Infinitum secundum quid, appellari, quod tantum in aliquo genere infinitum est. *Ex Arist. supra.*

864 Categorematicè infinitum dici, quod est absolutè, simpliciter, actuque infinitum. vt esset quantitas, si partes haberet æquales infinitas. *Arist.3.Phys.t.57.*

865 Syncategorematicè infinitum appellari, quod cum finitum semper sit à parte rei, processu semper habet, & potentiam ad aliud, & aliud in infinitū. vt est quodlibet genus entis à Deo creabilis. posito enim quocunque ente, potest Deus eiusdem generis creare alia in infinitum; finitum autem est quicquid creatum ponitur. ita se habét partes proportionales in quantitate distinguibiles cogitatione, minores, & minores in infinitum. *Arist.3.Phys.t.57.*

866 Creatum infinitum nullum actu esse, posse. Quicquid enim actu est, siue per partes, siue totum simul, accipi à Deo, in nihilū redigendo, potest. Et rursum nullum est ens creatum, cui eiusdē generis aliud addere diuina potentia non possit. *Dist.2.n.21.S.Th.1.p.q.7.a.3.Arist.3.Phys. à tex.67.*

867 Possibilia cuiusuis speciei indiuidua, etiā qua-

quatenus à Deo cognoscuntur, finita semper, sed in infinitum esse, seu syncategorematicè infinita. Ita enim se habent in esse possibili, vt se haberẽt si actu ponerentur. Poni autem omnia actu non possunt. *Disp.2.n.21.*

868 Nullum posse fingi infinitum partes habens siue diuisibiles, siue indiuiduas; siue permanentes, siue successiuas: quin manifestè appareat esse finitum: quatenus alternæ partes, siue corporeæ illæ sint, siue spirituales, annihilari à Deo possunt; & partes relictæ, poni deinceps simul; rursumque creari eas, quę fuerant annihilatæ, & relictis partibus superaddi. apparet enim partes relictas habere terminum, cui adiunguntur partes, quę rursum creatur. apparet & partes annihilatas, ob eandem rationem, finitas esse; ac proinde totum illud, quod infinitum ponebas, finitum esse, quippe compositum ex finitis. *Disp.2.n.21. Arist.3. Phys.t.37.*

869 Nullum posse fingi successiuè infinitum, cuius posteriores partes dependeant à prioribus aliquo modo: quin manifestè appareat finitum esse, ac terminum primum, seu primam partem habens. Non enim potest dari processus in infinitum in causis, *b* vt supra dictum est. vt ergo sit effectus, necessariò danda causa aliqua, quæ prima sit. datur ergo prima pars materialis in illo composito successiuo, vt ipsum sit. *Disp.2.n.21.*

b *Par.1.d.1. n.2.*

870 Quicquid est in mundo sensibile, finitum esse. Maxima enim corporum sensibilium sunt elementa, & cælum. Nullum autem elementorum est infinitum, vt experimur, tum quia omnia cælo finiuntur; tum quia si quod elementorum esset infinitum, alia elementa in se ipsum trans-

mutaret ob suam infinitam actiuitatem. Cœlum autem motum finitum habet: ipsum igitur finitum est. *Arist. 3. Phys. à t. 40. & l. 11. Met. c. 10.*

De Motu, Actione, Passione.

871 DEfiniri Motum à Philosophis, Actum entis in potentia, quatenus in potentia. Tunc enim censetur aliquid moueri, cum est in actu, in quo prius non erat, & simul tendit ad vlteriorem actum, ad quem adhuc est in potentia. *Arist. 11. Met. c. 9.*

872 Motus, mutationisq; ratione tria connotari, Subiectum, Actum, eiusque actus negationem immediatè præcedentem. Quicquid enim mutari dicitur, actũ aliquem recipit, seu perfectionem, quâ antea non habebat; respectu cuius perfectionis id, quod mutatur, subiecti, seu suscipientis rationem habet. vt cum lignum in ignem mutatur, ignis formam suscipit ligni materia, quæ prius ignis formam non habebat. *Dist. 2. à n. 26. Arist. 3. Phys. à t. 8. & 5. Phys. t 5 & 12. Met. t. 11. 12.*

873 Non videri motũ esse aliud, præter rem, quæ actu transit de termino à quo, ad terminum ad quem. Satis enim intelligitur ratio motus eo modo. *Arist. 11 Met. c. 9.*

6 *Tolet. 3. Phys. q. 3. concl. 3.*

874 *c* Actionem dici motum ipsum, quatenus est ab alio realiter, ac primo influente. *Dist. 2. n. 26. S. Th. 11. Met. lect. 9. & 3. Phys. lect. 5.*

875 Passionem dici motum ipsum, quatenus in aliquo subiecto recipitur. *Dist. 2. n. 26. S. Th. 11. Met. lect. 9. & 3. Phys. lect. 5.*

876 In omni motu, actionis, ac passionis rationem esse. Nihil enim incipere potest esse, nisi

ab

ab aliquo primo influente fit. & cum esse recipiat, non potest non esse in eo aliqua recipientis ratio, id est, subiecti. Habebit ergo subiecti rationem saltem possibilitas, seu essentia rei, quę producitur, respectu sui actus, & existentiæ. *Arist. 3. Phys. à t.* 18.

877 Videri Actionem nihil aliud esse, præter ipsam Causalitatem agentis. *Heru. quodl. 1. q. 9. & quodl. 7. q. 14.*

878 In omni Actione duas rationes esse; Formæ, seu entis, quod ponitur, ac producitur; & Agentis, à quo ponitur. Formam autem duas rationes habere; nempe viæ, ac fluxus, quatenus immediata est oppositæ negationi, vt termino a quo: Termini, quatenus esse perfectum habet. *Dist. 2. supra.*

879 Dici Actionem, & Passionem specificari à Termino: quatenus esse earum non sunt principia, ex quibus sunt, sed terminus ipse. *Dist. 2. sup.*

880 Dici Actionem specificari à potentia, à qua est; vel à fine, ad quem est: quatenus huius, vel illius generis est terminus actionis; quia ab hac, vel ab illa potentia est; & hunc, vel illum finem habet pro obiecto. vt Cognitio Dei, est vitalis, quia est ab intellectu, potentia vitali: est Imago quædam Dei, quia habet pro obiecto Deum, qui & eius finis est. *Dist. 2. supra.*

881 Actionis subiectum duplex à Philosophis tradi solere. alterum inhæsionis: estque illud, cui vnitur forma, quę producitur; vt cũ ignis producitur, subiectum inhæsionis est materia prima, in quam ignis forma inducitur. alterum denominationis: estque id, quod ab actione agẽs appellatur, nempe principium, à quo est actio;

ita sol ab illuminatione illuminans, à calefactione calefaciens appellatur. *Arist. 3. Phys. à t. 18.*

882 In omni actione subiectum inhæsionis esse; sed non in omni physicum, & re ipsa distinctum à re, quæ producitur. cum enim actio, effectusque est substantia spiritualis, vt Angelus; ipsa met substantia, quæ producitur, subiectum inhæsionis est, suam productionem recipiens; cum tamen à sua productione, ac existentia non distinguatur; nisi ratione, vt infra dicetur. *Par. 1. d. 2. à n. 21.*

883 Mutationem omnem aut perfectiuã esse, aut corruptiuam. Quicquid enim mutatur, aut acquirit aliquid, aut amittit. *Arist. in Antepr. c. 4. & 10. Met.*

884 Motum, mutationemque omnem aut instãtaneam esse, aut successiuam. Quicquid enim producitur, quicquid deperit, vel in instanti, vel in tempore producitur, deperitue. Illuminatio, solet instantanea esse; calefactio, successiua. *Arist. Met. l. 10.*

885 Mutationem successiuam solere à Philosophis per antonomasiam generis nomine Motum appellari: quod in ea maximè ratio mutationis appareat sensibus, ob successionem. *Arist. in Met. l. 10.*

886 Successiuæ mutationis radicem esse, diuisibilitatem formæ, quæ acquiritur. Non potest enim successiuè acquiri, vel deperire, quod diuisibile non est, & partes non habens. *Arist. 6. Phys. per totum.*

887 Substantiæ mutationem, vt substãtia est, non esse successiuam, sed instantaneam. Nam substantia non habet partes, vt substantia est.

Homo

Homo enim non eſt magis, vel minus homo; vt calor poteſt eſſe maior, & minor, magis, minuſque intenſus. *Ariſt.in Antepr.& in Met.sup.*

888 Subſtantiæ, vt corporea eſt, & extenſa, mutationem, poſſe ſecundum extenſionem, eſſe ſucceſsiuam. vt cũ ſucceſsiuè introducitur ignis in ſtupam. *Ariſt.supra.*

889 Tria eſſe, ad quæ per ſe motus ſucceſſiuus eſſe poteſt, Quantitatem, Qualitatẽ, & Vbi. Hæc enim ſucceſsiuè acquiri contingit per augmentationem, alterationem, lationem. Si quo modo reliqua prædicamentorum ſucceſſiuè acquirantur: earum acquiſitio ſucceſsiua aut per accidens eſt, vt in ſubſtantia corporea; aut ad acquiſitionem pertinet alicuius horum trium; vt, Habere, ad Vbi. *Ariſt.7.Phyſ.t.*10.

890 Omne agens quantum, cum quatenus quantum agit, pyramidaliter agere in paſſum. Omnes enim partes agentis quanti ſimul ſumptę actionem ſuam directè protendunt in ſingulas partes paſsi directè ſibi oppoſitas. Singulæ enim paſsi partes agenti oppoſitæ ita ſe habent, vt non ſit maior ratio cur ab vna potius agentis parte ſibi oppoſita, quam ab alia patiantur. & ita docet experientia in ſpeciebus viſiuis; quarum quælibet particula totũ obiectum ſibi oppoſitũ repræſentat: nempè quia à toto obiecto oppoſito producta eſt. *infr.Dist.5.in Def.ex Perspect.*

891 Illos motus eſſe ſpecie diuerſos, cuius termini diuerſi ſunt ſpecie. *Ariſt.7.Phyſ.t.*5.

892 Illum ſucceſſiuum motum eſſe numero vnum, cuius partes ſunt eiuſdem rationis, vnionem habentes inter ſe. *Ariſt.8.Phyſ.t.*68.

893 Succeſsiuo motui vni numero, ſolere

vnum

spondent. vt cum successiue recipitur calor in aliquo subiecto, incipiente calefactione à parte igni proximiore. *Dist.2.n.13.*

824 Accidere quantitati, mensuram esse; & esse diuisibilem; & Motum, siue successione habere; & tempori, locoque coexistere; & habere terminos, figuramque; & aliam intra se quantitatem non admittere. vt experientia nos docet. *Def. praced. & seq.*

De Mensura.

825 MEnsuram esse ipsam quantitatem, quatenus apta est, vt ab hominibus sumatur, vt per eam alia quantitas cognoscatur. *Arist.* 10. *Met. c.2. t.2.3.*

y *Soar. in Met. d. 40. sect.3.*

826 Notam esse debere mensuram, & certã, ac indiuisibilem, seu inuariabilem. Tale enim debet esse id, ex cuius cognitione ad alterius cognitionẽ deuenitur. *Arist.* 10. *Met. c.2. & 3. t.2.3.*

827 Exiguæ quantitatis debere Mensuram esse. Ita enim & nota, & facilis, & aliquo modo indiuisibilis est mensura. *Arist.* 10. *Met. c.2. t.3.*

828 Similem esse debere, & eiusdem generis mensuram cum mensurato. Fit enim mensuratio per comparationem mensuræ ad mensuratum. Difficilis autem est comparatio eorum, quæ non habẽt similitudinẽ inter se. *Arist.* 10. *Met. c.3. t.4.*

De Corporum impenetratione.

829 EXcludere sese inuicem ab eodem spatio, locoque corpora; nec occupare simul idem spatium, locumque: vt testis est ex-

pe-

perientia. *Dist.2.n.13.*

830 z Resistentiam, quam exhibent inuicem sibi corpora, ne vnum occupet locum alterius; posse diuina virtute superari. Quamuis enim illud secundum naturæ ordinem fieri non possit; ne in rerum vniuersitate corporum perturbatio contingat. nihil tamen prohibere videtur, quin diuina virtute vnius corporis existentia alterius corporis existentię sit intima; Deusque dare possit cuicunque rei existentiam vbicunque. *Iustin. q.117. ad Gentes. Aug. ier.138. de tempore, Athan. orat.4.cō. Arianos, alij Patres, ac Ecclesiæ traditio.*

z *Soar. in 3.p. tom.2. d.48. sect.2.*

De Loco, & Vbi.

831 QVantum omne, secundum ordinem naturalem, spatium occupare. Habet enim Quantum quodlibet partes extra partes. *Dist.2.n.22. Arist.4. Phys. à t.3.*

832 a Locum dici spatium, & interuallum, quod corpus occupat sua quantitate. *Arist. 4. Phys.t.3.*

a *Soar. in Met. d.40. sect.7.*

833 Locum dici Superficiem corporis continentis. Dicimus enim ea esse in aliquo tanquam in loco, quæ non se habent vt partes respectu illius, & ab illo separari possunt, vt aqua à vase. Hæc autem competunt soli superficiei corporis, quod aliud corpus continet. *Arist.4. Phys.à t.35.*

834 Vacuum dici locum, in quo nihil sit. *Arist. 4. Phys.t.57.*

835 Vacuum quoque dici, quod sensibili corpore plenum non est. *Arist. sup.t.58.*

836 Vacuum quoque dici, quod est informe. *Arist. supra t.59.*

837 Esse, Vbi, existentiam in loco, seu Præsentiam localem. Dicimus enim aliquid alicubi esse, quod in aliquo loco est. *Dist.2.n.22.*

838 Non esse, Vbi, spatium aliquod reale, factum ad recipienda in se corpora omnia, replebile, ac penetrabile à corporibus. Fingitur enim tale spatiũ sine vlla ratione. *Arist.4.Phys.à t.57.*

839 Non esse, Vbi, spatium imaginarium inane, vacuumque, corporum capax, & quantitatis realis. Non enim videtur posse tale spatium esse, præter nostram imaginationem. *Dist.2.n.23. Arist.4.Phys. à t.57. & 76.*

840 Videri, Vbi, nihil aliud esse, præter coexistentiam locati ad locum aliquem. seu, Præter denominationem extrinsecam, quam locatum, recipit à loco: vt à loco locatum dicatur, & esse alicubi. Quicquid enim præter eam connotationem, & coexistentiam addideris superfluum videtur, & ad rationem præsentiæ localis non necessarium. *Arist.8.Phys.t.59. S.Th.1.p.q.110.a.3. & q.6.de Pot.a.3. & 2.con.gen.c.13. & 11.Met. lect.9.*

841 Locum, & Vbi, re idem esse. Vbi, ens aliquod coexistens alicui spatio. Locum, spatium aliquod coexistens enti alicui. *Dist.2.n.23.*

842 Locum alium respectiuum esse ad partes, & situm vniuersi: vt terræ locus est esse infra aquã; aquæ infra aerem, supra terram; aeris supra aquam, & terrã, infra cœlum. Alium absolutum, nullum habentem respectum ad alium terminũ, seu locum: vt est quæuis superficies corporis, quatenus continet, & ambit aliud corpus; vt vas respectu liquoris inclusi. Alium immobilẽ; quatenus determinatam aliquam distantiam habet

à cer-

à certa aliqua,& fixa vniuersi parte,vt à cœlo, à centro. *Arist. 4.Cœl.t.23.*

843 Locum Circumscriptiuum dici, ac vbi corporeum: cum totum locatum respondet toti loco, & pars locati parti loci; qualem locum contingit corpora,& quantitatem habere. *S.Th. 1.p.q.52.a.2.*

844 Locum Definitiuũ, ac vbi spirituale nominari: cum locatum non respondet loco totum toti,& pars parti; sed vel totum toti, & totum singulis locati partibus, vt noster animus corpori,& Angelus sphæræ suæ; vel inadæquatè respondet, vt punctum corpori, instans tempori, Angelus punctualiter se sistens cuicunque corpori. *S.Th.1 p.q.52.a.2.*

845 Posse Angelum locum, ac spatium occupare ita vt sit totus in toto eo spatio, & totus in qualibet illius parte, vt est noster animus in corpore. Nam virtus Angeli potest simul plura mobilia mouere, vt animus noster plura corporis organa. vt ergo animus noster per informationem est simul in omnibus organis, quæ mouet: ita Angelus per suæ substantiæ applicationem, ac virtualem extensionem, potest esse simul in eo toto spatio, in quo possunt contigua esse tot corpora, quot Angelus potest simul mouere. quid enim impedit? *S.Th.1.p.q.52.*

846 Tantò maiorem cuique Angelo sphæram esse, seu spatium, cui se potest Angelus coextendere, vt paullo ante explicatũ est; quantò maior est cuique Angelo virtus ad mouẽdum corpora. Ratio enim cur Angelus possit spatium occupare, est virtus motrix; vt suprà dictum est. *S.Th. supra.*

847 Non videri in suæ sphæræ toto spatio posse se Angelum in instãti locare. Eatenus enim Angelus locat se in spatio, quatenus se indistantẽ ei reddit, vt possit illud mouere. cum autem Angelus non sit vbique, debet se localiter mouere ad illud spatium, vbi non est. Motus autem localis non potest fieri in instanti. *Defin.* 712.

848 Substantiæ diuinæ nullum locum esse: sed in ipsa esse locũ quemcunque. Eius enim immensitas neque circumscribi, neque definiri loco potest. *Dist.* 2. *n.* 23. *S.Th.* 1. *p.q.* 52. *a.* 2.

849 Vnius entis creati naturaliter vnum vbi, vnum locum esse. Non enim potest ens creatum esse simul in duobus locis, cum sit finitum, ac limitatæ entitatis. *S.Thom. supra.*

850 Cuiusuis entis creati posse diuina virtute eodem tempore plura vbi, plura loca esse. Deus enim, qui est vbique, vt dat suæ creaturæ existentiam, & influxum suum in vno loco, ita etiam potest in pluribus locis eundem influxum dare; ac facere vt idem ens à coexistẽtia plurium corporum connotetur. nil enim omnipotentem prohibet. ita corpori Christi contingit esse simul in Eucharistia in pluribus orbis partibus. *Soar. tom.* 3. *in* 3. *p.d.* 48. *sect.* 4.

851 Angelum non esse in loco: quatenus nullo corpore circumstante indiget, vt conseruetur. vt aqua exigit in terra esse. *S.Th.* 1. *p.q.* 52.

852 Angelum esse in loco definitiuo: quatenus ipse pars quædam est in hac rerum vniuersitate: quamcunque autẽ partẽ necesse est alicubi esse in vniuerso; saltem in Deo. *Dist.* 2. *n.* 23.

853 Dici Angelum esse in loco Circumscriptiuo per operationem, qua mouet corpora,

Nam

Nam ipse Motor quasi quid vnum facit cum ipsis corporibus, quæ mouet. Corpora autem habent locum circumscriptiuum. *S.Th.* 1.*p.q.*52.

De Situ.

854 ENtibus quantis situm cõtingere, id est, naturalem ordinem partium extensarum. vt Mundi situs est, vt terra sit infima, cœlum supremum, aer medius: Corporis humani situs est, vt suprema pars sit caput, infima pedes, pectus media. *Arist.*4.*Phys.*t.4.5.

855 Videri Situm nihil aliud esse, præter simplicem quandam connotationem ex partibus materialibus entis extensi ordine dispositis. Hæc enim ratio satis distinguit Situm à rationibus aliorum Prædicamentorum. *Arist.*5.*Met.*c.19.

De Figura.

856 QVanti terminum secundum longitudinem, & latitudinem extensum, Figuram esse. *Euclid.elem.l.*1.*def.*14.

857 Omne quantum figuram aliquam habere. Finitum enim omne est, & terminos habens. *Eucl. supra.*

De Infinito.

858 INfinitum dici, quatenus terminum non habet, finirique non potest. *Arist.*3.*Phys.* t.34.56.

859 Infinitum esse, quod pertransire est impossibile. *Arist.*11.*Met.*c.10.

860 Infinitum esse, quicquid ita se habet, vt quantumuis ex eo accipias, semper aliud remaneat accipiendum. *Dist.2.n.21. Arist.6.Phys.à t.12.& l.3.t.62.63.*

861 Infinitum esse, cui secundum esse, quod habet, adiungi aliud non potest vt pars eiusdem esse. *Arist.6.Phys.à t.12.*

862 Simpliciter infinitum dici, quod est infinitum in omni entis genere. *Ex Arist.supra.*

863 Infinitum secundum quid, appellari, quod tantum in aliquo genere infinitum est. *Ex Arist. supra.*

864 Categorematicè infinitum dici, quod est absolutè, simpliciter, actuque infinitum. vt esset quantitas, si partes haberet æquales infinitas. *Arist.3.Phys.t.57.*

865 Syncategorematicè infinitum appellari, quod cum finitum semper sit à parte rei, processu semper habet, & potentiam ad aliud, & aliud in infinitū. vt est quodlibet genus entis à Deo creabilis. posito enim quocunque ente, potest Deus eiusdem generis creare alia in infinitum; finitum autem est quicquid creatum ponitur. ita se habet partes proportionales in quantitate distinguibiles cogitatione, minores, & minores in infinitum. *Arist.3.Phys.t.57.*

866 Creatum infinitum nullum actu esse, posse. Quicquid enim actu est, siue per partes, siue totum simul, accipi à Deo, in nihilū redigendo, potest. Et rursum nullum est ens creatum, cui eiusdē generis aliud addere diuina potentia non possit. *Dist.2.n.21.S.Th.1.p.q.7.a.3.Arist.3.Phys. à tex.67.*

867 Possibilia cuiusuis speciei indiuidua, etiā qua-

quatenus à Deo cognoscuntur, finita semper, sed in infinitum esse, seu syncategorematicè infinita. Ita enim se habent in esse possibili, vt se haberẽt si actu ponerentur. Poni autem omnia actu non possunt. *Dist.2.n.21.*

868 Nullum posse fingi infinitum partes habens siue diuisibiles, siue indiuiduas; siue permanentes, siue successiuas: quin manifestè appareat esse finitum: quatenus alternæ partes, siue corporeæ illæ sint, siue spirituales, annihilari à Deo possunt; & partes relictæ, poni deinceps simul; rursumque creari eas, quę fuerant annihilatæ, & relictis partibus superaddi. apparet enim partes relictas habere terminum, cui adiunguntur partes, quę rursum creatur. apparet & partes annihilatas, ob eandem rationem, finitas esse; ac proinde totum illud, quod infinitum ponebas, finitum esse, quippe compositum ex finitis. *Dist.2.n.21. Arist.3. Phys.t.37.*

869 Nullum posse fingi successiuè infinitum, cuius posteriores partes dependeant à prioribus aliquo modo: quin manifestè appareat finitum esse, ac terminum primum, seu primam partem habens. Non enim potest dari processus in infinitum in causis, *b* vt supra dictum est. vt ergo sit effectus, necessariò danda causa aliqua, quæ prima sit. datur ergo prima pars materialis in illo composito successiuo, vt ipsum sit. *Dist.2.n.21.*

b *Par.1.d.1. n.2.*

870 Quicquid est in mundo sensibile, finitum esse. Maxima enim corporum sensibilium sunt elementa, & cælum. Nullum autem elementorum est infinitum, vt experimur, tum quia omnia cælo finiuntur; tum quia si quod elementorum esset infinitum, alia elementa in se ipsum trans-

mutaret ob suam infinitam actiuitatem. Cœlum autem motum finitum habet: ipsum igitur finitum est. *Arist. 3. Phys. à t. 40. & l. 11. Met. c. 10.*

De Motu, Actione, Passione.

871 DEfiniri Motum à Philosophis, Actum entis in potentia, quatenus in potentia. Tunc enim censetur aliquid moueri, cum est in actu, in quo prius non erat, & simul tendit ad vlteriorem actum, ad quem adhuc est in potentia. *Arist. 11. Met. c. 9.*

872 Motus, mutationisq; ratione tria connotari, Subiectum, Actum, eiusque actus negationem immediatè precedentem. Quicquid enim mutari dicitur, actũ aliquem recipit, seu perfectionem, quâ antea non habebat; respectu cuius perfectionis id, quod mutatur, subiecti, seu suscipientis rationem habet. vt cum lignum in ignem mutatur, ignis formam suscipit ligni materia, quæ prius ignis formam non habebat. *Dist. 2. à n. 26. Arist. 3. Phys. à t. 8. & 5. Phys. t 5 & 12. Met. t. 11. 12.*

873 Non videri motũ esse aliud, præter rem, quæ actu transit de termino à quo, ad terminum ad quem. Satis enim intelligitur ratio motus eo modo. *Arist. 11 Met. c. 9.*

c Tolet. 3. Phys. q. 3. concl. 3.

874 *c* ACtionem dici motum ipsum, quatenus est ab alio realiter, ac primo influente. *Dist. 2. n. 26. S. Th. 11. Met. lect. 9. & 3. Phys. lect. 5.*

875 Passionem dici motum ipsum, quatenus in aliquo subiecto recipitur. *Dist. 2. n. 26. S. Th. 11. Met. lect. 9. & 3. Phys. lect. 5.*

876 In omni motu, actionis, ac passionis rationem esse. Nihil enim incipere potest esse, nisi

ab

ab aliquo primo influente fit. & cum esse recipiat,non potest non esse in eo aliqua recipientis ratio,id est,subiecti. Habebit ergo subiecti rationem saltem possibilitas,seu essentia rei,quę producitur,respectu sui actus, & existentiæ. *Arist. 3.Phys.à t.*18.

877 Videri Actionem nihil aliud esse,præter ipsam Causalitatem agentis. *Heru.quodl.1.q.9. & quodl.7.q.*14.

878 In omni Actione duas rationes esse;Formæ, seu entis, quod ponitur, ac producitur; & Agentis,à quo ponitur. Formam autem duas rationes habere; nempe viæ, ac fluxus, quatenus immediata est oppositæ negationi, vt termino a quo: Termini, quatenus esse perfectum habet. *Dist.*2. *supra*.

879 Dici Actionem, & Passionem specificari à Termino: quatenus esse earum non sunt principia,ex quibus sunt,sed terminus ipse. *Dist.2.sup.*

880 Dici Actionem specificari à potentia, à qua est; vel à fine,ad quem est: quatenus huius, vel illius generis est terminus actionis; quia ab hac,vel ab illa potentia est; & hunc,vel illum finem habet pro obiecto. vt Cognitio Dei,est vitalis, quia est ab intellectu, potentia vitali: est Imago quædam Dei, quia habet pro obiecto Deum,qui & eius finis est. *Dist.2.supra.*

881 Actionis subiectum duplex à Philosophis tradi solere. alterum inhæsionis: estque illud,cui vnitur forma,quę producitur;vt cũ ignis producitur, subiectum inhæsionis est materia prima, in quam ignis forma inducitur. alterum denominationis: estque id,quod ab actione agẽs appellatur, nempe principium, à quo est actio;

ita sol ab illuminatione illuminans, à calefactione calefaciens appellatur. *Arist. 3. Phys. à t. 18.*

882 In omni actione subiectum inhæsionis esse; sed non in omni physicum, & re ipsa distinctum à re, quæ producitur. cum enim actio, effectusque est substantia spiritualis, vt Angelus; ipsa met substantia, quæ producitur, subiectum inhæsionis est, suam productionem recipiens; cum tamen à sua productione, ac existentia non distinguatur; nisi ratione, vt infra dicetur. *Par. 1. d. 1. àn. 21.*

883 Mutationem omnem aut perfectiuâ esse, aut corruptiuam. Quicquid enim mutatur, aut acquirit aliquid, aut amittit. *Arist. in Antepr. c. 4. & 10. Met.*

884 Motum, mutationemque omnem aut instâtaneam esse, aut successiuam. Quicquid enim producitur, quicquid deperit, vel in instanti, vel in tempore producitur, deperitue. Illuminatio, solet instantanea esse; calefactio, successiua. *Arist. Met. l. 10.*

885 Mutationem successiuam solere à Philosophis per antonomasiam generis nomine Motum appellari: quod in ea maximè ratio mutationis appareat sensibus, ob successionem. *Arist. in Met. l. 10.*

886 Successiuæ mutationis radicem esse, diuisibilitatem formæ, quæ acquiritur. Non potest enim successiuè acquiri, vel deperire, quod diuisibile non est, & partes non habens. *Arist. 6. Phys. per totum.*

887 Substantiæ mutationem, vt substâtia est, non esse successiuam, sed instantaneam. Nam substantia non habet partes, vt substantia est.

Homo

Homo enim non eſt magis, vel minus homo; vt calor poteſt eſſe maior, & minor, magis, minuſque intenſus. *Arist.in Antepr.& in Met.sup.*

888 Subſtantiæ, vt corporea eſt, & extenſa, mutationem, poſſe ſecundum extenſionem, eſſe ſucceſsiuam. vt cũ ſucceſsiuè introducitur ignis in ſtupam. *Arist.supra.*

889 Tria eſſe, ad quæ per ſe motus ſucceſſiuus eſſe poteſt, Quantitatem, Qualitatẽ, & Vbi. Hæc enim ſucceſsiuè acquiri contingit per augmentationem, alterationem, lationem. Si quo modo reliqua prædicamentorum ſucceſſiuè acquirantur: earum acquiſitio ſucceſsiua aut per accidens eſt, vt in ſubſtantia corporea; aut ad acquiſitionem pertinet alicuius horum trium; vt, Habere, ad Vbi. *Arist.7.Phyſ.t.*10.

890 Omne agens quantum, cum quatenus quantum agit, pyramidaliter agere in paſſum. Omnes enim partes agentis quanti ſimul ſumptę actionem ſuam directè protendunt in ſingulas partes paſsi directè ſibi oppoſitas. Singulæ enim paſsi partes agenti oppoſitæ ita ſe habent, vt non ſit maior ratio cur ab vna potius agentis parte ſibi oppoſita, quam ab alia patiantur. & ita docet experientia in ſpeciebus viſuis; quarum quælibet particula totũ obiectum ſibi oppoſitũ repræſentat: nempè quia à toto obiecto oppoſito producta eſt. *infr.Dist.5.in Def.ex Perspect.*

891 Illos motus eſſe ſpecie diuerſos, cuius termini diuerſi ſunt ſpecie. *Arist.7.Phyſ.t.*5.

892 Illum ſucceſſiuum motum eſſe numero vnum, cuius partes ſunt eiuſdem rationis, vnionem habentes inter ſe. *Arist.8.Phyſ.t.*68.

893 Succeſsiuo motui vni numero, ſolere

vnum

vnum continuatione tempus respondere. *Arist. 6. Phys.*

894 Successiuum motum vnum numero, solere vnum motorem habere. *Arist. 8. Phys. t. 49.*

De Inceptione, ac Desitione.

895 OMnem motum inceptionem habere, id est Initium existentiæ. *Dist. 2. n. 4.*

896 Posse motui desitionem contingere, id est, finem, ac vltimum existentiæ. *Exper.*

897 Initium intrinsecum dici, cum potest instans cogitari, in quo res sit quando incipit esse, cum immediatè ante non fuerit. vt accidit animæ nostræ, cum à Deo creatur. *Conimbr. 8. Phys. c. 8 q. 2. a. 1.*

898 Initium extrinsecum dici, cum non licet cogitare instans vllum primum, in quo res sit, cum incipit esse; sed necessarium est cogitare instans aliquod vltimum, in quo res non est, post quod immediatè res sit. vt accidit omni motui locali, cum incipit. *Conimbr. supra.*

899 Desitionem intrinsecam dici, ac per vltimum sui esse: cum cogitari potest instans, in quo res sit, & immediatè post illud non sit. vt accidit Homini, cum moritur. *Conimbr. 8. Phys. c. 8. q. 2. a. 1.*

900 Desitionem extrinsecam dici, ac per primum sui non esse: cum non potest cogitari instans, in quo res vltimo sit: tunc enim cogitandū est instans, in quo primum res non sit, cum immediatè ante fuerit. vt accidit Motui locali, cum terminatur. *Conimbr. supra.*

901 Maximum quod sic, seu Terminum intrin-

trinsecum magnitudinis dici terminum illum quantitatis, sub quo res esse potest, & sub maiore non potest. *Conimbr.1.Phyſic.c.4.q.1.a.1.*

902 Minimum quod non, seu terminum externum magnitudinis dici illum, sub quo res esse non potest, sub minore vero potest. *Conimbr. supra.*

903 Minimum quod sic, seu Terminum internum paruitatis dici, sub quo res esse potest, & sub minore non potest. *Conimbr. supra.*

904 Maximum, quod non, seu Terminum externum paruitatis esse, sub quo res esse non potest, sed sub quouis maiore potest. *Conimbr. sup.*

905 Conseruationem dici, actionem permanentem. seu, existentiam perseuerantem entis dependentis ab alio. *Soar.in Met.d.21.sect.2.*

906 Omnis entis indiuisibilis initium, ac inceptionem intrinsecam esse. quatenus in duratione omnis entis indiuisibilis, cum id incipit esse, potest instans aliquod cogitari primũ, quod sit initium eius durationis. est enim indiuisibile totum simul. *Arist. 6.Phys. Conimbr. 8.Phys. c.8.q.2.a.3.4.5.*

907 Nullius motus successiui initium intrinsecum esse. quoniam Initium rationem dicit instantanei: successiuum autem vt successiuum, extensam durationem dicit, non indiuisibilem, ac instantaneam. *Arist.6.Phys.at.40. Conimb sup.*

908 Non videri posse vllo alio modo mutationem vllam incipere; quam vel intrinsecè, vel extrinsecè. *ex Arist.& Conimbr.sup.*

909 Non videri posse, quod indiuisibile est, non solum intrinsecè, sed etiam extrinsecè incipere. Cum enim indiuisibile sit, cogitari omnino

in

in eo potest, & assignari primum instans durationis. ante instans autem non potest cogitari vllum aliud instans, quin illa duo instantia sint vnum quid ratione durationis. quia indiuisibile additum indiuisibili, non facit maius. ergo duo instantia maiorem durationem non faciunt, quã instantaneam; suntque illa duo simul, non deinceps, & vnum post aliud. *ex Arist. & Conimbr. supra.*

910 Ad inceptionem consequi Inceptum esse. quod & Acquisitum esse, & Quies, & Mutatũ esse, & Terminus, dici solet. *ex Arist. 11. Met.*

911 Non videri Quietem, ac Terminũ aliud esse, præter ipsam rei existentiam, carentem connotatione suæ negationis immediatè præcedentis; quam, quatenus erat in inceptione, connotabat. Aliud enim ad rationem quietis addere, non necessarium. *ex Arist. 11. Met. & 6. Phys.*

912 Posse aliquam inceptionem non habere quietem consequentem. vt si Deus vellet aliquid indiuisibile, vt Angelum, existere in eo solo instanti, in quo producitur. *ex Arist. & Conimbr. supra.*

913 Quietem ad motum successiuum consequentem posse instantaneam esse. vt si quid desineret cum eius successiuus motus terminatur. terminus enim motus, quies est. *ex Arist. & Conimbr. supra.*

914 Quietem ad motum instantaneum cõsequentem, non posse instantaneam esse; sed necessariò durare debere per aliquod tempus. Post instans enim, non instans, sed tempus sequitur. ergo si post instans quies est, temporanea est, non instantanea. *Ex Arist. & Conimbr. supra.*

915

915 Per vltimum sui esse desinere ea, quorũ existentia instantanea est. In his enim licet dicere, Nunc sunt, & immediatè post non erunt: non licet autem dicere, Nunc non sunt, & immediatè ante erant: quia ante nunc est tempus; at existentia instantanea non est in tempore. ita accidit actibus intellectus, & voluntatis, cum sunt instantanei. *ex Arist. & Conimbr. supra.*

916 Per primum sui non esse desinere, quæ existentiam habent perseuerantem siue successiuam, siue permanentem. Successiua enim, vt motus localis, cum nõ habeant vltimum vt successiua sunt: necessariò cogitandum est instans aliquod primum post durationem existentiæ ipsorum; in quo instanti primum illa non sunt, cũ immediatè ante fuerint. Permanentia autem, vt substantiæ, cum secundum ordinem naturalem non desinant, nisi ad generationem, ac positionẽ alterius substantiæ: substantia autem in instanti generetur: ante instans autẽ nõ præcedat instans, sed tempus: fit vt in entibus permanentibus non possit instans vllum vltimum cogitari, in quo illa sint, & immediatè post non sint. *ex Arist. & Conimbr. supra.*

917 Mutationem omnẽ in oppositis esse aut contrarijs, aut contradictorijs. Quicquid enim mutatur, vt docet experientia, aut secundũ substantiam, aut secundum quantitatem, aut secundum qualitatem, aut secundum locum, mutatur. In his autem est tum ratio [d] Contrarij, si accipias rationes positiuas in terminis A quo, & Ad quem; vt cum fit ex aqua aer, ex paruo magnum, ex albo nigrum, ex æthere latio in terram: tum ratio Contradictionis, si accipias terminum à

[d] *Dist.6. De verb. signif. §. de Identitate.*

quo Priuationem; ex non aere aer, ex nō magno magnum, ex non nigro nigrum, ex non vbi terrestri vbi terrestre, seu infimum. *Arist.* 11. *Met. c.* 11. 12.

918 Inceptionum genera plura esse, pro pluralitate modorum, quibus res producūtur: Creationem, Generationem, Transubstantiationem, Alterationem, Augmentationem, Rarefactionē, Lationem. His desitionum genera respondere: Annihilationem, Corruptionem, Desitionem, Deperditionem, Decretionem, Condensationē, Quietem. *Dist.* 2. *n.* 26.

919 Creationem esse productionem ex nihilo, seu ex nullo subiecto. *Dist.* 2. *n.* 26. *& Par.* 1. *d.* 2. *à n.* 21.

920 Annihilationem esse, desitionem in nihilum, nullo remanente neque vt subiecto, neque vt termino reali, ac per se. *Dist.* 2. *n.* 26.

921 Generationem esse productionem substantiæ per formæ substantialis positionem in subiecto; vt cum ex ligno ignis producitur. *Arist.* 12. *Met. t.* 7. *& t. Gen. t.* 23.

922 Generationē solere vocari significatione latissima, etiam productionem accidentalem, quæ fit per positionem accidentis in subiecto. *Arist.* 1. *Gen. t.* 11.

923 Generationem presса significatione sumi pro viuentis productione; quæ fit per principium vitę actiuum, quod est in generante, aut ex ipso deciditur, habetque intrinsecam virtutem ad producendum simile ipsi generanti secundum naturam illius; vt est semen. *S. Th.* 3. *p. q.* 32. *a.* 3.

924 Corruptionem dici cuiuscunque rei desitionem. *Ex Arist.* 1. *Gen.*

925 Corruptionem per antonomasiam vocari, resolutionem substantialis compositi; vt ignis, vt Hominis. *Arist.*1.*Gen.t.*24.

926 Transubstantiationē appellari totius alicuius substantiæ in totam aliquam substantiam conuersionem; vt cum per consecrationem conuertitur panis in corpus Christi in Eucharistiæ Sacramēto. *Trid.sess.*13.*c.*4.*de Euchar.Sacram.*

927 Desitionem communi vocabulo posse nominari terminum transubstantiationis, cum ille desinit. vt cū desinit esse Christus in Eucharistia, cum species panis corrūpuntur. *Ex Trid.sup.*

928 Alterationem dici qualitatum inceptionem. *Arist.*5.*Phys.t.*18. & 1.*Gen.t.*24.

929 Posse communi vocabulo qualitatum desitionem Deperditionem vocari. *DD.*

930 *e* Augmētationem lata significatione dici Crementi, & maioritatis cuiusque motum. ita augmentio dicitur de qualitatis intensione, de numeris cum eis vnitates accedunt, de omni extensione cum ei altera extensio adijcitur. *Tolet. a.*1. *Conimbr.in marg.*

Tol. 1. *de Gen.c.*5.*q.*8 *Conimbric. ibid. q.* 13.

931 Augmentationem strictiore significatione dici, maioris quantitatis accessionem, quam sit in ea, quæ defluit è subiecto. *Arist.*5.*Phys.t.*18. & 1.*Gen.t.*24.

932 Augmentationem strictiore significatione dici, acquisitionem quantitatis factam à viuente, susceptо intus, digestoque alimento virtute animæ; siue ea quantitas æqualis sit, siue maior, siue minor, quàm ea, quæ deperditur. *Arist.* 5.*Phys.t.*18. & 1.*Gen.t.*31.

933 Augmentationem propriè appellari eam mutationem, qua viuens maiorem quantitatem;

quàm

quàm ea, quę dilabitur, reparat. *Tol. Conimb. sup.*

934 Augmentationem maxime propriè vocari, cum viuens ita crescit in maiorem molem, vt subiectum secũdum formam idem omnino permaneat toto incrementi sui cursu. vt cum homo adolescit. *Arist.* 1 *Gen. t.* 33.

935 Diminutionem dici quantitatis amissionem. *Arist.* 5. *Phys. t.* 18. & 1. *Gen. t.* 24. 31.

936 Rarefactionem esse motum, per quem maior extensio acquiritur sine acquisitione nouæ materiæ. *Conimbr. l.* 1. *Gen. c.* 5. *q.* 17.

937 Condensationem esse motum, per quem maior extensio deperditur, sine deperditione materiæ. *Conimbr. sup.*

938 Lationem propriè dici motum localem quorumcunque, quæ se ipsa non mouent. *Arist.* 5. *Phys. t.* 18.

939 Lationem lata significatione appellari quemcunque localem motum. *Arist.* 5. *Phys. t.* 18. & 1. *Gen. t.* 24.

940 Quietem solere dici, vocabulo cuiusque motus termino communi, lationis terminum, ac finem. *Arist.* 11. *Met.*

941 Conuersionem dici transitum omnem, ac motũ, qui fit à termino à quo positiuo ad terminum ad quem positiuum; desinente aliquo, quod inuenitur in termino à quo, & mutationem accipiente eo, quod est in termino ad quem; intercedente connexione quadam, & dependentia inter desitionem termini à quo, & successionẽ termini ad quem; & remanẽte aliquo, quod vtrique termino sit cõmune. vt cum ex ligno fit ignis, ex frigido calidum, ex pane corpus Christi in Eucharistia. *Ex Trid. de Euchar.*

942

942 Nullius rei desitionem esse ex defectu influxus Primæ causæ Dei. Vinci enim à nullo potest Dei potentia: & cessare diuinam bonitatem à sui communicatione, quam semel aggressa est, imperfectionis esset; nisi ratio contraria sese offerat: omnis autem ratio prætuisa est à Deo ab æterno. *Par. 1. d. 5. n. 1. & d. 1. n. 10, 14.*

943 Omnem cuiusque rei desitionem esse siue ex defectu causarum secundarum agentium, & conseruantium; vt cum desinit lumen ab aere, remoto corpore illuminante; & cũ desinit homo remotis dispositionibus cõseruantibus vnionem inter corpus, & animum, siue ex defectu subiecti sustentatis; vt cũ introducta in materiã ab agente validiore alia forma, desinit forma præcedens, quatenus materia nõ est capax vtriusque formæ, ac proinde desinit præcedentem formam sustentare; & cum introducto actu auersionis à Deo, ac peccato in animã, desinit habitus gratiæ diuinæ, quæ est conuersio ad Deum, & radicalis amicitia cũ illo, quæ proinde non potest in eodẽ subiecto esse cum peccato, id est, cũ auersione, & inimicitia cum Deo. *Arist. l. de long. ac breu. vitæ c. 2.*

944 Omnis desitionis radicem esse Existentiã entis creati, quatenus dependens est ab alio, & non necessaria. *Ex Def. præced.*

945 Omnis mutationis radicem esse, finitam entis creati perfectionẽ. Quicquid enim finitam perfectionẽ habet, acquirere aliã perfectionem potest, & à sua perfectione deficere. *Ex Def. præced.*

946 Posse accidere, vt veram habeant vnionẽ duo aliqua inter se; & tamen vnum nullã mutationem ex coniunctione alterius patiatur. Mutari

enim propriè est, perfectionem aliquâ accipere, qua carebas, aut aliquam perfectionè amittere. Iam si perfectionem accipis in re, qua nō cares, sed eminentiore modo eam habes omnino; per additionem illius perfectionis non mutaris. Ita accidit Verbo diuino ex vnione humanitatis ad Personam Verbi continentis eminenter omnem perfectionem, *S. Th. 3. p. q. 3. a. 1. ad 1.*

De Conseruatione.

f *Leg. Soar. in Metaph. d. 21.*

947 f Conseruationem ab Inceptione non differre, nisi penes negationē, quam Inceptio immediatè præcedentem connotat; cū non connotet rei conseruatio. *S. Th. 1. p. q. 104. a. 1. ad 4. & de Pot. q. 3. a. 3. ad 6. & q. 5. a. 1. ad 2.*

948 Conseruationē ab Actione, Passioneque non differre. est enim Conseruatio, actio ipsa, passioque, perseuerans. *S. Th. 1. p. q. 104. a. 1. ad 4. & de Pot. q. 3. a. 3. ad 6. & q. 5. a. 1. ad 2.*

949 Contingere interdum actionem, passionemque in cōseruatione, diuersam aliquo modo esse ab actione, passioneq; inceptionis: si contingat aliquod nouum agens in eundem effectum influere, aut nouum aliquod subiectum eundem effectum sustentare. connotata enim, qualia sunt actio, & passio, variantur variatis terminis, qui connotantur. *S. Thom. supra.*

950 Conseruare per se, Causas dici respectu effectus, quem conseruant influendo. Conseruare per se, dispositiones, formasq; dici, quatenus necessariæ sunt, vt res conseruetur in esse. *Suar. in Met. d. 21.*

951 Conseruare per accidens ea dici, quæ

rem à contrarijs defendunt, eis resistendo, vel ea remouendo. *Soar. supra.*

952 Probabile esse nullam substantiam creatam conseruari ab vlla creatura conseruatione directa, ac immediata. Remotis enim causis secundis agentibus, experimur earum effectus adhuc manere; vt ignem productum, remoto igne producente. An autem sit alicuius causæ secundæ influxus semper perseuerans, quique nunquam remoueatur; incertum. *Soar. supra.*

953 Aliquorum accidentium conseruationem à causis secundis pendere illa producentibus. An quia sunt instrumenta coniuncta suarum causarum, instituta vt solum agant in præsentia illarum? vt lumen respectu luminosi, vt species visiuæ respectu corporum, quorum præsentium imagines sunt. *Soar. supra.*

954 Aliquorum accidentium conseruationem, à causis secundis illa producentibus non pendere; An quia instrumenta sunt separata suarum causarum, instituta vt agant loco illarum in earum absentia? vt Calor respectu ignis, ac luminis, à quo producitur. *Soar. supra.*

955 Effectorum à causis secundis productorum, remotis illis causis, conseruationem esse: quatenus Causa prima, quæ cum illis, vt illæ agerent, partialem influxum præbebat effectis; remotis illis præbet totalem. *Soar. supra.*

956 Effectorum à causis secundis productorum, remotis illis, conseruationem non esse: quatenus causa prima, remotis secundis, non pergit effectis præbere concursum nisi partialem, qui ad effectorum conseruationem non est satis. *Soar. supra.*

De Creatione.

957 g POsse Creationis motum esse à Deo. Deus enim est primum ens, indepēdens, & illimitatum: modum ergo agendi habet non indigentem subiecto, aut alio, siue sustentante Dei effectum, siue limitante. Potest igitur Deus ex nihilo producere, id est, creare. *Par. 1. d. 2. à n. 21.*

g *Soar. in Met. d. 20.*

958 Esse Creationem ab alia Causa principali non posse, quam à Deo. *b* An quia creatio est motus, qui ab agente fit nullo alio sustentāte: omnis autem Causa, qui non est Deus, Deo efficienter sustentāte indiget vt sit: ergo & Deo sustentāte indiget eius operatio? nihil enim potest dare, quod in ipso non est. An quia, vt sit actio, debet esse proportio inter agens, & passum: inter agēs autem limitatum, & Nihilum nulla est proportio? Requiritur autem in passo proportio cum agente, vt experimur. non enim esset ratio cur passum vnum potius effectum, quam alium recipiat, nisi esset in passo aliquid ad vnū potius, quam ad alium effectum inclinans. Nihilum autem capax est omnis effectus, quem non potest exhibere nisi Deus. *Par. 1. d. 2. à n. 21. Mag. in 4. d. 5. S. Thom. 1. p. q. 45. a. 5.*

h *Sup. Def. 712.*

959 Posse ad creationem creaturam quamque influere vt instrumentum. Nihil enim impedit quemcunque effectum à quocunque agente attingi, supplente agentis creati defectum Deo: *Soar. in Met. d. 20.*

960 Creationem esse. Sunt enim multa, quorum esse nullum habent subiectum sustentans.

quæ proinde non possunt, nisi per creationem, esse. vt Angelus, vt anima hominis, vt materia prima. *C. Firmiter De Sum. Trin. & Fid. Cath.*

961 Nullam creationem æternam fuisse. Docent enim scripturæ sacræ creata fuisse omnia in principio: æternitas autem principium durationis non habet. *Gen. 1.*

962 Nullum ens successiuum posse æternum esse. Omnis enim successio partes habet. in omni autem composito ex partibus necessarium est vt primæ aliquæ sint, vt ceteræ sint. quicquid autem primum habet, æternum non est. *Par. 1. d. 1. n. 2. & supra. Dist. 2. n. 21.*

963 Nullum ens creatum posse æternũ esse secundum naturam suam. Omne enim ens creatum aut esset otiosum æterno tempore, si das illud nullam operationem exercere; aut æterno tempore imperfectum, ac sine termino suæ perfectionis, si ei aliquam operationem tribuas. Omnis enim agentis creati actio vlterioris perfectionis est capax, & ad vlteriorem perfectionem ordinata, quatenus ens creatum limitatæ perfectionis est. *Athan. orat. 2. contra Arian. Nazian. Basilius, Cyrill. Damascen. Ambr. alij.*

De Generatione.

964 Generationis, id est, productionis substantiarum compositarum, triplex genus esse, Simplicium corporum, Mixtorum, Viuentium. *ex Def. sequent.*

965 Generationis motum per se instantaneũ esse. est enim ad substantiam, quæ per se indiui-

sibilis est. *Arist. 6. Phys. & 11. Met.*

966 Generationis motum posse per accidens esse successiuum, ratione subiecti extensi. vt cum successiuè introducitur ignis in lignum extensum. *Arist. supra.*

967 Generationis motum ratione suarum dispositionum successiuum esse. Successiuè enim dispositiones introducuntur in subiectum. *Arist. 6. Phys. t. 54. 55. & l. 7. t. 34.*

968 Non esse generationem, nisi ante substātialis formæ introductionem subiectum dispositionibus congruis præparetur. An quia non est potens agens naturale agere, nisi in passum proportionatum: proportionatum autem redditur per dispositiones? An quia omne ens est propter operationem: quare forma, quæ non potest operari, non debet existere: indiget autem forma substātialis dispositionibus, vt operetur? An quia naturale agens non est potens educere formam è subiecto, nisi adiuuetur ab aliquo agente intrinseco ipsi subiecto: tale autem agens intrinsecum dispositiones sunt? An quia dispositiones formæ præcedentis resistunt agenti, ne introducere possit nouam formam in subiectum: ad depellendas igitur eas dispositiones introducit suas dispositiones agens oppositum? *Arist. supra.*

969 Dispositionem ad substātialem formam introducendam, esse collectionem qualitatum formæ substantiali congruentem, & ad operandum, & ad se tuendum. *ex Arist. supra.*

970 Dispositionem ad substantialem formam introducendam, esse quantitatem formæ substātiali congruentem & ad operandum, & ad se tuendum. *ex Arist. supra.*

971

971 Minimum naturale dici illam extensionem, cum qua ita est forma substantialis, vt cum minore esse non possit. *DD.*

972 Immediatum dispositionum subiectum videri esse materiam primam; non totum cõpositum ex forma, & materia. Accidens enim perit pereunte eius subiecto. Perit autem forma compositi præcedentis, cum alia introducitur forma: & tamen sensus docet dispositiones introductas perseuerare: ad sensum autem hunc corrigendum nulla conuincimur ratione. Præterea non videtur naturæ consonum formã substantialem naturalem capacitatem habere ad accidentia subiectanda sibi cõtraria: *Disp.2.n.5.*

973 *i* Ad Generationem vnius, cõsequi corruptionem alterius. Non est enim materia capax duarum simul formarum substantialium. ad introductionem ergo vnius formæ, perit vnio cum altera forma, desinente materia formam alteram subiectare. *Arist. 1.Gen. t.17. 20. & 3.Phys.73.*

i *Conimbr. 1. Gen. c.4. q.17.a.2. Tol. 1.Gen. q.3.*

974 Rei corruptæ regenerationem naturaliter non esse. Non enim hoc experimur; neque vllam huius causam secundam: neque naturæ fœcunditas hoc postulat. *Arist. 2.Gen.t.vlt.*

975 Esse Resurrectionem hominum virtute diuina. *De fide in Symb.*

976 Generationem compositi, cuius forma substantialis, non duarum tantum, vt formæ elementorum; sed quatuor simul primarum qualitatum pro sua dispositione collectionem postulat, vt formæ mineralium, ac viuentium; Mixtionem appellari. *DD.*

De Mixtione.

k Conimbr. 1. Gen. c. 10. q. 2. a. 2.

977 k MIxtionem esse miscibilium alterátorum vnionem: vt cum elementa, eorum qualitatibus sese inuicem obtundentibus, & ad temperamentum quoddam redigẽtibus, in vnum alterius generis cõpositum euadunt. *Arist. 1. Gen. t. vlt.*

978 Esse Mistile, quod cũ facile diuidi queat, passiuum est, & actiuum. vt elementa; quæ pati ab alio corpore possunt, & simul in illud agere. *Arist. 1. Gen. t. vlt.*

979 Mixtionis materiam esse modo omnia simul elementa, modo tria, modo duo, modo vnũ tantum, modo aliud mixtum: vt docent experientiæ. Mixta autem omnia ex omnibus elementis componi dicuntur: quatenus ex omnibus elementorum qualitatibus eorum temperamentum constat. *Arist. 2. Gen. t. 49.*

980 Mixtionem non esse, cum materia diuidi, & comminui non potest. Ideo lapis ferro non miscetur, nec alia dura. *Arist. 1. Gen. t. 10.*

981 Mixtionem non esse, sed conuersionem in id, quod potentius est: si vnum mistile vincat alterum magno excessu. *Arist. 1. Gen. c. 10.*

982 Mixtionem non esse, vel perexiguam; si vnum tantum patiatur, vel vnum vehementer agat, alterum nimis remisse. *Arist. 1. Gen. c. 10.*

De Transubstantiatione.

983 TRansubstantiationem, id est, totius substantiæ in totam aliam substantiã con-

conuerſionem, naturaliter eſſe non poſſe. Subſtantiæ enim vel ſimplices ſunt, vt Angeli; vel ex materia compoſitæ, vt plantæ: at nulla vis naturalis eſt, quæ poſsit ſubſtantias ſimplices, aut materiam primam, ſiue corrumpere, ſiue producere. *ex Defin. præced.*

984. Tranſubſtantiationem, per diuinam potentiam eſſe poſſe. Poteſt enim Deus ſubſtantiam aliquam in alterius ſubſtantiæ locum, ſiue adducendo, ſiue producendo illam, ſufficere; & ei alterius ſubſtantiæ accidentia tradere ſuſtentãda: Ita prior ſubſtantia deſineret, remotis accidentibus, & influxu Dei conſeruatiuo: & ad veram rationem conuerſionis, remaneret cum altera ſubſtantia aliquid, quod ad priorem ſubſtãtiam attinebat, nempè accidentia. *Trid. ſeſſ. 13. de Euch. Sacr. c. 4.*

De Alterationis ratione, intenſione, contrarietate.

985 OMnem motum ad qualitatem, alterationem eſſe. Alteratio enim non facit aliud ens, vt facit generatio quatenus formam ponit ſubſtantialem: ſed facit alterum, eadem ſubſtantia completa manente. nullus autem motus ad qualitatem, facit aliud. *Ariſt. 5. Phyſ. t. 32. 18. & 1. Gen. t. 23.*

986 Solere ad alterationem primarum qualitatum, generationem conſequi. Generationis enim diſpoſitio potiſsima, primarum qualitatum temperamentum eſt. *Def. 969.*

987 Et intenſionem, & extenſionem alterationi contingere. Aer enim modo intenſius, mo-

do semissius illuminatur: & omnis aeris illuminatio extensionem habet, vt ipse aer. *Exper.*

988 Intensionem esse, cum eadem qualitas in eodem subiecto magis, magisque secundum eadem partem perficitur. vt cum lumen in eadem aeris parte magis perficitur, sole ad illam magis accedente. *Soar. in Met. d. 46. sect. 1. Tol. 4. Phys. q. 12.*

989 Intensionem fieri per maiorem qualitatis radicationem in subiecto. Maiorem autem radicationem intellige maiorem graduum, siue partium multitudinem, sese penetratiu, & quasi radices eidem subiecto inhærentium. Id enim sensus ipse innuere videtur. *Alber. Bonauen. Richar. Scot. Okam, Gabr. Greg. in 4. d. 17.*

990 Intensio, extensioque qualitatis cum successiue fiunt, & sensibus apparent continuæ, An verè continuæ sunt, vt apparent; si in intensione, extensioneq; partes sunt syncategorematicè infinitæ? An discreti motus sunt, & instantanei, brevissima inter quemque motum morula interposita, licet ob celeritatem morularum appareant continui: si ex finitis partibus minimis intensio, extensioque componuntur? *Dist. 2. n. 15. 16.*

991 Intentionis partes vnionem habere inter sese. Sunt enim ad componendum vnam qualitatem. *Sup. Def. 531. 584.*

992 Intensionis partes in qualitate homogeneas esse, id est, omnes eiusdem rationis. Sensus enim id indicat: & heterogeneas, id est, diuersæ inter se rationis esse, non necessarium. *Exper. Soar. supra.*

993 Intensionem substantijs non contingere. Rerum enim essentiæ substantijs constituuntur; suntq;

sunt; substantiæ primum principium, ac fundamentum omnium proprietatum. debent ergo inuariabiles esse, quandiu manent, vt per eas sese res tueri, & si quid detrimenti patiantur, in pristinum statum reduci possint. *S. Th. 1.p.q.76.a.4. ad 4. & 1.2.q.52.a.1. Arist. in Prædic. c. de Substantia.*

994 Intensionem quantitati non contingere. Intensio enim fit per penetrationem partium eiusdem rationis inter sese: at quantitatis partes sunt impenetrabiles, vt supra dictum est. *Arist. in Præd. c. de Quanto.*

995 Alterationem successiuam esse, modo ex parte agentis successiuè accedentis ad alterandũ; vt cum aer successiuo Solis accessu successiuè illuminatur. modo ex parte qualitatis contrariæ, quæ ne expellatur è subiecto, & pereat, resistit contrariæ qualitati, efficitq; ne statim in subiectum introducatur. Videtur autem contrariæ qualitatis expulsio à tenuioribus, quæ in intensione sunt, partibus incipere, ac debilioribus. *Soar. supra.*

996 Cuique agenti creato sphærã esse, id est, determinatũ spatium agenti proximum: in quod agens alterationis motum inducere potest, non vltra illud. Ita & experientia docet, & ratio ipsa. Limitatæ enim virtutis est omne agens creatũ, non potens nisi determinatæ entitatis effectum, suæque virtuti proportionatum producere. *Soar. supra.*

997 Alterationem in subiectum vniformiter difformiter introduci; modo successiuè, si qualitas habeat contrarium, vt calor; modo in instanti, si non sit contrarium vllum, vt lumen.

Non

Non habet enim æqualem virtutem vis activa limitata in passum proximum, & in passum distans, intensiorem ergo effectū alterationis producit, quò proximius est passum. *Soar. supra.*

998 Omni alterationi naturali terminum intensionis esse, quem Philosophi vocant, vt octo. nulla enim naturalis qualitas octauum gradum naturaliter excedit. An quia subiectum ita natura factum est, vt non sit capax, nisi octo graduum qualitatum generis eiusdem? An quia nullum agens creatum habet virtutem producēdi vllam qualitatem vltra octo gradus? Accidunt autem hæc; quia qualitates sunt instrumenta substantiarum, quarum virtus est limitata. limitatæ igitur & ipsæ debent esse. *Soar. in Met. d. 46. sect. 4.*

999 Si duo agentia æqualis virtutis æquali approximatione eidem subiecto ipsis dissimili, sed eorum qualitates participanti, admoueātur: videri nullam à neutro agente alterationem futuram in eo subiecto. Resistet enim æquè alterū agens alteri, conseruando qualitatem sibi similem in eo subiecto, & negando locum alterationi alterius agentis. *Soar. supra.*

1000 Si agens paruæ virtutis in partem passi magnæ virtutis ita sese insinuet; vt sua virtute superet particulam aliquam passi: futurā ab agente paruæ virtutis alterationem in ea particula, donec agens paruæ virtutis à maiore virtute passi superetur. Cernimus enim in fornacibus alterari particulas illas ignis efferuescentis, in quas aquæ guttulæ infunduntur; donec guttulæ absumantur. *Soar. sup. Conimb. l. 2. Gen. c. 3. q. vlt.*

1001 Non videri posse idem subiectū duobus contrarijs primarum qualitatū motibus moueri

eodem

eodem tempore. Moueretur enim à duobus agentibus contrarijs. quæ, vel sunt æqualis virtutis: & non sequitur motus, vt supra dictum est; quia vnũ agens alteri resistit. vel sunt virtutis inæqualis: & vnus tantum sequitur motus, nempe eius agentis, qui alterius resistentiam superat. *Ex Soar. sup. Conimb. supra.*

1002 Posse idem subiectum duobus contrarijs primarum qualitatum motibus moueri eodem tempore, sed non in eadem parte. Nihil enim impedit. *Ex Soar. Conimbr. supra.*

1003 Non posse eundem Intellectum circa idem obiectum secundum eandem rationem apprehensum, vtrunque simul actum formare assensus, & dissensus. Non enim potest eadem ratio vera simul, & falsa repręsentari: sed aut vera, vel falsa tantum; aut neque vera, neque falsa. Nam ratio veri, est ratio quædam entis: ratio falsi, est quædam ratio non entis. non potest autem idem simul esse, & non esse, neque re, neque repræsentatione. *Soar. Conimb. supra.*

1004 Non posse voluntatem circa idem obiectum secũdum eandem rationem apprehensum, vtrunque simul actum formare, prosecutionis, & fugæ. Non enim potest idem secundum eandem rationem vt bonum simul, & vt malum repræsentari. *Soar. Conimbr. sup.*

1005 Posse simul in eodem intellectu de eadem obiecti ratione, ac veritate, & scientiæ humanæ, & fidei actum esse. Sunt enim respectu scientiæ, ac fidei, diuersæ rationes assentiendi; quæ parere possunt actus diuersos; qui non sunt inuicem repugnantes, sed diuersam de eadem veritate certitudinem importantes. *Ex Soar.*

& *Conimbric. supra.*

1006 Non posse simul in eodem intellectu de ipso Deo esse visionem intuitiuam, & fidem diuinam. Fidei enim diuinæ motiuum est Deus dicens, seu diuina veritas, quæ est ipse Deus, idéq; motiuum est visionis intuitiuæ Dei. Deus enim est intelligentia repræsentans, seu dicens omnia. ergo idem actus esset simul visio, & fides. at Fides est obscura, quippe quæ non in visione rei nititur, sed in auctoritate dicentis. visio autem est clara. Idem autem obscurum simul, & clarum, esse non potest. S. *Th. 2.2. q. 1. a. 4.*

De Reactione.

1007 MOtum Reactionis esse: quatenus aliquid motum patiens ab agente maioris virtutis, agit vicissimi in illud. Calidum enim infusum frigido ipsum temperat, & ab ipso vicissim temperatur. *Conimb. supra.*

1008 Actionem esse alteratiuam agentis in passum, quatenus agens superat virtute passum. esse rursum reactionem passi in agentem: quatenus passum virtute superat partem agentis sibi propinquam. *Arist. 3. Phys. t. 8. & 16. & 1. Gen. 53. 87. 89. & 4. de Gen. anim. c. 3.*

1009 Posse contingere esse interdum passionem in toto agente, maioris virtutis actiuæ, à passo minoris virtutis actiuæ: si agens sit minoris virtutis resistitiuæ. ita ab aquâ, quæ est minoris virtutis actiuæ, potest esse reactio in ignem, qui est maioris virtutis actiuæ: quia calor, præsertim in materia rara, vt est ignis, est minoris virtutis resistitiuæ, quam sit frigiditas. *Arist. supra.*

De

De Resistentia.

1010 RESistentiam, aliam negatiuam, aliam priuatiuam, aliam contrariam esse. *Soar. in Met. d. 43. sect. 1.*

1011 Resistentiam negatiuam esse: cum quid incapax, & ineptum est ad aliquid recipiendum: vt cœlum incapax est ad recipiendum calorem. *Soar. supra.*

1012 Priuatiuam, seu passiuam resistentiam esse: cum quid, licet aptum sit ad recipiendum aliquid ab agente, certa tamen aut nullo modo, aut ægrè cedit, & eius actionem retardat, sed sine vlla actione. vt cum prædurum saxum diuidere conanti, & nauis trahere nitenti obsistit immota. *Soar. supra.*

1013 Resistentiam passiuam contingere, modo quia non habet agens secundum suam virtutem actiuam maioris æqualitatis proportionem ad passum: modo quia in agente minor virtus actiua est, quam sit in altero agente passum conseruante. *Soar. supra.*

1014 Resistentiam contrariam esse: cum quid agendo pugnat cum contrario, & eius actiuitatem retardat, eam debilitando, ac remittendo: ita ignis resistit aquæ, calefaciendo illam, eiusq; frigiditatem minuendo. ita duæ pilæ, quæ se inuicem collidunt, ac in contrariam partem repellunt, resistunt altera alteri, contrarium impetum inuicem imprimendo. *Soar. supra.*

1015 Qualitates magis resistitiuas videri eas maximè esse, quæ maiorem habent densitatem in subiecto. virtus enim vnita fortior. & plures par-

partes contrariæ qualitatis oportet produci pro pluralitate partium, quæ sunt in materia subiecti densi, ad plures partes qualitatis contrariæ repellendas. *Soar. supra.*

De naturali Resultantia.

1016 MOtum illum, quo substantiæ dispositiones sibi congruentes in se ipsis producunt; emanationem, ac resultantiam appellari. Ad substantiarum enim existentiam ea actio sequitur, remotis impedimentis, vt cum frigida, quæ ab extrinseco agente passa calore sunt, ad suam se frigiditatem reducunt. *Soar. in Met. d. 18. sect. 3.*

De Actione reflexa.

1017 ACtionem reflexam esse: cum actio tendens in aliquem terminum, inde retrocedit, & intendit, aut iterum producit effectum, quem antea in medio produxerat, cum ad terminum tendebat. vt cum chrystallum solis lumen recipiens, illud reflectit in aerem propinquum: & saxum pilæ impetum recipiens, illum reflectit in pilã ipsam. *Vitel. l. 10. opt. theor. 37.*

1018 Videri actionis reflexæ causam actiuã esse ipsum met effectum; quatenus ita producitur in termino, vt inde possit alium rursum effectum sibi similem producere. Lumen enim, quia in termino denso, nempè in chrystallo, magis multiplicatur, quam in aere; potest densius lumẽ inducere in vicinum aerem, quam in eo actione directa fuerat productum. & saxum, cui allidi-

tur

tur impetu pila, potest rursum in pilam impetū imprimere; quia ad saxi resistentiam pilæ impetus statim corrumpitur. *Vitell. opt. l. 10. theor. 57.*

De Actione immanente.

1019 IMmanentis actionis nomine appellari solere omnem illam actionem, quæ manet in ipso agente. vt frigus, quod sibi aqua producit; vt latio lapidis deorsum; vt nutritio. *Dist. 4. Defin. de Anima in princ.*

1020 Actionem esse propriè immanentem eam, quæ secundum terminum suum, atque formam, manet in eadem potentia proxima, à qua elicitur; quæque ex suo genere talis est, vt nunquam in alio subiecto fieri possit. vt Cognitio, vt Amor. *Dist. 4. Defi. de An. sup.*

1021 Omnem actionem immanentem propriè acceptam, qualitatem vitalem esse; vnionē quandam, nexumque vitalem potentiæ vitalis cum suo obiecto; & actum secundum vitæ, seu effectum requirentem actualem influxum principij vitalis. *Dist. 4. supra.*

1022 Actionem transeuntem esse, quæ recipitur, in passo ab agente distincto. vt Calor in aqua lumen in aere. *Dist. 4. supra.*

De Antiparistasi.

1023 ANtiparistasim, seu Circumobsistentiam, esse motum, quo acquiritur qualitas aliqua in aliquo subiecto, vel intenditur magis: quia corpus aliquod contraria affectum qualitate circum subiectum illud ponitur. vt cū

balneæ, venterque animalium calidiora fiunt hyeme. *Soar. in Met. d. 18. sect. 9. Conimbr. 1. Gen. c. 9. q. 1. a. 3.*

1024 Antipariſtaſis cauſam eſſe, An agens aliquod, aliud à paſſo, intra paſſum incluſum, & à corpore externo circumſtante impeditum, ne foras erumpat? videntur enim balneæ eſſe hyeme calidiores: quoniam calefaciunt aquã exhalationes, quæ è terra extrahũtur, & ab aere, qui ab hyemali frigore fit denſior, impediuntur ne in ſuperum locum emanent. An forma aliqua paſſo intrinſeca, quæ abſcedente contrario per aditum à circumſtante corpore patefactum, ſeſe ad ſuas qualitates reducit? ob id enim fortaſſe puteales aquæ ſunt æſtate frigidiores; quia rarefacto aere per æſtiuum calorem, euaporãt exhalationes ex aquis, & aquæ frigus ſibi congruum pariunt. *Soar. Conimb. ſupra.*

De Sympathia.

1025 SYmpathiam eſſe motum in aliqua re ad præſentiam alterius rei; per eius rei vel imaginationem, vel agentem vim excitatum; & ad id inclinantem, à quo excitatur, propter ſimilitudinem, & conuenientiam, quam ſubiectum habet cum obiecto. Hæc enim videtur eſſe ratio, cur animalia impetu ferantur in ſibi conuenientia. *Ex exper.*

De Antipathia.

1026 ANtipathiam eſſe motũ in aliqua re ad præſentiã alterius rei; per eius rei vel ima-

imaginationem, vel agentē vim excitatum; & ab eo refugientem, à quo excitatur, propter dissimilitudinem, & repugnantiam, quam subiectum habet cum obiecto. Hæc enim videtur esse ratio, cur animalia fugiant à suis contrarijs, & corruptiuis. *Ex exper.*

De Augmentatione.

1027 AVgmentationem viuentium ab eorū nutritione non differre; nisi quatenus Augmentatio rationem quandam dicit maioris incrementi in viuentib^us acquisiti per augmentationis motum, quam quod fuerat vi caloris naturalis consumptum: quam rationem nutritio non dicit. *Arist. 1. Gen. t. 41. & 5. Phys. t. 18.*

1028 Augmētationem, nutritionemque, esse motum aggenerationis substantiæ viuentis, cōsequentem ad dispositiones à viuente introductas in alimentum sibi proximum, & inclusum in poris. *Conimbr. 1. Gen. c. 5.*

1029 Augmentationis motum continuum nō esse: quatenus non semper maius incrementum acquirit viuens. *Arist. 8. Phys. t. 23.*

1030 Augmentationis motum continuum nō esse: quatenus non possunt semper debitæ ad aggenerationem dispositiones à viuente introduci in alimentum, ob ea, quæ sæpè accidunt impedimenta. *Arist. 8. Phys. t. 23.*

1031 *l* Augmentationis motum continuum esse: quatenus cum aggeneratio contingit, non opus est expectare donec totum alimentum disponatur; sed pro vt alimentum secūdum partes successiuè disponitur, successiua fit earum par-

l *Conimbr. 1. Gen. c. 5. q. 16. a. 2.*

tium aggeneratio. *Arist.5.Phys t.1 S. & l.8.t.55.*

1032 Maiorem locum augmentatione acquiri, Diminutione minorem. *Arist.1.Gen.t.25.*

De Rarefactione.

1033 RArum esse, quod sub magna quantitate parum habet materiæ. *Arist. 4.Phys.t.84.*

1034 Densum esse, quod sub parua quantitate multum habet materiæ. *Arist.4.Phys.t.84.*

1035 Videri terminum, qui per Rarefactionis motum acquiritur, esse tum locum, tum quantitatem. Locum quidem, quatenus substantiæ partes, quæ sese penetrabant, erantq; in eodem loco; per rarefactionē explicantur, & aliquæ secedunt in aliud spatium: Quantitatem autem, quatenus substantiæ partes, quæ cum alijs partibus penetrabantur; impenetrabiles post rarefactionem redduntur: nempe, quia sibi quantitatem nouam producunt. Hæc autem ita se habere sensus indicat: & ratio nulla conuincit esse sensum corrigendum. *Dist.2.n.13.*

1036 Potissimam rarefactionis causam esse calorem. Experimur enim quęcunque rarefiunt, prius incalescere; & elementa, quæ calorem maiorem habent, esse rariora. *Dist.2.n.13.*

1037 Videri condensationem fieri contrario modo: constipante frigore partes substantiæ, & ad penetrationem adducente: & pereunte ea quantitate, quæ in substantiæ partibus illis subiectatur, quæ in aliarum partium locum, & quantitatem subeunt penetrando. *Dist.2.n.13.*

De Motu locali.

1038 LImitatis entibus conuenire localem motum. Cum enim actio non contingat in passum distans, vt supra dictum est: necessarium est limitatis entibus, vt accedant vel ad aliquod agens, vt ab eo aliquid recipiant; vel ad aliquod passum, vt in illud possint agere. *Arist. 6. Phys. à t.* 91.

1039 Verè quidem, licet extrinsecè, mutari mobile, cum mouetur. Verè enim aliquid acquirit per motum, nempe spatium, & posse in illo tum agere, tum recipere. *Ex Arist. 6. Phys. sup.*

1040 Causam efficientem localem motum, modo intrinsecam esse, vt in animalibus, quæ mouent se ipsa; modo externam, vt in proiectis, quæ mouentur alio impellente. *Arist. 4. Phys. t* 68.

1041 Lationem, localemq; motum nihil aliud esse videri, præter ipsum mobile, & spatiũ illud, quod à mobili indistanter posito connoratur, acquiriturq; successiuè. Quicquid enim aliud addideris, non necessarium neque ad motus localis rationem intelligendam, neque ad distinguẽdum illum ab alijs motibus. *Arist. 8. Phys. t.* 59 *&* 1. *cæl. t.* 111. *&* 12. *Met. t.* 38. S. Th. 1. *p. q.* 110. *a.* 3.

1042 Non videri motum localem fieri naturaliter posse ab extremo ad extremũ terminum, non transeundo per spatiũ medium. Motus enim localis est quædã actio, qua virtus motiua transfert mobile ab vno in alium locum: estq; positio mobilis in loco, connotatio ex loco, & mobili, vt ei præsente; vel (si vis) modus quidam in mobili habens respectum præsentiæ ad locum.

Nulla autem actio potest esse in subiectū distans. Vel ergo principium motus localis actiuum ponis in mobili; & non fiet motus in extremo termino; quia terminus ille, qui actionem motus ingreditur, distat à principio agente. Vel ponis in extremo termino; & neque fiet motus; quia mobile distat ab eo termino. *Supra Def. 712.*

1043 Posse mutationem localem diuina virtute fieri ab extremo ad extremum, non trāseundo per spatiū medium. Cum enim quodlibet ens creatum pendeat in esse à virtute diuina, quæ est vbique: potest virtus diuina in aliquo instāti tribuere alicui mobili existentiam in quocunque loci extremo ad quamcunque distantiam, & in eodem instanti definere conseruare illud mobile in altero extremo. *S. Th. 1. p. q. 53. a. 2.*

1044 Non posse naturaliter spatium vllum ab vllo mobili pertrāsiri in instanti. esset enim simul in duobus locis, aut duo loca essent simul: quæ naturaliter esse non possunt. *S. Th. 1 p. q. 53. a. 3.*

1045 Posse diuina virtute à quolibet mobili spatium quodcunque pertransiri in instāti. Potest enim Deus in eo instanti tribuere mobili esse in qualibet parte spatij. & immediatè post in extrema spatij parte conseruare. *Ex S. Thom. supra.*

1046 Omne, quod mouetur, ab alio moueri. Omne enim quod mouetur, mutatur. mutatio autem non potest cadere in ens à se, quod omnem perfectionem habet. ergo omne, quod mouetur est ens ab alio. Igitur vel ab aliquo externo mouetur, vt proiecta à proijciente; vel à virtute intrinseca, quam tamen, vt & suum esse, ab externo producente accepit. Præterea vel motus est corruptiuus. & is ab alio est. nihil enim corrumpit se-

seipsum. Vel perfectiuus & is quoque ab alio est. nihil enim mouetur ad id, quod actu est, sed ad id, quod est in potentia. illud autem, quod ipsum non est, non potest ipsum sibi dare. Necessarium est igitur ab alio accipere, ac proinde ab alio moueri. *Arist.7. Phys.à t.1. & l.8.à t.27.*

1047 Non dari processum in infinitum in causis mouentibus: necessariò ad aliquod primũ mouens esse deueniendum, quod sit immobile. Fac enim nullum esse mouens, quod non ab alio pendeat in mouendo: sequeretur nullũ motum esse. tota enim collectio mouentium pendet ab alio, vt mouere possit: extra collectionem autẽ nihil est, quod illã moueat: ergo nõ est motus. vt ergo sit motus, opus est aliquo primo, quod à se sit, & non moueatur ab alio, sitq; extra collectionem omnem eorum, quæ mouent mota. *Par.1.d.1. q.2. Arist.7. Phys.à t.1. & l.8.à t.45.*

1048 Primum mouens actum purum esse, ac omnẽ perfectionẽ habens. Cum enim nõ habeat, à quo moueri possit, & à quo perfectionẽ vllam accipiat: necessarium est ipsum omnẽ perfectionẽ in se habere. *Arist.8. Phys.à t.45. & 12. Met.*

1049 Nullum mobile, dũ mouetur, signare, seu numerare spatia sibi respondentia. seu, Nullum mobile, dum est in motu, adæquatè poni in vllo ex spatijs, per quæ transit. Signare enim spatia, est terminum cuiusque spatij ostẽdere. terminus autem habet rationẽ indiuisibilis. Omne spatiũ, quantum est. in omni autẽ quanto signari possũt indiuisibilia in infinitum: neque tamẽ illa signari possunt vnum immediatum alteri; quia nullum quantum ex indiuisibilibus componitur. Fieri ergo nõ potest vt dum mobile transit successiuè,

spatia in loco signet. aut enim eius motus infinito tẽpore duraret, quia infinita indiuisibilia sunt in quolibet ente extenso signabilia. aut non esset motus successiuus, quia post vnum indiuisibile non est signabile alterum indiuisibile. Mobile ergo signat spatia, adæquaturq; loco, cum quiescit: confundit autem spatia, & inadæquatè in illis est, dum mouetur. *Arist. 8. Phys. t. 68.*

1050 Posse ens indiuisibile, vt Angelum, successiuè per spatium diuisibile moueri. Non enim opus est signare indiuisibilia dum indiuisibile mouetur. Potest optimè concipi transire per spatium, se ipsum per illud transferendo, semperq; se inadæquatè in eo ponendo; vt de mobili quãto dictum est. S. Tb. 1. p. q. 53. a. 1. ad 1. *Arist. 6. Phys. t. 32. 89.*

1051 Lationis genera secundum situm ipsius Lationis esse, Rectum, Circularem, Mixtum. *Arist. 8. Phys. t. 64. & 1. Cœl. t. 5.*

1052 Motum rectum esse, qui secundũ rectam lineam fit. seu, Cuius partes ex æquo inter sua extrema successiuè ponũtur. *ex Eucl elem. 1. def. 4.*

1053 Circularem motum esse, qui fit secundum lineam circularem. *Eucl sup def. 15.*

1054 Mixtum motum dici, qui fit secundum lineam curuam, sed nõ circularem. videtur enim curuitas, rectæ, circulariſque lineæ rationem participare. *ex Eucl. supra.*

1055 Lationum genera, quæ à terminis motus sumuntur, esse: A medio, Ad medium, Circa medium. seu, Sursum, Deorsum, Circularem. Medium autem dicitur Mundi centrum. *Arist. 1. Cœl. à t. 5.*

1056 Lationis, quæ ab alio est, quatuor esse ge-

genera : Pulsionem, Tractionem, Vectionem, Vertiginem. *Arist.*7.*Phys.t.*10.

1057 Pulsionem duobus fieri modis: Impulsione, cum mouens, id, quod mouetur, non relinquit: expulsione, cum expellens relinquit. *Arist.* 7.*Phys.t.*10.

1058 Vectionem motum esse per accidens: quatenus non per se mouetur, quod vectione mouetur, sed ratione eius in quo est; siue id, quod vehit, pulsum moueatur, siue tractum, siue actũ vertigine. *Arist.*7.*Phys.t.*10.

1059 Tractionem esse motum ab alio ad se, aut ad aliud. *Arist.*7.*Phys.t.*10.

1060 Pulsionem esse motum à seipso, aut ab alio ad aliud. *Arist.*7.*Phys.t.*10.

1061 Vertiginem ex tractione, ac pulsione constare: quatenus id, quod voluit, aliud ad se adducit, aliud à se abducit. *Arist.* 7.*Phys.t.*10.

1062 Moueri per accidens dici, quod aliquẽ locum occupat, non ratione sui, sed ratione alterius, quod sibi vnitur: vt cum animal mutare dicitur vbi, cum ratione alimenti sibi per nutritionem vniti latiorem occupat locum. *Arist.* 8.*Phys.t.*27.

1063 Moueri per accidens dici, quod verè mouetur, non tamen per se, sed per aliud. vt cum vestes mouentur ad motum hominis, qui eis vestitur; & accidentia ad motum subiecti. *Arist.* 8.*Phys.t.*27.

1064 Moueri per accidẽs dici, quod ad aliud spatium trãsit respectu alicuius corporis, in quo mouetur; non tamen respectu distantiæ à medio: vt cum formica supra rotam mouetur opposito motu, quam quo rota circumuoluitur, sed ta-

tamen tam æquali, vt semper eandem habeat distantiam à centro mundi. *ex Arist. supra.*

1065 Natura moueri, quæ à se ipsis mouentur, vt animalia. *Arist. 8. Phys. t. 27.*

1066 Præter naturam moueri, quorum motus ab alio est, eorum naturæ non congruus. *Arist. 8. Phys. t. 27.*

1067 Radicem successionis esse in Latione, finitudinem mobilis, quod non potest eodem tẽpore esse in omni spatio; & spatij molem, cuius omnibus partibus simul non potest mobile adæquari. Hinc enim oritur motus successio, quatenus coexistit mobile prius vni parti spatij, deinde alteri. *Sup. def. 1038.*

1068 Velocem motum dici, quatenus mobile minori tempore transit spatium, quam illud ab alio mobili transeatur. *Arist. 6. Phys. t. 11. 23.*

1069 Tardum motum dici, quatenus mobile longiore tempore transit spacium, quam illud ab alio mobili transeatur. *Arist. 6. Phys. t. 11.*

1070 Tarditatis in motu locali radicem esse, tum spatij resistentiam, tum impotentiam virtutis mouentis. *Arist. 4. Phys. t. 71.*

1071 Celeritatem in locali motu oriri, tum ex maiore mouentis virtute, tum ex minore spatij resistentia. *Arist. 4. Phys. t. 71. 74.*

1072 Successiuam lationem infinitè velocem esse nullam posse. Non potest enim velocitas infinita, esse non instantanea. successio autem in instanti esse non potest. successio enim dicit partes deinceps vnam post aliam: instans autem dicit omnes partes simul. *ex defs. præced.*

1073 Contrarias Lationes esse, quæ ad terminos tendunt inter se distantes. Contraria enim

sunt,

sunt, quę sese inuicem ab eodem subiecto excludunt. quæcũque autem lationes ad diuersos terminos tendunt, nõ possunt esse naturaliter simul in eodem mobili. non potest enim idem mobile esse naturaliter simul in pluribus locis. *Arist.* 8. *Phys. t.*64. & 1. *Cœl. t.*26.

1074 Posse virtute diuina esse simul contrarias lationes in eodem mobili. Potest enim Deus eodem tempore in pluribus locis ponere idem mobile, vt supra dictum est. *Def.*1043.1045.

1075 Posse naturaliter esse simul in eodem subiecto duas lationes ad terminos diuersos tẽdentes: si accidat terminos illos simul esse. Nihil enim impedit. vt cum sol motu proprio ab occidente ad orientem progreditur per signa Zodiaci; & interim in contrariam partem rapitur motu primi mobilis ab oriente ad occidentem. semper enim termini vtriusque motus sunt simul, nempè, & locus, quem sol acquirit suo motu respectu signorum Zodiaci; & locus, quem motu primi mobilis acquirit respectu orientis, & occidentis. *Sup. def.*1064.

1076 Esse in grauibus, ac leuibus principia intrinseca motus sursum, atque deorsum, grauitatem, ac leuitatem. Experimur enim grauia, remissa grauitate, ascendere; leuia, concepta grauitate, descendere. *Arist.* 8. *Phys. t.*32. & 1. *Cęl. t.*25. & 4. *Phys. t.*85.

1077 Principale agens, cui grauium, leuiumque motus tribuitur, esse Generans. quatenus generans, in grauium, leuiumque productione, vt perfectè producat, debet eis instrumenta tribuere ad se conseruandum. non conseruantur autem extra sua loca. debet ergo instrumenta

tri-

tribuere, vt ad sua se loca possint recipere, si quando extra illa esse contigerit. *Arist.8.Phys. c.4.t.33. S.Th.1.p.q.18.a.1.*

1078 Grauium, leuiũq; motum, ab extrinseco propellente iuuari. Nam saxo descẽdente, sciissus aer, dum ad vacuũ replendũ accurrit, non potest nõ saxũ propellere aliquo modo. *Arist.3.Cæl.68.*

1079 Grauia, leuiaq;, quò ad terminũ suũ magis appropinquant, eò celerius moueri. An quia maior est copia medij corporis moti, ac ppellẽtis? An quia diuturniore motu maior impetus imprimitur in mobili graui, leuiq;? *Arist.8.Phy.t.76.*

1080 Proiecta, seu quæ vi feruntur, habere sui motus principium, externum agens, quod ea propellit. Nisi enim externum agens sit, non accidit proiectorum motus. *Arist.8.Phys.t.68.*

1081 Esse in proiectis qualitatem ab externo propellente impressam, quam impetum vocant. Non enim fieri potest actio in distans. fit autem in proiecto motus, etiam cum longe discesserit à proijciente. principium autem illius motus non potest esse grauitas, vel leuitas proiecti: quia motum illũ cõtrarium his qualitatibus ponimus ac violentum. nec potest totale principiũ esse aer pellens: quia is nõ potest neque tã directè, neque tã validè propellere, vt cernimus propelli proiecta. restat igitur vt qualitas aliqua sit, quæ à proijciente pellendo generetur; quæque eo pellat, quò mobile à proijciente dirigitur. *Exper.*

1082 Proiectorum motum paullò post principium esse velociorem. An quia proiecti resistentia pergit magis vinci ab impetu impresso? An quia non solum impetus, vt in principio; sed paullò post etiam aer motus propellit? *Exper.*

1083

1083 Desinere proiectorum motum, desinente impetu impresso. impetum autem à resistente grauitate, leuitateue successiuè corrũpi. *Exper.*

1084 *m* Grauia, leuiaq; quiescere per aliquã morulam in reflexionis termino, in quo violẽtus motus cessat, incipitq; naturalis motus reflexus. Definit enim motus violentus, cum impetus impressus, qui paulatim deperditur, eò deuenerit, vt proiecti resistentiam superare non possit. nec tamen immediatè post eam motus cõtrarij destitionem, potest proiectum, oppositũ motum reflexionis incipere sibi connaturalem; donec & remanentis impetus resistentiam superet, & medij, per quod fit motus. à proportione enim minoris æqualitatis non fit actio. est autem minor actiuitas proiecti, quam sit resistentia & impetus, & medij. Expectabit igitur ante quam descendat, donec tantum ex impetu minuatur, quantum necessum fuerit vt proiectum habeat proportionem maioris æqualitatis ad resistentiam & impetus, & medij. *Arist.*8.*Phys.*t.65.66.67.

m *Conimb.* 8. *Phys.*c.8. q.1.

1085 Non videri cœlestium orbium motum per qualitatem vllam impetus, ab intelligentia mouente impressam, fieri. Nam neque opus est impetu ad mouẽdum cœlos, qui nullam habent ad circularem motum resistentiam: neque intelligentiæ, cuius virtus motrix immediata est cœlo, instrumento alio indiget, vt moueat quod non distat ab ipsa. *ex Defin. præced.*

1086 Dextrũ in vnoquoque dici, vnde principium est eius, qui secundum locum fit, motus. *Arist.* 2.*Cæl.*t.15.

1087 Locali motu corpora caleñeri. An quia Impetus qualitas ad ꝓducẽdũ calorẽ vim habet?

Exper. 1088

1088 Omni motu(de naturali, ac sensibili loquor) lationem priorem esse. Nam ipsa & tempore præcedit alios motus; quatenus motus non est sine agente; agens autem debet esse indistãs à passo; fit autem indistans latione. & excellit nobilitate, tum quatenus entium perfectissimorum est, vt animalium, cum latio in inanimis non insit ab intrinseco. tum quatenus minimè motũ inducit mutationem in eo, quod mouetur. *Arist. 8. Phys. à t. 54. ad 61.*

1089 Circularem lationem ceteris lationibus nobiliorem esse. est enim tota continua neque principium, neque finem habens. estque motus cum quiete, quia sphæra semper occupat locum eundem, estque maxime regularis, ac proinde mẽsura cęterorum motuũ. *Arist. 8. Phys. t. 76.*

De Duratione.

1090 MOtus localis, omnisque successiuæ mutationis proprietatem quandã esse Tempus. *Soar. in Met. d. 50.*

1091 Esse Tempus durationem continuam, successiuam. *Soar. supra.*

1092 Durationem dici permanentiam rei, vel actionis. Non enim dicuntur propriè durare ea, quorum existentia est instantanea. *Soar. supra.*

1093 Videri Durationẽ nihil aliud esse, præter ipsam rei existentiam, quatenus ante quodlibet instans, in quo durare dicitur, præexistit. Hoc enim est permanere in esse. neque aliud addere, necessarium. *Ex defin. super.*

1094 Durationum genera esse omnino quatuor; Æternitatem, Æuum, Tempus, Instans permanens. *Deff. seq.*

De

De Aeternitate.

1095 AEternitatem esse durationem totam simul, quæ nec principium, nec finē habet, nec habere potest. Qualis est in solo Deo. *Par. 1. d. 1. n. 8. S. Th. 1. p. q. 10. a. 5.*

De Aeuo.

1096 Æuum esse durationem totam simul, quæ ex natura sua principium habet, finē autē naturaliter habere nō potest. Æuum habēt Angeli, omneq; ens permanens, cuius cōseruatio pendet à solo Deo. *S. Th. 1. p. q. 10. a. 4. 5. & quodl. 10. a. 4.*

De Instanti.

1097 INstans dici ipsum Nunc, seu Indiuisibile durationis, quod neque per intellectū diuidi potest. seu, Præteriti, ac futuri terminum; in quo nihil est neque præteriti, neque futuri. *Arist. 4. Phys. t. 104. 107. 121. & l. 6. t. 24.*

1098 Instans permanens esse, durationem totam simul, defectibilem ab intrinseco. Eam durationem habere solent actus intellectus, & voluntatis: cum eorum productio est tota simul secundum intensionem, & non statim desinunt. *Dur. in 2. d. 2. q. 6.*

1099 Instantia temporis discreti dici instantia permanentia; quatenus vnum alteri succedit, & quasi tempus quoddam componunt. vt cum vnus actus intellectus succedit alteri. *Dur. supra.*

De

De Tempore.

1100 TEmpus esse existentiam habentē partes: quatenus earum singulæ connotant immediatè ante sui præexistentiam secundum alias partes. Talem durationem habet localis motus. *Arist. 4. Phys. t. 97. & seq.*

1101 Actiuam, passiuamq; mensurā Tempus esse posse. Possumus enim vnum tempus accipere ad alterius temporis quantitatem, seu durationem dignoscendam: vt Horam, quæ est vigesima quarta pars motus primi mobilis, ad mensurandum durationem actionum nostrarum. Ita tempus, quod mensuratur, mensura passiua est: actiua autem tempus, quo mēsuramus. *Arist. 4. Phys. t. 131.*

1102 Durationem vllam tempore mensurari propriè non posse, nisi tēpus ipsum: secundū autē analogiā aliquam, posse. Mensura. n. homogenea debet esse, eiusdemq; rationis cū mēsurato. quæ tamen proportionē aliquam habent, possunt vnū alterum secundum illam proportionem mensurare. Ita durationes indiuisibiles, vt intellectionē, ad modum entis successiui concipimus, & eas per motum cæli mensuramus. *Arist. 4. Phys. t. 133.*

1103 Motum cæli primā mensuram durationum esse respectu nostri. Mēsura enim debet esse maximè nota. Nulla autem duratio nobis magis nota, quàm motus cæli. *Arist. 8. Phys. t. 76.*

1104 Esse in tēpore dici id, cuius esse à tēpore mensuratur. Sunt autē in tēpore quęcunque tēpore minora sunt, quatenus possunt à tēpore mensurari; ea proinde finita sunt: vt quæ sunt in loco, minora sunt loco. *Arist. 4. Phys. t. 115. 117. 120.*

DI-

DISTINCTIO TERTIA.

DE PRIMIS CORPORVM naturalium generibus.

siue

De Mundo, Cælo, Elementis, Mixtis inanimis.

1 Onsideratis ijs, quæ corporatis omnibus cómunia sunt, nempe corporatorum principijs, quãtitate, motu: nũc ad singula corporata perspicienda veniamus, Quorum vniuersitas aptè disposita, connexaque, Mundus appellatur. Mundi præcipuæ partes, quæ sedes, & loca sunt cæterorum, quæ sunt in Mundo, sunt Cælum, & Elementa. *Mundus.*

2 Cælum supremum Mundi corpus est, vt cernimus: quod in orbem fertur, & motu, influxuque suo, mouet, agitque *Cælum.*

in corpora, quæ Mundus complectitur. Cæli partes quædã denſiores, ſunt aſtra. quæ, quia lucent, motus nobis indicant, & ſpatia cælorum.

Elemẽta. Elementa, corpora ſunt corruptioni 3 obnoxia, ignis, aer, aqua, terra. ea totum ſpatium implent infra cælum. ſuntque prima corpora, ex quibus alia corpora generantur. eis qualitates primæ conueniunt, calor, frigus, humor, ſiccitas. quibus qualitatibus & conſentiunt, & pugnant inter ſeſe; ad ſui conſeruationem, ad corporum generationem. Habet & ſuam elementum quodque vel grauitatem, vel leuitatem: vt ad ſuum quodque locum ſuo motu feratur, ſi quando extra illum eſſe contigerit.

Mixta. Exiſtunt ex elementis ea corpora, 4 quæ Mixta dicuntur, quod non duarum tantum qualitatum primarum, ſed omnium illarum coniunctione, ac permixtione generantur. Ex Mixtis autem corporibus, alia perfecta mixta cenſentur, alia imperfecta.

Meteora. Imperfectè mixta ſunt, quæ licet alia 5 corpora appareant eſſe, quam elementa, ex quibus gignuntur: verè tamen ipſa elementa ſunt ſecundum ſubſtantiam, nec formam aliam adhuc habent, præter elementarem. Vt exhalatio, ac vapor

mixta

mixta imperfecta sunt: quia secundum substantiam alterum terra est, alterum aqua. quamquam secundum accidentia, diuersi generis corpora videri possunt. Quoniam exhalatio, quæ terra est, calida est, & leuis, & rara: qualis non est terra. Vapor, aqua quidem ipse est, ex qua ortum habuit; statim enim in aquam redit, cum se in priorem densitatem, frigusque reducit: sed tamen aqua non apparet esse, iam calidus effectus; & rarior, leuiorque, quàm aqua. Inter imperfectè mixta numeratur quicquid est putre: siue quia non aliam formam habet, præter elementarem: siue quia, licet propriam formam habeat, ea nimis est imperfecta. Ob eam causam inter imperfectè mixta numerantur Mineralia. quia, licet propriam habeant formam, vt aurum, argentum, ferrum: minimæ tamen perfectionis est forma illa inter formas perfectè mixtorum; qualia sunt plantæ, animalia, homo. Imperfectè mixtorum plurima generantur in sublimi, vt Cometæ, nix, grando, pluuia, nubes, Iris: ob idque Meteora nominantur, id est, sublimia. Ab his nomen accepere cætera Mixta imperfectè; vt ipsa quoque Meteororum nomine appellarentur.

6 Quam porrò necessaria est Meteororum do-

doctrina ad scripturarum sanctarum intelligentiam? quarum plurimæ partes Meteoris plenæ sunt. plenum Iobi caput trigesimum septimum; plenum trigesimum octauum, plenum Ecclesiastici caput quadragesimum tertium; pleni loci alij. Quam autem vtilis eadem doctrina ad metaphorarum, & similitudinum vim penitus inspiciendam? quas sæpissimè scripturæ sacræ ex Meteoris æquè, ac ex reliquis physicis vsurpant. Quantus vsus eius esse potest ad sensus mysticos eruendos? *a* hi enim illustriores euadunt, si ex ipsis rerum physicarum naturis, ac proprietatibus petantur; vt Paradigmate in fine nostræ Introductionis ostendemus. In physicis autem ad mysticorum sensuum vbertatem, secundum locum obtinent Meteora: quia præstantiora sunt, & plures proprietates habent, quàm corpora simplicia: suntq; proinde ad præclariores, pluresque significationes mysticas aptiora.

a *Par.* 3. *Dist.* 3. *n.* 37. 38.

DE-

DEFINITIONES.

De Mundo.

1105

Vndum dici, vniuersitatem entium existentium, habétium inter se ordinem, ac proportionem. *Dist.3.n.1.*

1106 *b* Mundum archetypum dici, vniuersitatem omnium creaturarum; quatenus est in Deo, vt in primo principio, & secundum esse Ideale, cognitionemque possibilium. *Par.1.d.1.n.14. S.Th. 1.p.q.14.a.16.& q.15.& q.91.a.1.*

b *Conimbr. 1. Cæl. q.1. a.2.*

1107 Mundum intentionalem dici, vniuersitatem rerum à Deo productarum; quatenus est in Angelis secundum esse intentionale. Habet enim intellectus angelicus species, & cognitionem rerum omnium à Deo productarum. *Par.1. d.2.n.26.*

1108 Paruum mundum appellari Hominem: quatenus summa quædam est creaturarum, includens gradus rerum omnium, è corpore cõstans, & spiritu. *S.Th.1.p.q.91.a.1.& q.96.a.2.& 1.2. q.17.a.8.ad 2.*

1109 Perfectum esse Mundum secundum molem. Perfectionem enim indicat pulchritudo, atque duratio. Mundus autem & pulcherrimus cernitur; & secundum præcipuas partes, cum magna permutatione, perseuerans. *S.Th.*

1.p.q.47.& seq. Conimbr.1.Cœl.q.1.a.4.

1110 Esse Mundum secundum partes, quas habet, omnibus numeris absolutum. Habet enim omne rerũ genus, tum spirituatium, vt Angelos; tum corporatarum, vt cælos; tum ex vtroque genere cõpositarum, vt Homines. Habet entia per se existentia, substantias; habet alteri adiacentia, accidentia. Habet ad gignendum, nunquam deficientem materiam, elementa. Habet in ijs, quæ gignuntur, varietatem admirabilem, multitudinemque tantam; quantam & vniuersitatis commodo, & ad indagandum, contemplandumque molitorem, qui est finis optimus, sit latis. *S.Th. 1.p.q.47.& seq. Conimbr. supra, & a.6.*

1111 Esse Mundum etiam in ipsa rerum corruptione perfectum. Nam vniuscuiusque corporis corruptio, est alterius corporis generatio. succedua autem corporum multiplicatio, nouã semper aliquã perfectionem importat. *S.Th.& Conimbr. supra. S.Aug. l. de nat. boni c.8.& l. con. epist. Manich. c.41. & l.2: de lib. arbit c.9. & in Enchir. c.11 & l.1. de ord c.7. S.Th.; con. g. c.71.*

1112 Naturalem inter Mundi partes ordinem esse, eumq; admirabilẽ. Ordo enim est collectio entium, rationem inter se habentium prioris, ac posterioris. Est autem in partibus Mundi ratio prioris, ac posterioris tum secundum Situm: petunt enim elementa esse sub cælo, terra sub reliquis elementis. tum secundum naturæ nobilitatem: elementa enim ignobiliora sunt cælo, terra reliquis elementis, animatis inanima, animalibus plantæ. tum secundum propensionem: inclinant enim cautæ ad productionem effectorum, & singula ad bonum tum proprium, tum commune.

tum

tum secundum dependentiam: pendent enim, ac posteriora sunt effecta causis suis. *Conimbr. & S. Thom. supra.*

1113 Ita inter sese aptas esse Mundi partes, atque cõnexas: vt Vacui nihil intercedat. Vacuũ autem intercedere non posse, mille docent experientiæ. Vacuum ne detur ascendunt grauia, vt aqua; descendunt leuia, vt aer. An quia nullum est spatiũ, præter reale, vt infra dicetur? An quia non debetur existentia ei, quod nõ potest operari: operari autẽ in vacuo nulla potest creatura? ideo quæque creatura vacuum refugit. An quia, si vacuum interponeretur, vniuersitatis pulchritudo perturbaretur? An quia nunquam actio fit in distans? debet igitur omne passum agenti coniungi, vt recipere possit actionem. *Conimbr. 4. Phys. q. 1.*

1114 *c* Præter hunc Mundum, alios esse perfectiores posse. Dei enim potentia est infinita, *S. Th. 1. p. q. 25. a. 6. & 2. con. gent. c. 26.*

c Conimbr. 3. Phys. c. 8. q. 3. a. 2.

1115 Mundum hunc per se, ac secundum ordinem, quam habet, non posse perfectiorem esse, quàm est. Corrumpitur enim ordinis proportio, si quid addatur. vt melos cytharæ corrumpitur, si vel vna chorda plus debito intendatur. *S. Th. 1. p. q. 25. a. 6 ad 3.*

1116 Vnum simpliciter Mundum dici debere, quamcũque rerum multitudinem Deus crearet, est enim Mundus aggregatio multorum indistantium, ordinemque habentium inter se. Quicquid autem producitur, non potest non esse indistans ab alio ente producto, & ordinem ad illud non habere. Non enim est spatium vllum, præter reale, vt infra dicetur. quæcunque ergo

producuntur, in eodem spatio totali sunt. Ordinem autem habet quidquid producitur cũ quocunque producto, & vnitatem aliquam. effecta enim sunt, & similitudinem habentia cum sua causa, quæcunque producuntur. causa autẽ producens, nempe Dei potentia, est simpliciſſima, & maximè vna. ergo, vt eam vnitatem repræsentẽt, debent Dei effecta vnitatem aliquam inter se habere, & rationem aliquam partium inter se. *S. Tb. 1. p. q. 47. a. 3.*

1117 Non esse spatium vllum extra reale. Non enim est necessarium. & eo negato, melius intelligitur perfectio immensitatis in Deo. *Dist. 2. n. 23. Arist. 1. Cœl. t. 100.*

1118 Mundi moderatorem summum vnum esse. Moderari enim, & gubernare maximè propriè dicitur is, qui aliquid & producit, & conseruat, & mouet. vnus autem est, Deus, primum principium, à quo & sunt, & conseruantur, & mouentur omnia. *Par. 1. d. 1. n. 2, 31, 32, 33, 34. Arist. 12. Met.*

1119 Mundi principium aliquando fuisse. Non enim potuit Mundus ab æterno esse. tum quia Mundus, vt est, successiuum motum habet. nullum autem successiuum potest æternum esse. Tum quia enti creato non est connaturalis æternitas. *Dist. 2. n. 21.*

1120 Probabile Deum principio creasse simul & Angelos omnes, & corpora tum cœlestia, tum elementorum. id est, quidquid per solã creationem est, nec eius generatio, saltem secundum totum, tribui causis secundis potest. Congruum enim erat diuinæ potentiæ ita simul omnia producere: neque alio modo fuisse, necessa-

rium.

rium. *S.Th.* 1 *p.q.* 66. *a.* 1. *& q.* 61. *a.* 4.

1121 Sex diebus ornasse Mundum Deum, & produxisse quæcunque deinde causis secundis agentibus erant efficienda. Congruum enim erat ea dierum in illis producendis successione, illorum in mundo futuram successionem ostendere; & successiuum causarum secundarum in disponendo, mouendoque agendi modum indicare. *Gen.* 1. *& 2.*

1122 Mundi præcipuum finem, diuinæ bonitatis manifestationem esse. *Par.* 1. *d.* 1. *n.* 37.

1123 Simpliciora corpora, ex quibus Mundi corpus constat, quæque loca sunt, & sedes cęterorum; esse cœlũ, & elementa. *Arist.* 1. *Cæl. à t.* 5.

De Cælo.

1124 Cœlum corpus esse, An ex materia, formaque compositum: vt sit reliquis corporibus non absimile? An simplex secundum substantiam: cum nec generabile sit, nec corruptibile; ad quæ opus materia? *Arist.* 8. *Met. t.* 12.

1125 Esse cœlum corpus elementis præstantius. Habet enim motum circularem; qui præstantissimus motus est, vt supra dictum est. *Arist.* 1. *Cæl. à t.* 5.

1126 Non esse cœlum animatum. Nullum. n. ex cæli siue accidentibus, siue effectis, signum sufficiens est ad vllam in cælo animam indicandam, siue vegetatiuam, siue sensitiuam, siue rationalem. *Dam. l.* 2. *Orthod. Fid. c.* 9 *S.Th.* 1. *p. q.* 70. *a.* 3.

1127 Non esse cœlum corpus mixtum, nempe

pe cuius materia sint elementa. Omne enim corpus mixtum est corruptioni obnoxium: cœlum autem est incorruptibile. Præterea cœlum simplicem motum habet, nempe circulare: simplex igitur corpus est. *Arist. 1. Cæl. t. 8.*

1128 Neque graue cælum esse, neque leue. Neque enim deorsum fertur, vt grauia; neque sursum, vt leuia. *Arist. 1. Cæl. t. 18.*

d *Soar. 3. p. tom. 2. d. 58. sect. 2.*

1129 *d* Incorruptibile videri Cœlum esse. Nam & id consentaneum est conseruationi corporum inferiorum; & ad pulchritudinem pertinet, ac perfectionem vniuersi: & neque experientia, neque ratio contrarium suadet. *Arist. 1. Cæl. t. 20. et 2. Cæl. c. 1. & l. de Mundo ad Alex. Dion. 4 de Diu. Nom. S. Th. 1. p. q. 66. a. 2.*

1130 Si quæ in cœlo corruptionis vnquam signa contigere, vt noua sydera, quæ deinde disparuere: putandum aliqua sydera per suos epicyclos iuxta partes cæli opacas ita moueri, vt cum ad eam epicycli partem peruenerint, quibus non opponitur cælum opacum, appareant nobis, donec iterum in partes epicycli redierint opacatas: ea vero rarò apparere, quòd eorum per epicyclum motus tardissimus sit. Posse etiam miraculosas aliquando esse apparentias illas. *Coniect.*

1131 Finitam esse cœli mobilis molem; ipso circulari motu indicari; qui finitus est, vt experimur ex astrorum motu. *Arist. 1. Cæl. t. 35.*

1132 Ex pluribus globis compositum Cœlū esse. Hoc enim motuum varietas indicat, quæ in cœlo cernitur. Mouentur omnes stellæ motu diurno ab oriente ad occidentem; & rursum eodem, saltem eæ, quæ planetæ dicuntur, opposito

cien-

cientur motu ab occidẽte in orientem, temporũ interuallo multò diuturniore. *Clauius in Sphær.*

1133 e Videri solidum esse quemque cœlorum globum; tynderaque affixa suis globis esse, mouerique secundum motum suorum globorũ. Hoc enim magis, quam fluidum cælum esse, indicant certæ periodi lationum, quibus feruntur planetæ; & distantia, quæ semper eadem cernitur inter eas stellas, quas ob id fixas appellant. *Arist. 2. Cæl. t. 48.* e *Conimbr. 2. Cæl. c. 8. q. 1.*

1134 Sphæricam figuram in cœlis esse. Indicant eam figuram stellæ fixæ, quæ circa terram aguntur eadem semper à terra distantia. & vero simpliciſſimo corpori, quale cœlum est; figura simpliciſſima debetur, qualis est sphærica. & loco cætera corpora continenti, figura sphærica congruit; f quæ omnium figurarum maximè capax est, & ad continendum maximè commoda. & corpori ad Dei cognitionem maximè inducenti, figura conuenit rationem primi Principij maximè repræsentans; quod initio caret, & fine, quasi sphæricum quoddam. *Io. de Sacr. bosco c. 1. Sphær. Arist. 2. Cæl. à t. 22. & t. 51. Ptolem. Math. constr. l. 1. c. 2.* f *Clau. in Sphær. c. 1.*

1135 Videri figuram sphæricam stellas omnes habere. Luna enim sphærica est: quia circulariter recipit lumen à sole. Cur autem non eadem sit aliarum stellarum ratio? præsertim quod omnes stellæ rotundæ apparent. *Clauius in Sphær. c. 1. Arist. 2. Cæl. t. 48. 59.*

1136 Esse inter se contiguos cælorũ globos. Nam neque vacui quicquam inter corpora esse potest, vt supra dictum est: & contiguitatem indicat motus diurnus, quo inferiores orbes secũ-

dum

dum primi mobilis motum rapiuntur. *Clauius in Sphær.*

1137 Superiorem quemque cælorum globũ inferioris globi locũ esse. Complectitur enim, continetque superficies globi superioris inferioris globi superficiem. *Arist. 4. Phys. t. 45.*

g *Scotus, Bonauēt. Durand. Capr. & alij apud Conimbric. 8. Phys. c. 10. q. 2. a. 1.*

1138 *g* Superficiem extimam supremi cæli nullo, neque inani, loco contineri. Cœlum enim vocamus quicquid illud est, quod sua extensione mundum ambit. supra autem supremum corpus spatium nullum est, vt dictum est supra. *Dist. 2. n. 23. Arist. 4. Phys. t. 45. 46.*

1139 Imaginaria esse spatia extra Mundum in infinitum protensa secundum nostram imaginationem: quatenus fundamentum habemus, vt ea imaginemur, immensitatem Dei; in qua ita se habet hic Mundus, vt extra illum in eadem sua immensitate (quæ tamen est inextensa, vt ipse Deus) creare Deus, ac locare multò maiora corpora possit in infinitum. *Dist. 2. n. 23. Aug. 11. Ciu. c. 5. Dion. de Diu. Nom. c. 1.*

1140 Circularem esse motum cœli. Indicãt sydera, quæ quotidie nobis oriuntur, & occidũt. quæ latione perpetua ab ortu ad occasum ferũtur, redeuntque ab occasu ad ortum, eandem semper à terra distantiam seruantes. & vero sphæricæ figuræ circularis conuenit motus. *Arist. 1. Cæl. c. 2. S. Th. 3. con. gen. c. 23.*

h *Conimbr. 2. Cæl. c. 5. q. 4. & c. 8. q. 1. a. 2.*

1141 *h* Non vnum tantum in cælo motum esse. Motum enim proprium habet planeta quisque: vt experimur. *Arist. 2. Cæl. t. 60. Ptolem. Math. constr. l. 1. c. 7.*

i *Soar. in Met. d. 18.*

1142 *i* Videri motus localis principium cœlo extrinsecam esse. Corpora enim inanima,

cum

cum sunt in loco proprio, non mouentur, nisi ab alio propellantur. Cœlum autem non est animatum, vt supra dictum est: estque in loco proprio. *Arist.*12.*Met.* *sect.*7. & *d.* 35. *sect.*1. *Conimbr.*2. *Cæl.c.*5.*q.*5.

1143 k Videri Lationis principium in cœlo intelligentias esse. Motorem enim mente præditum indicat tantus, tamque constans, & perpetuus plurimorum motuum in cælo concētus. Motores autem mente præditi, qui mouere possint cælum, non apparent alij, præter Deum, & Intelligentias. Motum autem nullum se solo facit Deus, qui fieri simul possit à causis secundis. *Arist.*12.*Met.*& 8.*Phys.t.*52.*S.Th.*3.*con.gē.c.*23. k *Conimbr. sup.q* 6.

1144 Videri causam finalem lationis in cælo, ac syderibus, esse rerum generationem. An vt influentiæ, præsertim Solis, agant magis temperate? experimur enim carnes non assari, & concoqui, sed aduri, si immotæ ignis calorem recipiant: & solem à currentibus minus sentiri. rerū autem generatio moderatum calorem requirit. An vt non vno solum in loco agant: vt generationes in toto elementari orbe fiant? *S.Th. in Add.q.*91.*a.*1.& 2.

1145 Esse raritatem, ac densitatem in cœlo. Cur enim aliquæ cœli partes solis lucem reflectunt, ac lucidiores apparent, vt stellæ; aliquæ non ita, vt reliquum cælum, vt maculæ, quæ cernuntur in luna? nempè quia illæ densiores sunt, hæ rariores. *Clau.in Sphær.*

1146 Esse partim diaphanos, partim opacos cœlos. Cur enim sydera nobis apparent, & solis lux peruadit ad sydera: nisi quatenus diaphanum cœlum est? Cur interposita inter solem, & nostrum aspectum luna, sol à nobis non cernitur, neque

neque fulget nobis luna: niſi quia opacum eſt corpus lunæ? *Exper.*

1147 Cœlos motu ſonum non edere. Nec enim cœlorum ſonum audimus: nec medius eſt inter cœlos aer, cuius colliſione ſonus editur: nec, ſi aer intercederet, maxima cælorum leuitas apta ſonis edendis eſſet. *Ariſt. 2. Cæl. c. 9. à 1. 52. Baſil. Hom. 1. exam.*

1148 Cœlos concentum edere; non ſonorũ, ſed analogicum. quaſi enim concentus muſicus ſe habet cœlorum nexus, ordo, proportio. *Hieron. Iob 38.*

1149 A Cœlo influentias eſſe varijs generis in hæc inferiora, vt experimur. An per qualitates cœlis inſitas, diuerſi generis, ignotas nobis? An per lucẽ diuerſi generis, cuique ſyderi propriam; quæque ſolis lumine adiuta, & coniunctione cum aliorum ſyderum luce & magis agit, & modo diuerſo? *Exper.*

1150 *1 Conimbr. 2. Cæl. c. 3. q. 3.* Cœlorum influentijs corpora ſublunaria, & terram ipſam peruadi; vt mille docent experientiæ. Quæ autem immediatè attingunt effecta, An eædem qualitates ſunt, quæ ſunt in ſyderibus? An aliæ, quas ſyderum qualitates gignunt? *Ariſt. 1. Meteor. c. 2.*

1151 Stellarum alias fixas appellari, alias planetas, errantesque. quod illæ ſupra planetas, eodem in cælo, eodem latæ motu, eandem ſemper inter ſe diſtantiam ſeruant: planetarum vero quiſque ſuum motum habet & à fixis ſtellis, & ab alijs planetis diſtinctum. *Vid. Clau. in Sphær.*

1152 Stellarum fixarum globum Aſtrologos Firmamentum appellaſſe. An quia fixas ſtellas habet, quaſi firmiter hærentes? *Clauius in Sphær.*

1153

1153 Theologorum dogma esse, Supra cœlos, qui motu cientur, esse aliud cœlum immobile; quod Empyreum appellant; Angelorum sedem, & eorum, qui æterna felicitate fruuntur. Par enim est esse locum supremum, & immobilem ijs, qui nobilissima entia sunt, ob quos sunt ceteræ creaturæ; quique secundum vltimam felicemque perfectionem sunt immutabiles. *S.Th. in Add.q.69 a.1.2.3.*

1154 Empyrei cœli molem valde magnam esse, ac videri maiorem, quam esset omnis Angelorum multitudo occupatura, si quilibet Angelus in sua se sphæra locaret extra cuiusque Angeli sphæram. Par enim est magnam valdè beatorum sedem esse, incolarum virtuti motrici proportione respondentem. virtuti autem motrici debet spatium respondere, siue corpora, quæ simul mouere possit, si oportuerit. *Congruè.*

De Elementis.

1155 Elementum esse corpus simplex, in quod alia corpora resoluuntur. *Arist.3.Cæl.t.31.*

1156 Esse quodlibet elementum ex materia, formaque compositum. Ex elementis enim & elementa, & mixta generantur: ad generationẽ autem subiectum, id est, materia requiritur. Materia autem nunquam est sine forma. Habẽt igitur elementa & formã suam. *Disp.2.n.4.5.6.*

1157 Singulorum elementorum formas diuersas esse. Combinationem enim qualitatum singula diuersam habent. quam sibi reficiunt, remota contraria, cum ab ea deficere contigerit. *Arist.3.Cæl.t.5.*

1158 Elementa numero quatuor esse, Terrā, Aquam, Aerem, Ignem. Hæc enim deprehendimus esse in vniuerso corpora omnium simplicissima, ex quibus alia corpora componuntur. ea autem & qualitates habent, & motus diuersos. *Arist. 1. Meteor. c. 2. & 3. Cæl. t. 51.*

m *Conimb. 1. Phys. c. 4. q. 1. a. 4.*

1159 *m* Terminum magnitudinis in elementis non esse, neque ad generationem, neque ad conseruationem ipsorum. Nihil enim impedit elementa quantumuis magna generari, & sub quauis magnitudine conseruari. *Arist. 2. de An. t. 41. S. Th. ibid.*

1160 Videri terminum paruitatis esse in elementorum productione. Non enim potest corpus vllum produci, nisi sub ea quantitate, cum qua possit agere: non videntur autem posse corpora agere cum quacunque minore quantitate. *S. Th. 1 p. q. 7. a. 3.*

1161 Videri terminum paruitatis esse in elementorum conseruatione: vt sub minore termino elementum aut in aliud elementum mutetur, si elementum aliud sit, quod sub minore termino esse possit; aut corrumpi nullo modo possit, quia sequi alterius corporis generatio non potest. *ex S. Th. supra.*

1162 Elementa eò esse rariora (fortasse decuplò) quò sunt alijs elementis superiora. Multò enim rarior aqua, quā terra; aer, quam aqua; ignis, quam aer. *Arist. 1. Meteor. c. 3.*

n *Conimbr. 2. Cæl. c. 8. q. 1. Claui. in Sphær. c. 1.*

1163 *n* Elementorum figuram sphæricā esse. Nam terræ, ac aquæ partes, cum graues sint, nituntur vndique omnes in centrum tendere: ita necessarium est figuram sphæricam circa centrū efficere. Ignis autem, cum sit elementorum le-

uissimus, nititur vndique sub cœlo esse: quare concauæ cœli figuræ conformatur, quæ sphærica est. Aerem autem igni, terræque sphæricis interpositum, necessarium est & ipsum sphæricum esse. *o* Terram autem,& aquam sphæricas esse suadet etiam experientia. Stellæ enim non æqualiter omnibus vbique terræ,marisque locis oriuntur,& occidunt;sed eò citius,quò orientaliora sunt loca:nempe ob tumorẽ terræ,ac aquę; & ob eundem tumorem pergentibus à Septentrione in Austrum,aut contra,incipiunt occidere stellę,quæ illis apparebant versus Septentrionem,aut Austrum; eisdemq; continuè pro ratione itineris, poli magis, magisque aut eleuantur, aut deprimuntur. *Ptolæm. Dict. 1.c.4. Io. Regiom. l.1.con.2. Alphagran.def.3. Archim.l.1.de ijs,quæ vehuntur in aqua. Arist.2.Cæl.t.30.& à t.104.*

o *Io.de Sac. bosc. sphær. c.1.*

1164 *p* Ex elementis supremũ ignem, terram infimam esse: aquæ proprium,esse super terram; occupare autem aerem spatium inter aquam, & ignem. Hæc enim loca postulant elementa pro sua quæque grauitate, ac leuitate. *Arist.1.Meteor c.3.& 4.Phys.t.46. & 4.Cæl.à t.22.*

p *Conimbr. 2. Cæl. c.8. q.3.& 4.& 3. Cæl. c.5. q.1. a.2.& 3.et 3.Phys. c.5.q.3.*

1165 Molitoris opera prouisum esse,ne aqua totam terræ superficiem occupet; ad hominis,& bestiarum commodum,ac plantarum. *Genes.1.9.*

1166 Elementorum proprias esse qualitates primas in summo. Par enim est vt prima corpora,ex quibus alia corpora gignuntur; qualitates primas habeant,ex quibus aliæ promanant qualitates. Par est,vt quia primæ qualitates in summo esse possunt,in primis corporibus sint in summo. *Congruen.*

q *Conimbr. 2.de Gen. c. 3.q.1.et 2.*

1167 *q* Qualitates primas numero quatuor

esse: Calorem, frigus, humorem, siccitatem. His enim solis qualitatibus rationes omnes conueniunt, quæ suadent qualitatem aliquam esse primam inter corporeas qualitates. *Arist. 2. de Gen. t. 15. Hippoc. l. de Hom. natura.*

1168 Omnes primas qualitates actiuas esse. quatenus vnaquæque primarum qualitatū qualitatem eiusdem generis potest producere: vt experimur. *Exper.*

1169 Duas primas qualitates actiuas esse, Calorem, ac Frigus. quatenus vim habent vniendi, & segregandi, ac reddendi subiectum facile, vel difficile terminabile. *Arist. 2. Gen. t. 8. & 4. Meteor. c. 1. 4. 5.*

1170 Duas primas qualitates passiuas esse, Humorem, ac Siccitatem. Quatenus ipsis contingit illud pati, vt facilè, vel difficilè terminentur. Contingit enim lapidi difficile alienam figuram recipere, ob siccitatem: contra vero facilis est cera ad quamcunque figuram recipiendam ob humorem. *Arist. 2. de Gen. t. 8. & 9. & 4. Meteor. c. 1. 4.*

1171 Videri eiusdem rationis esse quemcunque calorem, in quocunque subiecto illum esse contingat. Experimur enim à quocunque calore, siue elementari, siue cæleſti, siue vitali, eosdē effectus fieri. *Conimbr. 2. de Gen. c. 3. q. 7.*

1172 Caloris proprium rarefacere, atque laxare. Ob id animalium corpora, quorum meatus hyeme restringuntur; æstate, balneis, hypocaustis dilatantur. *Arist. 2. de par. an. c. 2.*

1173 Homogenea calore congregari. Faciē te enim calore raritatem, remouentur impedimenta à corporibus inter se similibus, & eiusdē

ra-

rationis; quibus remotis hæc in vnum coeũt, siue ob humorem, siue ob sympathiam. Ita ignis separat aurum cum alijs metallis permixtum, & in vnum cogit. *Arist. 2 de Gen. c. 2.*

1174 Frigoris proprium esse condensare. Nam quæ frigore pollent, densa sunt, vt aqua, vt terra. & calida densantur, si frigefiant. *ex Arist. supra.*

1175 Densante frigore, tum homogenea, tum heterogenea, congregari. Nam in glacie, & ijs, quæ frigore concrescunt, multa sæpè cernuntur inclusa generis alieni, vt lapides, ligna, animalia. *Arist. 2. de Gen. c. 2. & 4. Meteor. c. 10.*

1176 Terminabile alieno, non terminabile proprio termino subiectum reddi ab humore. Humida enim, vt aer, vt aqua, vase excepta, prõptè ad eius figuram conformantur. quatenus autem diffluunt, suscipere proprium terminum nõ possunt. *Arist. 2. Gen. t. 9.*

1177 Terminabile proprio, non facilè terminabile alieno termino subiectum reddi à siccitate. Cernimus enim saxa tenaciter suam figuram seruare; difficile alienæ se conformare. Cernimus ignem auersari alienum terminum, ac sursũ pyramidaliter euolare. *ex Arist. supra.*

1178 Duas cuique elemento qualitates primas esse, non contrarias: Igni calorem, & siccitatem; aeri humorem, & calorem; aquæ frigus, & humorem; terræ siccitatem, & frigus. Hanc enim combinationem suadent experientiæ: hãc indicant elementorum loca, & generatio mixtorum. Singula enim elementa alterius elementi loca sunt. debet ergo inter ipsa & esse concordia secundum vnam qualitatem, vt conseruẽtur;

& aliqua discordia secundum alteram qualitatem; vt ex eorum corruptione, mixtorum generatio sequatur. *Arist. 2. de Gen. t. 22, 23, 24. & 4. Cæl. t. 23.*

1179 Ex duabus qualitatibus, quæ in quoque elemento insunt, illam esse cuiusque elementi magis propriam, quæ in quoque elemento magis actiua est. Contingit enim in quoque elemento esse ex quatuor primis qualitatibus vnã, quæ in eo elemento magis actiua est, quam in alio; quatenus alterius qualitatis societate iuuatur ad agendum. vt calor in igne à siccitate iuuatur, quæ calorem acuit: humor maximè terminatiuus est in aere ob calorem, qui rarefacit: frigiditas maximè refrigeratiua est in aqua, quatenus sese ad refrigerandum magis insinuat per humorem: siccitas difficilè terminabile reddit subiectum in terra, quatenus frigus, cum quo coniungitur, subiectũ densat. *Arist. 2. de Gen. t. 23.*

1180 Grauia dici ea elementa, quæ deorsum tendunt; leuia, quæ sursum. *Arist. 1. Cæl. t. 17. & l. 4. t. 6. 26.*

1181 Leuitatem ad positionem caloris consequi, ac raritatis. Cernimus enim ea, quæ calorem concipiunt; si rarefiant, sursum ascendere. vt accidit terræ, & aquæ, cum euaporant. *Arist. 2. de par. an. c. 3. & 4. Phys. t. 85.*

1182 Grauitatem ad positionem frigoris cõsequi, ac densitatis. Cernimus enim ea, quæ frigus concipiunt, si densentur, deorsum descendere. vt accidit vaporibus, cum frigore concepto in media aeris regione, densantur in aquam. *Arist. 4. Phys. t. 85. & 2. de par. an. c. 3.*

1183 Qualitates esse grauitatem, ac leuitatem,

tem, ab elementorum formis distinctas. Contingit enim illas ab elementis separari, vt grauitas à terra, & ab aqua, cum rarefactæ, & calore concepto, ascendunt. Contingit eas non solum in elementis, sed in alijs etiam corporibus reperiri: vt leuitas in oleo, grauitas in auro. *Exper.*

1184 Qualitates esse grauitatem, ac leuitatẽ, à primis elementorum qualitatibus, & à raritate, ac densitate distinctas. Cernimus enim oleũ, quod ob calorem, est aqua leuius, ac rarius; frigefactum, & addensatũ, non descendere. *Exper.*

1185 Figuras interdum impedimento esse ne aliqua grauia deorsum ferantur: quatenus sua figura ita comprehendũt corpora leuiora, quibus supernatant, vt facilè illa diuidere non possint, vt deorsum descendant. Ita experimur in paleis in aerem sublatis. *Arist.*4.*Cæl.*à *t.*42.

1186 Posse è quolibet elemento quodlibet elementum produci. Ad introductionem enim dispositionum cuiusuis formæ propriarum, consequitur introductio formæ. Nihil autem impedit, quò minus in quodlibet elementum cuiuslibet elementi dispositiones introducantur. *Arist.* 2.*de Gen.t.*24. *&* 28. *&* 1.*Meteor.c.*3.

1187 Facilius, ac citius symbola, quam asymbola elementa inter se transmutari; cæteris paribus. Facilius enim est vnum, quàm duo vincere contraria. *Arist.*2.*de Gen.t.*25.

1188 Contingere aliquando duobus elementis inter se pugnantibus, tertium elementum generari. vt agentibus inter se igne, & aqua; si contingat ignem expellere ab aqua omne frigus, & aquam tollere ex igne totam siccitatem: remanentibus in igne, & in aqua duabus qualitatibus

aeris proprijs, calore, & humore; existet aer. *Arist. 2. de Gen. t. 27.*

1189 In tres regiones à Philosophis aerem distribui: in supremam, mediam, & infimam. *Arist. in Meteor.*

1190 Esse supremam aeris regionem calidam valde, tum quia proxima est igni, tum quia maiorem habet motum à cæli motu, à quo in circulum rapitur; vt Cometarum motus indicat, qui in ea regione accenduntur, & in circulum feruntur. *Arist. in Meteor.*

1191 Infimam aeris regionem calidam esse. Solarium enim radiorum è terra reflexio calorem gignit. *Exper.*

1192 Mediam aeris regionem frigidam esse. In ea enim vapores in aquam densantur; nempe quia ipsa calida non est, & forma aquæ, quæ in vaporibus perseuerat, se ad pristinum frigus reducit. eaque causa est, cur ea regio frigida sit; quia frigus accipit ex vaporibus: & cum & ab igne, & à solarium radiorum reflexione sit valde remota, non potest debitum sibi caloris gradum seruare. *Arist. 1. Meteor. c. 3.*

1193 Centrum magnitudinis, & grauitatis in terra, esse centrum Mundi. Experimur enim perpendicula ex quocunque loco demittatur in terram, ea nec in hanc, nec in illã partem flectere, sed æquabiliter terræ superficiei insistere, angulosque æquales cum terræ superficie cõstituere. Perpendicula autem, quippe grauia, in centrum Mundi tendunt. ergo & omnes terræ partes, in quas perpendicula incidunt, tendunt & ipsæ directè in centrum mundi. Idem igitur est cẽtrum terræ, ac mundi. *Clau. in Sphær. c. 1.*

1194

1194 *r* Duo elemẽta Terram, & Aquã, vnum globũ cõstituere. Centrum enim mundi est elementi vtriusque centrũ: vt indicãt perpendicula, quæ tum in terram, tum in aquam incidunt ad angulos æquales, vt paullo ante dictum est. Non ergo duo globi sunt terra, & aqua, sese intersecantes, sed vnus ex vtraque cõpositus. Quod etiã indicat æqualitas tẽporis, quo succesiuè Sol oritur, tam per terrã, quã per aquã in occasum progredientibus, æquali itineris spatio; & quo successiuè polus deprimitur eũtibus à Septẽtrione in Austrũ. *Arist.* 1. *Meteor. c.* 3. *Ptole. Math. cõstr. l.* 1. *c.* 3.

r Clau. in Sphær. c. 1.

1195 *s* Terræ, ac aquæ globũ centrũ esse respectu firmamenti, seu locũ Mundi medium. In centrum n. mundi tẽdũt grauia; grauis autẽ est globus ille. Præterea ex quacũque eius globi regione quis in stellã aliquã supra se positam aspiciat, eã deprehendet semper eiusdẽ quantitatis apparere. est ergo eadẽ ex quacunque terræ parte ad stellas distantia. Idẽ etiam suadetur ex eo, quod vbicunque quis existat, sex ei signa oriuntur, sex occidunt; & medietas cæli semper apparet, medietas occultatur. *Ptolem. Math. constr. l.* 1. *c.* 4. 5. *Alphag. Diff.* 4.

s Vid. Clau. in Sphær. c. 1.

1196 *t* Terrã immobilẽ esse, vt sensus docet. Neq; verò secũdũ suã naturã, qua grauis est, motu recto moueri potest, neque circulari. Non recto; quia si à cẽtro recederet, ascẽderet. Nõ circulari; qa grauia motu recto deorsũ mouẽtur. Præterea lapides magna vi sursũ proiectos, experimur in eũdẽ terræ locũ recidere, è quo prijciuntur: quod nõ accideret, si terra circulari motu diurno ciere tur; qui motus esset velocissimus. *Io. de Sac. bosc. c.* 1. *Arist.* 2. *Cel. à t.* 96. *Ptole. Math. constr. l.* 1. *c.* 6.

t Clauius in Sphær. c. 1.

De Meteoris, ac Mixtis inanimis.

1197 Meteora dici, quæ circa locum astris vicinũ fiunt. *Arist. 1. Meteor. c. 1.*

1198 Materiam communem meteororũ esse vaporem, & exhalationem. *Arist. 1. Meteor. c. 4.*

1199 Vaporem esse halitum, siue spirationem quandam, quæ vi caloris ex aqua euaporat. *Arist. 1. Meteor. c. 4.*

1200 Exhalationem esse halitum, siue spirationem quandam, quæ vi caloris è terra euaporat. *Arist. 1. Meteor. c. 4.*

1201 Terram, & aquam, à calore rarefactas, & concipientes leuitatem, sursum ascendere. *Arist. 1. Meteor. c. 4.*

1202 Flammam esse feruorem, accensionemque spiritus aridi. *Arist. 1. Meteor. c. 4. & l. 4. c. 9.*

De ijs, quæ in sublimi apparent.

De Circulo lacteo.

1203 Circulum, qui Lacteus appellatur, & Galaxia, esse An partes cæli densiores, minus tamen densas, quam vt splendorem ex recepto à sole lumine possint emittere vt astra? An potius maximam minimarum stellarũ frequentiam, quæ à nobis ob exiguitatem confusè cernuntur? *Alber. Magn. Scaliger alij apud Conimb. Meteor. tr. 4. c. 1. Clau. in Sphær. c. 2.*

1204 Circulum Lacteum per Geminos, & Sagittarium incedere. Seu, Per Cassiopeiam, Cygnum, Aquilam volantem, sagittam Sagitta-

rij,

rij,& caudam Scorpij,Centaurum,Argonauem, pedes Geminorum,Heniochũ,siue Aurigam, & Perseum. *Ptolem. Dict.*8.*c.*2. *Clau.in Sphær.c.*2.

De Cometis.

1205 COmetam esse exhalationem multã, pinguem,crassam,constantem partibus benè coagmentatis.quæ concepto igne lucet,donec absumatur. *Arist.*1.*Meteor.c.*7.

1206 Causam, quæ in Cometa accensionem efficit, esse An motum, quo ignis, & suprema aeris regio conuertitur? An calorem è proxima ignis sphæra in crassa, & sicca exhalationis materia conceptum? An vibratum fulmen ex aliqua nube in altiorem illam partem,vbi est exhalatio? An stellæ alicuius siue errantis,siue fixæ influentiam? *Arist.*1.*Meteor.c.*7.

1207 Cometarum locum esse supremam aeris regionem.vt eorum motus indicat, & apparentia. *Arist.*1.*Meteor.c.*6.

1208 Cometarum motũ multiplicẽ esse. tum quatenus à cæli cõuersione ipsi quoque Cometę rapiuntur in gyrum. tum quatenus igne exhalationem succesſiuè absumente, progrediuntur. *Arist.*1.*Meteor.c.*6.7.

1209 Vehementiores ventos, maris tempestates,siccitatem,sterilitatem,terræmotum,aeris intemperiem, morbos, à Cometis prænunciari, ac portendi. Horum enim causa esse solet exhalatio multa, & abundans. *Arist.*1.*Meteor.c.*7.

1210 Stellam,quæ Magis apparuit,Christi q; ortum indicauit, nouum meteoron fuisse, siue angelica,siue diuina virtute è sublunari materia for-

formatum, eximiè lucens: quod secundum diuinam voluntatem mouebatur. *S. Tb. 3. p. q. 36. a. 7. Leo Papa ser. 1. Epiph.*

De alijs ignitis in sublimi apparentibus.

1211 ALia, quæ varijs formis apparentia lucere solent in sublimi infra lunam; exhalationem esse variè dispositam secundum raritatem, densitatem, subtilitatem, crassitiem, magnitudinem, pauciratem, maiorem, minoremue leuitatem. *Arist. 1. Meteor. c. 4.*

1212 Flammam, seu Facem dici exhalationē multam, in longum, & latum æquè distentam, ita subtilem, vt tota simul inflammari possit, igne correptam subito inardescentem. *Arist. 1. Meteor. c. 4.*

1213 Capras saltantes appellari, accensam exhalationem oblongam, habentem ad latera quasi fila quædam, ad modum villorum, ac barbulæ caprarum pendentia. seu, Plures exhalationes, inter se ita disiunctas, vt subtilioribus partibus cohæreant, per quas vna alteri flammā celeriter communicet: quod cum fit, videtur flamma illa transilire, more saltantium caprarum, maximè cum partes illæ subtiliores formā pedum repræsentant. *Arist. 1. Meteor. c. 4.*

1214 Lanceam, siue Trabem, siue Iaculum, esse exhalationē accensam; quæ breui, & æquali crassitie in altitudinem porrigitur, & quasi immobilis stare videtur. *Arist. 1. Meteor. c. 4.*

1215 Sydera discurrentia dici Tum exhalationes in longum protensas: quatenus ignis celeriter, ac successiuè illas comburens, videtur

quasi

quasi stella quædam discurrens. Tum eandem exhalationem accensam; quatenus ex vno loco pergit in aliũ; siue sursum, si accensa fiat leuior; siue ad latus, si in altum tendens impediatur à corpore aliquo denso, & frigido, vt à nube; siue deorsum, si intra nubem aliquam accensa per motum, magno impetu foras erumpat ex parte inferiori. *Arist.* 1. *Meteor.c.*4.

1216 Discurrentia sydera ventos portendere. Cum enim tales accensiones contingunt, necesse est magnam ascendentium exhalationum copiam esse in aere. Exhalationes autem concitant ventos. *Arist.* 1. *Meteor.c.*7.

1217 Ignem perpendicularem esse exhalationem accensam, ita compactam, vt pars inferior figuram basis, superior vero columnæ ad perpendiculum eleuatæ speciem præferat. *Arist.* 1. *Meteor.c.*4.

1218 Ignem fatuum dici, qui modo huc, modo illuc discurrit. est autem exhalatio viscositatem habens, accensa in infima aeris regione, siue per antiparistasim nocturni frigoris, siue per collisionem partium exhalationis inter se. Hæc modo insequi homines videtur, modo fugere: nam moto aere, mouetur & ipsa. mouetur autẽ aer nobis ambulantibus. quare, cum ipsa nos antecedit, pulso per nostrum motum in anteriorẽ partem aere, fugere videtur; cum à tergo est, insequi. Apparere super Cæmeteria solet, & super capita pendentium è patibulis. viscosæ enim exhalationes prodeunt è cadaueribus. *ex Arist.* 1. *Meteor.c.*4.

1219 Ignem lambẽtem dici flammam in hominum, & equorum capillis inhærescentem.

Fit

Fit ex exhalatione rara, & subtili per aerē sparsa nonnunquam ex sudore animalium, quæ temperamentum calidum habent, cum motus velocitate incalescunt, & pinguem, ac viscosum humorem emittunt. ea incenditur vt ignis fatuus. *ex Arist. 1. Meteor. c. 4.*

1220 Draconem volantem dici, exhalationē nō valdè calidam, nec densam valde; quæ proinde in nubem incurrens ab ea facilè impeditur ne sursum ascendat. Quare ea per motum, & antiparistasim accensa, interdum flectitur obiectu nubis, & curuatur tanquam Draconis venter. & quia ex altera parte nititur sursum ascendere, videtur scintillas tanquam ex ore vomere: ex altera, vbi est nubes, quæ illam constringit, præsefert quasi caudam Draconis. *ex Arist. 1. Meteor. c. 4. 5.*

1221 Castorem, Pollucem, Helenam ab Ethnicis dicta, exhalationes esse viscosas, ac pingues; quæ vt ignis fatuus incenduntur. eæ nauigantibus tempore tempestatis apparere solent: cum huc, illucque discurrunt, tempestatem indicant: motum enim earum facit ventorum impetus. cum naui insident, signa sunt serenitatis: nam venti, cum quiescunt, sinunt & exhalationem quiescere. *ex Arist. 1. Meteor. c. 4. 5. & Aug. de Ciu. l. 4.*

De Coloribus in aere apparentibus.

u *Tol. 2. de An. c. 7. q. 17 Conimbric. ibid. q. 3.*

1222 u COlores in aere apparētes non esse qualitatem aliam, præter lucem ab extrinseco luminoso acceptā opacitati mixtam. Hoc enim indicat eorum colorum cita, varia-

riaque

riaque mutatio: perque causam hãc omnibus apparentijs fit satis. *Arist. 1. Meteor. c. 5. & l. 3. d c. 2. & l. de sens. c. 3. Vitell. l. 10. opt. theor. 80.*

1223 Colores veros esse An qualitatem aliã ex varia quatuor primarum qualitatum permixtione productam? An lumen intrinsecum mixto, ex qualitatibus primis proueniẽs igni proprijs, tantæ, vel tantæ opacitati admixtum? *Arist. l. de Color. c. 1. & l. de sensu c. 3.*

1224 Nigredines illas magnas, quasi voragines; & paruas, vt hiatus quosdam; quæ serena nocte apparere solent in sublimi: esse spirationes quasdam densiores auferẽtes aspectum luminis, quod est in astris. quæ apparent vt foueæ quædam, splendescente circum illas lumine vndequaque. *Arist. 1. Meteor. c. 5.*

1225 Densum, ac opacum, nigri speciem præseferre. *Arist. 1. Meteor. c. 5.*

1226 Nigrum in medio lucidi, candidiue depressi, profundique speciem referre. Præsefert enim priuationem corporis, & quasi vacuum quoddam. Ideo in picturis nigra depressa, candida eminẽtiora videtur esse. *Arist. 1. Meteor. c. 5.*

De Area.

1227 COronam, aereamq; dici solere circulum illum, qui sub luna, sub sole, sub astris, solet coronæ more, areæue splendescere. *Arist. 3. Meteor. c. 2.*

1228 Esse Aream halitum densiorem, in quẽ quasi in speculum incidunt syderis radij, & refranguntur, & versus sydus reflectuntur. *Arist. 3. Meteor. c. 3. Vitell. l. 10. opt. theor. 68.*

1229 Apparere in medio Areæ sydus maiusculum, quam per purum aerem videri solet. quia per medium densius, qualis est aer halitu plenus, species visiuæ producuntur debito densiores, ac proinde repræsentantes obiectum maius. *Arist.* 3. *Meteor. c.* 3.

1230 Reflexionem luminis in halitum diaphanum, ac densum incidentis, in obliquum fieri circumcirca: ob id apparere circulū, & quasi coronam splendidam circa sydus. *Arist.* 3. *Meteor. c.* 3.

1231 Reflexionem luminis circulariter fieri: quia medium aptum ad recipiendum lumen reflexum est æquè dispositum circumcirca; & radij corporis luminosi incidunt in nubem pyramidaliter. *Vitello l.* 2. *opt. theor.* 17.

1232 Coronam modo maiorem, modo minorem apparere pro maiore, vel minore luminis reflexione. maior autem, vel minor existit reflexio in materia diaphana pro eius maiore, vel minore densitate. *Arist.* 3. *Meteor. c.* 2. 3.

1233 Coronam vnam in halitu, seu nube apparere, non totam nubem coronatam videri: An quia vbi Corona apparet, ibi sit reflexio magis directa luminis à sydere emissi? reflexio autem magis directa, quia magis vnit lumen reflexum cum directo, maiorem lucē producit circumcirca; quæ sufficit ad coronam formandam. An quia species luminis reflexi quò magis veniunt ad nostros oculos vnitæ cum speciebus syderis, eò melius repræsentant lumen reflexum: veniunt autem magis vnitæ solum illæ, quæ sunt intra spatium, in quo apparet corona: ideo non apparet corona, nisi vna circa sydus, licet fiat luminis

minis reflexio in alijs etiam partibus nubis ? *Arist.*3.*Meteor.c.*3.

1234 Si Corona magis, magisque addẽfetur, aquam prænunciare. Oritur enim densatio ex multitudine vaporum. vaporum autem multitudo in nubem coactorum aquam parit. *Arist.* 3.*Meteor.c.*3.

1235 Si vel à multis, vel ab vna parte corona diffipetur; ventos indicare ab vna, vel à multis partibus exortos. Diffipatio enim non est, nisi à vento. *Arist.*3.*Meteor.c.*3.

1236 Si totus Coronæ circulus emarcescat, & absque distractione soluatur; serenitatis indiciũ esse. Consumitur enim vapor à calido. remoto autem vapore, serenitas efficitur. *Arist.*3.*Meteor.c.*3.

De Iride.

1237 IRidem dici Arcum in nube apparentem, varijs coloribus affectum. *Arist.* 3.*Meteor.c.*4.

1238 Esse Iridem An lumen solare reflexum è nube roscida, quæ se habet vt speculum ? An ipsius Solis simulacrum, & reflexionem specierum repræsentantium ipsum Solem ? *Arist.* 3.*Meteor.c.*4.*Vitell.opt.l.*10.*theor.*65.66.

1239 Esse colores, qui apparẽt in Iride, An ipsâ lucẽ, & radios solares mixtos nubis opaco ? An ipsum solis candorem non benè repræsentatum, & vt est? Species enim repræsentatiuæ, quatenus ex opaco nubis reflectuntur, debiliores in repræsentando redduntur: ac proinde repræsentant solis lucem vt coloratã. *Arist.*3.*Meteor.c.*4.

1240 Esse Iridis figuram circularem: quia lumen, & species producuntur pyramidaliter à toto corpore Solis, quod est circulare. *Arist. 3. Meteor. c. 2. & 4. Vitell. l. 2. opt. theor. 17. & l. 10. theor. 64.*

1241 Apparere colores in solo Iridis arcu, non autem in medio cum multò magis in mediũ incidant & lumen, & species Solis. Quoniam reflexio siue luminis, siue specierum, quæ è medio nubis fit in nostros oculos, est valde debilis: quia transit per multum opacum, quod est maximè refractiuum, ac debilitatiuũ luminis, ac specierum. reflexio autem debilis valde luminis, ac specierum, album colorem in nigrum mutare solet. nigrum autem iuxta lucidum vacui speciẽ habet. ideo medium, quod est intra arcum non apparet coloratum. *Arist. 3. Meteor. c. 4.*

1242 Arcus colorẽ extimum esse puniceum, qui magis ad albũ accedit: quia reflexio ex nube opaca ex extima arcus parte est maximè valida, cum per paruã nubis profunditatem, ac proinde opacitatem transeat. Colorem intimum esse purpureum, qui magis ad nigrum accedit: quia reflexio est debilis, quamuis validior, quàm quæ fit è nubis medio. Post purpureum viridem apparere: quia reflexio est magis valida, quàm quæ efficit colorem purpureum. Flauũ autem colorem cerni inter viridem, & puniceum: quia contrarium iuxta contrariũ magis apparet: quare puniceus, qui magis accedit ad candorem, quàm viridis, iuxta viridem magis candidus apparet, id est, flauus. *Arist. 3. Meteor. c. 4. & l. de Sens. c. 3. Vitell. opt. l. 10. theor. 67.*

1243 Vnam tantũ Iridem in nube apparere, cum

eum nubes est continuitate vna. Ex vno enim speculo non nisi vna Imago reflectitur: quia species, quæ continuitate sunt vnum, repræsentant obiectum vt vnum. *Arist.*3.*Meteor.c.*4.

1244 Cum duæ Irides apparent, quarum vna est intra aliam; intimã esse veram Iridem, à Sole immediatè procedentem: extimã autem, maioremque, reflexionem esse Iridis minoris, & intimæ. Quod indicat ordo colorum, qui est in extima, oppositus ordini colorum, qui est in intima, quia reflexio eò est debilior, quò partes nubis magis directè opponuntur intimo arcui. opponuntur autem magis directè partes remotiores arcus extimi. ergo extimus circulus arcus extimi est purpureus, medius viridis, intimus puniceus. Non accidit autem produci tertium arcum; quia tertia reflexio est valde languida, vt cerni non possit. *Arist.*3.*Meteor.c.*4. *Vitell.l.*10.*th.*71.72.

1245 Arcum Iridis nunquam perfectum esse: quia cum Sol altissimè distet à nube, debet multum declinare vt ita aspicere nubem possit ex parte inferiore, vt eius radij, vel species ad nos reflectantur ex nube. Non potest autem Sol tantum declinare, quantum opus est, vt totus aspiciatur à nube, ac perfectus circulus fiat; quia aspectus Solis incidat magnam partem in aerem nubi subiectum, aut in terram, quæ non sunt reflexionis capacia; ac proinde Iridis colores non referũt. *Arist.*3.*Meteor.c.*5. *Vitell.l.*10.*th.*74.76.

1246 Arcum eò esse maiorem, quò Sol depressior est, quia quò magis deprimitur, eò maiorem nubis partem respicit. *Arist.*3.*Meteor.c.*4. *Vitell.l.*10.*theor.*75.

1247 Quò arcus est maior, eò eius latitudinẽ

minorem existere. Cum enim ex obliqua reflexione colores oriantur, vt supra dictum est: quò reflexio est obliquior in nube, eò arcus latitudo est latior. est autem reflexio obliquior, quò Sol est eleuatior. minus autem Sol eleuatur, ac proinde reflexio est minor, cum arcus est maior. *Arist. 3. Meteor. c. 4. Vitell. l. 10. theor. 78.*

1248 Breuissimis anni diebus Irides frequentes esse. quia eo tempore nubes roridæ crebriores, & Sol depressior. *Arist. 3. Meteor. c. 4. & 5.*

1249 Solere Iridem etiam noctu contingere ex reflexione luminis lunaris. Totus autè arcus apparet candidus, An quia alij colores iuxta nigrum, qualis est nubes in tenebris nocturnis, candidi apparent? *Arist. 3. Meteor. c. 4. Vitell. l. 10. theor. 70.*

1250 Esse Iridem signum pluuiæ. Fit enim Iris in nube rorida, quæ parata est in imbrem solui. *Arist. 3. Meteor. c. 4.*

De Virgis, & Parelijs.

1251 VIrgas dici colores in nube apparentes Iridi similes, & quasi virgas quasdam protensos. *Arist. 3. Meteor. c. 6.*

1252 Esse virgas reflexionem luminis, siue simulacri solaris in nube rorida, sed inæquabili: quæ proinde vt speculum inæquabile se habet, non potens figuram reddere rei, quæ obijcitur. *Arist. 3. Meteor. c. 6. Vitell. l. 10. theor. 81.*

1253 Parelium dici nubem roridam, densam, & æquabilem; quæ quasi speculum perfectum se habet, Solem oppositū referens, & quasi Sol alter resplendes. *Arist. 3. Meteo. c. 6. Vitell. l. 10. theor. 82.*

1254

1254 Apparere parelia plura solere pro pluralitate nubium æquabilium, constipatarum, & roridarum, aduersum Solis aspectum recipientium; aut inuicem Solis simulacrum, & lucem reflectentium. *Arist.*3.*Meteor.c.6.*

De ijs, quæ in aere gignuntur.

De nube, nebula, pluuia.

1255. NVbem esse vaporem addensatum. Vapor enim, qui ex aqua vi caloris solaris in secundam aeris regionem attrahitur: ibi à frigore, quod & ab aere frigido circumstante, & ab ipsa aquæ forma recipit, quam habet in sesin nubem cogitur, & addensatur. *Arist.* 1.*Meteor. c.9.*

1256 Nebulam, seu Caliginem dici Nubem terris incubantem. *Arist.*1.*Meteor.c.9.*

1257 Esse Nebulam modo nubem sterilem non aptam in pluuiam verti ob raritatē, & exhalationum multitudinem admixtarum; deorsum descendentem, amissa per infrigidationem leuitate modo vaporem ex locis humentibus ascendentem, sed non longe à terra eleuatam propter crassitiem. *Arist.*1.*Meteor.c.9.*

1258 Pluuiam esse nubem in aquam solutā. vapores enim, qui secundum substantiam sunt aqua, frigore addensati, & aquæ grauitate concepta, deorsum decidunt. *Arist.* 1.*Meteor.c.9.*

1259 Pluuiam illam imbrem dici; cuius sunt guttæ crebriores, & minutiores, ob vaporis tenuitatem iugi tenore decidentes. *Arist.*1.*Meteor.c.9.*

1260 Pluuiam illam Nimbum dicj; cuius sunt guttæ grandiores, ob vaporis densitatem, nimio frigore circumstante, vel vi ventorum, & exhalationum constipati. *Arist.* 1. *Meteor. c.* 9.

1261 Ad pluuiam gignendam posse syderum influxum, modo vapores attrahentem, modo humectantem, modo infrigidantem. *Auctor. l. de signis temp.*

1262 Ad pluuiam gignendam ventos posse, modo humectantes, modo vapores adducentes. *Auctor. l. de sign. temp.*

1263 Animalia interdum immixta pluuijs decidere; modo Deo prodigium faciente; modo causis secundis ex putri materia generantibus; modo verticoso aliquo vento ex vno in alium locum illa rapiente. M. *Alber. l. 2. tr. 1. c. 12.*

1264 Lapidibus, lacte, sanguine, & hisce similibus pluere: quatenus exhalationes nimium addensantur, & qualitates recipiunt, mixtorum productiuas hisce similiũ. M. *Alber. l. 2. tr. 1. c. 12.*

De Niue, & Grandine.

1265 Niuem esse nubem, seu vaporẽ exhalationi admixtum, ob vehementẽ frigiditatem in aeris media regione conglaciatum. *Arist.* 1. *Meteor. c.* 11.

1266 Candidam esse niuem, tum ex abundãtia frigoris, quod in nonnullis rebus est causa candoris; tum ex aliqua diaphaneitate, quæ solet candorem gignere. *Arist. l. de Color.*

1267 Incubantes niues aruis vtiles esse. tum quatenus expirationes terræ cohibent: tum quatenus paullatim colliquescentes terram suo humore

more fermentant. *Theophrastus lib. 2. de Causis plant.*

1268 Grandinem esse imbrem, qui prius quã terram pertingat cõgelatur. *Arist. 1. Meteor. c. 12.*

1269 Congelationis in grandine causam esse tum frigus in vapore conceptum, tum exhalationem vapori admixtam, tum antiparistasim caloris in exhalatione, vel aere circumstante. Antiparistasis autem citissimam facit imbris conuersionem in glaciem. *Arist. 1. Meteor. c. 12.*

1270 Glaciem esse aquam in stagnis, lacubus, fluminibus, & alijs eiusmodi locis congelatam. *Arist. 4. Meteor. c. 9.*

1271 Causam congelationis esse frigus, sed non solum. Requiritur enim humiditas admixta siccitati, & nonnullus calor. Calor enim rarefaciendo reddit humidum cõgelandum magis peruium frigori, quod ab agente frigido producitur. Humor disponit vt partes adhæreſcant: Siccitas, vt consistant, & durescant. Frigiditas autem est agens principale comprimens partes, & addensans. *Arist. 4. Meteor. c. 4. 5. 6.*

De Rore, ac Pruina.

1272 ROrem, ac pruinam esse vaporem exiguum, & subtilem, in ima aeris parte relictum, & à frigore serenæ noctis densatum. Is enim, si frigus sit temperatum, fit Ros; si vehemens, congelatur in pruinam. *Arist. 1. Meteor. c. 10. & 5. de Gener. anim. c. 4.*

1273 Perturbationem, ac motum aeris, Pruinæ, Rorisque condensationem impedire. *Arist. 1. Meteor. c. 10.*

1274 Autumno maximè, ac vere Rorē gignit: cum frigus condensans est moderatum. *Arist. 1. Meteor. c. 10.*

1275 Hyeme pruinam maximè gignit. tunc. n. frigus est vehementius. *Arist. 1. Meteor. c. 10.*

1276 Quāquam vtilis pruina solet aruis esse, vt nix: solere tamen plantis nocere tū quatenus plantarum calorem extinguit frigore, tum quatenus humorem tollit siccitate. *Arist. 8. de hist. anim. c. 7. Theophrastus 5. de causis plant. c. 6.*

1277 Quamquam Ros vegetare plantas solet humore: solere tamen & plantis nocere, quatenus calore Solis in æruginem, & in putredinem vertitur, & in vermes: & pecoribus ventris profluuium excitare, quatenus viscosus est, & inconcoctus. *M. Alber. l. 2. tr. 1. c. 14.*

De Melle, ac Manna.

1278 VIderi Mel esse mixtum quoddam, ex vapore tenui, ex quo ros generatur, & exhalatione tenui confectum: quod herbis, foliis, floscul is, & terræ solo excipitur; quod in aluearea conuehūt apes. *Arist. 5. de hist. anim. c. 22.*

x *Vide Io. Bapt. Portā l. 2. c. 19.*

1279 x Manna, quod & Ros syriacus, & mel aereum dici solet; esse liquorem candidū melliti saporis, qui in arborum ramis, herbis, lapidibus, & terra inuenitur. *Galen. l. 3 de Alim. c. 39.*

1280 Esse Manna mixtum quoddam ex vapore tenui, & exhalatione concretum, vt mel; sed habens humidum aqueum valde excoctum, in quo plus maneat terreæ materiæ, quàm humiditatis; cum in melle humidum aqueum non valde dissoluatur. *Galen. l. 3. de Alim. c. 39.*

1281

1281 Fuisse Manna y Hebræorum x mixtum, simile Mannæ vulgari, sed præstantioribus qualitatibus affectum. *Abulen. in Exod. 16. q. 8.*

y *Exod. 16.*
z *Conimbr. in Meteor. tr. 7. c. 11.*

De Tonitrue, Fulgure, Fulmine.

1282 TOnitruũ esse exhalationẽ siccam, & calidã intra nubiũ vapores inclusam incipientes in pluuiam conuerti. Quæ exhalatio nubium compressione dum agitatur, maiorem calorem concipit, ac magis rarefit; ac proinde ampliorem locũ requirens, dum è nubibus erumpit, aerem scindit, fit autem ex aeris scissione sonitus varius, pro varietate densitatis, & resistentiæ, quæ est in nubibus. *Arist. 2. Meteor. c. 9.*

1283 Fulgur eandem exhalationem esse, quæ Tonitrui, cum accenditur per nimium calorem ex agitatione conceptum. Quæ exhalatio accensa, cum non erumpit foras, aut sine nubis obsistentia erumpit, nullum tonitrui strepitum reddit. *Arist. 2. Meteor. c. 9.*

1284 Fulmen, eandem, quæ Tonitrui, exhalationem esse; cum est densior, vt per impetum eruptionis trudi possit in longum spatium, & tota simul accenditur. quæ interdum fert secum materiam lapideam. *Arist. 3. Meteor. c. 1.*

1285 Solere fulmen duriora comminuere, rariora intacta relinquere. Dura enim resistunt fulmini, dumque moratur fulmen in eorum resistentia superanda, imprimit in illis suas qualitates. at per rara, quia non resistunt, cito peruadit; ideo nullam ijs iniuriam facit. *Arist. 3. Meteor. cap. 1.*

De Ventis.

1286 VEntos, exhalationes esse in obliquũ motas. Nam Vere, & Autumno crebriores sunt venti; quibus temporibus exhalationum copia suppetit. & venti plurimum exiccãt; quod est exhalationis proprium. & cessante vento existit pluuia, eaque cessante ventus spirare solet: nempe quia ventus non est vapor, qualis pluuiæ materia. *Arist. 2. Meteor. c. 4.*

1287 Ventos progressu validiores euadere. an quia in locis, per quæ transeũt, aliæ alijs exhalationibus adiunguntur: vt fluuij progressu maiores fiunt aliorum fluuiorum adiunctione? an quia quò magis progreditur exhalatio, eò plures aeris partes ab illa propelluntur: plures autem aeris partes propulsæ maiorem impetũ faciunt? *Arist. 2. Meteor. c. 4.*

1288 Motus causam in ventis esse tum humiditatem, densitatem, ac frigiditatem aeris in media regione; quæ impediunt, ac propellunt exhalationes sursum ascendentes; proinde mouentur illæ in obliquum. tum cælestem certorum syderum influxum, habentem vim propellendi deorsum materiã eo modo dispositam, quo est exhalatio; aut illam è terra sursum euocandi. tum impetum exhalationi impressum per eruptionem modo è terræ cauernis, modo è nubibus, & aere in media regione addensato. *Arist. 2. Meteor. c. 4.*

1289 Obliquum esse solere vẽtorum motum. tum quia exhalatio dum è media aeris regione deorsũ truditur, ipsa sua leuitate nititur sursum ascendere: ex duplici autem conatu, altero sursum,

sum, altero deorsum in rebus fluidis existit motus ad latera tum quia exhalatio deorsum trusa, impedita vel à terra, vel ab aeris densitate, qui est circa terram, mouetur in obliquum. *Arist.* 2.*Meteor.c.*4.

1290 Cessare ventos exhalatione absumpta, aut impedita ne ascendat. Absumi exhalatio solet à calore extrinseco Solis. Impediri solet ne ascendat, modo à calore Solis terram exiccante; modo à vehementi frigore exhalationem constipante. *Arist.*2.*Meteor.c.*5.

1291 Præcipuos ventos omnino decem esse: Fauonium ab Occidente æquinoctiali spirãtem; ab Oriente æquinoctiali Subsolanum, Fauonio contrarium; à Septentrione Aquilonẽ; à Meridie Austrũ cõtrariũ; ab ortu æstiuo Cæciã; ab occasu brumali Africum Cæciæ è diametro contrariũ; ab ortu brumali Vulturnum; ab occasu æstiuo Argestem, seu Olympiam, seu Scironem, Vulturno è diametro contrarium: duos non habentes contrarios, Thrasciam inter Argestem, & Aquilonem; Mesen inter Aquilonem, & Cæciam. *Arist.*2.*Meteor.c.*6.

1292 Duos, & triginta ventos à recentioribus numerari, à duobus, & triginta punctis spirantes, in quæ Horizontem secant. Subsolanum ab ortu æquinoctiali; ab occasu æquinoctiali Zephyrũ, seu Fauonium; à polo Arctico Septentrionem; ab Antarctico Austrum; à puncto medio inter Septentrionem, & Subsolanum, Mesen; inter Subsolanum, & Austrum, Euronotum; inter Austrum, & Zephyrum, Notozephyrum; inter Zephyrũ, & Septentrionem, Thraciozephyrum. Rursum inter iam numeratos ventos, alios poni:

inter

inter Septentrionem, & Mesen, Boream; inter Mesen, & Subsolanum, Cæciam; inter Subsolanum, & Euronotum, Eurum, seu Vulturnum; inter Euronotum, & Austrum, Phæniciam; inter Austrum, & Notozephyrum, Libonotum; inter Notozephyrum, & Zephyrum, Africum; inter Zephyrum, & Thraciozephyrum, Corum; inter Thraciozephyrum, & Septétrionem, Thraciam, seu Circium. ita sexdecim Ventos constitui. & rursus inter hos in punctis inter vnum, & alterum medijs alios sexdecim constitui: vt Ventorum numerus sit triginta duorum. *Vitruuius l. 1. cap. 6.*

1293 Contrarios Ventos non contingere, simul flare. Se enim inuicem impediunt; aut alter repellitur, alio validiore spirante. *Arist. 2. Meteor. c. 6.*

1294 Ventos per se calidos, & siccos esse, sunt enim exhalationes. Per accidens alias qualitates habere solere ratione vaporis admixti, & locorum, per quæ mouentur, & transeunt. *Arist. 2. Meteor. c. 6. & l. 3. c. 1.*

1295 Orientales Ventos occidentalibus calidiores esse. Sol enim diutius super illos, quàm super hos fertur. *Arist. 2. Meteor. c. 6.*

1296 Septentrionem, Thrasciam, Argestem maximè serenos esse. Incipiunt enim è loco nobis proximo moueri. ob id vehementiores esse, vt possint alios Ventos pellere, & nubes discutere. Sin magis frigidi, quàm vehementes sint; gelare potius nubes, quàm repellere. *Arist. 2. Meteor. c. 6.*

1297 Retinere nubes Cæciam, & serenum non esse, an quia ob terræ situm, è quo spirat,

vel

vel ob contrarij venti flatum; ad se reuertitur, ac refluit sursum versus. *Arist.2.Meteor.c.6.*

1298 Flare Ventos certis temporibus solere, vt Etesias post Solstitium æstiuum: materiam ijs temporibus ministrante siue stellarum influxu, siue calore. *Arist.2.Meteor.c.6.*

1299 Turbulentorum Ventorum nautis infestorum genus potissimũ triplex esse: Ecnephiam, Typhonem, Præsterem. Horum materiam esse aceruatas exhalationes in caua nube inclusas: quæ per motum rarefactæ erumpunt è nube deorsum magno impetu. Quæ recta deorsum tendunt, Ecnephias dici. Quæ diuersis è nubibus in obliquum erumpunt, aut è diuersis eiusdem nubis partibus, & inuicem allisæ, seseque impedientes, conglobantur in gyrum; Typhones appellari: qui nauigia frangunt, absorbent, ac sæpè in altum abripiunt. Quæ per motum intra nubem flammam concipiunt, eamque secum deorsum trahunt; Præsteres nominari: qui plus habent flammæ, minus flatuum, quàm fulminis. *Arist.3.Meteor.c.1.*

De ijs, quæ ad aquam pertinent.

De Mari.

1300 AB ipso Deo mare productum esse ipso Mundi initio; primò totã terram vndique complexum; tum imperio diuino in eum locum adductum, quem nunc habet, vt incoli, ab hominibus terra posset. *Genes.1.2,9,10.*

1301 Ab oriente ad occasum Oceanum fluere: vt nautæ obseruarunt. quoniam diurna conuersio

uersio cœlestium orbium siue motu, siue alia vi occulta, aquas versus occasum rapit. *Conimbr. in Meteor. tr. 8, c. 3.*

1302 Ab Aquilone aquarum defluxum esse. An quia sub Arctico polo ob frigus magna aquarum copia generatur: & quia terra borealis, quę est sub mari, maiorem altitudinem habet, ex ea defluunt aquæ in loca profundiora? *Arist. 2. Meteor. c. 1.*

1303 Adriaticum mare prope Venetias quasi in orbem verti in meridiem, & inde in ortum versus Apuliam. Quoniam cum mare in Occidentem progreditur, in littus impingit: è quo flexuoso motu in gyrum voluitur. *Conimbr. in Meteor. tr. 8. c. 3.*

2 *Conimbr. in Meteor. tr. 8. à c. 4. ad 8.*

1304 *a* Marinum æstum esse: qui certis temporibus excitatur, & cessat: quo maris ad littus accessus, & recessus fit. An quia exhalatio, quæ vi solis, ac cælestis influxus intra terræ cauernas excitatur; cum ad eam quantitatem peruenit, vt intra illas contineri non possit; statis temporibus euaporat in mare, illudque facit intumescere; idemque decrescere, cum ipsa euaporauit? An luna peculiari aliquarum sui corporis partium influxu, agit in mare, quod sit ad eius influxum recipiendum dispositum; & illud siue humectãdo, siue rarefaciendo, siue trahendo, ac localiter mouendo, facit excrescere: quod rursum in se refluit, cum cessat lunæ actio, mutãtibus lunæ partibus aspectum in mare per motum, quem facit luna; vel, cum mare in tantam molem æstu excreuit, vt non possit contineri, quin impetum faciat in suas concauitates? *Ptolemæus l. 2. c. 12. Ambr. l. 4. Hexam. c. 7. Basil. Hexam. hom. 6.*

1305

1305 Non vbique paribus temporum spatijs maris æstus fieri. Ob locorum situm varium, & alias circumstantias: quæ in singulis locis facilè deprehendi possunt. *Conimbr. in Meteor. tr. 8. à cap. 4.*

1306 Aliqua maria nullum, aut perexiguum æstum sentire. An quia in ea exhalationes non euaporant? An quia non est in ijs dispositio, & situs ad cæli impressionem excipiēdā? *Def.* 1304.

1307 Datum esse mari à natura motum 1. Ne putrescat ab externo calore. quem auertit aeris mutatio per motum introducta. 2. Vt Maris aquę purgentur motu. 3. Quia marium reciprocatio est nauigationi commoda. *Conimbr. in Meteor. tr. 8. c. 8.*

1308 Terras interdum in mare permutari, & contra. Modo ob Maris motum; modo ob abundantiam humoris aquei; modo ob siccitatis excessum. quæ aliquibus temporibus accidunt maxima quibusdam in locis. *Arist. 1. Meteor. c. vlt.*

1309 Non videri posse aquam ita extrescere, vt totam terram operiat. Ita enim Deus elementa qualitatibus contrarijs temperauit: vt vnum non possit vnquam aliud ita superare, vt totum permutet, aut vniuersi ordinem perturbet. Itaque vniuersale Diluuium, non solius naturæ facultate; sed diuina etiam potestate, & imperio factum fuit. *Exper.*

1310 Tot, tantisque fluminibus in mare influentibus, mare non excrescere. An quia tenuis, ac rarior fluuiorum aqua, in immensam ficciorē, ac densiorem maris aquam infusa, siccatur, & addensatur? An quia quantum aquæ à fluminibus in mare infunditur: tantum educitur; tum vi calo-

caloris euaporando; tum terræ occultos meatus subeundo? *Arist. 2. Meteor. c. 2.*

1311 Salsedinis causam in mari esse An magnas exhalationes cum aqua marina permixtas? An mixtionem humidi, & sicci, à Solis calore adusti, nec tamen ex toto decocti? An sales minerales: qui plurimi sunt in maris sinu? An potius Deum ipsum: qui, cum mare in suum locum secreuit, illud salsum reddidit? *Arist. 2. Meteor. cap. 3.*

1312 Salsedinis marinæ vsus esse plurimos. 1. Ad marinos pisces alendos: quatenus olei pinguedinem habet admixtam. 2. Ad nauigationem. Salsa enim aqua, crassior est, & aptior ad onera sustinenda. 3. Ne ipsa maris aqua Solis calore computrescat. *Arist. 2. Meteor. c. 3.*

1313 Videri salsitudinem esse halitum corpulentum, calidum, terreum, inconcoctum. quæ enim talia sunt, ea experimur salsa esse. *Arist. 2. Meteor. c. 3.*

De Fontibus, & Fluuijs.

b *Conimbr. in Meteor. tr. 9.*

1314 b FOntium, ac fluuiorum originē esse Aquæ copiam in subterraneis specubus latentem, partim ibi à Deo inclusam in ipsa mundi creatione ad terræ coagmentationem, & ornatum, ad aeris temperiem, ad metallorum generationem, ad animantium potum, ad terræ fœcunditatem: partim è mari per occultos, & angustos meatus permeantem: partim è terra imbribus madefacta desudantem: partim ex aere in terræ cauernis incluso concretam. *Arist. 2. Meteor. c. 13.*

1315

1315 Fontium, ac fluuiorum aquam, licet è mari deriuatam, dulcem esse. quoniam per terræ venas, & fibras, & multiplices anfractus, eliquatur, & amaritudinẽ ponit. *Arist.*2.*Meteor.c.*2.3.

1316 Aquam pluuiam, licet è mari vi caloris eleuatam, non esse salsam, vt aqua marina est: Pars enim est leuior, quæ à grauiore, quæ salsa est, separatur. *Arist.*2.*Meteor.c.*2.*&* 3.

1317 Magnas in altissimis montibus scaturigines aquarum esse, magna flumina. contingunt enim etiam ibi eædem causæ, quæ de fontium, & fluuiorum origine dictæ supra sunt. Porrò aqua etiam è mari in montium cacumina derivatur, & ascendit tum ne detur vacuum; tum influxu cælesti attracta, tum ab ipsa terra more spongiæ aduocata. *Arist.*1.*Meteor.c.*13.

1318 Aquæ latentis indicia esse aliquorum germinum vbertatem vltra suam naturam luxuriantium, vt Iunci, vt arundinis. *Plin.l.*31.*c.*3.

1319 *c* Admirabiles aliquorum fontium, lacuum, fluminum proprietates esse. *Leg. apud Plin.hist.nat.l.*31. *c Conimbr. in Meteor. tr.*9.*c.*7.8.

1320 Solere fontes subito nasci, subito deficere, An ob ruinam, & defluxum terræ, intercidentem aquis viam, & aperientem? An stirpibus magna copia enascentibus, & humorem trahentibus, deficiunt fontes, vbi non est abundãs aquarum copia: eisdem stirpibus euulsis enascitur aqua? An ob nouam alicuius subterranei lacus consumptionem, vel generationem? *Arist.*1.*Meteor.c.*14.

1321 Æstate Nilum inundare, quando siccitas viget. Nam paludes, & fontes, vnde magna aquæ copia in Nilum fluit, in ea mundi parte

sunt,

sunt, vbi hyems est, quo tempore in Ægypto æstas viget. *Seneca l. 4. Natur. quæst. c. 2. Conimbr. in Meteor. tr. 9. c. 10.*

1322 Quasdam aquas è terra manantes, calidas esse. Transeunt enim per terræ venas, calentes ob vicinum ignem. Nam ardent in aliquibus terris ignes, vt experimur, quæ sulphure, ac bitumine abundant. *Conimbr. Meteor. tr. 10. c. 1.*

1323 Sapores in quibusdam aquis, & odores varios esse. Siue quia admiscentur terræ sapidæ, ac odoratæ. siue quia per meatus transeunt his qualitatibus præditos. siue quia sapidos, & odoratos halitus hauriunt. siue quia in locis cauis detentæ putrescunt. siue ob igneam virtutem, quæ in eis est, & innascitur. siue ob alias causas. *Arist. 2. Meteor. c. 3. in fi.*

1324 Meliorem, ac præstantiorem aquã eam esse, quæ leuior est; quæ subtilior; quæ celerius calefit, ac frigus concipit; quæ ad orientem Solẽ emanat; quæ per puram terram decurrit, & crassam. *Plin. l. 31. c. 3. Hippoc. l. 5. Aphor. 26.*

1325 Peiores aquas esse, Paluſtres, præsertim si aquas fluuiales, aut fontales non excipiant. Niuales, & glaciales insalubres esse: quia crassæ sunt, ac duræ. Aquas cisternarum, incoctas esse. *Plin. l. 31. c. 3.*

De ijs, quæ spectant ad terram.

De Terræmotu.

1326 Esse causam terræmotus exhalationẽ visceribus terræ incluſam, & foras exire contendentem. Calefit enim terra tum à Sole,

Sole, tum à subterraneis ignibus, tum hyemali tempore per frigoris antipariſtaſim. *Ariſt. 2. Meteor. c. 8.*

1327 Vere maxime, & Autumno terræmotus accidere. Tunc enim maior exhalationum copia gignitur. *Ariſt. 2. Meteor. c. 8.*

1328 Regiones, quæ multas concauitates habent, frequentius quati. Magnam enim exhalationum copiam concipiunt. *Ariſt. 2. Meteor. c. 8.*

1329 Contingere interdum terræmotum fieri tum ab igne ſubterraneo, aerem in terræ cauernis incendente, ac rarefaciente; tum à vento vehementi in terræ concaua irrumpente: tum à ruina ingentis alicuius molis, intra ipſam terram impetu deuolutæ. *Ariſt. 2. Meteor. c. 8.*

1330 E corporibus ea eſſe ad alia corpora mouendum vehementiora; quæ nata ſunt & celerius ferri, & longius progredi. Ea enim, cum in alia corpora impingunt, ſolent illa impellere, ac mouere vehementius. *Ariſt. 2. Meteor. cap. 8.*

1331 Sonum varium, ac multiplicem in terræmotu contingere. Spiritus enim ſe ipſum, ac terram verberat. Quantitatis autem, & corporum, quæ colliduntur, diuerſitas, ſoni varietatem efficit. *Ariſt. 2. Meteor. c. 8.*

1332 Multa eſſe futuri terræmotus ſigna: ſed non ſemper certa. Si, cum nulla ſit alia cauſa; fiat in puteis aqua turbidior, & odorem tetrum efflet. Si aqua ebulliat in puteis, & aſcendat. Si mare ſine flatu repente intumeſcat. Si ſit tranquillitas aeris intempeſtiua. Si interdiu, vel paullo poſt occaſum Solis ſereno cœlo appareat tenuis linea nubeculæ in longum ſpatium extẽſæ.

Si media æstate ingruat insolitum frigus. *Arist. 2. Meteor. c. 8.*

1333 Loca terræmotui magis obnoxia esse, Caua, fungosa, montosa, insulas. *Arist. 2. Meteor. c. 8.*

1334 Rarò terræ motibus agitari regiones maximè frigidas, maximè calidas, arenosas, ex limo concretas. *Arist. 2. Meteor. c. 8.*

1335 Terræmotum ordinariè non in magnũ terræ spatium protendi. *Arist. 2. Meteor. c. 8.*

1336 Omnibus anni temporibus; omnibus horis diurnis, ac nocturnis; potissimum Vere, & Autumno; noctu, & circa meridiem; terræmotus accidere. exhalatione vel foras erumpente, vel intus circumuoluente se, obstructis extrinseco frigore meatibus terræ. *Arist. 2. Meteor. c. 8.*

1337 Ordinariè terræmotum vnum cõtinuatum, breui desinere; quamuis interpolatis vicibus diu perseueret; pro exhalationum vel exiguitate, vel copia; pro maiore, vel minore terræ resistentia. *Arist. 2. Meteor. c. 8.*

1338 Plurima terræmotus effecta esse. 1. Formidinem, quam hominum animis injicit. 2. Interdum terræ de vno in alium locum mutationẽ. 3. Nonnunquam tectorum inter se, & montium arietationem. 4. Aliquando terra diuisa, integras vrbes absorberi. 5. Interdum terra inclinata, ædificia solo æquari. 6. Solere nouos montes existere, nouas insulas. 7. Nonnunquam terram subita voragine maris vndas exorbuisse. 8. Aliquando mare in miram molem intumuisse. 9. Aliquando fluuios insolito itinere, & in contrarias partes fluxisse. 10. Extitisse interdum nouas aquarum scaturigines; & contra fontium, ac flu-

fluuiorum deficcationes. 11. Interdum aquas frigidas in calidas, & calidas in frigidas mutatas fluere post terræmotum. 12. Erumpere nonnunquam è terra ignem. *Arist. 2. Meteor. c. 8.*

De Ignibus subterraneis, ac Metallis.

1339 SVbterraneos ignes esse. Indicant loca, quæ ignem quotidie vomunt; vt Ætna mons. *Conimbr. Meteor. tr. 12. c. 3.*

1340 Sulphure, ac Bitumine subterraneos ignes nutriri. Contingit enim loca, quę hos ignes habent, sulphurosa, & bituminosa esse. *Conimb. Meteor. tr. 12. c. 1.*

1341 Sulphur, quod sponte nascitur, & viuũ appellatur; esse Mixtum, ex terra, & humore pingui generatum, coloris subcineritij, saporis inucundi, odoris grauis. calore, ac siccitate pollet sulphur: ob id facilè ignẽ cõcipit. *Plin. l. 35. c. 15.*

1342 Succum quendam Bitumeo esse admodum pinguem, & calidũ, liquoris oleacei, ac aerei. ardet in aquis. Alia etiam habet Bitumen genera. *Plin. l. 35. c. 15.*

1343 Exhalatione ignes subterraneos accendi. quæ in cauernis inclusa ignem concipit; quatenus vehementius agitatur vel suo motu, vel ob frigoris antiperistasim incalescens. *Conimb. in Meteor. tr. 12. c. 2.*

1344 Metallorum materiam esse halitum ex vapore, & exhalatione compositum, in quo vaporis humiditas præualeat. Metalla enim igniuntur, nempe propter siccam exhalationem: liquescunt, nempe propter humidum vaporem. Quare interdum accidit metalla etiam in aere gene-

rari, vt ferrum; nempè quia ea materia reperitur in aere. *Arist. 3. Meteor. c. vlt.*

1345 Causam efficientem præcipuam Metallorum, putandum esse syderum virtutem, præsertim Solis. Metallorum enim formæ nobiliores sunt formis elementaribus; quare nó possunt ab elementis produci. *Conimbric. in Meteor. tr. 13. c. 2.*

1346 Producendorum metallorũ instrumenta esse Calorem, ac frigus. Calor enim humidam expirationem attrahit, & coquit; frigus, condensat, & constipat. *Conimbric. in Meteor. tr. 13. c. 2.*

1347 Gignendorum metallorum locum esse, terræ viscera, nonnunquam nubes. *Conimbric. Meteor. tr. 13. c. 3.*

1348 Non omnes terras metalla ferre. Astra enim non eundem ad omnes terræ partes aspectum habent, nec omnes terræ eandem dispositionem. Magna ex parte metalla nascuntur in locis montosis, & syluarum opacitate tectis. *Conimbr. Meteor. tr. 13. c. 3.*

1349 Metallorum genera septem numerari: Aurum, argentum, æs, ferrum, plumbum, argentum viuum, stannum. Reliqua enim metalla, aut ad has species pertinent, solum accidentaliter ab his differentia; aut non sunt simplicia, sed ex pluribus speciebus conflata, vt electrum ex auro, & argento. *Conimbr. Meteor. tr. 13. c. 4.*

1350 Metallorum proprium 1. Solida esse; excepto argento viuo, in quo humiditas aquea multum excedit. 2. Omnia igne liquescere; difficilius quæ de concretione terrea plus obtinent, vt ferrum. 3. Omnia ductilia esse, & percussa

cussa dilatari; sed ea magis, quæ simul & bene compacta, & mollia sunt; quod accidit ex halitu aqueo tenui, bene terream spirationem comprehendente. 4. Omnia ponderosa esse, ob materiæ spissitudinem, & compactionem; maximè aurū. *Conimbr. Meteor. tr.*13.*c.*4.

De Generatione, & Corruptione Mixtorum.

1351 GEnerationis, corruptionis, putrefactionis, concoctionis, & similium mutationum, quas in Mixtis videmus accidere, causas actiuas esse duas, Calidum, & Frigidum; passiuas, & quasi materiales, duas, Siccum, & Humidum. Experimur enim caliditatem, & frigiditatem terminare, copulare, transmutare, humectare, exiccare, indurare, mollificare: sicca autem, & humida, terminata, copulata, & similes effectus patientia. *Arist.*4.*Meteor.c.*1.

1352 Mixtorum generationem esse, vnius mixti in alterum mixtum, quod perfectiorem formam habet, mutationem. *Arist.*4.*Meteor.c.*1.

1353 Mixtorum corrumptionem esse, vnius mixti in alterum mixtum, quod imperfectiorē formam habet, mutationem. *Arist.*4.*Meteor.c.*1.

1354 Putrefactionem esse, Calidi, humidiq; intrinseci separationem, ab extrinseco calido facta. Videmus enim ea, quæ putrescunt, primū humida, deinde sicca fieri. experimur etiā, quæcunque putrescunt, ob proprij calidi separationem putrescere; quia frigida euadunt: & minus hyeme, quam æstate putrescere; quia euaporare *De Putrefactione.*

facit calor externus humidum internum ; & calorem in eo manentem: & ea, quæ magis calida sunt, quam agens extrinsecum, non putrescere ; quia in illa dominari non potest calidum extrinsecum minus, vt transmutationem efficiat: & ea, quæ mouentur, & fluũt, minus putrescere, quam quæ non mouentur ; quia debilior est motus calidi extrinseci eo, qui fit à calido intrinseco conseruante: & quod multum est, minus putrescere, quam quod est paucum ; quia plus habet calidi, quam est calidum circũstãs. *Arist. 4. Meteor. c. 1.*

De Concoctione.

1355 Concoctionem, esse mutationem quandam perfectam, in humido, & sicco factam à calore naturali, ac proprio, vincente, & ad perfectionem deducente humidum, & siccum. Calor enim naturalis, dum res coquitur, absumit magnam partem humoris superflui, reliquam retinet, miscetque cum sicco. Solet autem internum, & proprium calorem interdum calor externus iuuare ad facilius concoquendum. *Arist. 4. Meteor. c. 2.*

1356 Ad Concoctionem perfectam, quam paullo ante descripsimus, quæque ad perfectionem speciem perducit: materiam, quam transmutat, vt cibum in aliti substantiam; consequi solere cõcoctiones quasdam imperfectas, assationem, elixationem, suppurationem. Vincitur enim à calore proprio per hanc mutationem materia, & ad aliam substantiam deducitur, licet non perfectã, vt sunt excrementa. *Arist. 4. Meteor. c. 2.*

De crudi tate.

1357 Cruditatem, mutationem imperfectã esse. quæ ex proprij caloris defectu oritur, & in materia calori subiecta permixtionem malam relinquit. *Arist. 4. Meteor. c. 2. 3.*

1358

1358 Maturitatem, esse concoctionem in fructibus. quamquam etiam alia metaphoricè matura dicuntur. *Arist.* 4.*Meteor.c.*3. *De Maturitate.*

1359 Nullum humidum per se sine arido maturescere. Ob id enim sola aqua ex humidis non crassescit. *Arist.*4.*Meteor.c.*3.

1360 Elixationem, esse concoctionem, quæ à caliditate humida efficitur. vt cum carnes in calida coquuntur. *Arist.*4.*Meteor.c.*3. *De Elixatione.*

1361 Ea solum humida elixari, quorum humor à calido vinci potest. Ob id nec lapis elixatur, quia nihil habet humoris; nec lignum, quia eius humor vinci non potest ob densitatē. *Arist.*4.*Meteor.c.*3.

1362 Assationem, esse concoctionem à calido sicco,& alieno. *Arist.*4.*Meteor.c.*3. *De Assatione.*

1363 Adustum dici, quod est nimis assatum. *Arist.*4.*Meteor.c.*3.

De Mixtorum proprietatibus.

1364 DVra, molliaque corpora esse; quæ ex humido constant,& sicco. *Arist.* 4.*Meteor.c.*4.

1365 Durum esse, quod non cedit, & in sese non refugit. vt lapis. seu Quod concretum, & congelatum est. *Arist.*4.*Meteor.c.*4. *& 2.Gener. tex.*13.

1366 Molle esse, quod in sese refugit, non obluctando. vt cera. *Arist.*4.*Meteor.c.*4.

1367 Corpus quodcunque, quod terminum proprium habet, aut durum, aut molle esse. Terminum enim proprium habet quodque corpus, quod ex humido constat, & sicco, quod autem

ex humido constat, & sicco, aut durum est, aut molle, vt supra dictum est. *Arist. 4. Meteor. c. 5.*

De Concretione, & Liquefactione.

1368 Concretionis, & Liquefactionis causas agentes, modo calidum, modo frigidum esse: materiam vero, humidum, & siccum. *Arist. 4. Meteor. c. 6.*

1369 Quæ calore sicco concreuere, aqua solui; quæ humor frigidus est: quæ vero frigore, igni; qui calidus. *Arist. 4. Meteor. c. 6.*

1370 Concretionem à calore contingere: quatenus calor humorem attrahit, & pars arida relicta spissatur, atque consistit. *Arist. 4. Meteor. c. 6. 8.*

1371 Concretionem à frigore contingere: quatenus frigus calorem pellit, & cum calore simul humor abit. *Arist. 4. Meteor. c. 6. 8.*

1372 Quæcunque mollia sunt, sed non liquida, abeunte humore non spissari, sed concrescere. vt fictile coctum. *Arist. 4. Meteor. c. 6.*

1373 Quæ à frigore, toto calore euaporante, concreuere; ea solui non nisi caloris exuperantia posse. vt ferrum. *Arist. 4. Meteor. c. 6.*

1374 Quæ humoris absentia concreuere; ea posse humore liquefieri. nisi adeo sese collegerint, coierintque, vt minora partibus aquæ foramina relicta sint. quod accidit fictili. *Arist. 4. Meteor. c. 8.*

1375 Quæ caloris absentia concreuere, calore liquescere. vt crystallus, plumbum, æs. *Arist. 4. Meteor. c. 8.*

De alijs mixtorũ proprietatibus.

1376 Humectabilia esse, quæ cum aqua inspergũtur, molliuscula redduntur. *Arist. 4. Meteor. c. 9.*

1377 Mollificabilia non esse, quæ ex aqua con-

concreuere; vt glacies. *Arist.4.Meteor.c.9.*

1378 Mollificabilia non esse, quorum totus humor est afficcatus. vt nitrum, vt sal. *Arist.4. Meteor.c.9.*

1379 Humectabilia esse, quę, cum terrea sint, & aqua duriora; meatus ampliores habent, quã sint aquæ partes. *Arist.4.Meteor.c.9.*

1380 Esse aqua liquabilia, quæcunque poros per totum commeantes habent. vt terra, vt nitrum. *Arist.4.Meteor.c.9.*

1381 Aqua liquabilia, sed non humectatilia esse; quorum foramina non euariant, sed continuata totum penetrant. vt accidit nitro. *Arist. 4.Meteor. c.9.*

1382 Flexilia esse, ac directilia: quorum longitudo ex recta in curuam, & ex curua in rectã mutari potest: vt arundo, ac vimen. *Arist.4. Meteor.c.9.*

1383 Fractionem esse, diuisionem, distractionemque in partes magnas. *Arist.4. Meteor.c.9.*

1384 Friationem esse diuisionem in quasuis partes sine discrimine, & quę duabus plures sint. *Arist.4. Meteor.c.9.*

1385 Friabilia esse, in quibus multã foramina sunt, quæ directim posita non sunt. vt glacies, vt lapis. *Arist.4.Meteor.c.9.*

1386 Fractilia esse, quorum pori sunt in longum porrecti. vt lignum. *Arist.4.Meteor.c.9.*

1387 Fractilia simul, & friabilia esse: in quibus vtrunque pororum genus est, & in longum positorum, & non directim. vt fictile. *Arist. 4.Meteor.c.9.*

1388 Impressionem esse, partis eius, quæ per summa residet, introrsum migrationem: quæ tã-

gen-

gendo fit siue pulsione, siue ictu. *Arist.* 3. *Meteor.c.9.*

1389 Pulsionem, esse motum, qui fit à mouẽte per contactum. *Arist.4. Meteor.c.9.*

1390 Ictum, esse motum, qui fit per delationem. *Arist.4. Meteor.c.9.*

1391 Impressilium alia mollia esse, vt cerã; alia dura, vt æs. *Arist.4.Meteor.c.9.*

1392 Non impressilium alia dura esse, vt fictile; alia liquida, vt aquam; quæ ad prementis latera refugit. *Arist. 4.Meteor.c.9.*

1393 Formatilia esse, quæcunque manu imprimi queunt, manentque impressa. vt cera. *Arist.4.Meteor.c.9.*

1394 Non formatilia esse, quæ difficile lapidis more, aut ligni, imprimuntur; aut facilè quidem, sed impressio, ceu lanæ, aut spongiæ, non remanet. *Arist. 4.Meteor.c.9.*

1395 Pressatilia esse, quæ pulsa, colligere sese possunt, intrò recedẽte superficie, non distracta, nec aliò demigrante parte aliqua; quod aquæ accidit, quæ in sublime solet resilire. *Arist.4.Meteor.c.9.*

1396 Pressatilia esse, quæ in sua vacua coire possunt, aut in suos poros plenos corpore molliori, quam sit ipsum corpus, quod in suos poros coit. vt lana, vt spongia. *Arist.4.Meteor.c.9.*

1397 Impressatilia esse, quæ pulsione in suos poros coire non possunt; quod vel poros non habeant, vel oppletos habeant corpore duriore. vt ferrum, lapis, aqua, & liquidum quodcunque. *Arist.4.Meteor.c.9.*

1398 Tractilia esse, quorum superficies in latus porrigi potest. vt neruus, vt viscum. Trahi enim

enim est, superficiem perpetuam existentem, porrigi versus ipsum mouens. *Arist.* 4.*Meteor.c.*9.

1399 Ductilia esse, quorum superficies eodem ictu potest simul & in latus, & in profundum migrare secundum partem. vt æs. *Arist.* 4.*Meteor.c.*9.

1400 Fissilia esse, quæ ampliorem, quam quæ ab eo, quod diuidit, fiat, diuisionem subire possunt. quod accidit ijs, quæ meatus in longum, & non in latum, porrectos habent. *Arist.* 4.*Meteor.c.*9.

1401 Infissilia esse tum liquida, tum impressilia, tum friabilia. *Arist.*4.*Meteor.c.*9.

1402 Sectilia esse, quæ dura cum sint, aut mollia; neque anticipare diuisionem, neque in frusta comminui possunt, cum diuiduntur. *Arist.*4.*Meteor.c.*9.

1403 Plurima, quæ per longitudinem fissilia sunt, per latitudinem esse sectilia. vt lignum. *Arist.*4.*Meteor.c.*9.

1404 Tenacia, & glutinosa esse, quæ, cum liquida, molliaue sint, protrahi possunt. quorum contraria, friabilia, & arida sunt. *Arist.*4.*Meteor.c.*9.

1405 Densatilia esse, quæcunque pressatilium stabilem, ac permanentem pressationem habent. *Arist.*4.*Meteor.c.*9.

1406 Indensatilia esse, quæcunque vel impressatilia sunt, aut pressationem obtinent inconstantem. *Arist.*4.*Meteor.c.*9.

1407 Combustilia esse, quæcunque meatus habent eiusmodi, vt ignem introrsum admittant, & in ijs meatibus, qui per rectum dispositi

sunt,

sunt, minus valentem; quam ignem, continent humorem. ea vel calore, vel frigore simul, & calore coagmentantur. combusta autem, in cinerem resoluuntur. *Arist. 4. Meteor. c. 9.*

1408 Incombustibilia esse, quæ meatus non habent, aut humorem igne valentiorem; vt glacies, & quæ valdè virent. *Arist. 4. Meteor. c. 9.*

1409 Exhalabilia, seu Euaporabilia esse quęcunque corpora humorem habent, sic tamen habent, vt euaporare nisi ignitis coniunctus non possit. *Arist. 4. Meteor. c. 9.*

1410 Vaporem esse, ab humido in spiritum, aeremque vi caloris vrentis factam secretionem; quæ madefacere queat. *Arist. 4. Meteor. c. 9.*

1411 Halitum quendam esse, qui neque madefacit, neque spiritus efficitur; & aridum quid, ac terra fieri solet. quam communi nomine exhalationem appellant. *Arist. 4. Meteor. c. 9.*

1412 Spiritum esse, fluxum aeris in longitudinem continuum. *Arist. 4. Meteor. c. 9.*

* θυμίασις. 1413 * Exhalationem, seu euaporationem esse, humidi, siccique in vnum collectam secretionem; quæ caloris vstiui oper[illegible] *Arist. 4. Meteor. c. 9.*

1414 Exhalationem n[illegible] sed tingere. *Arist. 4. Meteo*[illegible]

1415 Lignosi corr[illegible] [illegible]amũ esse. *Arist. 4. Meteo*[illegible]

* λιγνὺς. [illegible] [illegible]is exha[illegible] [illegible]*eor. c. 9.* [illegible] exhalatio[illegible] [illegible]bilia, quæ pos[illegible] [illegible] autem ea, quæ cum

cum liquida non sint, exhalare possunt. Pix autem, oleum, & cera, flammatilia sunt, sed magis cum alijs, quam per se. *Arist.*4.*Meteor.c.*9.

1419 Carbonatilia esse, quæ terræ plus, quã fumi continent. *Arist.*4.*Meteor.c.*9.

1420 E liquidis, quæ exhalare queunt, ad humiditatem magis pertinere; quæ vero ardere, ad siccitatem. *Arist.*4.*Meteor.c.*9.

1421 Similaria corpora esse, quæ partes habent eiusdem rationis. vt metalla, vt caro, vt os. *Arist.*4.*Meteor.c.*10.

1422 Diffimilaria corpora esse, quæ ex partibus constant diuersæ rationis. vt planta, vt facies. *Arist.*4.*Meteor.c.*10.

1423 Diffimilarium, ac similarium corporum materiam esse siccum, & humidum, seu terram, & aquam: agentia vero, calorem, ac frigus. *Arist.*4.*Meteor.c.*10.

1424 Liquidorum, quæcunque euaporare queunt, ad aquam spectare: quæ nequeunt, vel ad terram; vel ad terram, & aquam, vt lac; vel ad terram, & [illegible], vt mel; vel ad aquam, & aerem [illegible] *Arist.*4.*Meteor.c.*10.

[illegible], quæ caloris feruore spis[illegible]: quæ crassescunt frigore, [illegible]que, plurium esse commu[illegible] vinum prædulce. *Arist.*4.

[illegible]m, quæ frigore concreue[illegible]ciẽ, niuem, grandinem, prui[illegible]ræ: vt fictile, caseum, nitrum, [illegible]sse vtriusque. *Arist.*4.*Me*-

colliquantur, aquea esse, & inter-

interdum communia, vt ceram: quæ aqua, terrea: quæ neutro, terrea, aut ex vtroque conflata. *Arist. 4. Meteor. c. 10.*

1428 Ex concretis, liquidisue, quæ ad aquam pertinent, magnam partem frigida esse, nisi calorem externum habeant: quæ ad terram, magnam partem calida, ob caloris vim effectricē, vt calcem, cinerem. *Arist. 4. Meteor. c. 11.*

1429 Esse Tenue, repletiuum; Crassum, contra. *Arist. 2. de Gen. t. 10.*

1430 Viscosum esse, humidum aliquid passum, vt oleum. *Arist. 2. Gen. t. 11.*

1431 Aridum esse, quod perfectè siccum est, adeò vt ob humiditatis defectum etiam concreuerit. *Arist. 2. Gen. t. 12.*

1432 Vdum, siue Madens esse, quod habet alienam humiditatem superficie tenus. *Arist. 2. de Gen. t. 14.*

1433 Humectum, seu Irrigatum esse, quod alienam humiditatem introrsus habet, & in profundo. *Arist. 2. de Gen. t. 14.*

DI-

DE MIXTIS VIVENTIBVS.

siue

De Anima.

1 PRincipem locũ habent viuentia, & animata tũm ad literalem sensum è sacris libris, tum ad mysticũ eliciẽdum. multò enim ea nobiliora sunt, lõgeq; plures proprietates habẽt, quã meteora. Neque verò intelligentia de actibus humanis, de virtutibus, de felicitate, de Angelis, de Deo, haberi potest, vt homines hierarchicos decet, ac doctores aliorũ; sine doctrina de Anima intellectuali. Dicemus ergo, quantum oportere videbitur, de Viuentibus, siue de Anima; ac in primis de Homine, siue de Anima rationali.

Vitam dicimus eum motum, qui fit à principio intrinseco ei rei, qui ipsum motum recipit; per quem res perfectionem ali- *Viuẽtia.*

aliquam intrinsecam acquirit. Obid dicimus Plantas viuere. recipiunt enim plantæ motum incrementi, ac vegetationis in seipsæ, per internum principium, quo ipsæ ad se trahunt extrinsecum nutrimentũ, terram aquæ mixtam; & illud in suam substantiam mutant. Non putamus autem grauia, & leuia, vt lapides, vt ignem, esse viuentia; quamuis grauia deorsum, leuia sursum moueantur. Non enim ipsa se mouent, cũ sunt in loco proprio, vt se plantæ mouent vegetãdo, animalia cibũ inquirendo, & cognoscendo. Nec grauium, leuiumq; motus ad locum, est ad acquirendum aliquid ipsis intrinsecum. non est ergo motus vitæ. Tria 2
porrò sunt præcipua genera motuũ, perficientiũ intrinsecè rem, quæ mouet sese: pro triplici genere perfectionum, manẽtium in efficiente illas, nec ad aliud subiectum transeuntium: Vegetatio, Cognitio sensitiua, Intellectio. Viuentium ergo triplex genus est. Vegetabilium, quorum vnus tantũ vitæ motus est, augmentatio: eaq; Plantas appellamus. Sensitiuorum, quæ & augmentationem habent, & cognitionem acceptam sensibus: vocamusq; animalia. Intellectiuorum, quæ cognitione prædita sunt nobiliore, quàm quæ in sensibus est. quippe quæ, vt ipsi experimur, eleuare se potest ad percipienda

etiam

etiam ea, quę corporata non sunt. In viuentibus intellectiuis est Homo: qui, quoniã corpus habet, præter intellectionis motũ, ac vitam, augmentationis quoque, & sẽsitiuæ cognitionis particeps est. Principium illud primum, quod est in mixtis, corporatisque viuentibus; à quo vitæ motus promanat; Animam vocamus.

3 Est autem Anima, actus quidam, formaque substantialis in corpore naturali, varijs instrumẽtis, ac dispositionibus præparati, vt vitæ motus effici possit. Mixtũ enim viuens nullum est, quod non corpus habeat organicum, vt dictum est. Omne autem corpus organicum, est corruptioni obnoxium, vt experimur. *a* Corruptibile autem corpus ex materia, formaque componitur, substantijs imperfectis, vnum quid perfectum facientibus. Forma ergo illa, quæ organicum corpus requirit, est Anima. Quam substantiam esse in homine certò indicat ipsa vita intellectiua, vt infra dicetur. Ex eo autem, quod ea substãtia facit vnum perfectum cum materia; intelligimus materiam, substãtiam imperfectam esse; ac proinde nunquam esse sine forma aliqua substantiali ipsam complente. Ea forma in viuentibus, anima est. Animarum autem triplex genus est, Vegetatiuarum, Sensi-

Anima in cõmuni.

a Dist. 2. n. 6. et def. 582.

4

tiuarum, Rationalium; pro triplici viuentium corruptibilium genere.

Porro quædam his generibus communia sunt, quædam singulorum propria. Communia sunt: Instrumenta, Potentiæ, Actiones Vitales, Species. Hæc autem omnia in quocunque viuente entia quædam sunt, distincta ab ipsa viuētis anima. Ita experimur in nobis ipsis: quorum anima est nobilior cęteris animabus: deberet proinde maiorem in se simplicitatem habere: nec habet tamen. Nō solum enim actiones, & obiecta, speciesq; obiectorum, sunt ab animo nostro distincta; sed etiam organa, & potentiæ ad vegetatiuos, & sensitiuos actus necessariæ. Ex quo etiam conijcimus ipsas potentias rationales intellectum, & voluntatem, esse ab anima distinctas. Videtur enim omne ens creatum id habere ex natura sua, vt compositum semper sit, nunquam simplex. Nam omne ens creatum, finitum quid est, & limitatum. Non videtur autem finitum quid esse in sua entitate, ac limitatum id, quod in sua entitate compositionem non habet. Si enim vnam in vno genere illimitationē alicui enti concedas: infinitudinem ei concedas necesse est. Vna autem in vno genere infinitudo, non potest esse sine infinitudine in omni genere. Ita enim colligimus Deum esse

5

in

in omni genere infinitum: quia in ijs, quæ videmus, entibus, in quolibet infinita sine vllo termino individua producere potest. Compositionem ergo habet in suo esse quodlibet ens finitum: ne in suo esse infinitum sit. Ens autem intellectuale creatum, cum sit spirituale; si quã compositionem admittit, eam maximè admittet, quæ constat ex esse, & potentia, seu instrumento ad operandum. Esse enim est propter operationem. Si ergo esse est compositum: & principium operandi compositum est. Maneat ergo animam rationalem, principium intelligendi, ac volendi; esse à suis comprincipijs, id est à suis potentijs Intellectu, & Voluntate, distinctam.

6 Ex ratione paullo ante proposita ad probandum distinctas esse ab Anima potentias ipsius; intelligimus *b* cur actus ipsi vitales vegetationis, sensationis, intellectionis, sint, vt experimur, ab Anima distincti. Omne enim ens finitæ perfectionis, ex vnione cum alio ente sibi congruente, perfectius fit. Anima ens quoddam finitum est. fit ergo in suo genere, id est, in ratione vitæ, perfectior, per vnionem cum alijs entibus sibi, quatenus vita quædam est, congruentibus. Vnitur autem alijs entibus per actus vitales: quatenus actus vitales inducunt in animam

b Vid. Par. 1. d. 2. à n. 10. et Arist. 12. Met.

gendo fit siue pulsione, siue ictu. *Arist.* 3. *Meteor. c.* 9.

1389 Pulsionem, esse motum, qui fit à mouẽte per contactum. *Arist.* 4. *Meteor. c.* 9.

1390 Ictum, esse motum, qui fit per delationem. *Arist.* 4. *Meteor. c.* 9.

1391 Impressilium alia mollia esse, vt cerã; alia dura, vt æs. *Arist.* 4. *Meteor. c.* 9.

1392 Non impressilium alia dura esse, vt fictile; alia liquida, vt aquam; quæ ad prementis latera refugit. *Arist.* 4. *Meteor. c.* 9.

1393 Formatilia esse, quæcunque manu imprimi queunt, manentque impressa. vt cera. *Arist.* 4. *Meteor. c.* 9.

1394 Non formatilia esse, quæ difficile lapidis more, aut ligni, imprimuntur; aut facilè quidem, sed impressio, ceu lanæ, aut spongiæ, non remanet. *Arist.* 4. *Meteor. c.* 9.

1395 Pressatilia esse, quæ pulsa, colligere sese possunt, intrò recedẽte superficie, non distracta, nec aliò demigrante parte aliqua; quod aquę accidit, quæ in sublime solet resilire. *Arist.* 4. *Meteor. c.* 9.

1396 Pressatilia esse, quæ in sua vacua coire possunt, aut in suos poros plenos corpore molliori, quam sit ipsum corpus, quod in suos poros coit. vt lana, vt spongia. *Arist.* 4. *Meteor. c.* 9.

1397 Impressatilia esse, quæ pulsione in suos poros coire non possunt; quod vel poros non habeant, vel oppletos habeant corpore duriore. vt ferrum, lapis, aqua, & liquidum quodcunque. *Arist.* 4. *Meteor. c.* 9.

1398 Tractilia esse, quorum superficies in latus porrigi potest. vt neruus, vt viscum. Trahi enim

enim est, superficiem perpetuam existentem, porrigi versus ipsum mouens. *Arist.* 4.*Meteor.c.*9.

1399 Ductilia esse, quorum superficies eodem ictu potest simul & in latus, & in profundum migrare secundum partem. vt æs. *Arist.* 4.*Meteor.c.*9.

1400 Fissilia esse, quæ ampliorem, quam quæ ab eo, quod diuidit, fiat, diuisionem subire possunt. quod accidit ijs, quæ meatus in longum, & non in latum, porrectos habent. *Arist.* 4.*Meteor.c.*9.

1401 Infissilia esse tum liquida, tum impressilia, tum friabilia. *Arist.*4.*Meteor.c.*9.

1402 Sectilia esse, quæ dura cum sint, aut mollia; neque anticipare diuisionem, neque in frusta comminui possunt, cum diuiduntur. *Arist.*4.*Meteor.c.*9.

1403 Plurima, quæ per longitudinem fissilia sunt, per latitudinem esse sectilia. vt lignum. *Arist.*4.*Meteor.c.*9.

1404 Tenacia, & glutinosa esse, quæ, cum liquida, molliaue sint, protrahi possunt. quorum contraria, friabilia, & arida sunt. *Arist.*4.*Meteor.c.*9.

1405 Densatilia esse, quæcunque pressatilium stabilem, ac permanentem pressationem habent. *Arist.*4.*Meteor.c.*9.

1406 Indensatilia esse, quæcunque vel impressatilia sunt, aut pressationem obtinent inconstantem. *Arist.* 4.*Meteor.c.*9.

1407 Combustilia esse, quæcunque meatus habent eiusmodi, vt ignem introrsum admittant, & in ijs meatibus, qui per rectum dispositi

sunt,

sunt, minus valentem; quam ignem, continent humorem. ea vel calore, vel frigore simul, & calore coagmentantur. combusta autem, in cinerem resoluuntur. *Arist. 4. Meteor. c. 9.*

1408 Incombustibilia esse, quæ meatus non habent, aut humorem igne valentiorem; vt glacies, & quæ valdè virent. *Arist. 4. Meteor. c. 9.*

1409 Exhalabilia, seu Euaporabilia esse quęcunque corpora humorem habent, sic tamen habent, vt euaporare nisi ignitis coniunctus non possit. *Arist. 4. Meteor. c. 9.*

1410 Vaporem esse, ab humido in spiritum, aeremque vi caloris vrentis factam secretionem; quæ madefacere queat. *Arist. 4. Meteor. c. 9.*

1411 Halitum quendam esse, qui neque madefacit, neque spiritus efficitur; & aridum quid, ac terra fieri solet. quam communi nomine exhalationem appellant. *Arist. 4. Meteor. c. 9.*

1412 Spiritum esse, fluxum aeris in longitudinem continuum. *Arist. 4. Meteor. c. 9.*

θυμίασις. 1413 * Exhalationem, seu euaporationem esse, humidi, siccique in vnum collectam secretionem; quæ caloris vsitui opera fit. *Arist. 4. Meteor. c. 9.*

1414 Exhalationem non madefacere, sed tingere. *Arist. 4. Meteor. c. 9.*

1415 Lignosi corporis exhalationem, fumũ esse. *Arist. 4. Meteor. c. 9.*

λιγνὺς. 1416 * Fuliginem, esse corporis pinguis exhalationem; vt cerę, thuris. *Arist. 4. Meteor. c. 9.*

1417 Nidorem, oleosi corporis exhalationem esse. *Arist. 4. Meteor. c. 9.*

1418 Flammatilia esse, cobustibilia, quæ possunt flammam exhibere. Sunt autem ea, quæ

cum

cum liquida non sint, exhalare possunt. Pix autem, oleum, & cera, flammatilia sunt, sed magis cum alijs, quam per se. *Arist.* 4. *Meteor.* c. 9.

1419 Carbonatilia esse, quæ terræ plus, quã fumi continent. *Arist.* 4. *Meteor.* c. 9.

1420 Liquidis, quæ exhalare queunt, ad humiditatem magis pertinere; quæ vero ardere, ad siccitatem. *Arist.* 4. *Meteor.* c. 9.

1421 Similaria corpora esse, quæ partes habent eiusdem rationis. vt metalla, vt caro, vt os. *Arist.* 4. *Meteor.* c. 10.

1422 Dissimilaria corpora esse, quæ ex partibus constant diuersæ rationis. vt planta, vt facies. *Arist.* 4. *Meteor.* c. 10.

1423 Dissimilarium, ac similarium corporum materiam esse siccum, & humidum, seu terram, & aquam: agentia vero, calorem, ac frigus. *Arist.* 4. *Meteor.* c. 10.

1424 Liquidorum, quæcunque euaporare queunt, ad aquam spectare: quæ nequeunt, vel ad terram; vel ad terram, & aquam, vt lac; vel ad terram, & aerem, vt mel; vel ad aquam, & aerem, vt oleum. *Arist.* 4. *Meteor.* c. 10.

1425 Liquidorum, quæ caloris feruore spissantur, communia esse: quæ crassescunt frigore, esse terræ: quæ vtroque, plurium esse communia; vt oleum, mel, vinum prædulce. *Arist.* 4. *Meteor.* c. 10.

1426 Consistentium, quæ frigore concreuere, aquæ esse; vt glaciẽ, niuem, grandinem, pruinam. quæ calore, terræ: vt fictile, caseum, nitrum, sal. quæ vtroque, esse vtriusque. *Arist.* 4. *Meteor.* c. 10.

1427 Quæ igne colliquantur, aquea esse, & inter-

interdum communia, vt ceram: quæ aqua, terrea: quæ neutro, terrea, aut ex vtroque conflata. *Arist. 4. Meteor. c. 10.*

1428 Ex concretis, liquidisue, quæ ad aquam pertinent, magnam partem frigida esse, nisi calorem externum habeant: quæ ad terram, magnam partem calida, ob caloris vim effectricé, vt calcem, cinerem. *Arist. 4. Meteor. c. 11.*

1429 Esse Tenue, repletiuum; Crassum, contra. *Arist. 2. de Gen. t. 10.*

1430 Viscosum esse, humidum aliquid passum, vt oleum. *Arist. 2. Gen. t. 11.*

1431 Aridum esse, quod perfectè siccum est, adeò vt ob humiditatis defectum etiam concreuerit. *Arist. 2. Gen. t. 12.*

1432 Vdum, siue Madens esse, quod habet alienam humiditatem superficie tenus. *Arist. 2. de Gen. t. 14.*

1433 Humectum, seu Irrigatum esse, quod alienam humiditatem introrsus habet, & in profundo. *Arist. 2. de Gen. t. 14.*

DI-

DISTINCTIO QVARTA.

DE MIXTIS VIVENTIBVS.

siue

De Anima.

1 PRincipem locũ habent viuentia, & animata tũ ad literalem sensum ẽ sacris libris, tum ad mysticũ eliciẽdum. multò enim ea nobiliora sunt, lõgeq; plures proprietates habẽt, quã meteora. Neque verò intelligentia de actibus humanis, de virtutibus, de felicitate, de Angelis, de Deo, haberi potest, vt homines hierarchicos decet, ac doctores aliorũ, sine doctrina de Anima intellectuali. Dicemus ergo, quantum oportere videbitur, de Viuentibus, siue de Anima; ac in primis de Homine, siue de Anima rationali.

Vitam dicimus eum motum, qui fit à principio intrinseco ei rei, qui ipsum motum recipit; per quem res perfectionem *Viuẽtia.*

ali-

aliquam intrinsecam acquirit. Ob id dicimus Plantas viuere. recipiunt enim plantæ motum incrementi, ac vegetationis in seipsæ, per internum principium, quo ipsæ ad se trahunt extrinsecum nutrimentū, terram aquæ mixtam; & illud in suam substantiam mutant. Non putamus autem grauia, & leuia, vt lapides, vt ignem, esse viuentia; quamuis grauia deorsum, leuia sursum moueantur. Non enim ipsa se mouent, cū sunt in loco proprio, vt se plantæ mouent vegetādo, animalia cibū inquirendo, & cognoscendo. Nec grauium, leuiumq; motus ad locum, est ad acquirendum aliquid ipsis intrinsecum. non est ergo motus vitæ. Tria porrò sunt præcipua genera motuū, perficientiū intrinsecè rem, quæ mouet sese: pro triplici genere perfectionum, manētium in efficiente illas, nec ad aliud subiectum transeuntium: Vegetatio, Cognitio sensitiua, Intellectio. Viuentium ergo triplex genus est. Vegetabilium, quorum vnus tantū vitæ motus est, augmentatio: eaq; Plantas appellamus. Sensitiuorum, quæ & augmentationem habent, & cognitionem acceptam sensibus: vocamusq; animalia. Intellectiuorum, quæ cognitione prædita sunt nobiliore, quàm quæ in sensibus est. quippe quæ, vt ipsi experimur, eleuare se potest ad percipienda

etiam

etiam ea, quę corporata non sunt. In viuentibus intellectiuis est Homo: qui, quoniã corpus habet, præter intellectionis motũ, ac vitam, augmentationis quoque, & sẽsitiuæ cognitionis particeps est. Principium illud primum, quod est in mixtis, corporatisque viuentibus; à quo vitæ motus promanat; Animam vocamus.

3 Est autem Anima, actus quidam, formaque substantialis in corpore naturali, varijs instrumẽtis, ac dispositionibus præparati, vt vitæ motus effici possit. Mixtũ enim viuens nullum est, quod non corpus habeat organicum, vt dictum est. Omne autem corpus organicum, est corruptioni obnoxium, vt experimur. *a* Corruptibile autem corpus ex materia, formaque componitur, substantijs imperfectis, vnum quid perfectum facientibus. Forma ergo illa, quæ organicum corpus requirit, est Anima. Quam substantiam esse in homine certò indicat ipsa vita intellectiua, vt infra dicetur. Ex eo autem, quod ea substãtia facit vnum perfectum cum materia; intelligimus materiam, substãtiam imperfectam esse; ac proinde nunquam esse sine forma aliqua substantiali ipsam complente. Ea forma in viuentibus, anima est. 4 Animarum autem triplex genus est, Vegetatiuarum, Sensi-

Anima in cõmuni.

a *Dist. 2. n. 6. et def. 582.*

tiuarum, Rationalium; pro triplici viuentium corruptibilium genere.

Porro quædam his generibus communia sunt, quædam singulorum propria. § Communia sunt: Instrumenta, Potentiæ, Actiones Vitales, Species. Hæc autem omnia in quocunque viuente entia quædam sunt, distincta ab ipsa viuētis anima. Ita experimur in nobis ipsis: quorum anima est nobilior cęteris animabus: deberet proinde maiorem in se simplicitatem habere: nec habet tamen. Nō solum enim actiones, & obiecta, speciesq; obiectorum, sunt ab animo nostro distincta; sed etiam organa, & potentiæ ad vegetatiuos, & sensitiuos actus necessariæ. Ex quo etiam conijcimus ipsas potentias rationales intellectum, & voluntatem, esse ab anima distinctas. Videtur enim omne ens creatum id habere ex natura sua, vt compositum semper sit, nunquam simplex. Nam omne ens creatum, finitum quid est, & limitatum. Non videtur autem finitum quid esse in sua entitate, ac limitatum id, quod in sua entitate compositionem non habet. Si enim vnam in vno genere illimitationē alicui enti concedas: infinitudinem ei concedas necesse est. Vna autem in vno genere infinitudo, non potest esse sine infinitudine in omni genere. Ita enim colligimus Deum esse

in

in omni genere infinitum: quia in ijs, quæ videmus, entibus, in quolibet infinita sine vllo termino individua producere potest. Compositionem ergo habet in suo esse quodlibet ens finitum: ne in suo esse infinitum sit. Ens autem intellectuale creatum, cum sit spirituale; si quã compositionem admittit, eam maximè admittet, quæ constat ex esse, & potentia, seu instrumento ad operandum. Esse enim est propter operationem. Si ergo esse est compositum: & principium operandi compositum est. Maneat ergo animam rationalem, principium intelligendi, ac volendi; esse à suis com-principijs, id est à suis potentijs Intellectu, & Voluntate, distinctam.

6 Ex ratione paullo ante proposita ad probandum distinctas esse ab Anima potentias ipsius; intelligimus *b* cur actus ipsi vitales vegetationis, sensationis, intellectionis, sint, vt experimur, ab Anima distincti. Omne enim ens finitæ perfectionis, ex vnione cum alio ente sibi congruente, perfectius fit. Anima ens quoddam finitum est. fit ergo in suo genere, id est, in ratione vitæ, perfectior, per vnionem cum alijs entibus sibi, quatenus vita quædam est, congruentibus. Vnitur autem alijs entibus per actus vitales: quatenus actus vitales inducunt in animam

b *Vid. Par. 1. d. 2. à n. 10. et Arist. 12. Met.*

alia entia vel re ipsa, vt fit per nutritionem, & augmentationem, quæ alimentum in viuentis substantiam conuertunt; vel per intentionalem rerum expressionem, vt per cognitionem efficitur. ergo si idem esset anima cum suo actu vitali: non esset in potentia ad alia entia sui perfectiua secundum proprium genus vitæ. entia autem perfectiua possunt esse infinita. ergo Anima esset actu infinita in suo genere vitæ. non ergo esset ens in suo genere limitatum. Distincti sunt igitur actus vitales ab ipsa anima.

7 Porrò Anima cognoscitiua, cum non habeat eam perfectionem indiuidualem, quæ est in obiectis: non potest obiectorum expressionem vitalem, id est cognitionem in se formare; nisi ipsa obiecta concurrant producendo simul cum anima cognitionem illam. Contingit autem sæpè obiecta ab anima distare. c Actio autem non potest fieri in subiectum distans. Necessarium est igitur produci ab ipsis obiectis aliquid vsque ad Animam; quod instrumentum sit obiectorum, producens simul cum anima cognitionem eorum, illud instrumentum, quia similitudo quædam obiectorum est, species appellatur. Distinguitur ergo Anima à speciebus obiectorum. non est enim ipsa similitudo eorum, cum expres-

c *Vid. Dist. 2. def. 712.*

sionem eorum formare non posit non concurrentibus obiectis immediatè vel per se, vel per speciem sui.

8 Iam ipsa obiectorum expressio, seu cognitio, imago quædam obiecti esse videtur, & similitudo. est enim quędam ipsius participatio, ab ipso producta, vt dictum est. Habet ergo cognitio rationem quandam ordinis ad obiectum, quo ordine refert se anima ad obiectum, vt illud apprehendat, ac sibi vitaliter vniat ad suam perfectionem: vt anima per eam vnionē fiat ea omnia, quæ suæ naturæ sunt con-

9 gruentia. Contingit autem sæpissimè formari ab anima cognitionem circa obiectum, quod non est: quatenus vel non est præsens animæ, vel non existit vspiam, vel non est possibile. Quid est illud, quod tunc, cognitioni obijcitur, & cui anima cognoscendo vnitur? non est profecto ipsa cognitio. non enim tunc experimur ipsam nos cognitionem cognoscere; sed aliud quid, nempe cognitionis obiectum. neque potest esse obiectum ipsum: quippe quod ponimus nusquam esse. neque species obiecti. tum quia sæpè contingit obiectum esse impossibile, vt est chimæra; ac proinde non posse producere speciem sui, repræsentatiuam eius, vt nobis ipsum obijcitur. tum quia experimur, cum aliquid in alio co-

gnoscimus tanquam in Imagine, cognoscere nos simul ipsam Imaginem; vt cum Cæsarem in eius statua cognoscimus: at non experimur nos speciem obiecti cognoscere, cum obiectum cognoscimus. Videtur ergo illud simulacrū, quod cognitioni obijcitur, cum obiectum non est ita præsens, vt ipsum met in nostram cognitionem influat, ipsamque terminet immediatè in ratione obiecti; esse aliquid ab ipsa cognitione confictum: in quo anima tanquam in simulacro cognoscit per suam cognitionem obiectum; vt in statua Cæsaris Cæsarem cognoscimus. illud autem fictum, rationem habet Imaginis, ac entis realis; si res, cuius ea imago est similitudo, sit possibilis: sin minus, ens rationis est, ac merè fictum. vt Imago, & statua entis; quod esse non potest: fictum omnino quid esset in ratione imaginis, & repræsentatiui. Potest autem contingere, vt id, quod à cognitione fingitur, & tamen non est; ita omnino fingatur, vt ipsum est possibile vt sit. atque hoc esset efficere cognitione entia possibilia vt possibilia. Quamquam etiam ante cognitionem nostram habent esse possibile, quatenus sunt obiectum, & terminus potentiæ, quæ potest illa producere. Ita se habet diuina cognitio respectu creaturarum possibilium. Cum enim diuina co-

cognitio, sit ipsa diuina essentia, quæ est omnium intelligentia, vt infra dicetur: creaturæ autem non possint in eam cognitionem influere, cum nihil sint, & ipsa sit primum omnium principium: ipsa est, quæ cognoscendo format omnia rerum simulacra, quæ nihil à parte rei sunt, præter ipsum esse obiectiuum, quod habent in Dei cognitione. neque verò illa simulacra sunt ipsa diuina essentia: hæc enim infinita est, & necessaria; illa finita, & contingentia. Quamquam secundum nostrum modum concipiendi etiam ante cognitionem diuinam entia possibilia sunt possibilia, quatenus sunt obiectum, & terminus potentiæ diuinæ, quæ potest illa producere. Illud ergo esse obiectiuum respectu tum potentiæ, tum cognitionis diuinæ, est esse possibile creaturarum. Quod non est à se, sed à Dei cognitione, illud formante, vt dictum est. neque est aliquid extra ipsam cognitionem: sed ipsa cognitio illud repræsentat, ac refert ipso suo ordine, seu quasi ordine ad obiectum. Hoc ipsum, quod facit diuina cognitio, indicat nobis quid faciat nostra cognitio, cum obiecta apprehendit, quæ non sunt. Quamquam in multis dispar est ratio; vt ex ijs, quæ infra dicentur, intelligetur. Porrò motiuum, siue princi-

pium inducens ad apprehendendum cognitione id, quod non est, semper est aliquod reale vel nunc, vel alias apprehensum. Vt enim Deus cognoscit ea, quæ non sunt, nempe possibilia; quatenus diuinam suam essentiam cognoscit, quæ participabilis est ab entibus finitis in infinitum, motiuumq; formandi cognitione possibilia est essentiæ diuinæ fœcunditas infinita: ita ad cognoscendū nos ea, quæ nō sunt, etiam impossibilia, motiuum sunt vel obiecta præsentia, vel species in anima relictæ ab obiectis alias apprehensis. Contingere autem solet nos obiecta simplicia non apprehendere vt sunt; sed ea cognoscendo quasi diuidere: vt cum in Homine rationem animalis apprehendimus, non apprehensa ratione rationalis: ita ratio animalis, licet ens reale sit; impossibile tamen quid est, quatenus apprehenditur à suis speciebus diuisa; si gradus metaphysici non sint distincti in rebus. Solet etiam contingere moueri nos ad apprehendendum aliqua à speciebus rerum diuersarum, sed tamen illa diuersa, non vt diuersa apprehendere, sed vt quid vnum simplex, ac vnius essentiæ: ita licet id, quod apprehenditur, ens reale sit secundum suas partes; secundum tamen modū, quo apprehēditur vt quid vnius

essen-

essentiæ, impossibile quid est, & ens rationis nō habēs illud esse simplex ex se, sed ex ratione, seu anima cognoscente. In his autem apprehendendis, quæ esse non possunt secundum eum modū, quo apprehenduntur; duplex cognitio esse solet, altera directa in rem ipsam, quæ apprehenditur, vt in rationem animalis, in hircum, & ceruum: altera reflexa, quæ apprehendit etiam modum, quo obiecta per directam cognitionem sunt apprehensa, nempe præcisionem, ac distinctionem vnius rationis ab altera; vel compositionem vnius rationis cum altera; quæ non sunt possibiles, sed factæ per directam cognitionem. Obiecta per directam cognitionem apprehēsa, possibilia sunt. Possibile enim quid ratio animalis est, & ratio hirci, ac cerui. Obiecta autem per reflexam cognitionē apprehensa, vt dictum est; impossibilia sunt. impossibilis enim est ratio animalis ab omni animalis differentia, distincta; & essentia, ex hirci, & cerui essentia, composita. reflexio autem cognitionis super alterius cognitionis modum non potest fieri nisi ab anima spirituali, ac rationali. ideo obiecta impossibilia, quę quasi possibilia sint, apprehenduntut, entia, & opera rationis appellantur. Simulacrum autem, quo ea apprehēduntur,

tur, ens reale semper est, à directa cognitione acceptum, vt supra dictum est. His de Anima prælibatis, ad singula eius genera veniamus.

Anima vegetatiua.

Primum autem animarum genus est Anima vegetatiua. Vegetationis autem tria sunt opera, Generatio, Nutritio, Augmentatio. Principio enim quæque viuentia generantur: tum incremẽtum suscipiunt, quo vsque ad eã molem perueniant, quæ cuique congruit; interim autem dum augescũt, & postquam adoleuerint, nutritionẽ suscipiunt; vt quod vi caloris intrinsi absumitur, alimento reparetur. Vegetantur autem & plantæ, & animalia; in quibus principem locũ habet homo, anima præditus immortali. Quicquid autem vegetationem suscipit, corruptioni obnoxium est. Sunt autem hominum artes aliquæ naturam imitantes, & ad opera generationis, incrementi, nutritionis iuuandam; & ad decrementi, corruptioniq; occurrendũ. Artem eam, quæ ad hæc patranda circa plantas versatur, Agriculturam nominant; alteram autem, quæ circa corpus humanum est, Medicinam. 11

d *Varro de Re rust. Columella, Galenus, Hippocrates, alij.*

Plurima sunt Agriculturæ, Medicinæque præcepta, quæ *d* viri peritissimi tradunt. Valent illa maximè ad sacras interpretationes Scripturarum. Viuentium 12

tium enim corporatorum generatio, incrementa, nutritio, corruptio, morbi; vitæ, interituſque ſpiritualis ſymbola ſunt. & his ſymbolis & Scriptura ipſa vtitur, & ſancti Patres ad interpretandum diuina. Operæpretium eſſet ea omnia in has noſtras Definitiones inferre: niſi ſuperuacaneus labor eſſet, ſcriptis iam ante nos ab eruditiſſimis viris de Agricultura, Medicinaque libris ſapientiſſimis; qui omnibus in promptu ſunt. ac pro noſtris de Medicina definitionibus ſint in primis Hippocratis Aphoriſmi: quos vt adſcriptos huic noſtræ Diſtinctioni volumus haberi. Ne tamen nō aliquid ipſi quoque ex Agriculturæ, Medicinæque arte delibemus: definitiones aliquot ex eis quoque diſciplinis exempli cauſa inſeremus in noſtrum opuſculum ad Iſagogem.

13 Secundum animarum genus eſt Anima ſenſitiua. Principium illa eſt ſenſationis, appetitionis, motuſque localis in animalibus. Habet autem ad hæc opera præſtanda inſtrumenta ſua. Senſus inſtrumenta ſenſationis ſunt. Duplex autem eſt ſenſuum genus, externorum, & internorum. Externi ſenſus quinque, viſus, auditus, olfactus, guſtus, tactus. Appetitus ſenſitiuus appetitionis inſtrumentum, & ſedes eſt. Ad actum appe-

Anima ſenſitiua.

titus

titus motus localis consequitur; cuius motus instrumenta sunt musculi. Quæ autem de anima sensitiua nunc breuibus complectimur, sunt in definitionibus fusius explicanda: cum ad intelligenda diuina plurimum valeant. habent enim ea magnam analogiam ad diuina.

Anima intellectiua.

14 Anima intellectiua tertium est animæ genus. Eam philosophica cognitio mirum quantum ad Fidei cognitionem prodest. Introducit enim ad doctrinam Fidei: quatenus vera esse docet etiam secundum lumen naturale, quæ Fides christiana tradit de animo nostro: quod ille sit immortalis; quod forma sit corporis; quod non vnus in omnibus hominibus, sed suus in quolibet homine animus sit; quod nō fuerit ante corpus. Neque verò sine animæ intellectiuæ philosophia intelligi possūt, quæ Theologi disputant de visione beatifica, de habitibus infusis, de Fide, Spe, Charitate, de actibus humanis, de Angelorū, de Christi, de Dei scientia. Definitionibus ergo complecti conabimur omnem disputationem de Anima intellectiua. Dicemus de intellectionis natura, obiecto, subiecto, generibus, potentia; de speciebus intelligibilibus; de voluntate, de habitibus.

DE-

De Animæ ratione. c. 1.

1434 ANimam esse actum primum, substantialem, corporis organici, potentia vitam habētis. *Dist. 4. nu. 3. Arist. 2. de Anim. c. 1. t. 6. & t. 24.*

1435 Vitam substantialem esse, ipsam animam. quatenus Anima vitæ accidentalis principium est. *Dist. 4. n. 3. Arist. 2. de An. c. 2. S. Th. 1. p. q. 18. a. 2.*

1436 Vitam accidentalem esse, motum, operationemque vitalem, quem efficit anima. vt est nutritio, sensatio, intellectio. *Dist. 4. n. 1. 2. Arist. 2. de An. t. 13. S. Th. 1. p. q. 18. a. 2.*

1437 Corpus organicum esse, quod plures partes habet varia figura, & temperie distinctas. *Dist. 4. n. 3. Arist. 2. de An. t. 6.*

1438 Triplicem animam esse, vegetatiuam, sensitiuam, rationalem. Triplex est enim genus viuentium, Plantæ, animantes, homines: quæ & organa habent, & operationes longè diuersas. Accidentia autem diuersa, diuersum indicant principium ipsorum, id est, animam. *Dist. 4. n. 2. Arist. 2. de An. c. 2.*

1439 Immanentem esse omnem operationē vitalem. Recipitur enim in eodem subiecto, à quo promanat. *Dist. 4. n. 2.*

1440 Motum localem, & verborum sonum,

&

& cæteras operationes, quas exercent Angeli corporibus, quæ solent assumere; non esse operationes vitales. Neque enim immediatè procedunt, neque recipiuntur in vllo vitæ principio; quale est Angelus, & anima. Sed à corporibus assumptis immediatè procedunt, in eisque recipiũtur: quæ corpora nõ sunt animata. *Dist.4.n.2.*

1441 Distingui operationes vitales ab anima. Experimur enim nos non semper sentire, non semper intelligere. *Dist.4. n.6. & Par.1. d.2. nu.10.*

1442 Distingui obiecta, quæ anima cognoscit, ab anima ipsa; nisi cum se ipsam intelligit. est enim anima ens limitatum non habens in se perfectionem entium cæterorum. *Dist.4.n.6.*

1443 Distingui obiecta, quæ cognoscuntur, ab ipsa cognitione, qua cognoscuntur. Plurima enim obiecta sunt etiam loco diffita à nostra cognitione, qua illa apprehendimus. & cum ipsam cognitionem nostram volumus apprehendere; alia cognitio necessaria nobis est, quæ in illam reflectat. *Exper.*

De Speciebus intentionalibus.

1444 ESse aliquid, & ab anima cognoscente, & ab ipsa cognitione, & ab obiecto cognitionis distinctum, quod ad productionem cognitionis influit loco obiecti. Cum enim contingat obiectum esse loco diffitum ab anima; & animam non posse se sola indiuidualis obiecti cognitionem formare, cum obiecti rationem indiuidualem non habeat: necessariũ est obiectum ad cognitionem concurrere per aliquid

quid repræsentatiuum ipsius. *Dist.* 2. *n.* 7. & *Par.* 1. *d.* 2. *n.* 11. *Arist* 2. *de An. t.* 121. 124. & *l. de Memoria c.* 1. & *l. de somnijs c.* 2. *S.* 1 *b.* 1. *p. q.* 55. *a.* 1 & 3. *con. gen. c.* 49.

1445 Instrumentum, quo obiectum simul cũ anima ad cognitionis productionem influit; Speciem appellari. est enim imago quædam, ac similitudo referens, ac repræsentans obiectum. *Dist.* 2. *n.* 7.

1446 Necessarium non esse ad repræsentandum, & referendum obiectum, esse speciem imaginem, ac similitudinem in qua: vt sunt picturæ, ac sculpturæ, quæ sua prototypa repræsentant. Ad cognoscendum enim aliquid per aliud, satis est ratio signi, & ordo transcẽdentalis ad illud, quod est cognoscendum. vt experimur in cognitione Dei per creaturas, quæ respectu Dei actus puri imperfectissimæ imagines sunt, & signa potius, quam imagines. Quod autem non sit necessarium ad cognitionem obiecti ad suum illud signum respicere; docet ipsa experientia. non enim experimur, dum obiecta cognoscimus, vllam aliam imaginem, vel signum intueri, præter obiectum ipsum. & sanè si speciem intueremur, cognosceremus ipsam esse quid aliud ab obiecto, vt re ipsa est, & imaginem ipsius. vt accidit, cum oculis statuâ Cæsaris intuemur. *Dist.* 2. *n.* 9.

De Cognitione.

1447 COgnitionem non esse idem rẽ cum specie, quæ est instrumentũ obiecti. Cognitio enim est sensus ipse, qui habetur de obiecto, vt ipsi experimur cum cognoscimus.

at

at ſpecies non eſt ſenſus obiecti. ſenſus enim eſt actus vitæ procedens à principio vitæ, nempè anima. at obiectum, à quo ſpecies procedit, non facit actum vitæ, cum ſpeciem producit; & ſæpiſsimè contingit ipſum non eſſe viuens. rurſum ea ſpecies non eſt actus vitæ, ac ſenſus in medio, in quo producitur, vt ſpecies viſiua in aere: igitur neque in anima. vt ipſa etiam docet experiẽtia: quia ſæpè contingit in oculo recipi ſpeciem obiecti, nec tamen eſſe viſionem; & in imaginatiua ſunt plurimæ ſpecies, nec tamen actu imaginamur: nempè quia anima non aduertit, id eſt, non cognoſcit, & ſentit. ergo aliquid aliud eſt id, quod præter ſpeciem inhærentem habet rationem vitæ, ac ſenſus, productum ab anima. *Ariſt. 2. de An. t. 37. & 9. Met. 16. & de ſenſu c. 2.*

1448 Cognitionem eſſe ordinem quendam ad obiectum, quod cognoſcitur. quo ordine vnitur anima intentionaliter, ac vitaliter cum obiecto, ac poſſidet illud. Refert enim cognitio, & repræſentat obiectum, vt experimur, ac ſentimus ipſi, cũ aliquid cognoſcimus. *Diſt. 4. n. 1. 9.*

1449 Intentionales actus dici animæ operationes ſenſitiuas, & intellectiuas. quia ordines quidam ſunt, & quaſi tendentiæ ad obiecta. *Diſt. 4. n. 9.*

1450 Cognitionis ordinem ad obiectum rationem quãdam imaginis habere reſpectu obiecti. Signat enim, & repræſentat illud: vt experimur. non enim ſentimus obiectum ſine illa. *Diſt. 4. n. 8. 9. 10.*

1451 Speciem expreſſam dici ſolere à Philoſophis cognitionem. Exprimit enim, & repræſentat obiectum. Ob id ſpecificari dicitur cognitio

gnitio ab obiecto, id est, in certa entium specie poni ob ordinem essentialem, quem habet ad obiectum. quamquam & alia etiam, quæ nō sunt repræsentationes obiectorum, specificari dicuntur à suis obiectis ob ordinem, quem habent ad illa. *Dist.* 4. *n.* 8. 9. 10.

1452 Speciem impressam dici solere à Philosophis speciem ab obiecto productam. Quoniā loco obiecti in anima imprimitur ad producendum cognitionem obiecti. *Dist.* 4. *n.* 7.

1453 Speciem expressam obiecti non esse cognitionem solam, seu solum ordinem vitalē, ac intentionalem ad obiectum. Species enim, & Imago perfecta, & simulacrum, quod nobis cognoscentibus objicitur, & in nobis exprimitur, ac sentitur; est ipsum obiectum, vt experimur. quod per cognitionem assequimur, ac nobis vnimus. est ergo species expressa cōnotatum quoddam ex cognitione, & obiecto. Et vero visio, qua beati vident intuitiuè Deum, non potest aliud esse. non enim potest vllum ens creatum imago esse Dei vt Deus est infinitus, ac actus purus. *Dist.* 4. *n.* 9.

1454 Neque speciem impressam, neque expressam, esse speciem in qua, seu simulacrum obiecti; sed speciem qua, nempe qua sentitur, & apprehenditur obiectum. Neque enim ipsas nobis objicimus, vt ex eis in obiecti cognitionem deueniamus: neque si eas intueremur, eo ipso cognosceremus obiectum, sine vllo actu reflexo; vt solo statuæ aspectu cognoscimus Cæsarē. *Dist.* 4. *n.* 9. *S. Th.* 1. *p. q.* 12. *a.* 2. *Soar. in Met. d.* 8. *sect.* 2.

1455 Cognitionem intuitiuam esse, quæ im-

mediatè terminatur ad obiectum ipsum vt ipsum est, vt est oculorum visio. *S. Th. Scot. Durand. apud Conimb. 2. de An. c. 16. q. 3. a. 1.*

1456 Cognitionem interdum, non ad obiectum ipsum immediatè terminari, sed ad aliquid ab ipsa met fictum; quod est similitudo quædã, & simulacrum obiecti siue possibilis, siue impossibilis, vt contingit cum obiectum non est, & cũ entia rationis formamus proponentes nobis essentias, quæ possibiles non sunt; & cum intelligimus ea, quorum species non habemus, vt substantiam, Deum, Angelos. *Vid. Dist. 4. n. 8. 9. 10.*

1457 Cognitionem abstractiuam dici, cũ non ad obiectum ipsum immediatè terminatur; sed ad similitudinem illius. Cognoscẽdo enim quod est obiectum, sed non vt ipsum est, abstrahimus cognitione rationem illam; quam de ipso cognoscimus; quam ab eo quasi diuidimus. *Conimbr. supra.*

1458 Cognitionem esse An modum, & figuram quandam in anima, seu in potentia cognoscente impressam ab obiecto, vel à specie ipsius: vt in cera imago imprimitur sigilli? An potius entitatem aliam ab anima, qua animæ perfectio extenditur, & augetur entitatiue? *Dist. 4. n. 6. 8. 9. 10.*

a *Greg. Maior; Aliac. Ochã, Gabr. Palud. Capreo. Marsf. Ferr. Sonc. apud Conimbr. 1. de Gen. c. 4. q. 10. a. 2.*

1459 Cognitionem non esse ab anima separabilem; si eius modus sit: a separari per diuinã potẽtiam posse; si sit entitas. Quid enim impedit? *Vid. Conimb. 1. de Gen. c. 4. q. 10. a. 2.*

1460 Si contingat per diuinam potentiam cognitionem ab anima separari, & in subiecto poni non vitali: non exhibituram esse ei subiecto effectum formalẽ vitæ vt vita est, sed vt ens est.

videtur enim necessaria esse in cognitione actualis dependentia, & connotatio principij vitalis; seu animæ, & influxus illius; vt cognitio sit formaliter vita. totum enim illud connotatum est actualis vita, seu actus secundus vitæ; non sola cognitio. *Dist.*4.*à n.*1.

1461 Cognitionem specificari ab obiecto; id est, esse speciem obiecti, & ordinem ad illum talis, vel talis rationis: quia talis, vel talis rationis est obiectum. Specificari enim est speciem, ac rationem vltimam accipere, distinguentem rem ab omni alia re. cognitio autem vltimò distinguitur ab alia cognitione per ordinem ad tale obiectum. *Def.*1451.

1462 Cognitionem posse attingere obiectũ cognoscendo illud, & tamen non attingere omnes rationes, quæ sunt in illo quod est cognoscere obiectum, sed non totaliter. ita cognoscitur Deus abstractiuè à nobis: ita etiam cognoscitur à beatis intuitiuè; quatenus beati licet videant Deum vt est, non videnr tamen omnes rationes visibilitatis, seu veritatis, quæ sunt in Deo; quia nullus beatus comprehendere potest Deum. *Dist.*4.*n.*8.9.10.

De Animæ potentijs.

1463 OMnem animam, etiam rationalem, distinctam esse à potentijs suis, quibus ad actus vitales producendos iuuatur. Omnis enim anima ens finitum est. omne autem ens finitum, est compositum, *b* vt infra dicetur. Esse autem, est primum principium operationis. ergo omne ens finitum compositũ est quatenus

b *Dist. 6. defin. De ente, & essentia.*

principium operationis est. Ex partibus autem componentibus, ea, quæ prior est ratione, ac distinguit rem ab alia re; habet rationem essentiæ: cæteræ rationem habent accidentium, & potentiarum. Præterea animæ potentiæ distinctæ sunt inter se, vt mox dicetur: ergo & ab ipsa anima, distinguntur. *Dist.2.n.5. S.Thom.1.p.q.54.a.3. & q.77.a.1.*

1464 Distinctas esse animæ potentias inter se. Experimur enim in nobis, cum vna sit anima spiritualis, & indiuidua; non eadem esse instrumenta, quibus opera externorum, internorumq; sensuum exercemus. Quicquid autem in anima est, tenens se ex parte animæ ad operationes vitales exercendas, potentiæ rationem habet respectu animæ. Experimur rursum in intelligēdo necessitatem, & non posse non cognoscere obiecta cū primum nobis obijciuntur, aut alio modo cognoscere, quàm obijciuntur. In volendo autem, libertatem experimur. possumus enim & actum volendi suspendere circa id, quod obijcitur; & idem & velle, & nolle. Distinctus est igitur intellectus à voluntate. in ente enim finito non videtur idem esse posse principium ad operādum modo tam diuersō. Ob id enim diuersa sunt organa sensuum, quia eorum operatio, & operandi modus diuersa sunt. *S.Th.1.p.q.77.a.1.2.*

1465 Specificari potentias ab actibus, & obiectis. ordines enim quidam, & inclinationes sunt, potentiæ ad actus, quos possunt efficere; & ad obiecta, circa quæ versari possunt. Omnis autem ordo, & inclinatio speciem sumit à termino suo, propter quē est. *Sup.def.1451. S.Th.1.p.q.77.a.3.*

1466 Vnam esse potētiā circa oēs illos actus, qui

qui ita se habent; vt cum vnus eorum exercetur, omnes alij exerceri ab eodem viuentis organo possint; & cum vnus non exercetur, nullus eorũ exerceri possit. vt, quia oculus potens videre albedinem, potest & alios omnes colores videre; & non potens albedinem videre, nec alios colores videre potest: arguimus eandem esse potentiam visiuam circa omnes colores, & in actus circa illos. Neque enim est vlla ratio multiplicandi in eo casu potentias. *Coniect.*

1467 Distinctas specie cognitiones esse circa diuersa numero obiecta, quãtumuis sint eiusdem speciei; vt circa duo alba. Multiplicari enim possunt circa idem numero obiectum, vt circa idem album, cognitiones & ab eodem, & à diuersis viuentibus: quæ non possunt esse cognitiones alterius albi. ergo alterius rationis vltimæ sunt, ac proinde alterius speciei, cognitiones vnius albi à cognitionibus alterius albi. *Supra def.* 1451. 1461. 1465.

1468 Finitæ rationis esse tum potentiam, tum actum, quæ ab obiecto infinito specificãtur; si ad infinitudinem obiecti confusè acceptam terminentur. Nihil enim impedit ordinem, ac signum finitum rem infinitam significare, ad eamque terminari. ita noster intellectus, cum sit finitus, ad omne ens ordinem dicit; & visio beatifica ad Deum vt est. *Def. præced.*

1469 Infinitæ rationis esse debere cognitionem, quæ ad obiectum infinitum terminatur distinctè acceptum: quatenus infinitæ obiecti rationes, seu perfectiones, seu veritates, seu intelligibilitates, distinctè à cognitione apprehenduntur. Cognitio enim ita obiectum infinitum ap-

prehendés, habere debet ordinem ad obiectum, æquiualentem tot ordinibus, quot sunt rationes cognoscibiles in obiecto, quæ reddunt illud infinitum. talis autem ordo non potest esse finitus. ita se habet sola Dei visio increata respectu essentiæ diuinæ. *Ex dict. præced.*

1470 Posse animam suas sibi potentias producere. Nihil enim impedit, vt elementa suas sibi primas qualitates producunt, cum ab alijs passa ad suum se statum reducunt. *Conimbr. 2. de An. c. 3. q. 3. S. Th. 1. p. q. 77. a. 6.*

1471 Animam ipsam, non solum potentias, ad actus vitales influere. Ipsa enim est primum vitæ principium. Ob id accidit attentionem in actum vnius potentiæ, vt visus; attentionē in actū alterius potētiæ impedire, vt auditus: & per actū vnius potentiæ, vt imaginatiuæ; alteram potentiam ad suum actum excitari, vt appetitum ad appetendum id, quod per aliam potentiam cognoscitur. Eadem enim est anima agens cum omnibus potentijs suis; quæ cum limitatæ virtutis sit, nō potest simul plures actus intensos exercere: & cum vna, eademq; sit, per actum, quem exercet cum vna potentia, excitat se ad exercendum actum alterum cū alia potentia. *Ex Exper.*

1472 Speciem obiecti, non solum animā, cum sua potentia, ad actū vitalem cognitionis influere. Non enim potest anima, nec eius potentia, repræsentationem exprimere eorum obiectorū, quæ ipsæ non continent eminenter, necessarium ergo est ad actum, & ad ordinem expressiuum obiecti, concurrere efficienter ipsum obiectum per se, vel per speciem sui. *Arist. 2. de An. t. 139. 140. S. Th. 1. p. q. 56. a. 1. ex 1. con. gen. c. 51, 52, 53.*

De Subiecto actuum vitalium.

1473 SVbiectari actus vitales tum in anima, tũ in animæ potentia. Tum quia nihil impedit ita fieri. tũ quia actus vitales sunt actus immanentes, qui recipiuntur in principio, à quo efficiuntur: efficiuntur autem actus vitales tum ab anima, tum à potentia, vt supra dictum est. tum quia actus secundus vitæ, quales sunt actus vitales, sunt propter actum primum vitæ, vt eum perficiant: actus autem primus vitæ est compositus tum ex anima, tum ex potentijs. *Dist. 2. n. 1. & def. 1471. ex S. Th. 1. p. q. 77. a. 1.*

1474 Actus vitales materiales, vt sunt actus sensitiui, subiectari in toto composito, id est, tum in anima, tũ in corpore. Tum quia videntur etiã in corpore subiectari potẽtiæ vegetatiuæ, ac sensitiuæ, quæ suos actus recipiunt. tum quia vt corpus animam recipit actum primum vitæ, vt per illam viuat: cur etiam actum vitæ secundum non recipiat? *Dist. 2. n. 1. & def. 1471. S. Thom. 1. p. q. 77. a. 5.*

De Termino viuentium maximo, ac minimo.

1475 HAbere viuentia paruitatis terminũ, quatenus generantur. Esse enim est propter operationem. non possunt autem viuentia sub quacunque minima quantitate operari actiones vitales. *Arist. 1. Phys. t. 36. 38.*

1476 Habere viuentia magnitudinis terminũ, quatenus generãtur. Generantis enim vis deter-

minatæ virtutis est. ergo nō potest quamcunque materiam maiorem disponere, vt ex ea viuens formetur. *Arist. 1. Phys. t. 36. 38.*

1477 Habere viuentia paruitatis terminum, quatenus conseruantur. Patiuntur enim viuentia à suis contrarijs; & organis suis indigent vt viuant. Non possunt autem sub quacunque minore quantitate suis contrarijs resistere: nec possunt organa sub quacunque minore quantitate conseruari. *Ex Arist. supra.*

1478 Habere viuentia magnitudinis terminū, quatenus conseruantur. Tum quia vis formatrix, ex qua prouenit viuentis augmentatio, paulatim debilitatur; nec potest, cū sit finita, in quācunque materiam maiorem agere. tum quia calor naturalis, cuius est alimentum concocere & repatitur, ac debilitatur ab alimento; & vincere non potest quamcunque maiorem molem alimenti. *Ex Arist. supra.*

De Anima vegetatiua. c. 2.

1479 ANimam vegetatiuam esse, quæ primum est in viuente principium *c* generationis, nutritionis, augmentationis. *Arist. 2. de An. t. 14. 3. 37. S. Th. 1. p. q. 78. a. 1. 2.*

c Vid. sup. Deff. 923. 932. 1027. & seq.

1480 *d* Ad generationis, nutritionis, augmētationis operationes videri animæ potentiā eandem esse; siue ea simplex sit, siue ex partialibus potentijs composita. Eadem enim est earum triū operationum ratio eiusdem generis substantię viuentis productio. ea sola differentia est; quod Generatio dicit totam substantiam eius, quod ge-

d Conimbr. 2. de Anim. c. 4.

generatur; Nutritio, partem æqualem deperditæ, aut minorem; Augmentatio, partem deperdita maiorem. *Arist.* 2. *de An. t.* 32.

1481 Non in omni viuentis parte generationem fieri; nec in omni parte produci spiritus naturales, animales, vitales. Non enim æquè viget potentia producens in omni viuentis parte; nec eandem in omni parte materia dispositionem habet. *Conimbr.* 2. *de An. c.* 4.

1482 Vegetatiuam potentiam; siue simplex illa sit, siue composita ex partialibus potentijs; attrahentem potentiam esse, concoquentem, retinentem, expurgantem. Nam ad generationis, nutritionis, augmentationis opera debet vegetatiua potẽtia quatuor munera exercere circa materiam, quam debet viuentem efficere. nempè & trahere illam ad eas viuentis partes, quæ illa indigent; & ita illam alterare, vt possit in substantiam viuentem verti; & interim retinere, ne dilabatur; & expellere ex ea id', quod viuenti congruum non est. *Conimbr. supra.*

De Generatione viuentium.

1483 [e] Generationis animalium materiam semen esse sanguini mixtum. *DD.* [e] *Conimbr.* 1. *de Gener. c.* 4. *q.* 27, 28, 29, 30.

1484 Generationis animalium perfectorum causam efficiẽtem esse & marem, & fœminam. An quia maris calor maior est, quam qui requiritur ad fœtum formandum, ac fouendum: fœminæ autem calor minor est, quam qui requiritur ad vim formatricem in semen, quantum satis est, inducendam? *Galen. de vsu par. l.* 14.

1485 Generationis viuentium causam effi-

cien-

cientem esse cœlorum influxum, & calorē ætherium. Conseruationis enim viuentium hæ causæ sunt, vt experimur: ergo & generationis. multū illa possunt in hæc inferiora corpora: ergo & in generationem eorum. *Conimbr. de Gen. c. 4.*

1486 Organizationis in viuentium generatione principium videri esse seminis formā aliquam in illud à generante inductam; eminenter in se continentem dispositionem omnem, & ordinem, qui requiritur in viuente. quæ forma extrinseco tum viuentis, tum cœli influxu adiuta, in organizationis actum exit in materiam coniunctam. *ex Conimbr. supra.*

1487 Videri Caloris defectum esse causam, cum ex semine, non mas, sed fœmina generatur. *Galen. de vsu par. l. 14.*

1488 Vehementem generātium imaginationem causam interdum esse, vt imprimantur in fœtu sæpe figuræ peregrinæ: videtur enim anima vim actiuam habere ad qualitates, & figuras in coniunctam materiam inducendas; vt supra de semine dictum est. inducit autem illas maximè, ad quas per imaginationē excitatur. *Coniect.*

1489 *f* Non videri anima præditas esse partes viuentium illas, quæ organicæ non sunt; nempe sanguinem, ac reliquos humores, spiritus, lac, semen, pilos, vngues. Hæc enim non ab intrinseco augentur, ipso subiecto, quod augetur, attrahente sibi nutrimentum; sed per additionem partis ad partem; vt contingit in cæteris, quæ non viuunt. *Dist. 2. à n. 1. Conimbr. in marg.*

f Conimbr. 1. de Gener. c. 4. q. 13. 14. 15.

1490 Videri in plantarum seminibus animatū quiddam esse: quod insensibiliter ex materia in seminis cortice inclusa nutritur. Inde esse videtur,

tur, quod frugum, plantarumque semina à frugibus, plantisque separata, fruges, plantasque germinant. *Conimb. supra.*

1491 Primum, quod in animalibus generatur, esse Cor. est enim Cor principium vitæ: quatenus vita calore fouetur: è corde autem calor vitalis per vitales spiritus in omnia membra deriuatur. *Arist. l. de Iuuent. & Senect. c. 2.*

De Nutritione.

1492 NVtritionem esse acquisitionem vitalem substantiæ quantæ, factam à viuente, suscepto intus, digestoque alimento. seu, Aggenerationem substantiæ animatæ, quæ in viuente fit ex alimento. *Arist. 1. de Gen. c. 5. & 2. de An. c. 5.*

1493 Quodque viuens corporeum, & corruptibile, nutriri. Mixtorum enim viuentium vita calido, humidoque continetur, sibi proportione quadam attemperatis. Semper autem calor, cum sit magis actiuus, humorem siccat. vt ergo temperies illa humidi, calidique seruetur, necessarium est illud humidi, quod deperditur; per nutritionem reparari. *Exper.*

1494 Nullum viuens, quod nutritur, idem omnino secundum omnes partes, toto vitæ tempore perseuerare. Contingit enim aliquas materiæ prioris partes à calore absumi, & alias nouas aggenerari. *Arist. 1. Gen. 1. 35.*

1495 Omnia viuentia, quæ nutriuntur, eadé toto vitę tempore censeri: si formam spectes extrinsecam situs, ordinis, figuræque. *Arist. 1. Gen. 1. 35.*

1496 Alimentum viuenti cõgruum, nutritionis materiam esse. Experimur enim non ex quoque alimento quodcunque viuens nutriri. non contingit enim nutritio cum magna est inter viuens, & alimentum, secundum qualitates discrepantia. ob id venena non nutriunt; nisi stomachus assuetudine qualitates veneno similes conceperit. *Arist. 2. de An. t. 45.*

1497 Non esse nutritionis materiam alimentum, quod aliquo modo viuenti diffimile non sit. Debet enim alimentum à viuente concoqui. at inter omnino similia non contingit actio. *Arist. 2. de An. t. 44. 45.*

1498 Cuiusque viuentis alimentum mixtum aliquod esse, non pura elementa. Ita docet experientia, etiam in plantis ipsis, quæ terra, & aqua inuicem commixtis nutriuntur. Qualitates enim purorum elementorum, cum potentiores sint, non possunt à viuentium qualitatibus vinci. *Arist. de Sensu c. 4.*

1499 Cougruum viuentibus alimentum esse Dulce; Amarum, incongruum. Concoqui enim debet alimentum, vt nutriat. Dulcia autem concocta sunt, amara inconcocta. *Arist. l. de Sensu.*

1500 Membra sanguine nutriri. Est enim sanguis aptissimus ad nutriendum, & venis per totum corpus diffunditur. *Arist. l. de Spiritu c. 1. & l. de Somn. & vig. c. 4.*

g Conimbr. l. 1. de Gen. c. 5. q. 8.

1501 *g* Contingere aliquam nutritionis partem in membris ex alijs etiam alimentis effici, præter sanguinem. Videntur enim ossa, & nerui nutriri humore aliquo medio, in quem sanguis conuersus est: & vẽtriculum aliqua chyli parte, cui est simillimus; & reliqua membra aliqua hu-

humorum parte sanguini admixtorum. *Conimb.*

1502 *h* Causam nutritionis efficientem, animam; instrumentum præcipuum, calorem esse. Animatum enim non potest nisi ab anima esse. vt autem alimentum animatum fiat, necesse est concoqui. concoctio autem à calido fit. *Arist. 2.de An.t.*49.50.

h *Conimbr. sup.q.3.*

1503 Alimenti primam concoctionem in ventriculo fieri. Vētriculi enim, & hepatis, cordisq; adiacentium, & ventriculum calefacientium calore cibus ex ore demissus vertitur in chylum. *Conimb.*

1504 Alimenti secundam concoctionem in hepate fieri. Hepar enim chylum in quatuor humores conuertit. Horum flaua bilis in fellem, melancholia in splenem transmittitur, sanguis in venas. pituita cum sanguine remanet, vt sanguinem deuehat in corpus vniuersum: ex eaque non nihil sanguinis generatur. *Conimb.*

1505 Alimenti concoctionem vltimam in cuiusque membri particulis, porisq; fieri. Ibi enim sanguis in viuentis substantiam vertitur. *Conimb.*

1506 Animæ, caloris; actionem nutritionis operatiuam, perpetuam esse. Modo enim alimentum disponitur; modo viuenti aggeneratur; modo, deficiente alimēto, ipsius viuentis humidum absumitur. *Arist.de longit.& breu.vitæ c.2.& 2. de An.t.*48.

1507 Tres in viuentibus partes præcipuas esse: sursum, deorsum, medium. Sursum dicitur pars, per quam alimentum sumitur. Deorsum pars, per quam excremētum egeritur. Medium, è quo alimentum in alias partes distribuitur. Sursum autem, & deorsum in plantis oppositomodo

modo se habent. *Arist. l. de Iuuent. & senect. c. 1.*

1508 Decretionem nutritioni contrariã, seu viuentis humidi corruptionem, contingere tum à calore spirituum tam congenitorum, quàm influentium: tum à calore vitali, qui in ipso humido viuente est; quatenus vel suum pabulum absumit, vel in partes vicinas agit nõ omnino similes sibi, vel ipse met rarefacto humido euaporat: tum à fuliginibus, & vaporibus excrementitijs viuentis humidi temperiem mutantibus: tum ab humoribus in animalium humido, succisq; in humido plantarũ exorientibus: tum ab ipso aere circumfuso. *Arist. l. de long. & breu. vitæ c. 3.*

De Augmentatione.

1509 AVgmentationem esse viuentis incrementum: cum viuens in maiorem molem secundum omnem sui partem excrescit. Acquiritur enim per augmentationis motum & noua quãtitas, & noua materia. *Arist. 1. Gen. t. 31.*

i Conimbr. 1. de Gen. c. 5. q. 14.

1510 *i* Nullum viuens toto vitæ tempore incrementum recipere. Habent enim viuentia partes solidas, durioresque ad partes molliores, ac humidiores sustentandas. molliorum autem partium moles moli partium duriorum, ac solidiorum respondet. Partes autem duriores, cum nimium obdurierũt, nimiumq; siccæ redditæ sunt, non possunt nec extendi, nec dilatari. Viuentium igitur incrementum eò vsque est, donec actione caloris vitalis partes duriores adeò obduruerint, vt extendi ab eodem calore non possint. *Conimbr.*

De

De vita, morte, respiratione.

1511 VIgente humido, calidoq; vitam protrahi. Animal enim natura humidũ, & calidum est: ergo & eiusdem rationis est animalis vita. *Arist. l. de long. & breu. vit. c. 3.*

1512 Siccato humido, calidoque infrigidato vitã desinere. Senescentia enim, & mortua frigida sunt, & sicca. *Arist. l. de long. & breu. vit. c. 3.*

1513 Absumptionem humidi à calore interno, deficiente alimento, Macrorem dici. *Arist. l. de Iuuent. & senect. c. 3.*

1514 Extinctionem caloris, quæ fit per caloris excessum, prohibita refrigeratione, Suffocationẽ appellari. *Arist. l. de Iuuent. et senect. c. 3.*

1515 Siue macrore, siue suffocatione interitus accidat, semper eius causã esse alimenti defectũ. Absumit enim calor humidum antequã aliud alimentũ sufficiatur. *Arist. l. de Iuuent. & senect. c. 3.*

1516 Respiratione indigere animalia sanguine prædita, ad refrigerandum calorem, ne suffocetur. *Arist. l. de Respir. c. 4. 11.*

1517 Inspiratione, ac expiratione refrigerari calorem. Inspiratione, frigus extrinsecum inducendo. Expiratione, calidũ internum exhalando. *Arist. l. de Respir. c. 11.*

1518 Quæ exiguum calorem habent, respiratione non indigere: satis enim calor exiguus refrigeratur per humidi externi coexistentiam, vt piscibus accidit. *Arist. l. de Respir. c. 11.*

1519 Instrumentũ refrigerationis, quæ spiritu fit; pulmonem esse. *Arist. l. de Respir. c. 11.*

1520 Instrumenta refrigerationis, quæ humi-

do fit, Branchias esse. vt piscibus contingit. *Arist. l. de Respir. c. 11.*

1521 Non potentibus mouere, respirantibus quidem pulmonem, aquatilibus autem brachias, propter passionem, aut propter senectutem; mortem accidere. Suffocari enim contingit. *Arist. l. de Respir. c. 13.*

1522 Primam nutritiuæ animæ cum calido participationem, viuentium Generationem esse. *Arist. l. de Respir. c. 14.*

1523 Esse vitam, nutritiuæ animæ cum calido mansionem. *Arist. l. de Respir. c. 14.*

1524 Iuuentutem esse primam refrigerabilis particulæ auctionem. *Arist. l. de Respir. c. 14.*

1525 Senectutem esse, refrigerabilis particulę decretionem. *Arist. l. de Respir. c. 14.*

1526 Adultam ætatem esse, refrigerabilis particulæ statum medium inter auctionem, ac decretionem. *Arist. l. de Respir. c. 14.*

1527 Corruptionem, quæ Ariditas in plantis, in animalibus mors appellatur, Calidi extinctionem esse. quæ modo violēta est, cum principium est extrinsecum: modo naturalis, cum animal ipsum refrigerare calorem non potest propter senectutem. *Arist. l. de Respir. c. 14.*

1528 Palpitationem esse, compellentis frigoris repulsionem. Solet enim metus, & noxia materia superueniens inducere frigus in cor. calor autem defugiens, seq; contrahens motum facit. *Arist. l. de Respir. c. 15.*

1529 Pulsum esse, humidi calefacti inflationem. Humor enim ex alimento semper influens in cor, vltimam cordis tunicam eleuans, pulsum facit. *Arist. l. de Respir. c. 15.*

De

De Agricultura.

1530 AGriculturam artem esse colendorum agrorum, seu Plantarum vegetandarum. *Dist.4.n.11. Varro de Re rust.l.1.c.3.*

1531 Agricolarum operam præcipuam circa plantas versari generandas, alendas, tuendas. *Var.de Re rust.l.1. Colum.de Re rust.l.1.ad 6.*

1532 Agriculturæ operam præcipuã in plantis gignendis, sationem, & insitionem esse. *Var. de Re rust.l.1.à c.39. Colum.l.2.c.13.14. & seq. & l.4.c.6. & seq. & l.de Arboribus.*

1533 Alendarum plantarum operam esse, arationem, occationem, fossionem, stercorationem, irrigationem. *Var.de Re rust.l.1.à c.27. Colum.l.2.c.4.5.15.16.*

1534 Tuendarum plantarum operam esse, Ramos inutiles repurgare, surculos molliores integere, herbas elidere, ac vellere, bestias ablegare, & omne, quod calcare potest, aut absumere. *Var.de Re rust.l.1.c.47.*

1535 Opportuniora sationi, insitioni, putationi, messi, aliisq; operibus tempora observanda esse. *Var.de Re rust.l.1.c.27.29.30.31. & seq. Colum.l.2.c.4.8.9.12. & l.4.23.31. & seq.*

1536 Congruentiora cuique semini, plantæq; sola, observanda esse. Nam nõ omnis humus cuicunque plantæ ferendæ, alendæque congruit. *Var.de Re rust.l.1.c.7.9.23. & seq. Colum.l.2. c.10. & l.3.c.1.2.8.11.12.*

1537 Magnam boni cultus partem à peritis agricolis pendere. *Columella de Re rust.l.1.c.4. Var.l.1.c.17.*

1538 Sine aptis ad colendum instrumentis agrorum cultum esse non posse. Inter instrumenta numerandi operarij, iumenta, canes, villa, area, vimina, dolia, ferramenta. *Var. l. 1. c. 19, 20, 21, 22. Colum. l. 2. c. 20. & l. 4. c. 30.*

1539 Quatuor agrorum genera esse, Campestre, Collinum, Montanum, & ex his mixtum. *Var. de Re rust. l. 1. c. 6.*

1540 Segetes meliores existimari campestres, vineas collinas, syluas montanas. *Var. de Re rust. l. 1. c. 6.*

1541 Campestrem locum eum meliorē esse, qui totus æquabiliter in vnam partem vergit, quam eum, qui est ad libellam æquus. Is enim, cum aquæ non habent delapsum, fieri solet oliginosus, est autem multò deterior, si inæquabilis sit: quod fit propter lacunas aquosus. *Varr. de Re rust. l. 1. c. 6. Colum. l. 2. c. 2.*

1542 Vegetiores, ac feraciores esse arbores in ordinem latas, vt in quincūcem. Minus enim sibi inuicem officiunt à sole, à luna, à vento. *Var. de Re rust. l. 1. c. 7.*

1543 Ad agriculturæ, agrique commoda villam in agro exstruendam esse, ac septa tutandi causa. *Var. de Re rust. l. 1. c. 14. 15. Colum. l. 1. c. 5, 6.*

1544 Permagni interesse agrorum culturæ, fundi confinia commoda esse. Incommoda sunt, si regio sit infesta; si viæ ad exportādos fructus non idoneæ; si longissimè ab oppidis absint; si ad agri limitem quercetum habeant, quod fundi oram sterilem facit. *Varr. de Re rust. l. 1. c. 16. Columel. l. 1. c. 3.*

1545 Ad colendos agros operariorum sele-

ctum

ctum habendum esse. Non enim quicunque ad culturam apti. *Var. l. 1. c. 17. Colum. l. 1. c. 8. 9.*

1546 Operariorum Præfectos peritos esse debere rerum rusticarum, alacres, & laboris amantes. His enim libenter parent operarij. *Var. l. 1. c. 17. Colum. l. 1. c. 8.*

1547 Præfectos operum alacriores, studiosioresque reddi: si honore aliquo habeantur; si liberalius tractentur, aut cibarijs, aut vestitu largiore, aut remissione operis, concessioneue. *Var. l. 1. c. 17.*

1548 In ijs seminibus, quæ principium genēdi sunt, vt est triticum; obseruandum ne ea vetustate sint exsucta, ne admixta, ne propter similitudinem adulterina. *Var. de Re rust. l. 1. c. 40. 42. 43. 44.*

1549 Medicinas seminum esse, ne corrumpantur. *Colum. l. 2. c. 9.*

1550 Aliqua semina aruis nocere, aliqua prodesse. *Colum. l. 2. c. 14.*

1551 In ijs seminibus serendis, quæ cum radicibus de terra in terram transferuntur; obseruandum, ne vnde tollas, nimium citò, aut tardè tollas. Tempus idoneum, Vere, Autumno, Caniculæ exortu. neque omnibus locis, ac generibus idem. *Var. de Re rust. l. 1. c. 40. Colum. l. 3. c. 5. & l. 4. c. 16. & seq. & l. 5. c. 6. 9.*

1552 In ijs seminibus, quæ ex arbore per surculos deferuntur in terram; obseruandum, vt id fiat antequam gemmare, ac florere incipiant; vt ea deplantes potius, quam defringas; vt solum ita disponas, vt celeriter antequam succus excrescat radices mittantur. *Var. de re rust. l. 1. c. 40. Colum. l. 3. c. 6. 9. 10.*

1553 In ijs seminibus, quæ transeunt ex arbore in aliam; videndum, qua ex arbore in quam transferantur, & quo tempore, & quemadmodum obligentur. *Var. de Re rust. l.1. c.40.41. Colum. l.4.c.29. & l.5.c.11.*

1554 In fructibus capiendis, obseruandum esse tempus, & modum colligendi, secernendi, purgandi, condendi, tuendi, promendi. *Var. de Re rust. l.1. c.49. Colum. l.2.c.21. & l.12.*

1555 Agricolationi studiũ daturo hæc aduocanda, prudentiam rei, facultatem impendendi, voluntatem agendi. Is enim cultissimum rus habebit, qui colere sciet, & poterit, & volet. *Columella de Re rust. l.1.c.1.*

1556 Omnem agricolæ diligentiam, & omnem operam perituram, nisi cœlum influxerit. *Var. de Re rust. l.1.c.4.*

1557 Officio villicationis præposito obseruandum esse quid quoque anni tempore in agri cultum agendum sit. *Colum. l.11.*

1558 Concipiendam esse mente speciẽ agri herbis, arboribusque consiti; area, villa, septis instructi; ad Agricolationis obiectum. *Var. de Re rust. l.1.*

De Arte pecuaria.

1559 Concipiendam esse mente speciem Agri, armẽtis, gregibus, pratis, hortis, auiarijs, apiarijs, viuarijs, piscinis, stabulis, casis instructi: ad obiectum Artis pecuariæ. *ex Var. l.2. & 3. & Colum. à l.6.*

1560 Alendorum animalium artem esse, quæ Pecuaria nominatur. *Dist.4. n.11. Var. de Re rust. l.2. in Præm.*

1561 Pastorum operam circa animalia versari gignenda, alenda, tuenda. *Dist. 4. n. 11. Var. l. 2. Colum. à l. 6.*

1562 Armentorum quatuor esse genera, Boū, Bubalorum, Asinorum, Equorum. *Var. l. 2. c. 1.*

1563 Gregum, seu minorum pecorum esse tria genera, Ouium, Caprarum, Suum. *Var. l. 2. c. 1.*

1564 Auium genera, quarum alendarum cura suscipi à Villicis solet, ea esse: Gallinas, turdos, pauones, columbas, turtures, anseres, anates. *Var. l. 3. Colum. l. 8.*

1565 Agrestium bestiarum suscipi curam à Villicis solere; vt Leporum, & aprorum. *Var. l. 3. c. 12. 13.*

1566 Artem esse alendarum bestiolarum, quæ hominibus fructum ferunt; Apum, cochlearum, glirum, piscium. *Var. l. 3. à c. 14. Colum. l. 9.*

1567 Non omnem esse congruum locū quoruncunque animalium alendorum. *Var. l. 2. c. 1. & seq.*

1568 In armentis, gregibusque curandis, tenenda esse, ac obseruanda Pastoribus præcepta pastionis, admissuræ, fœturæ, nutricatus, sanitatis, numeri. *Var. l. 2. c. 1. Colum. à l. 6.*

1569 Pecudum vitia, morbosque cognoscendos esse Pastori, Villicoque, & medicinas eorū. *Var. l. 2. c. 1. Colum. l. 6. c. 4. 5. & seq. & l. 7. c. 5. 7. 9. 10. 13.*

1570 Ad pecudum genus propagandum præstantiora quæque seligenda esse. Oues enim optimæ, quæ corpore amplo, lana multa, & molli, villis altis, & densis toto corpore, ventre piloso, cruribus humilibus. Arietes præstant, qui fronte

lana benè vestiti, tortis cornibus pronis ad rostrum, rauis oculis lana opertis, auribus amplis, pectore, & scapulis, & clunibus latis, cauda lata, & longa. *Var. l.2.c.2.& seq. Colum. l.7.c.3.*

De Medicina.

1571 SAnandorum, tuendorumque viuentium artem, Medicinam esse. seu, Salubrium, ac morbosorum scientiam. *Dist.4. n.11. Galenus l. de sectis.*

1572 Salubria dici, & quæ tuentur, & quæ deperditam sanitatem restituunt. *Galenus l. de sectis.*

1573 Morbosa dici, quæ sanitatem corrumpunt. *Galen. l. de sectis.*

1574 Morbum esse vitalis temperamẽti corruptionem. *Galen. l. de sectis.*

1575 Vitale temperamẽtum esse, quamcunque corporis dispositionem ad viuẽdum necessariam. quod præcipuè in primarum qualitatum, & in partiũ cõpositione positum est. *DD. Med.*

1576 Morborum genera, signa, siue effecta, causas, subiectum, remedia, probe Medico tenenda esse. *DD. Med.*

1577 Partium, seu organorum, quibus corpus viuens constat, naturam, & actionem noscẽdam esse: vt congrua laboranti parti remedia possis adhibere. *DD. Med.*

1578 Medendi ordinem eum esse. Primum ægrum corpus agnoscere: tum affectam sedem inquirere, & an proprio affectu, an per consensum laboret, indagare: deinde qualis sit eius partis affectus, quæ affectus causæ, considerare: postremo

stremo remedium adhibere. *DD.Med.*

1579 Ægri, læsique corporis signa quatuor esse: læsam operationem; excrementa, & quæ è corpore excernuntur; dolorem; qualitatem mutatam. *DD.Med.*

1580 Lesam operationem esse, cum vel debilis est, vel nulla, vel perperam. *DD.Med.*

1581 Symptoma esse affectum præter naturam; qui morbum, velut corpus vmbra, sequitur. *DD.Med.*

1582 Signa morbi esse excremẽta: quatenus vel excernuntur, quæ non debent excerni, vt si cerebrum, si sanguis excernatur; vel non qualia excerni solent, vt sanguis crassior, putredini mixtus; vel non eo modo, quo solent excerni, vt stercus vomitu. *Hipp. sect.1.aph.12.*

1583 Morborum signa, quæ ad qualitatem spectant, plurima esse: Colores, tentiones, mollitiem, duritiem insuetas; tumores; maciem insolitam; sitim, vigilias; & his similia. *DD.Med.*

1584 Externas morbi causas ad morbum ipsum cognoscendum interdum valere; vt quæ corpus ambiunt, alterant, secant, percutiunt, tundunt. *DD. Med.*

1585 Victus rationem, affectus animi, vigilias, somnos, vacuationes, & earum suppressiones, ad morbum agnoscẽdum valere. *DD.Med.*

1586 Naturale temperamentum, ætatem, corporis habitum, ad morbum conijciendum aliquid valere. *DD.Med.*

1587 Considerandum esse, an primarius affectus sit, an secundarius: ne in remedijs adhibendis error contingat. Frustra enim contenderes, si parti secundariò affectæ prouideres, non exci-

sa mali radice. *DD. Med.*

1588 In remedijs adhibendis esse quatuor obseruanda, eorum selectionem, mensuram, occasionem adhibendi, modum applicandi. *DD. Med.*

1589 Vt congruentia morbis remedia sint, obseruanda esse temperiem corporis, habitum, vires, ætatem, victus consuetudinem, morbum ipsum, morbi causas, symptomata, ambiens, cœli præsentem statum, tempus anni, regionis conditionem. *Hipp. sect. 1. aphor. 2.*

1590 Similia remedia similibus partibus esse adhibenda: vt humida humidis, siccis sicca. Omne enim, quod seruatur, sibi similibus conseruatur. *DD. Med.*

1591 Situm, & colligationem partium considerandam esse, ad efficacitatem, modumque remediorum. Nam partes, quæ latent, ac longius absunt, vehementiora remedia poscunt: & partium vacuationes per vias propinquiores faciendæ: & pronæ partes esse debent, vt facilè inhærere medicamenta possint. *Hipp. sect. 1. aph. 21.*

1592 Humectando, siccando, calefaciendo, refrigerando, trahendo, expellendo, vniendo, medicamenta sanare. *DD. Med.*

1593 Intemperiem tolli inducendo contrarium, quousque ad symmetriam, id est, ad sanitatē reducatur. *Gal. 7. Meth. Hipp. sect. 2. aph. 22.*

1594 Extremis morbis extrema exquisita remedia adhibenda esse. *Hippoc. sect. 1. aphor. 6.*

1595 Cum morbus in suo vigore constiterit, victu vtendū tenuissimo. *Hipp. sect. 1. aphor. 8.*

1596 In accessionibus abstinere oportere. Nam cibum dare nocuum est. *Hipp. sect. 1. aph. 21.*

1597

1597 Quæ iudicantur, & iudicata sunt integrè, neque mouere, neque nouare aliquid, siue medicamentis, siue aliter irritando; sed sinere. *Hip. sect. 1. aph. 20.*

1598 Concocta medicari, atque mouere, nō cruda, neque in principijs; modo non turgeant: plurima vero non turgent. *Hip. sect. 1. aph. 22.*

1599 Dejectionis non multitudine esse æstimandas; sed si talia dejiciantur, qualia conueniunt, & ægri facilè tolerant. Atque vbi vsque ad animi defectionem expedit ducere, faciendum, si æger possit tolerare. *DD. Med.*

1600 In acutis passionibus rarò, & in principijs medicinis purgantibus vti: & hoc cum præmeditatione faciendum. *Hip. sect. 1. aph. 24.*

1601 Si qualia oportet purgari purgentur, confert, & facilè ferunt: si contra, difficulter. *Hip. sect. 1. aph. 25. & sect. 4. aph. 3.*

1602 Spontaneas lassitudines, morbos prænunciare. *Hip. sect. 2. aph. 5.*

1603 Quicunque dolentes parte aliqua corporis, dolorem omnino non sentiunt: his mentem ægrotare. *Hip. sect. 2. aph. 6.*

1604 Quæ longo tempore extenuantur corpora, lente reficere oportere: quæ vero breui, breuiter. *Hip. sect. 2. aph. 7.*

1605 Non pura corpora, quantò plus nutriuntur, tantò magis lædi. *Hip. sect. 2. aph. 10.*

1606 Quæ relinquuntur in morbis post crisim, recidiuas facere solere. *Hip. sect. 2. aph. 11.*

1607 Quoscúque morbos repletio fecit, euacuatione curari: & contra. *Hip. sect. 2. aph. 22.*

1608 Cum morbi inchoant, si quid mouendum videtur, moueto: cum vero consistunt, ac vi-

vigent, melius est quietem habere. *Hip. sect. 2. aph. 29.*

1609 Eius, qui ex ægritudine benè cibatur, nihil proficere corpus, malũ. *Hip. sect. 2. aph. 31.*

1610 Omnes ferè, qui malè se habent, circa initia benè cibatos, neque quicquam proficientes; circa finem rursus cibum non appetere: qui verò circa initia cibum valdè non appetunt, postea benè appetentes, eos melius euadere. *Hip. sect. 2. aph 32.*

1611 In quouis morbo mente constare, & bene se habere ad illa, quæ offeruntur, bonum: contrarium vero malum. *Hip. sect. 2. aph. 33.*

1612 Citius interire eos, qui natura admodum crassi sunt, quam qui graciles. *Hip. sect. 2. aph. 44.*

1613 Duobus doloribus simul eundem locũ infestantibus, à vehementiore alterum obscurari. *Hip. sect. 2. aph. 46.*

1614 Dum pus conficitur, dolores, ac febres accidere magis, quam iam confecto. *Hip. sect. 2. aph. 47.*

1615 In omni corporis motu, vbi laborare cœperit; quiete statim lassitudinem auferri. *Hip. sect. 2. aph. 48.*

1616 Qui consueti solitos labores ferre; & si fuerint imbecilles, & senes: non consuetis, fortibus, ac iuuenibus, facilius ferre. *Hip. sect. 2. aph. 49.*

1617 Plurimum, atque repente euacuare, vel replere, calefacere, vel refrigerare, siue quouis alio modo corpus mouere, periculosum. Omne enim nimium, inimicum naturæ est. omne autem, quod paullatim fit, tutum, præsertim cum

ab altero ad alterũ transitus fit. *Hip.sect.2.apb.51.*

1618 Omnia secundum rationem facienti, si non succedat secundum rationem; non esse transeundum ad aliud, stante eo, quod à principio visum est. *Hip.sect.2. apb.52.*

1619 Mutationes temporum potisimũ morbos parere; & mutationes in quibusdam temporibus frigoris, caloris, & similium. *Hip. sect.3. apb.1.*

1620 Naturarum, has quidem ad æstatem, has vero ad hyemem bene, maleue se habere. *Hip. sect.3.apb.2.*

1621 Siccitates imbribus salubriores esse, ac minus mortiferas. *Hip.sect.3.apb.15.*

1622 In pluuiarum multitudine contingere febres longas, alui profluuia, putredines, apoplexias, anginas. In siccitatibus autem abitudines, lippitudines, articulorum morbos, stillicidia vrinæ, difficultates intestinorum. *Hip.sect.3. apb.16.*

1623 Morbos senum proprios esse, spirandi difficultates, distillationes cum tusi, vrinæ stillicidia, vrinæ difficultates, articulorum dolores, renum passiones, vertigines, apoplexias, malos habitus, pruritum totius corporis, vigilias; alui, oculorum, narium humiditates; visum obtusum, glaucedines, auditus graues. *Hip.sect.3.apb.31.*

1624 Medicari in valdè acutis, si materia turget, eadem die. Tardare enim in talibus malum est. *Hip.sect.4.apb.10.*

1625 Cum volueris magis ducere helleborum, moueto corpus: cum vero sistere, somnum facito; & ne mouetor. *Hip.sect.4.apb.15.*

1626 Deiectiones nigras, qualis est sanguis niger,

niger, sponte venientes, siue cum febre, siue sine febre, pessimas esse. *Hip. sect. 4. aph. 21.*

1627 Periculosas esse febres non intermittentes, si tertia die fortiores fiant. Quocunque autem modo intermiserint, periculum abesse significari. *Hip. sect. 4. aph. 43.*

1628 Si rigor incidat febre non deficiente, ægro iam debili, letale esse. *Hip. sect. 4. aph. 46.*

1629 In febre non intermittente, si labrum, vel oculos, vel nasus, vel supercilium peruertatur, vel non videat, vel non audiat, iam debili existente corpore: quidquid horum euenerit, mortem proximam esse. *Hip. sect. 4. aph. 49.*

1630 Vbi in febre non intermittente difficultas spirandi, & delirium acciderit, letale. *Hip. sect. 4. aph. 50.*

1631 Quibus in febribus aures obsurduerunt; sanguinem ex naribus fluentem, aut aluum turbatam, morbum soluere. *Hip. sect. 4. aph. 60.*

1632 Qui tabe molestantur, si sputum, quod extussiunt, graue olet iniectum carbonibus, & capilli a capite defluũt, letale. *Hip. sect. 5. aph. 11.*

1633 Aquam, quæ citò calefit, & citò refrigeratur, leuissimam esse. *Hip. sect. 5. aph. 26.*

1634 Mulierem vtero gerentem capi ab aliquo morbo acuto, letale. *Hip. sect. 5. aph. 30.*

1635 Si in vulneribus fortibus, & prauis tumor non appareat; ingens malum. *Hip. sect. 5. aph. 67.*

1636 Dolenti partem capitis posteriorem, in fronte rectam venam incisam prodesse. *Hip. sect. 5. aph. 69.*

1637 Aqua inter cutẽ laborantibus, vlcere in corpore facta difficulter sanari. *Hip. sect. 6. aph. 8.*

1638 Vesica discissa, aut cerebro, aut corde, aut aliquo ex tenuioribus intestinis, aut ventriculo, aut iecore; letale. *Hip. sect. 6. aph.* 18.

1639 Timore, ac mœstitia longo tempore perseuerantibus atram bilem significari. *Hip. sect. 6. aph.* 23. & *sect. 7. aph.* 42.

1640 Erysipelas ab exterioribus verti ad interiora, non bonum: ab interioribus autem ad exteriora, bonum. *Hip. sect. 6. aph.* 25.

1641 Eunuchos neque podagra laborare, neque caluos fieri. *Hip. sect. 6. n.* 28.

1642 In morbis acutis, frigus partium extremarum, malum. *Hip. sect. 7. aph.* 1.

1643 In osse ægrotante carnem liuidam, malum. *Hip. sect. 7. aph.* 2.

1644 In morbo diuturno fastidium cibi, & deiectiones sinceras, malum. *Hip. sect. 7. aph.* 6.

1645 In multa potatione rigorem, & desipientiam, malum. *Hip. sect. 7. aph.* 7.

1646 A capitis ictu obstupescentiam, & desipientiam, malum. *Hip. sect. 7. aph.* 14.

1647 In veterno tumorem, malum. *Hip. sect. 7. aph.* 21.

1648 Quando os, aut cartilago, aut neruus abscinditur in corpore, non augeri. *Hip. sect. 7. aph.* 29.

1649 Qui alba pituita detinetur, si fortis ventris fluxus superuenerit, à morbo liberari. *Hip. sect. 7. aph.* 30.

1650 Mulierem ambidextram non fieri. *Hip. sect. 7. aph.* 45.

1651 Sternutamentum fieri ex capite, calefacto cerebro, aut humectato eo, quod in capite, inani. Aer enim intus contentus extra erumpit:

sonat

sonat autem, quoniam per angustum ipsi est exitus. *Hip. sect. 7. aph. 53.*

1652 Quibus cerebrum aliqua ex causa concussum fuerit, necesse statim mutos fieri. *Hip. sect. 7. aph. 60.*

1653 Corporibus carnes habentibus humidas, famem adhibendam esse. fames enim corpora siccat. *Hip. sect. 7. aph. 61.*

1554 Medicum melius ægroto consulturum, si futuras affectiones præuiderit. *Hip. l. 1. Prænot.*

1655 Grauissimum in ægro periculum portendere, Nares acutas, oculos concauos, collapsa tempora, frigidas, contractasque aures, & imis partibus leuiter versas; duram circa frontem cutem, intentam, & aridam; totius faciei colorem aut nigrum, aut pallidum, aut liuentem, aut plumbeum. *Hip. l. 1. Prænot.*

De Anima sensitiua. c. 3.

1656 PRimum, ac radicale principium sensationis, appetitionis, motus localis viuentium corporatorum, animam sensitiuam esse, *Arist. 2. de An. t. 16.*

1657 Animam sensitiuam, substantiam esse An indiuisibilem? indicat enim animalium perfectorum interitus ad decisionem præcipuæ cuiusque partis, vt capitis, vt cordis; indiuisibiliter se animam ad totam corporis organizationem habere. An diuisibilem? indicant enim partes, quæ ab insectis animalibus decisæ adhuc viuũt, eorum animam sensitiuam, ac proinde aliorum, diuisibilem esse, & quippe materialem, secundũ fin-

singulas sui partes singulis materiæ partibus respondere, ab eisque subiectari. *Arist.2.de An. t.20.S.Th.1.p.q.76.a.8. & 2.con.gen.c.72.*

1658 Animam animalium perfectorum, ad decisionem præcipui cuiusque organi, siue indiuisibilis illa sit, siue diuisibilis; interire: vt experimur. Cum enim ea anima nobilior sit, nobiliorem dispositionem, id est, organizationem requirit in materia, vt ei vniatur. præcipua ergo quaque eius dispositionis parte deperdita, soluitur vnio; ac proinde interit anima. Ita enim pereunt formæ elementorum eorum dispositione corrupta. *Vide Arist. & S.Thom. sup.*

1659 Animam sensitiuam circa res sensibiles exercere operationem suam. *Arist.3.de An.*

1660 Sensibile dici, quod à sensibus potest concipi; vt sunt Calor, frigus, humiditas, siccitas, grauitas, leuitas, durities, mollities, sonus, silentium, color, sapor, odor, densitas, raritas. *Arist. 7.Phys.t.11.*

De Sensibus externis.

1661 k SEnsuum externorum esse genera omnino quinque; Visum, auditum, odoratum, gustum, tactum. Hos enim, & non plures sensus externos experimur in nobis. quibus, cum sensus ad intelligendum tributi sint; intellectio autem cognitio quædam sit ad omne obiectorum genus se extendens; debuit quoque genus omne sensuum tribui. *Arist.2.de Anim. t.128. Aug.l.3.de Gen.ad litt.c.5. S.Thom.1.p. q.78.a.3.* k *Conimbr. 3.de Anim. c.1.q.1.*

1662 Sensuum externorũ vsum ad vitæ con-

ser-

seruationem esse. Cum enim animantes cognoscendo prosequantur ea, quæ sunt ad vitam necessaria, cognoscendo à noxijs fugiant: debuerũt cuique tot sensus tribui, quot ad ea duo præstanda satis essent. Porro & vtilia, & noxia vel propinqua sunt, vel remota. Ad vitanda noxia, & quærenda vtilia propinqua; est Gustus circa alimentum; circa reliqua, Tactus: ad remota, circa alimentũ, Olfactus; circa reliqua Auditus; circa vtraque, vt animal localiter moueatur ad ea quærenda, vel fugienda, est Visus. *Arist. 2. de An. t. 23. & l. 3. t. 60. & l. de Sensu, & sens. c. 1.*

1663 Non omnia animalia sensus omnes habere. Non enim indigent. *Arist. 2. de An. t. 23.*

1664 In animantibus omnibus Tactum esse. Necessarius enim est ad vitæ conseruationem; quatenus corruptiuas qualitates discernit, ideo funditur per totum corpus. *Arist. 3. de Anim. t. 62. & l. de Sensu, & sensili c. 1.*

1665 In animantibus omnibus Gustum esse. Est enim necessarius ad vitam vt explorator alimenti, & prægustator ventriculi, ac nutritoriæ facultatis. *Arist. 3. de An. t. 60.*

1666 Maximè omnium animalium vigere Hominẽ Tactu. Tactus enim præstantia ex præstãtia oritur temperamenti. Habet autem homo temperamentum præstantissimum; quippe ad ministrandum intellectui necessarium; quo solus ex animantibus Homo præditus est. *Arist. 2. de An. t. 94. & l. 1. de hist. anim. c. 15.*

1667 Sensationes externas eiusdem rationis in homine, ac in brutis esse. Nihil enim est, quod apertè contrarium suadeat: & eiusdem rationis esse, indicat sensus ipse. *Conimb. 3. de An. c. 1. q. 1.*

1668

1668 Sensationum externarum principium ipsa quoque sensuum organa esse, præter animam, & species obiectorum. Instrumenta enim animæ sunt Potentiæ, vt supra dictum est: quas putandũ est in ipsis organis esse. *Conimb. sup. a. 3.*

1669 Videri sensuum potentias in materia neruosa positam esse. Læso enim neruorum principio, cessat sensatio. *Conim.*

1670 Sẽsationibus externis spiritus animales deseruire è cerebro defluentes. Si enim impedimentum accidat, ne illi fluant, cessat sensatio. Deseruiũt autem ij spiritus sensationi: tum quatenus nutriunt, & conseruant organum: tum quatenus externorum obiectorum species recipiũt: tum quatenus species à sensatione receptas ad organa interna deferunt. *Conim.*

1671 Sensatione existente vehementiore, maiorem spirituum animalium copiam absumi. Hoc enim indicat organorum defatigatio, quæ ad vehementiorem sensationem consequitur. videtur enim sensatio habere vim ad trahẽdum ad se spiritus animales, vt per eos approximet sibi species obiectorum, à quibus iuuatur. Quò autem est vehementior, eò maiorem spirituum copiam trahit. absumuntur autem motu spiritus, quia incalescunt. *Exper.*

1672 Sensationes externas ad cerebrum terminari. Tum quatenus species obiectorum producunt, quæ per spiritus ad cerebrum deferuntur: vbi per sensationem internam, quæ est nobilior, externa sensatio perficitur. Tum quatenus è cerebro promanant & nerui, qui sunt sensationum organa: & spiritus animales, qui sensationi deseruiũt, vt dictum est. Tum fortasse qua-

tenus ad omnem externam sensationem omnes nerui concurrunt, qui deinceps sunt ab organo vsque ad cerebrum. *Ex Exper.*

1673 Sensationes externas ad cor terminari. Tum quatenus appetitiones, quæ ad sensationes cõsecuntur, in corde fiunt. Tum quia spiritus vitales, qui in cerebro animales fiunt, vt sensationi deseruiant; è corde originem ducunt. *Arist. 2. de Gen. anim. c. 4. & 3. de Part. c. 3. 4. & l. de Iuuent. & senect. c. 1. 2.*

1674 Sensibile Per se, dici, quod per se sensum mouet; seu, quod vi sensationis percipimus; vt Album visione. *Arist. 2. de An. t. 63.*

1675 Sensibile Per accidens, dici, quatenus quid non sentitur ipsum quidem, sed sentiri dicitur, quia est coniunctum cum eo, quod per se cadit sub sensum. vt est dulce respectu albi, quod visu percipitur. *Arist. 2. de An. t. 65.*

1676 Sensibile Proprium, dici, quod vno tantum sensu percipitur. vt Color visu, sapor gustu, sonus auditu, odor olfactu, Calor, frigus, ali[illegible] tactiles qualitates, Tactu. *Arist. 2. de An*[illegible]

1677 Sensibile Commune, dici, qu[illegible] sensibus percipitur. vt Motus visu, [illegible] cipitur. *Arist. 2. de An. t. 64.*

l *Conimbr. 2. de Ani. c. 6. q. 4.*

1678 *l* Sensibilium commun[illegible] quinque: Motum, quietem, nu[illegible] magnitudinem [illegible] *de A*[illegible] *Sens.* [illegible]

terminata. Magnitudo est extensio habens terminum superficiei. Motus est plurium quantorum fluxus, aut plurium vnius quanti partium suos terminos habentium. Quies habet rationē vnius quanti terminati secundum motū. *Coniect.*

1680 *m* Nullum sensibile commune immutare sensum secundum se ipsum, sed secundum modū, quo afficit sensibile proprium, in quo est. Experimur enim nos non habere speciem, nec proinde sensum quantitatis vllius per se; sed modi, quo qualitates à quantitate afficiuntur: per quem modum quantitatem ipsam percipimus, ac sentimus. *S. Th. 1. p. q. 78. a. 3. ad 2.*

m Conimb. 2. de Anim. c. 6. q. 5.

1681 Cum obiectum distans percipitur, percipi etiam, & cognosci mediam quātitatem, seu distantiam, quę inter obiectum intercedit, & potentiam cognoscentem. Tum quia qualitas, quæ est in diaphano intermedio, nempe lux, producit suæ magnitudinis interme[illegible]iem in organo simul cum obiecti spe[illegible]dit in visu. Tum quia obiectum pro[illegible]iem eò remissiorem, quò magis [illegible] autem species repræsentat ob[illegible] vt accidit tum i[illegible]tum i[illegible]

168[illegible] ci[illegible] nunquam errar[illegible] mat[illegible] mc[illegible]

n Conimb. [illegible]

[illegible]

ratione communi obiecti continentur. *Exper.*

1684 Circa suum obiectum secundum rationem specificam sumptum, errare sensum posse; vt circa album vt album. Huius enim generis errores plurimos experimur. *Exper.*

1685 Erroris in sensu circa sui obiecti specificam rationem causas multas esse. Tum organū male affectum: vt alba ictericis pallida videtur. Tum medium: vt mane Sol rubeus apparet ob interiectos vapores. Tum distantiam, quatenus ab obiecto ad longam distantiam species valde remissæ producuntur, ac proinde non repræsentatiuæ obiecti vt est: ideo rotunda apparēt quadrata cernentibus eminus. Tum species non connaturali modo productas in medio: vt cum in speculis eædem magnitudines nunc paruę cernuntur, nunc magnæ, nunc oblongæ. Tum situm potentiæ: vt, cum alter oculus inferne comprimitur, vnum obiectū cernitur vt duplex. *Exper.*

1686 Circa suum sensibile nunquam sensum errare: tum quatenus remotis impedimentis, nunquam errat: tum quatenus semper obiectum apprehendit vt ei repræsentatur per speciem. *Arist. 2. de An. t. 63. & 1. de Sens. c. 4.*

* *Conimbr. 2. de Anim. c. 11. q. 3.*

1687 * Nullam sensationem immediatè fieri ab obiecto ipso. seu, Sensibile positum supra sensorium, sensationem nō facere. Experimur enim clarè in visu fieri sensationem immediatè non per obiectum, sed per speciem obiecti. Hoc autē sapienter à Deo prouisum. tum ne ab obiectis sensibilibus, quæ corruptiuis qualitatibus prędita sunt, sensorium, potentiaque corrumpantur. tum vt ad cognitionem, quæ minimum habet materialitatis; proportionatum agens cōcurrat,

nempe

nempe ſpecies, quæ minimum ipſę quoque materialitatis habet ad ſuum obiectum comparatę: *Ariſt.2.de An.t.75.98.121.*

1688 Suas ſaporem, tactileſq; qualitates, ſpecies non producere: niſi immediatæ ſint organo, in quo producendæ ſunt ſpecies. Datus enim eſt guſtus, tactuſque animali ad vtilia proſequenda, noxiaq; fugienda, quæ propinqua ſunt: vt ſupra dictum eſt. *Ariſt.2.de An.t.114.*

1689 Saporem, tactilemque qualitatem, non ſentiri in eo loco, in quo ipſæ tangunt immediatè; ſed paullò inferius, vbi incipiunt eſſe ſpecies ab ipſis productæ. Experimur enim nos qualitates noſtras tactiles non ſentire: nempe quia per totum corpus ipſæ ſunt ſparſæ. *Ariſt.2.de An. tex.116.*

1690 Si quis interdum ſenſus accidit in eo loco, vbi tactiles qualitates tangunt: eum non eſſe ſenſum tactus, ſed dolorem ex diuiſione continui, qui ex contactu tactilium qualitatum ſolet contingere. *Coniect.*

1691 Ab excelleti ſenſibili ſenſum lædi. Lędit enim albedo, luxque intenſa oculos: quatenus productiua caloris eſt lux; calore autem diſgregatur oculorum temperamentum, & euaporant ſpiritus animales. Lædunt oculos tenebræ: quatenus ob lucis, & caloris abſentiam, frigus viget, ob quod ſpiritus in intima ſeſe abdunt, & oculi partes nimium conſtipantur. Nocet auditui ſonus ingens, ob vehemętem motum aeris, quem ſecum vehit, quique ſuo impetu organum ſoluit. Nocent olfactui odores admodum graues, ob nimium calorem, qui cum odorifera exhalatione defertur; qui caloris exceſſus contrarius eſt

organi temperamento. Tactum, gustumq; lædũt tactiles qualitates, ac sapores, propter caloris, ac frigoris, aliarumque eiusmodi qualitatum exuperantiam. *Arist. 2. de An. t. 123. Gal. l. 10. de vsu par.*

1692 Percipere sensus externos suos actus: quatenus ipso actuum exercitio experiuntur se facere actus suos. *Arist. 2. de An. t. 136.*

p Conimbr. 2. de Anim. c. 7. q. 8.

1693 p Non percipere sensus externos suos actus: quatenus non faciunt alium actum, quo suos actus cognoscant. Non enim experimur nos nostram visionem videre, nec auditum audire. *Arist. 2. de An. t. 136.*

1694 Non cognoscere sensus externos suorum obiectorum species. Nunquam enim hoc experimur. *Exper.*

1695 Imagines, quæ videntur in speculo, non esse species obiectorum, sed ipsa obiecta. Tum quod in speculo res apparent maiores speculo: species autem nõ possunt esse maiores suo subiecto. Tum quod in speculo apparent partes rei obiectæ in diuersis partibus speculi: at si essent species, deberent omnes partes obiecti in singulis speculi partibus apparere: speciei enim quælibet particula totum obiectum repræsentat. Tum quod in speculo res apparent ad magnam distantiam: species autem, quæ in speculo subiectantur, non distant à speculo. Tum quod quæ videntur in speculo, non videntur statim viso speculo, nisi sit oculus rectus puncto reflexionis rei visæ supra speculum: at imagines in aliquo subiecto impressæ, ex quacunque parte videntur, ex qua videri potest subiectum illud. *ex Exper.*

1696

1696 Colores, qui in pariete apparēt, quem percutit lumen per fenestras vitreas transiens coloratas; non esse imagines, speciesque colorū, qui in vitreis fenestris sunt; sed colores ipsos vitrearum fenestrarum: vt quæ videntur in speculo imagines, obiecta ipsa sunt, non species obiectorum. Eadem enim est vtrobique & eius, quæ in speculo; & eius, quæ in pariete fit, apparentiæ ratio. *Vid. Conimb. supra.*

1697 Animæ sensitiuæ subiectum esse corpus mixtum. Omne enim quod sentit, nutrimento indiget vt conseruetur; vt experimur. nutrimentum autem non suscipit sine tactu; vt etiam experimur. tactus autem non est sine temperamento quatuor primarum qualitatum. Quidquid autē quatuor primarum qualitatum temperamētum habet, Mixtum est. *Arist. 3. de An. à t. 60.*

De Visu.

1698 PRoprium visionis obiectum esse tum colorem, tum lumen. Solus enim inter externos sensus, visus hæc duo percipit: & quidquid is cognoscit, sub colorati, luminosiue ratione cognoscit. *Arist. 2. de An. t. 66. Alhazen 18, n. 2. Vitell. l. 3 theor. 39.*

1699 Inuisibile dici, quod aut nullo modo videri potest, quia non est aptum videri; aut pātum videri potest; aut est visus corruptiuum ob excessum. *Arist. 2. de An. t. 103.*

1700 Colorem esse, qui mouet actu perspicuum. Color enim est, qui in medio diaphano species visuas producit. *Arist. 2. de An. t. 67.*

1701 Perspicui terminati terminum colorē

esse. Omne enim corpus perspicuum, quod terminatur, necesse est corpore non perspicuo terminari. Omne autem corpus non perspicuum, est coloratum. *Vitell. l. 3. opt. theor. 14.*

1702 Corporis perspicui actum lumen esse. Perspicuum enim vt perspicuum, non habet aliã formam, per quã reddatur visibile, præter lumẽ. Redditur autem perspicuum, actu visibile, per lumen; vt corpus opacum, per colorem. *Arist. 2. de An. t. 68.*

1703 Diaphaneitatem videri, raritatem esse; & opacitatem, densitatem. Quæcũque enim rara sunt, transparentiam habent, vt aqua, vt aer; eoq; maiorem, quo rariora. Quæcunque autẽ opaca, densa sunt; vt terra, vt ferrum. Videntur quędam diaphana esse densa; vt vitrum, vt glacies: sed ea densa non sunt, sed constipata, ac sine latitudine pororum. *Coniect.*

1704 Lumen corpus nõ esse: sed qualitatem. Corpus enim non penetrat se cum alio corpore, vt facit lumen. Et ad vnius corporis corruptionem, aliud corpus generatur: nihil autem existit corrupto lumine. *Arist. 2. de An. t. 69.*

1705 Lumen speciem non esse. Species enim sensibiles non sunt, vt supra dictum est; nec subiectum alterant; & obiectum repræsentant, à quo procedunt. Opposita experimur in lumine. *S. Th. 1. p. q. 67. a. 3.*

1706 Radium esse lumen ipsum: quatenus à corpore luminoso procedit. *Vitel. l. 2. opt. def. 2.*

1707 Radium rectum dici, cum sine obstaculo à luminoso rectè procedit. *Euclid. elem. 1. def. 4.*

1708 Radium reflexum dici, cum intenditur à corpore, in quod incurrit. *Vitel. l. 10. opt. theor. 57.*

1709 Radium fractum dici, cum à medio raro in densum progreditur: vt cum ab aere in aquam diffunditur. *Vitel. lib. 10. opt. def. 2.*

1710 Radium refractum dici, cum à medio denso in rarius dissultat. *Vitel. l. 10. opt. def. 2.*

1711 Luminis subiectum Diaphanum esse. Incapax enim luminis reddit subiectũ opacitas. *Vitell. opt. l. 2. def. 2.*

1712 Lucem aliquam habere astra omnia, præter lumen, quod à Sole recipiũt. Rubor enim lunæ in sua eclipsi, indicat aliquid esse lucis in luna. *Exper.*

1713 Lucem suam habere ignem, & mixta nonnulla. Ita enim experimur. *Exper.*

1714 Calorẽ à luce produci. Cernimus enim corpora inferiora Solis luce calefieri. *Exper.*

1715 Inter obiectum, & potentiam, medium requiri ad formandam visionem. Obiecta enim oculis immediata, & valdè proxima, non sentimus. Contingit autem proxima non videri: quia species obiecto proximæ intensiores sunt, quàm potentia visiua requirit. Obid enim qui potentia visiua pollent, si oculis perspicilla superponant, non vident. Requirit autem potẽtia visiua species non valde intensas, & quales ab obiecto distante producuntur: quia tributa est animali ad vtilia prosequenda, vitandaq; noxia remota. *Arist. 2. de An. 67. 71. 73. Alhaz. 37. n. 1. Vitell. l. 3. theor. 15.*

1716 Medium diaphanũ requiri ad formandam visionem: vt experimur. Non enim contingit visio sine speciebus ab obiecto per medium receptis, vt paullò ante dictum est. Species autẽ visiuæ in opaco medio non producuntur. *Arist.*

seruationem esse. Cum enim animantes cognoscendo prosequantur ea, quæ sunt ad vitam necessaria, cognoscendo à noxijs fugiant: debuerũ cuique tot sensus tribui, quot ad ea duo præstanda satis essent. Porro & vtilia, & noxia vel propinqua sunt, vel remota. Ad vitanda noxia, & quærenda vtilia propinqua; est Gustus circa alimentum; circa reliqua, Tactus: ad remota, circa alimentũ, Olfactus; circa reliqua Auditus; circa vtraque, vt animal localiter moueatur ad ea quærenda, vel fugienda, est Visus. *Arist. 2. de An. t. 23. & l. 3. t. 60. & l. de Sensu, & sens. c. 1.*

1663 Non omnia animalia sensus omnes habere. Non enim indigent. *Arist. 2. de An. t. 23.*

1664 In animantibus omnibus Tactum esse. Necessarius enim est ad vitæ conseruationem; quatenus corruptiuas qualitates discernit. ideo funditur per totum corpus. *Arist. 3. de Anim. à t. 62. & l. de Sensu, & sensili c. 1.*

1665 In animantibus omnibus Gustum esse. Est enim necessarius ad vitam vt explorator alimenti, & prægustator ventriculi, ac nutritoriæ facultatis. *Arist. 3. de An. t. 60.*

1666 Maximè omnium animalium vigere Hominẽ Tactu. Tactus enim præstantia ex præstãtia oritur temperamenti. Habet autem homo temperamentum præstantissimum; quippe ad ministrandum intellectui necessarium; quo solus ex animantibus Homo præditus est. *Arist. 2. de An. t. 94. & l. 1. de hist. anim. c. 15.*

1667 Sensationes externas eiusdem rationis in homine, ac in brutis esse. Nihil enim est, quod apertè contrarium suadeat: & eiusdem rationis esse, indicat sensus ipse. *Conimb. 3. de An. c. 1. q. 1.*

1668

1668 Sensationum externarum principium ipsa quoque sensuum organa esse, præter animam, & species obiectorum: Instrumenta enim animæ sunt potentiæ, vt supra dictum est: quas putandũ est in ipsis organis esse. *Conimb. sup. a. 3.*

1669 Videri sensuum potentias in materia neruosa positam esse. Læso enim neruorum principio, cessat sensatio. *Coniect.*

1670 Sẽsationibus externis spiritus animales deseruire è cerebro defluentes. Si enim impedimentum accidat, ne illi fluant, cessat sensatio. Deseruiũt autem ij spiritus sensationi: tum quatenus nutriunt, & conseruant organum: tum quatenus externorum obiectorum species recipiũt: tum quatenus species à sensatione receptas ad organa interna deferunt. *Coniect.*

1671 Sensatione existente vehementiore, maiorem spirituum animalium copiam absumi. Hoc enim indicat organorum defatigatio, quæ ad vehementiorem sensationem consequitur: videtur enim sensatio habere vim ad trahẽdum ad se spiritus animales, vt per eos approximet sibi species obiectorum, à quibus iuuatur. Quò autem est vehementior, eò maiorem spirituum copiam trahit. absumuntur autem motu spiritus, quia incalescunt. *Exper.*

1672 Sensationes externas ad cerebrum terminari. Tum quatenus species obiectorum producunt, quæ per spiritus ad cerebrum deferuntur: vbi per sensationem internam, quæ est nobilior, externa sensatio perficitur. Tum quatenus è cerebro promanant & nerui, qui sunt sensationum organa: & spiritus animales, qui sensationi deseruiũt, vt dictum est. Tum fortasse qua-

tenus ad omnem externam ſenſationem omnes nerui concurruot, qui deinceps ſunt ab organo vſque ad cerebrum. *Ex Exper.*

1673 Senſationes externas ad cor terminari. Tum quatenus appetitiones, quæ ad ſenſationes cõſecuntur, in corde fiunt. Tum quia ſpiritus vitales, qui in cerebro animales fiunt, vt ſenſationi deſeruiant; è corde originem ducunt. *Ariſt. 2. de Gen. anim. c. 4. & 3. de Part. c. 3. 4. & 1. de Iuuent. & tenect. c. 1. 2.*

1674 Senſibile Per ſe, dici, quod per ſe ſenſum mouet; ſeu, quod vi ſenſationis percipimus; vt Album viſione. *Ariſt. 2. de An. t. 63.*

1675 Senſibile Per accidens, dici, quatenus quid non ſentitur ipſum quidem, ſed ſentiri dicitur, quia eſt coniunctum cum eo, quod per ſe cadit ſub ſenſum. vt eſt dulce reſpectu albi, quod viſu percipitur. *Ariſt. 2. de An. t. 65.*

1676 Senſibile Proprium, dici, quod vno tantum ſenſu percipitur. vt Color viſu, ſapor guſtu, ſonus auditu, odor olfactu, Calor, frigus, aliæq; tactiles qualitates, Tactu. *Ariſt. 2. de An. t. 61.*

1677 Senſibile Commune, dici, quod multis ſenſibus percipitur. vt Motus viſu, ac tactu percipitur. *Ariſt. 2. de An. t. 64.*

1678 *l* Senſibilium communium genera eſſe quinque: Motum, quietem, numerum, figuram, magnitudinem. *Ariſt. 2. de An. c. 6. à t. 62. & 1. de Senſ. c. 1.*

l Conimbr. 2. de Ani. c. 6. q. 4.

1679 Senſibile quodcunque commune quantitatem quandam eſſe, modificatam. Figura enim quantitas eſt terminata ſecundum variam poſitionem extremorum. Numerus in obiectis ſenſuum externorum ſunt plura quanta finita, ſeu

ter-

terminata. Magnitudo est extensio habens terminum superficiei. Motus est plurium quantorum fluxus, aut plurium vnius quanti partium suos terminos habentium. Quies habet rationē vnius quanti terminati secundum motū. *Coniect.*

1680 *m* Nullum sensibile commune immutare sensum secundum se ipsum, sed secundum modū, quo afficit sensibile proprium, in quo est. Experimur enim nos non habere speciem, nec proinde sensum quantitatis vllius per se; sed modi, quo qualitates à quantitate afficiuntur: per quem modum quantitatem ipsam percipimus, ac sentimus. *S. Thom. p. q. 78. a. 3. ad 2.* m *Conimb. 2. de Anim. c. 6. q. 5.*

1681 Cum obiectum distans percipitur, percipi etiam, & cognosci mediam quātitatem, seu distantiam, quę inter obiectum intercedit, & potentiam cognoscentem. Tum quia qualitas, quæ est in diaphano intermedio, nempe lux, producit suæ magnitudinis intermediæ speciem in organo simul cum obiecti specie: vt accidit in visu. Tum quia obiectum producit sui speciem eò remissiorem, qqò magis distat. remissior autem species repræsentat obiectum distantius: vt accidit tum in visu, tum in auditu. *Exper.*

1682 *n* Sensum circa suum sensibile nunquam errare errore iudicatiuo. Nihil enim sensus affirmat, vel negat. Nisi dicas errare, quatenus eius modi cognitiones formant, quibus in errorem inducitur intellectus. *Exper.* n *Conimbr. sup. q. 6.*

1683 Circa suum sensibile secundum rationē communem sumptum, nunquam sensum errare; vt circa album vt coloratum, circa dulcedinem, vt saporem. Potentia enim extra sui obiecti limites ferri non potest. ij autem semper sub

ratione communi obiecti continentur. *Exper.*

1684 Circa suum obiectum secundum rationem specificam sumptum, errare sensum posse; vt circa album vt album. Huius enim generis errores plurimos experimur. *Exper.*

1685 Erroris in sensu circa sui obiecti specificam rationem causas multas esse. Tum organū male affectum: vt alba ictericis pallida videtur. Tum medium: vt mane Sol rubeus apparet ob interiectos vapores. Tum distantiam, quatenus ab obiecto ad longam distantiam species valde remissæ producuntur, ac proinde non repræsentatiuæ obiecti vt est: ideo rotunda apparēt quadrata cernentibus eminus. Tum species non connaturali modo productas in medio: vt cum in speculis eædem magnitudines nunc paruę cernuntur, nunc magnæ, nunc oblongæ. Tum situm potentiæ: vt, cum alter oculus inferne comprimitur, vnum obiectū cernitur vt duplex. *Exper.*

1686 Circa suum sensibile nunquam sensum errare: tum quatenus remotis impedimentis, nunquam errat: tum quatenus semper obiectum apprehendit vt ei repræsentatur per speciem. *Aristot. 2. de An. t. 63. & l. de Sens. c. 4.*

1687 Nullam sensationem immediatè fieri ab obiecto ipso, seu Sensibile positum supra sensorium, sensationem nō facere. Experimur enim clarè in visu fieri sensationem immediatè non per obiectum, sed per speciem obiecti. Hoc autē sapienter à Deo prouisum. tum ne ab obiectis sensibilibus, quæ corruptiuis qualitatibus prędita sunt, sensorium, potentiaque corrumpantur. tum vt ad cognitionem, quæ minimum habet materialitatis, proportionatum agens cōcurrat,

Conimbr. 2. de Anim. c. 11. q. 3.

nempe

nempe ſpecies, quæ minimum ipſę quoque materialitatis habet ad ſuum obiectum comparatę. *Ariſt.2.de An.t.75.98.121.*

1688 Suas ſaporem, tactileſq; qualitates, ſpecies non producere: niſi immediatæ ſint organo, in quo producendæ ſunt ſpecies. Datus enim eſt guſtus, tactuſque animali ad vtilia proſequenda, noxiaq; fugienda, quæ propinqua ſunt: vt ſupra dictum eſt. *Ariſt.2.de An.t.114.*

1689 Saporem, tactilemque qualitatem, non ſentiri in eo loco, in quo ipſæ tangunt immediatè; ſed paullò inferius, vbi incipiunt eſſe ſpecies ab ipſis productæ. Experimur enim nos qualitates noſtras tactiles non ſentire: nempe quia per totum corpus ipſæ ſunt ſparſæ. *Ariſt. 2.de An. tex.116.*

1690 Si quis interdum ſenſus accidit in eo loco, vbi tactiles qualitates tangunt: eum non eſſe ſenſum tactus, ſed dolorem ex diuiſione continui, qui ex contactu tactilium qualitatum ſolet contingere. *Coniect.*

1691 Ab excellẽti ſenſibili ſenſum lædi. Lędit enim albedo, luxque intenſa oculos: quatenus productiua caloris eſt lux; calore autem diſgregatur oculorum temperamentum, & euaporant ſpiritus animales. Lædunt oculos tenebræ: quatenus ob lucis, & caloris abſentiam, frigus viget, ob quod ſpiritus in intima ſeſe abdunt, & oculi partes nimium conſtipantur. Nocet auditui ſonus ingens, ob vehemẽtem motum aëris, quem ſecum vehit, quique ſuo impetu organum ſoluit. Nocent olfactui odores admodum graues, ob nimium calorem, qui tum odorifera exhalatione defertur; qui caloris exceſſus contrarius eſt

organi temperamento. Tactum, gustumq; lædũt tactiles qualitates, ac sapores, propter caloris, ac frigoris, aliarumque eiusmodi qualitatum exuperantiam. *Arist. 2. de An. t. 123. Gal. l. 10. de vsu par.*

1692 Percipere sensus externos suos actus: quatenus ipso actuum exercitio experiuntur se facere actus suos. *Arist. 2. de An. t. 136.*

p Conimbr. 2. de Anim. c. 7. q. 8.

1693 p Non percipere sensus externos suos actus: quatenus non faciunt alium actum, quo suos actus cognoscant. Non enim experimur nos nostram visionem videre, nec auditum audire. *Arist. 2. de An. t. 136.*

1694 Non cognoscere sensus externos suorum obiectorum species. Nunquam enim hoc experimur. *Exper.*

1695 Imagines, quæ videntur in speculo, non esse species obiectorum, sed ipsa obiecta. Tum quod in speculo res apparent maiores speculo: species autem nõ possunt esse maiores suo subiecto. Tum quod in speculo apparent partes rei obiectæ in diuersis partibus speculi: at si essent species, deberent omnes partes obiecti in singulis speculi partibus apparere: speciei enim quælibet particula totum obiectum repræsentat. Tum quod in speculo res apparent ad magnam distantiam: species autem, quæ in speculo subiectantur, non distant à speculo. Tum quod quæ videntur in speculo, non videntur statim viso speculo, nisi fit oculus rectus puncto reflexionis rei visæ supra speculum: at imagines in aliquo subiecto impressæ, ex quacunque parte videntur, ex qua videri potest subiectum illud. *ex Exper.*

1696

1696 Colores, qui in pariete apparét, quem percutit lumen per fenestras vitreas transiens coloratas; non esse imagines, speciesque colorũ, qui in vitreis fenestris sunt; sed colores ipsos vitrearum fenestrarum: vt quæ videntur in speculo imagines, obiecta ipsa sunt, non species obiectorum. Eadem enim est vtrobique & eius, quæ in speculo, & eius, quæ in pariete fit, apparentiæ ratio. *Vid. Conimb. supra.*

1697 Animæ sensitiuæ subiectum esse corpus mixtum. Omne enim quod sentit, nutrimento indiget vt conseruetur; vt experimur. nutrimentum autem non suscipit sine tactu; vt etiam experimur. tactus autem non est sine temperamento quatuor primarum qualitatum. Quidquid autẽ quatuor primarum qualitatum temperamẽtum habet, Mixtum est. *Arist. 3. de An. t. 60.*

De Visu.

1698 PRoprium visionis obiectum esse tum colorem, tum lumen. Solus enim inter externos sensus, visus hæc duo percipit: & quidquid is cognoscit, sub colorati, luminosiue ratione cognoscit. *Arist. 2. de An. t. 66. Alhazen 18. n. 2. Vitell. l. 3 theor. 39.*

1699 Inuisibile dici, quod aut nullo modo videri potest, quia non est aptum videri; aut parum videri potest; aut est visus corruptiuum ob excessum. *Arist. 2. de An. t. 103.*

1700 Colorem esse, qui mouet actu perspicuum. Color enim est, qui in medio diaphano species visuas producit. *Arist. 2. de An. t. 67.*

1701 Perspicui terminati terminum colorẽ

esse. Omne enim corpus perspicuum, quod terminatur, necesse est corpore non perspicuo terminari. Omne autem corpus non perspicuum, est coloratum. *Vitell. l. 3. opt. theor. 14.*

1702 Corporis perspicui actum lumen esse. Perspicuum enim vt perspicuum, non habet aliâ formam, per quâ reddatur visibile, præter lumé. Redditur autem perspicuum, actu visibile, per lumen; vt corpus opacum, per colorem. *Arist. 2. de An. t. 68.*

1703 Diaphaneitatem videri, raritatem esse; & opacitatem, densitatem. Quæcúque enim rara sunt, transparentiam habent, vt aqua, vt aer; eoq; maiorem, quo rariora. Quæcunque autè opaca, densa sunt; vt terra, vt ferrum. Videntur quędam diaphana esse densa; vt vitrum, vt glacies: sed ea densa non sunt, sed constipata, ac sine latitudine pororum. *Conicti.*

1704 Lumen corpus nõ esse: sed qualitatem. Corpus enim non penetrat se cum alio corpore, vt facit lumen. Et ad vnius corporis corruptionem, aliud corpus generatur: nihil autem existit corrupto lumine. *Arist. 2. de An. t. 69.*

1705 Lumen speciem non esse. Species enim sensibiles non sunt, vt supra dictum est; nec subiectum alterant; & obiectum repræsentant, à quo procedunt. Oppositа experimur in lumine. *S. Th. 1. p. q. 67. a. 3.*

1706 Radium esse lumen ipsum: quatenus à corpore luminoso procedit. *Vitel. l. 2. opt. def. 2.*

1707 Radium rectum dici, cum sine obstaculo à luminoso rectà procedit. *Euel. Elem. 1. def. 4.*

1708 Radium reflexum dici, cum intenditur à corpore, in quod incurrit. *Vitel. l. 10. opt. theo. 57.*

1709 Radium fractum dici, cum à medio raro in densum progreditur: vt cum ab aere in aquam diffunditur. *Vitel. lib. 10. opt. def. 21.*

1710 Radium refractum dici, cum à medio denso in rarius dissultat. *Vitel. l. 10. opt. def. 2.*

1711 Luminis subiectum Diaphanum esse. Incapax enim luminis reddit subiectũ opacitas. *Vitell. opt. l. 2. def. 2.*

1712 Lucem aliquam habere astra omnia, præter lumen, quod à Sole recipiũt. Rubor enim lunæ in sua eclipsi, indicat aliquid esse lucis in luna. *Exper.*

1713 Lucem suam habere ignem, & mixta nonnulla. Ita enim experimur. *Exper.*

1714 Calorẽ à luce produci. Cernimus enim corpora inferiora Solis luce calefieri. *Exper.*

1715 Inter obiectum, & potentiam, medium requiri ad formandam visionem. Obiecta enim oculis immediata, & valdè proxima, non sentimus. Contingit autem proxima non videri: quia species obiecto proximæ intensiores sunt, quàm potentia visiua requirit. Obid enim qui potentia visiua pollent, si oculis perspicilla superponant, non vident. Requirit autem potẽtia visiua species non valde intensas, & quales ab obiecto distante producuntur: quia tributa est animali ad vtilia prosequenda, vitandaq; noxia remota. *Aristl. 2. de An. c. 71. 73. Alhaz. 37. n. 1. Vitell. l. 3. theor. 15.*

1716 Medium diaphanũ requiri ad formandam visionem: vt experimur. Non enim contingit visio sine speciebus ab obiecto per medium receptis, vt paullò ante dictum est. Species autẽ visiuæ in opaco medio non producuntur. *Aristl.*

2. de An. t. 67. 73. Alb. 2. 22. 41. Vitel. l. 3. theor. 14.

1717 Videri medium illuminatum requiri, vt in eo ſpecies produci poſſint, per quas viſio contingat. Vt enim obiectum ſpeciem ſui producere nō poteſt, niſi ſit illuminatum, vt docet experientia: ita neque protendere ſpeciem poteſt vſque ad potentiā, niſi ſpeciei partes, quæ deinceps ſunt ab obiecto ad potentiam, ſint illuminatę. Par enim ratio videtur eſſe. *Ariſt. 2. de An. t. 73. et l. de Senſu, & ſenſili c. 2. S. Th. 2. de An. c. 7.*

1718 Obſcurum dici, cum lumen non eſt vt videri poſſit. Poteſt autem lumen non eſſe tum reſpectu obiecti viſibilis, vt cōtingit ijs obiectis, quæ in tenebris ſunt: tum reſpectu ſubiecti, ſeu potentiæ viſiuæ, quę non habet ſufficientem virtutem ad videndum, quæ etiam luminis nomen habet. Ita Deus dicitur obſcurus nobis, quamuis ipſe infinitum lumen ſit. *Exper.*

1719 Viſuas ſpecies negandas non eſſe. Non enim poteſt afferri ratio cur diſtans obiectū videatur: cur inſpicillis concauis acutius aliqui videant; cur oculus obiecto ſpeculo ſeipſum videat: niſi detur aliquid loco obiecti, quod obiecti viſionem in oculo producat. *Ariſt. 2. de An. t. 121, & 124.*

1720 Viſuas ſpecies non eſſe lumen. Eſt enim in oculo lumen: & tamen ſeipſum non videt: niſi ſpeculum opponatur, indeque oculi ſpecies in ipſum oculum reflectat. *Exper.*

1721 Viſuales ſpecies directè ab obiecto produci, ac pyramidaliter. Cernitur enim totū obiectum à quacunque parte obiecto oppoſita. ergo ea ſpeciei particula, per quam videtur totum obiectū, à toto obiecto producta eſt, vt ſit totius

obie-

obiecti repræsentatiua.id autem esse non posset, nisi quælibet speciei particula directè obiecto opposita, pyramidaliter à toto obiecto producta esset. *Vitell.opt.l.2. theor.1. & l.3. theor.18. Euclid.2.hypoth.opt. Alhazen 19.n.1.*

1722 Speciebus visualibus reflexionem contingere ex oppositione corporis tersi, id est, habentis superficiem æqualem, & poros constipatos. Ob id enim nostrum vultum videmus in speculo reflectente nostri vultus speciem in oculos nostros, *Arist.3.de An.t.65.*

1723 Reflexionem specierum è terso corpore contingere: quod actio productiua specierum impeditur, ne pergat directè: quod species in tersum corpus incidentes, non opacantur. Impedimentum facit opacitas: quatenus ea incapax luminis est, ac proinde inepta vt in ea species visuales producantur. Opacitas autem corporis tersi nō opacat species: quia ob pororum constipationem non recipit in se species, quas ineptas reddat ad species deinceps producendas. *Arist.3.de An. t.65.*

1724 Speciebus visualibus reflexis, obiectū, obiectiq; distantiam in ipso corpore terso repræsentari, è quo eæ reflectunt. Ne enim erret animal circa obiectum distans, prouisum est à natura, vt species in eo loco repræsentent obiectū, è quo eæ producuntur. Species autem reflexæ à speciebus directis, distantiam obiecti repræsentantibus, è corpore terso producuntur, supplente corpore terso vicem ipsius obiecti. In corpore igitur terso & obiectum, & obiecti distantiam repræsentant species reflexæ. *Exper.*

1725 Si corpus tersum flatu fuscetur; species re-

reflexas obiectum, non intra corpus terſum, ſed in corporis terſi ſuperficie, repræſentare. Species enim directæ, flatu opacatæ, remittuntur, amittuntque vim ad obiecti diſtantiam repręſentandam. *Exper.*

1726 Speculo exiſtente concauo, apparere obiecta extra ſpeculum in aere. Concurrunt enim in ſpeculo concauo omnes ſpecies à reliquis ſpeculi partibus receptæ, ad productionem ſpecierum intenſiſſimarum in centro ſpeculi. Quæ centri ſpecies intenſiſſimæ rurſus reflectũtur pyramidaliter ad aerem. & quia etiam ibi magnam habent intenſionem: inde ad oculos reflectuntur: ob idque in eo loco, è quo reflectunt, repræſentant obiecta, nempè in aere. *Exper.*

1727 Species refractas dici, quæ ab eodem obiecto procedentes, partim è medio denſo, partim è raro tranſeunt. Repræſentant enim obiectum fractum: quatenus diuerſo modo partes obiecti repræſentant, vt contingit repræſentari virgam, cuius vna pars merſa ſit aquis. *ex Exper.*

q *Tol. 2. de Anim. c. 7. q. 16. Conimbric. q. 6.*

1728 *q* Conſtare oculos ſeptẽ muſculis motoribus; tunicis quinque, aranea, retinea, vuea, cornea, alba; tribus humoribus, chyſtallino, vitreo, albugineo; duobus neruis, altero oculorum motibus deſeruiente; altero deferendis è cerebro ſpiritibus, & ſpeciebus ex oculo ad imaginationem tranſmittendis. *Ariſt. 1. hiſt. c. 9. Galen. l. 10. de vſu par. Veſal. 7. c. 14.*

1729 Oculorum figuram rotundam eſſe, ad ample oppoſitorum obiectorum partes percipiendas. *Kuett. l. 3. theor. 3.*

1730 Videri Araneam tunicam ſubiectum viſionis

fionis esse. Est enim oculo maximè intrinseca, sine colore, nerui naturam habens, obiecto maximè opposita in directum, ab vuea tunica non tecta. *Conect.*

1731 Cum duo sint oculi, obiectum vnum apparere, non duplex. Situs enim æqualitas in oculis, & similitas visionis, ac directa vtriusque pupillæ oppositio in idem obiectum; hoc efficit. Nam compresso altero oculorum, quia mutatur situs, obiectum duplex apparet. *Alhaz. 27. n. 1. & 9. n. 3. Vitell. l. 3. theor. 28. 46.*

1732 Vno oculo moto necessarium esse aliũ eidè conformiter moueri. *Vitell l. 3. opt. theor. 26.*

1733 Receptis ab obiecto speciebus, nõ emissis ex oculo ad obiectum radijs, visionem fieri. Nec enim est probabile è tantula pupilla tã multum egredi luminis, quantum est necessarium ad attingendum tam multa obiecta, tamque distantia; quæ simul vno aspectu videmus: & rursum ex obiectis ad pupillam lumen illud reflectere, vt fiat visio. *Arist. 2. de An. t. 67. 74. 121. & l. 3. c. 1. 2. 3. & l. de sen. & sensili c. 2. Vitell. l. 3. theor. 5.*

1734 Videri non posse oculum eleuari ad videndum spiritum, vt eleuatur intellectus creatus ad videndum Deum. Tum quia non experimur oculo attingere vnquam vllo modo cognitione spiritum; vt experimur aliquo modo, nempè abstractiue, attingere per intellectum cognitione Deum, ex quo licet arguere spiritum esse extra obiectum oculi; non esse autem Deum, extra obiectum intellectus. Tum quia omnis cognitio est aliquo modo, saltem in confuso, representatiua sui obiecti, at cognitio sensitiua, qualis

est

est oculi, non potest vllo modo esse repræsentatiua obiecti spiritualis; quia est materialis. modus autem repræsentandi sequitur modũ essendi. Tum quia si ponas oculum eleuari ad videndum spiritum per cognitionem spiritualem: ea licet vitalis sit, non potest tamen oculum vitaliter afficere, vt nullus actus vitalis potest vitaliter afficere lapidem, vt possit lapis dici viuens, videns, amans, &c. Ratio autem huius est, quia debet esse proportio inter actum vitalem, & potentiam, in qua recipitur. at non est proportio inter subiectum materiale, & accidens spirituale. experimur autem aliquam proportionem inter intellectum nostrũ, & actum purum: quatenus intellectus, cum sit spiritualis, potest reflectere, & comparationes facere, atque ita quodlibet ens intelligere per comparationem ad alia entia. *Coniect.*

De Auditu.

1735 AD Auditum formandum, præter animam, quatuor concurrere: Sonum, medium, species, organum. *Arist. 2. de An. t. 75.*

1736 Qualitatem esse sonum, distinctam ab aeris motu, qui fit, cum editur sonus. Obiectum enim solius auditus est sonus; cum motus localis in oculorum sensum cadat. *Coniect.*

1737 Ad producendum sonum tria concurrere: corpora sese collidentia, aeremque frangentia; aerem ipsum, qui frangitur; & impetum tum corporibus ex collisione, tum aeri impressum. Si enim aut corporum collisio absit; aut aer, qui frangatur; aut impetus; sonus non editur. *Arist.*

*Arist.*2.*de Anim.* à *tex.*78.

1738 Soni varietatem ex corporum collisorum, fractique aeris; ex collisionis, fractionisque varietate contingere. *Coniect.*

1739 Producit totum simul, aut successiuè sonum, secúdum aeris fractionem, quæ tota simul, aut successiuè contingat. Consequitur enim sonus aeris fractionem. *Coniect.*

1740 Recipi sonum in medio successiuè secundum extentionem, experimur enim non statim ad aeris fractionem sonum audire. *Exper.*

1741 Sonum totum simul produci secundum intensionem. Non enim experimur sonum prius remissum audire, deinde intensum. *Exper.*

1742 Sonum, qui fit in aere, etiam sub aquis audiri. Pisces enim piscatores loquentes audiũt. Recipiunt autem aquæ an sonum ipsum? an soni species? *Arist.*2.*de An.t.*83.

1743 Esse Soni species intentionales. Experimur enim totum sonum audire, ergo recipitur in auribus aliquid, quod est repræsentatiuum totius soni, non potest autem recipi in tantulis auribus sonus ipse totus, cũ est magnus; sed pars illius. pars autem nõ nisi partis sensum exhibet. Præterea ex longa distantia experimur & distãtiam sentire, & totam soni quantitatem, licet nõ secundum modum quantitatis, quem habet. Id autem non potest contingere per sonum ipsum, qui quantus aduenit, tantus auditur: aduenit autem remissus. sed per speciem, quæ repræsentatiua est sui obiecti, etiam remissa. *Exper.*

1744 Produci soni species successiuè. Experimur enim intercedere moram inter editum sonum, & auditum illius, cum distamus à loco,

in

in quo editur. *Arist. de sens. c. 7.*

1745 Durare sonum tanta mora, quanta impetus impressus durat. videtur enim soni præcipua causa esse impetus impressus. *Coniect.*

1746 Durare sonum parua mora. Nunquam enim longam moram experimur: tamdiu autem auditur sonus, quamdiu durat: pergit enim sui speciem producere quandiu est. *Exper.*

1747 Videri species soni ita successiuè produci in medio extenso, vt non omnes ab ipso sono actu influente producantur, vt producuntur species visus, & lumen; sed ita, vt prima immediatè pendeat à sono, deinde vna alteram deinceps producat. Cum enim species soni in nostras aures appellit è longâ distantia; experimur tunc non esse sonum. Maior enim esse solet mora inter editum sonum, & auditum illius; quam mora, durationq; ipsius soni, quẽ audimus. *Coniec.*

De Echo. 1748 Si in lęue, concauumque corpus incurrant species soni: fieri specierum reflexionem, vt de visualium specierum reflexione dictũ est: & rursum repeti auditum eiusdem soni, qui auditus Echo nominatur. Id autem docet experientiâ. *Arist. 2. de An. t. 80.*

De Voce. 1749 Vocem esse aeris respiratione attracti percussionem, cum aliqua imaginatione factam ab anima in pulmonibus existente. Fit enim vox in laringe, seu gurgulione, dum illic reprimitur aer, & ab aere a pulmone misso percutitur. Applicatur autem ab animali potentia motrix ad vocem formandam, ex aliqua apprehensione, seu imaginatione alicuius obiecti, circa quod animal afficitur. voce enim sensus, affectusque internus declaratur. *Arist. 2. de An. t. 90.*

1750 Voces esse varias: quia variæ fiunt aeris percussiones, ratione variorum musculorum, qui viginti in laringe numerantur. *DD.*

1751 Instrumenta ad articulandam vocem esse, præter Laringem, linguam, palatum, labia, dentes. *Arist. 1. de hist. c. 16. & l. 4. c. 9. Galen. 7. de vsu par. c. 5. & 1. de voc. instrum. dissect. Vesal. l. 7. de fabr. hum. corp. à c. 4.*

1752 Constare instrumentum auditus, auribus cartilaginosis, obliquos meatus habentibus vsque ad membranam, quam tympanum vocãt, seu miringam, è cerebro procedentem, & intrà se congenitum aerem seruantem. Hanc putamus auditionis subiectum esse. *ex Anatom.* r *Tolet. 2. de Anim. c. 8. q. 21.*

De Olfactu.

1753 AD olfactum formandum, præter animam, quatuor concurrere: odorem, Medium, Species, Organum. *Arist. 2. de An. t. 75.*

1754 Qualitatem esse Odorem à substantia euaporante distinctam. Substantia enim nõ percipitur sensu, vt odor percipitur. *Arist. de sen. & sensili c. 5.*

1755 Primarum qualitatum commixtionem requiri, vt odor existat. Non enim emittunt odorem elementa pura. *Experi.*

1756 Qualitatem esse odorem à primis qualitatibus distinctam. Odor enim non cadit sub tactum: at primæ qualitates tactu percipiuntur. *Coniect.*

1757 Existere odorem è mixto, in quo siccũ, & calidum dominantur. Nam & siccæ, calidæq; regiones, quales Arabia, Syriaque, optimorum

odorum sunt feracissimæ: & res odoriferæ, si nimium humectentur, odorem amittunt: & calefacta odorem spirant: & æstate, ac verè odores vigent: & olfactus organum, cum pituitoso humore abundat, odorem minus percipit. *Arist. de Sensu c. 5.*

1758 Ad odoris generationem humiditatis aliquid requiri. Nam quæ exarescunt, & torrentur, odorem amittunt: & nimium rarefacta, humidi pmixtione fiũt odorata. *Arist. de Sensu c. 5.*

1759 Calore humidũ decoquendum, & quasi diluendum, ac atterendum; vt odor existat. Experimur enim odorata magis odorare, cum calent. *Arist. de Sensu c. 5.*

1760 Odorum esse genera varia: Acutum, acerbum, grauem, suauem; alia, quæ translatis è generibus saporum vocibus nominamus. *Arist. 2. de An. t. 95.*

1761 Subiectum odoris corpus mixtum esse, modo in exhalationem resolutum; modo ita cõpactum, vt non exhalet. Experimur enim parua corpora multum temporis odorem seruare: quod non accideret, si exhalarent. *Arist. in Probl. sect. 12. q. 10.*

1762 Subiectum odoris aerem non esse. Lædunt enim organum aliqui odores: læsio autem non ab odore, sed à temperamento contingit primarum qualitatum; quale non est in aere. Aliud ergo subiectum est, quod odorem vehit; non aer ipse. *Contect.*

1763 Odoris Medium, non solum aerem, vt omnes experimur; sed etiam aquã esse. Currunt enim ad escarum odorem pisces. *Arist. 2. de An. t. 97. & l. 4. hist. c. 8.*

1764 Esse odoris species intentionales. Nam sensibile ipsum, id est, odor, supra sensorium positum sensationem non facit: & exhalatio, qua odor defertur, esse sensorij lęsiua solet: nec videtur exhalatio ad tantā distantiam extendi posse, è quanta sentiri à quibusdam animalibus odor solet: & in aquā se insinuare exhalatio deorsum non potest, cum leuior sit aqua; & tamen etiam in aqua odores sentiuntur, vt supra dictum est. *Conrect.*

1765 Species intentionales odoris successiuè produci, vt de speciebus intentionalibus soni dictum est. Non enim statim ad exhalationem odoris odor sentitur. *Arist.l.de Sens.c.7.*

1766 Videri olfactus organum esse caruncul as mammillares, quæ iuxta ossa foraminosa narium sunt, è cerebro procedentes. Ibi enim experimur nos odores sentire, non in cerebro vltra illas, non in naso citra illas: & opus est inspiratione ad odorem percipiendum, nempe quia eæ caruncul æ carne spongiosa operiuntur, & narium tunicis, quas oportet dilatari, vt odoris species ad caruncul as deuehi possit. *Arist.2. de An.t.98. 99.100. & l.de Sensu t.5.*

De Gustu.

1767 OBiectum Gustus Saporem esse. *Experi.*

1768 Qualitatem esse saporem, à primis qualitatibus distinctam. Non sentitur enim vbicunque primæ qualitates sentiuntur. *Arist.2.de An.t.112.*

1769 Ab humido aqueo saporem in sicco terreo produci, calore decoquente. Experimur enim

saporem non fieri, nisi præcedente humidi, & sicci concoctione, ac mixtione; quæ fit per calorem. Videmus sapores frigore interire: quia frigus coctionē impedit. *Theophr. 6. de Causis plant. Arist. 2. de An. t. 102. & 1. de Sens. c. 4.*

1770 Saporum genera præcipua nouem numerari. Dulce, vt in melle, ficubus, vuis maturis. Pingue, in vnctuosis, pinguedine, medulla, lacte. Amarum, in oppio, absynthio, genista, felle. Salsum, in sale, in aqua maris. Acutum, in pipere, raphano, zinzibere. Austerum, in fructibus ante maturationem. Stipticum, in fructu myrthi, sorbis immaturis. Ponticum, in limonijs. Acetosum, in aceto, & aliquibus putrefactis. *Arist. 2. de An. t. 105. & 1. de Sens. c. 4.*

1771 Extremos sapores respectu gustus esse, Dulcem, & Amarum. Est enim dulce maximè amicum gustui; amarum maximè inimicum. *Arist. 1. de Sensu c. 4.*

1772 Extremos respectu materiæ sapores esse, Dulcem, & Amarum. In dulci enim maximè cōprehenditur ab humido siccum: in amaro siccum humidi habet valde parum. *Arist. 1. de Sens. c. 4.*

1773 Extremos respectu causæ efficientis esse sapores, Acutum, & Ponticum. Acutum enim in multo calido; ponticum in frigido positum est. *Ex Arist. supra.*

1774 Ingustabile dici, quod parum, aut prauum habet saporem, aut corruptiuum gustus. *Arist. 2. de An. t. 103.*

1775 Gustus organum lingua, & palatus. Experimur enim gustum in his membris. *Exper.*

1776 Esse in media lingua, quæ Cuspis dicitur, vsque ad linguæ extremum, neruos duos, à

tertia

tertia neruorum coniugatione ductos: qui se ramulis fundunt ad latera, & ipsum etiam palatum attingunt. Gustus sensum in his neruis formari. *Ex Anatom.*

1777 Esse supra linguæ neruos carnem spongiosam. Hanc putamus esse medium quoddam interuū ad species intentionales saporis ad neruos deferendas. Cum enim sensibile supra sensorium sensum non faciat, vt supra dictum est: opus est aliquo medio inter saporem, & sensorium gustus. *Coniect.*

1778 Saporum quasi condimentum, ac vehiculum, saliuam esse. *Exper.*

1779 Calidi, sicciq; concupiscentiam, Famem esse. *Arist. 2. de An. t. 28.*

1780 Frigidi, humidique concupiscentiam, Sitim esse. *Arist. 2. de An. t. 28.*

De Tactu.

1781 AD Tactum formandum, præter animam, quatuor concurrere: Tangibile, organum, medium, species intentionales. *Exper.*

1782 Tangibilium genera multa esse: Calidum, frigidum, humidum, siccum, molle, durum, asperum, lene, graue, leue, diuisionem continui. *Arist. 2. de An. t. 28.*

1783 Diuisionem quandam esse continui, potus, cibique à stomacho absentiam. *Ex Arist. 2. de An. t. 28. 117.*

1784 Sensum doloris consequi ad diuisionem continui. Sentitur enim ab animali ea partis à parte absentia, quæ necessaria est ad animalis conseruationem. *Exper.*

1785 Dolorem quendam stomachi esse Famem, ac Sitim. Sentit enim stomachus absentiã alimenti necessarij. *Ex Arist. 2. de An. t. 28.*

1786 Sensum tactui consentaneum, & cum quiete; Voluptatem appellari. *DD.*

1787 Maximè animalis destructiuum, dolorem esse. Affert enim illum diuisio continui: & rursum ipse multos spiritus animales absumit; quatenus vi suæ intensionis illos trahit. Ex diuisione autem continui, & ex consumptione spirituum, animal perit. *Exper.*

1788 Posse per Dei potentiam esse in anima separata dolorem illum, qui consequitur ad diuisionem continui. Posset enim ignis, qui suo calore segregatiuus est partium, assumi à Deo ad inducendum calorem in animam; & rursum calorem assumere ad producẽdum vt instrumentum Dei eum dolorem in anima, qui consequi solet ad diuisionem continui. Ita videtur in damnatis contingere apud inferos. *Theologi.*

1789 Tactus organa esse membra omnia, quę anima prædita sunt; exceptis ossibus. Experimur enim tactum in omnibus corporis partibus animatis, ossibus exceptis. *Arist. 2. de An. tex. 116.*

1790 Dispositionem ad tactũ esse, primarum qualitatum temperamentum ad sentiendum aptum, & partium vnionẽ inter se. Omnis enim actio requirit subiectum partim simile, partim dissimile agenti, vt supra dictum est. Efficiens tactum est obiectum tangibile; quod ad primas qualitates, & ad diuidens continuum reuocatur. Est subiectum huic agẽti simile, quatenus & primarum qualitatum temperamentum habet, & vnum quid quantum est, vt omne tangens. Est

rursum

rursum dissimile, quatenus non idem temperamentum habet, quod tangens; nec vnionem cum illo. Est ergo primarum qualitatum temperamentum, & vnio partium, vera ad sensum tactus dispositio. *Ex Arist. 2. de An. t.* 118.

1791 Esse species intentionales ad sensum tactus formandum. Experimur enim in manu ad ignis contactum, vehementem caloris sensum: qui sensus vehemens statim cessat amoto igne; cum tamen idem calor in manu receptus perseueret. ergo aliquid aliud sensum vehementis caloris facit, præter ipsum calorem, nempe caloris species, qui est vehemens in igne. *Ex Exper.*

1792 Nō posse species tactus ab obiecto produci, nisi cum obiectum est contiguum sensorio. Nihil.n. sentimus tactu, nisi cōtiguū sit. *Ex Exper.*

1793 Productionem specierum tactus successiuam esse. Obiectū enim sensorio contiguū non sentimus statim per totum sensorium. *Ex Exper.*

1794 Sensum diuisionis cōtinui non fieri per speciem. Non enim est vlla species necessaria, vt absentia compartis à comparte sentiatur: sed sola sufficit absentia. Ea enim sensatio non debet fieri per coniunctionem obiecti cum potentia, sed per absentiam obiecti. *Coniect.*

1795 Videri medium, per quod species tactus ad sensorium deferuntur, esse tum cuticulā respectu cutis, in qua maximè tactus vigeat; tum omnē partem extimam respectu suæ intimæ contiguæ. Omnes enim partes corporis animatæ, ossibus exceptis, sensoriū sunt tactus, vt supra dictum est. In nulla autem parte fit sensus tactus immediatè à tangibili, nisi alia pars mediet deferens species. *Arist. 2. de An. à t.* 113.

De Senſu interno.

1796 ESſe Senſum internum. Bruta enim, vt Canes, non fugiunt à quibuſdam obiectis, vt à baculo, cum primum illa vident; ſed poſt quam ex illis experta ſunt nocumentum, vt dolorem. Alia ergo eſt cognitio obiecti abſolutè ſumpti, à cognitione obiecti vt noxij, ſeu vt alias apprehenſi tanquam noxij. At apprehenſio, & cognitio obiectorum, non eſt obiectum ſenſuum externorum, vt ſupra dictum eſt. Senſus igitur eſt aliquis, & cognitio interior, quæ verſatur circa cognitiones ſenſuum externorum. *Ariſt. 2. de An. t. 156. & ſeq.*

1797 Neceſſarium eſſe ſenſum internum ad animalis conſeruationem. Conſeruatur enim maximè animal vtilium abſentium proſecutione, fugaque abſentium noxiorum. ſunt autem viſus, & auditus ad ea tum fugienda, tum proſequenda. plurima autem ex his per viſum, & auditum apprehendi vt proſequenda, vel fugienda non poſſunt; quod vt fugienda, vel proſequenda, non viſus, auditusue, ſed tactus obiecta ſunt. Neceſſarius eſt ergo alius ſenſus, præter externos quinque, qui omnia ſenſuum externorum obiecta vt proſequenda apprehendat, vel fugienda. *Coniect.*

1798 Cognitionem ſenſitiuam internam nec collatiuam eſſe poſſe, qualem formamus cũ conuenientiam apprehendimus inter plura, vnum alteri comparando: nec reflexiuam in ſeipſam, vt eſt Iudiciũ; idẽ enim eſt dicere, Petrus eſt hoc album; ac dicere, Id, quod à me cognoſcitur eſſe

Petrus,

Petrus, idem est cum eo, quod à me cognoscitur esse hoc album: est enim cognitio sensitiua materialis. materialitas autem, & comparationem illam impedit, & reflexionem. *DD.*

1799 Sensus interni triplex genus esse: Imaginationem, Æstimationem, Memoriam. *DD.*

1800 Imaginationem esse, obiecti singularis materialis sensum internum, siue absolutè apprehensi, siue vt præsentis. vt cum lunam imaginor, quam oculis non cerno; aut Petrum, cum quo loquor. *Arist.l.de Memoria.*

1801 Æstimationem esse sensum internum obiecti singularis materialis, vt cõuenientis, vel disconuenientis apprehensi ob experientiam. vt cum Canis apprehendit baculum vt læsiuum, quia ipse læsionem est expertus. *Arist.l.de Memor.c.1.*

1802 Memoriam esse Imaginationem obiecti vt stantis sub eo actu, ac in eo tempore, quo prius fuerat apprehensum. vt cum Canis recordatur doloris ex baculo accepti; & equus saltationis, quam offensa equitis virga exhibuit. *Arist.l.de Memoria c.1.*

1803 Memoriam, quæ in phantasmata reflectit vt in imagines, Reminiscentiam appellari. *Arist.l.de Mem. c.2.3.*

1804 Reminiscentiam esse obiecti alias imaginati inquisitionem, vt iterum illud imaginemur. *Arist.l.de Mem.c.3.4.*

1805 Eiusdem rationis videri esse organũ sensationum internarum. In cerebro enim, vbi sensationes internæ fiunt; neque in eius substantia, neque in neruis, neque in membranis, neque in cellulis, apparet vlla diuersitas; vt apparet in sen- *Conimbr. 3.de Anim. c.3.q.1.a.3. Tol.q.6.*

sensibus externis. & sensationes internæ imaginationis, æstimatiuæ, memoriæ, non eam diuersitatem habent, vt diuersitatem in organis requirant. possunt enim per idem organum fieri: quãquam mutatione alicuius qualitatis facta, contingere posset vt vna operatio magis impediatur, quam alia. *Alens. 2. p. q. 70. memb. 2.*

1806 Tres sensationes internas, imaginationem, æstimatiuam, memoriam, ratione modi, quo formantur, non esse vnam altera nobiliorẽ. Omnes enim circa singularia materialia versantur, per species à sensibus externis acceptas, siue species sint ipsarum sensationum externarum, siue aliorum obiectorum. *Coniect.*

1807 Sensationis internæ subiectum Cerebri ipsum, seu potius Cerebri membranas esse. Cum enim sensatio interna ab externis sensibus pẽdeat, & ipsa circa sensuum externorum obiecta versetur: in eo loco debet sedem habere, vbi omnes sensus externi vigent; & ex quo spiritus animales ad sensus externos promanant; & ad quem species à sensibus externis acceptæ deriuantur. Is locus, cerebrum est. *Auic. 6. Natur. par. 4. c. 1. Galen. l. 7. de decretis c. 2. 6. 14. & l. 8. de vsu par. c. 3. 4.*

1808 Sensationis internæ subiectum in animalibus insectis esse totum corpus. Mouentur enim eorum partes adhuc sectæ. motus autem imaginationem arguit. *Exper.*

1809 Primas internas obiecti sensibilis species ab ipsa sensatione externa produci in spiritibus animalibus vsque ad cerebrum. Experimur enim in deliquio, positis speciebus obiectorum in oculo, eorum post deliquium non recordari:

dari: nempe quia non fuit in deliquio visio, quæ species internas formaret ad recordandum. & vero par est speciem obiecti expressam, posse sui similem in obiecto repræsentando speciem impressam producere. *Arist. l. de somnÿs c. 2.*

1810 Ad appulsum specierum à sensu externo productarum, excitari sensum internum, & sensationem formare circa obiectum præsens vt præsens est. Ita enim experimur. Idque accidere videtur ex eo, quod species interna à sensu externo producta, ab eodem sensu pendet dum ipse est; ac proinde etiam ipse sensus externus ad sensus interni actum influit per suam speciẽ. Sensus autem externus semper obiectum vt præsens apprehendit. *Coniect.*

1811 Omnem sensum internum species ipsum quoque producere sui similes in repræsentando. Experimur enim quò magis actum internum repetimus, eò excitari magis ad eundem repetendum: nempè quia sese magis ingerunt species ex eius frequentatione multiplicatæ. & vero non apparet ratio cur sensus externus species producere possit, internus non possit. *Arist. l. de Mem. c. 2.*

1812 Species à sensibus tum internis, tum externis productas, non solum obiectorum, sed ipsorum etiam actuum, esse repręsentatiuas, à quibus producuntur. Experimur enim sensu interno, non solum obiecta, sed actus etiam nostros cognoscere, vt nos videre, tangere, imaginari. & vero, si obiectum potest, cur non etiã actus possit sui repræsentationem in specie imprimere, quam producit? *Exper.*

1813 Videri species in cerebri spiritibus relictas,

lictas, nouis spiritibus aduenientibus, species eiusdem generis in illis producere. Cum enim semper spiritus absumantur, in quibus sunt species; sæpèque contingat actus circa quædam obiecta non repeti: non recordaremur sanè eorum, quæ multò ante cognouimus, nisi aliquo modo species eorum in spiritibus de nouo aduenientibus à veteribus speciebus propagarentur. *Coniect.*

1814 Semper sensum internum, id est, cerebri membranam, ad formandum sensationis actū excitari per appulsum specierum, quæ in spiritibus animalibus subiectantur; ac necessariò sensationis actum formare, nisi attentione impediatur, qua circa alios actus versatur. Experimur enim multas imaginationes nobis inuitis. *Exper.*

1815 Specierum appulsum ad internū sensorium fieri; modo extendente species vsque ad illud externa sensatione; modo motum in spiritibus faciente appetitione aliqua, vel humore, vel extrinseco aliquo: modo ipsa interna sensatione spiritus ad se trahente, in quibus species subiectantur. *Arist. de somnijs c. 2.*

1816 Habere vim sensationem internam ad spiritus animales ad se trahendos, vt supra de sensatione interna dictū est. Sympathiam enim habere solent similia; vt magnes respectu ferri, quod ad se trahit. *Coniect.*

1817 Per vnum actum internum excitari animam ad attentionem in aliud obiectum, ad actumque circa illud formandum. Ita enim experimur. *Exper.*

1818 Videri memoriam multarum rerū, connexionem inter se habentium; vt accidit cum poema, cum orationem pronunciamus, cum

histo-

historiam narramus, formari ordine ob id, quod modo species connexæ sunt inter se, vnam speciem compositam facientes, quia vno actu reflexo super plures cognitiones factæ sunt: modo per vnum actum excitatur anima ad alium actũ deinceps formandum, præsentibus iam omnibus speciebus ad illos actus formandos necessarijs. *Coniect.*

1819 Post plures internos actus intensos solere capitis dolorẽ consequi. Mouet enim actus intensus vehementius spiritus animales. motu autem spiritus absumuntur, absentia autem spirituum, quibus cerebrum nutritur, dolorem causat, vt diuisio continui. *Arist. l. de Mem. c. 4.*

1820 Et species sensitiuas internas, & obiecta ipsa, quæ species, cognitioque interna repræsentant; Phantasmata, visaque nominari. *Arist. l. de Mem. c. 2.*

1821 Eò expressiorem esse, ac firmiorem rerum memoriam; quò expressius, ac firmius impressæ fuerint in spiritibus cerebri species ex actibus imaginationis relictæ. Expressius autẽ, ac firmius imprimuntur species in spiritibus, qui nec nimium siccitatis habent, nec nimium humoris. tale enim est subiectum, in quod expressè, ac firmiter à sigillo figura imprimitur. *Arist. l. de Mem. c. 2.*

1822 Cognitione sensitiua interna appetitum excitari ad prosequendum aliquid, vel fugiendũ vt experimur. Per sensum enim internum apprehendi solet obiectum, modo vt conueniens, modo vt noxium. Non mouetur autem appetitus nisi præeunte conuenientis cognitione, aut noxij, vt experimur. *Exper.*

1813 Cognitionem mouere appetitum. Quoniam eadem anima est, quæ cognitionem, & appetitionem format. Dispositio autem ad appetitionem formandam, est cognitio. *Exper.*

1814 Cognitionem obiecti vt conuenientis, esse cognitionem obiecti vt proportionem habentis cum viuente. *DD.*

1815 Proposito per cognitionem obiecto vt conueniente, moueri statim appetitum ad prosequutionem illius. Insita enim est vnicuique à natura propensio ad bonum proprium. *Exper.*

1816 Motum prosecutionis, ac fugæ, non ad cognitionem sensuum externorũ, sed ad sensum internum, consequi. Potest enim contingere, vt quod vni sensui bonum est, sit alteri noxium, atque adeo sit animali simpliciter malum. Sensus autem interior est, qui aduertit quod simpliciter bonum, aut noxium est. *Exper.*

1817 Cognitione sensitiua excitari in Homine animam ad cognitionem intellectiuam formandam. Eadem enim anima est in homine, quæ in se sensum cognitionis recipit & sensitiuæ, & intellectiuæ. Quare per vnam cognitionem ad formandam aliam excitatur, si adsint omnia requisita. *Exper.*

1818 Videri in Homine ad omnem cognitionem sensitiuam cognitionem aliquam intellectiuam consequi, saltem simplicé apprehensionem. Tum quia dati sunt sensus homini, vt per eos intellectus perficiatur. perficitur autẽ per species obiectorum. species autem intellectus, cum debeant esse spirituales, non possunt à sensu accipi. ergo à cognitione intellectiua debent formari. Tum quia modus operandi sequitur modum essen-

essendi. Est autem Homo ex corpore, & anima spirituali compositus. ergo hominis operatio cognoscitiua debet ex sensitiua materiali, & ex intellectiua spirituali, componi. vt ipsa hominis vegetatio, & incrementum, ex materia, & anima spirituali componitur. *Coniect.*

De Somno, & Vigilia.

1829 QVietem quandam, seu priuationem operationum sensitiuarum, Somnum esse. *Arist.l.de Som. & vig.c.1.*

1830 Operationes ipsas sensitiuas, Vigiliam esse. *Arist.l.de Som. & vig.c.1.*

1831 Somni finem, vigiliam esse. Necessaria enim est quies ad reficiendos spiritus per vigiliam absumptos, vt aliæ operationes fieri possint. *Exper.*

1832 Spirituum fluxu ad sensuum organa impedito, somnum contingere. Sunt enim præcipua ad sensationem dispositio spiritus. his ergo impeditis, cessat sensatio, somnusque contingit. *Arist. l.de Som. & vig.c.4.*

1833 Proprie somnum esse, cum vapore meatus occluduntur, per quos transmeant spiritus ad sensus. *Arist.l.de Som.& vig.c.4.*

1834 Vaporis causam meatus occludentis triplicem esse: Cibum, humorem, colliquationem. Ex cibo enim per calorem vapores in cerebrum eleuantur: qui cerebri frigiditate densati, vias spirituum occupant, & opprimunt: fitq; somnus, qui dicitur naturalis. Somnus etiam ex morbis accidere solet, eleuatis calore humoribus, & in cerebro infrigidatis; aut ex labore, colliquefactis,

ctis, ac euaporantibus partibus, & in cerebrum ascendentibus. *Arist. l. de Som. & vig. c. 4. 5.*

1835 Impropriè somnum esse; modo ex debilitate naturalis caloris, quę reddit spiritus inertiores, & priuat eos motu: modo ex nimio labore, qui spiritus absumit: modo ex nimia mentis, aut alicuius sensus attentione, quæ spiritus ad se trahit. *Arist. l. de Som. & vig. c. 4.*

1836 Durare somnum, quo vsque vapor digeratur, vel segregetur, aut spiritus reficiantur, ac reparentur. *Arist. l. de Som. & vig. c. 6.*

1837 Perfectum somnum esse, cum neruorū meatus vapore occluduntur, tum motiuorum, tum sensitiuorum. *Ex defs. præced.*

1838 Insomnium esse, seu somnum vigilia mixtum; cum vel solum nerui occluduntur sensitiui, vel motiui: accidit q; dormientem moueri, & ambulare. vel cum solum meatus occluduntur ad sensus externos: solentque cum insomnijs discursus intellectus cōtingere, & reflexio quod dormiat. *Arist. l. de Somnijs c. 1.*

1839 Somnia fieri, appellētibus ad sensorium internum speciebus, quæ à sensationibus fuerant productæ; otioso existente sensorio, nec occupato attentione circa obiecta, quæ in vigilia à sensibus externis proponūtur. *Arist. l. de Somnijs c. 3.*

1840 Non contingere dormientibus somnia, eum magnus est spirituum motus. quia specierum ad sensorium appulsus statim resilit ob motus velocitatem, ac proinde sensationem non facit. *Arist. l. de Somnijs c. 3.*

1841 Perturbatas, ac monstrosas in somnijs visiones accidere; cū species, ac phantasmata per spirituum motū perturbātur. *Arist. l. de Somn. c. 3.*

1842

1842 Esse somniorũ causam modo sensationes in vigilia factas vehementiore motu: modo melancholiæ abundantiam: modo externum aliquod agens, vt Dæmones, vt Angelos, vt Deum. *Arist.l.de Diuin. per som.*

De Appetitu sensitiuo.

1843 IN omnibus animalibus appetitum esse. *Arist.2.de An.t.27.*

1844 Appetitum sensitiuum, qui & t sensualitas dicitur, esse propẽsionem animalis ad prosequendum bonum sibi congruum materiale, singulare. *Arist.2.de An.t.27.* t *S.Th.1.p. q.81.a.1.*

1845 Appetitus sensitiui duas partes esse, siue re. siue ratione distinctas, Irascibilem, & concupiscibilem. Concupiscibilis appetitus est ad prosequendum bonum, & ad noxium fugiẽdum. Irascibilis ad resistendum ijs, quæ boni consecutionem impediunt, aut fugam à malis. vtraque autem vis ad conseruationem animalis requiritur. *S.Th.1.p.q.81.a.2.*

1846 Irascibilem, & concupiscibilem vim in hominibus rationi obsequentes esse. Experimur enim in nobis concupiscentiam, timorem, iram, aliosque sensualitatis motus frænari propositis ab intellectu rationibus ad frænandum. *S.Th. 1.p.q.81.a.3.*

1847 Esse prosecutionem, ac fugã actus appetitus sensitiui, tum ab anima, potentiaque à quibus fiunt; tum à cognitione sensitiua, ad quam consecuntur, distinctos. Si enim non essent distincti, semper eos sentiremus, saltẽ posita obiecti cognitione. at hoc non experimur. non enim

posito quocunque actu cognitionis, necessariò ponitur appetitio ei cognitioni respondens. *Coniect.*

1848 Esse appetitionem actum accidétalem vitalem. Accidit enim animæ, quæ forma substantialis est: & effectus animæ est in ipsa receptus. *Dist.4.n.1.*

1849 Esse appetitionem, inclinationem elicitam, & motum in obiectum. Elicit enim, ac producendo educit eam anima à se ipsa: qua propendet, & se refert, ac mouet motu non locali, sed intentionali, in obiectum cognitum. *S.Th.1.p.q.81.a.1.*

1850 Esse appetitionem nexum quendam intentionalem cum obiecto. Dum enim anima appetendo complacentiam habet de obiecto: adhæret intentione illa obiecto, eique se iungit, at nectit. *DD.*

1851 Appetitione sensitiua excitari in homine animam ad appetitionem intellectiuam, formandam circa idem obiectum. Eadem enim anima est in homine, quæ in se & sensitiuam, & intellectiuam appetitionem recipit. *Exper.*

1852 Videri in Homine ad omnem appetitionem sensitiuam, intellectiuam aliquam appetitionem consequi, attinentem ad eos animi motus, quos Theologi primò primos appellant; suntque indeliberati, antecedentes omnem actū liberum. Est enim Homo ex corpore, & spiritu compositus: ergo omnis eius vitalis operatio duplicem partem habet, alteram materialem, alteram spiritualem: vt supra de cognitione sensitiua dictum est. *Coniect.*

1853 Videri in Homine ad omnem actum, etiam

etiam liberum voluntatis, actum aliquem consequi in appetitu sensitiuo, actui voluntatis respondentem circa idem voluntatis obiectum, etsim spirituale, quatenus tamen modo materiali apprehenditur. Nam modus operandi sequitur modum essendi. Homo autem ex corpore, & spiritu est compositus. vitalis ergo voluntatis operatio, sine vitali sensitiui appetitus operatione non est. *Coniect.*

1854 Appetitus sensitiui actus vndecim numerari: amorem, odium, concupiscentiam, abominationem, delectationem, tristitiam, spem, desperationem, audaciam, timorem, iram. *Sum. Eth. d.3.q.1.& Introduct. Par.1.dist.6.n.62.& 2 prop.*182.

1855 Appetitus sensitiui actus Passiones appellari. *Par.1.d.6.n.87.*

1856 Passionum, seu appetitionum sedē esse Cor. Sentimus enim in corde amorem, iram, timorem, audaciam, & alias passiones. & alterationes, effectaque alia, quę è passionibus existūt, è corde incipiunt, & maximè vigent in corde. Et vero in corde, quod est viuentis medium, debuit esse principium illud, id est, appetitus, quo animal tendit in bonum sibi. *Exper.*

1857 Ad passionum actus, qui semper imaginationem aliquam consecūtur, vt supra dictum est; imaginationes alias solere consequi. Experimur enim per actus prosecutionis, ac fugæ, excitari sensum internum ad attentius considerandam in obiectis rationem conuenientiæ, quam prosequimur; & rationem disconuenientiæ, quā fugimus. *Exper.*

1858 Ad omnem passionum actum alteratio-

tionem aliquam consequi; maiorem, minorem, variam, pro maiore, vel minore actus intensione, & pro diuersitate passionum. Experimur enim ira inflammari, timore frigescere, aliaque ob alias passiones pati. *Exper.*

1859 Causam esse alterationis passiones; siue per se, & immediatè; siue per motum sanguinis, quem trahunt ad cor, aut ab eo repellunt; siue per motũ cordis, quod vel contrahunt, vt amor, vel dilatant, vt gaudium. *Coniect.*

De Motu locali animalium.

1860 OMnem localem motum animalium ad actum aliquem appetitus consequi, siue prosecutionis, siue fugæ. Ita enim nos docet experientia. Experimur enim obiecti imaginatione excitari appetitum ad actum prosecutionis, aut fugæ; & rursum hoc actu excitari imaginationẽ ad cognoscendum media, quæ adsunt, ad prosequendum obiectum, vel fugiendum; & excitari potentiam loco motricem ad motum localem efficiendum, qui ad consequendum obiectum, vel fugiendum necessarius. *Arist. 3. de Anim. d. t. 46. & t. 56.*

t Vid. Soar. in Met. d. 18. sect. 7.

1861 Instrumenta motus localis in animali musculos esse. Sunt autem in quolibet musculo quatuor: Neruus, à quo videtur immediatè motus procedere. Ligamentum, quod est neruo durius, ad firmitatem, quæ requiritur ad edendum impulsum. Caro arterijs immixta, & dispositа qualitatibus requisitis ne membra exarescant. Spiritus animales, ad fouendum partes, quas numerauimus. *Anatom.*

1862 Fieri motum localem animalis, Anima musculum mouẽte, & hoc aliam corporis partẽ propellente impetum imprimendo: alia interim parte quiescente, ac immota, vt ei pars, quæ mouetur, innitatur. Ita fit noster motus progressiuus, vno pede quiescente dũ alter mouetur. *Anatom.*

1863 Actum imaginationis semper esse ad motus directionem, dum animal mouetur. Non enim ferri animal in incognitum potest. *Exper.*

De Risu.

1864 SOlere ad actum gaudij Risum consequi. *Exper.*

1865 Esse Risum concitatiorem quendã animi ex re iucunda motum, ad conceptum intus gaudium explicandum; quo thoracis, & oris musculi impetu quodam mouentur. Offerente enim se nobis re iucunda, & quæ possit risum excitare; per funditur animus gaudio: quo repente cor se dilatat, fitq; sanguinis efferuescentis, & spirituum vitalium diffusio: ad quam musculorũ thoracis, ac præsertim diaphragmatis motus sequitur: ex quo motu extenduntur simul musculi, qui à lateribus buccæ sunt; fitq; gestus ille oris, qui Risus vocatur; quo animi gaudium exprimitur. *Exper.*

1866 Obiectum mouens risum esse, Res nouas, repentinas, leues, ludicras, habentes argutiam quandam, & concinnitatem ad aliud; quales facetiæ sunt, & quæ à mimis repræsentantur; & extranea quædam subito, ac cõcinno quodam casu facta; vt si quis eleganti gressu, & quasi per numeros incedens, in lutum cadat. *Exper.*

De Anima intellectiua. c.4.

De Animæ intellectiuæ natura.

1867 SVbſtantiam ſpiritualem eſſe animam intellectiuam operatione voluntatis oſtendi. Principium enim, è quo operatio procedit, non eſt ipſa operatione ignobilius. procedit autem operatio voluntatis ab anima, vt à primo eius principio ſubſtantiali. Eſt autem voluntatis operatio ſpiritualis, Tum quia libera eſt: operatio autem libera in nullo ente corporeo reperitur. Tum quia ſupra ſenſuum operationes eſt, illis repugnans, & imperans, & refrænans illas. Tum quia à nullo ente creato poteſt impediri. Tum quia ad attingenda ſpiritualia erigitur, vt ad amandum, verendum, colẽdum Deum. *Concil. Later. I. ſub Innoc. III.*

1868 Subſtantiam ſpiritualem eſſe animam intellectiuam operatione intellectus oſtendi. Nõ enim poteſt ea operatio, niſi ſpiritualis eſſe. Tum quatenus abſtrahere poteſt & à corpore, & à materia, vt in mathematica, metaphyſicaq; ſcientia contingit. Tum quatenus ſpiritum cognoſcit, & vniuerſalia, quæ abſtrahunt à conditionibus corporatis. Tum quatenus ſpiritus, corporiſque differentiam dijudicat. Tum quatenus reflectere in ſeipſa poteſt in infinitum. Hæc autem non videtur vllum corporeum præſtare poſſe. *Concil. Later. I. ſupra. Ariſt. 3. de An. t. 4.*

1869 Ad animæ ſpiritualitatem arguendam, non

non solum operationem spiritualem, sed etiam spiritualitatis in operatione repræsentationem satis esse. Spiritualis enim esset anima, etiam si cognitio, qua spiritū cognoscit, materialis esset. Cum enim spiritus corpore sit nobilior, non potest imago naturam spiritus repræsentans, & exprimens, ab vllo ente corporeo produci. Cognitio autem, qua naturā spiritus apprehendimus, repræsentatio quędam spiritus est: ad quam formandam nulla spiritus propria species, sed anima ipsa concurrit. *Coniect.*

1870 Non sustentari animam à materia, sed per se subsistentem esse. Modum enim essendi arguit modus operandi. Modus autem, quo anima operatur, abstrahit à materia, vt supra dictū est; ergo & anima ipsa. *Arist.3.de An.t.4.7.*

1871 *u* Animam rationalem immortalē esse. Experimur enim omne, quod corrūpitur, ex causæ creatæ defectu corrumpi. Anima autem rationalis nullam habet causam creatam, à qua dependeat. Neque enim sustentatur à subiecto; neque produci, aut conseruari potest ab vllo agente, creato; cum sit per se subsistens, vt dictum est. *Concil.Later. sub Leone X. sess.8. Arist.1.de An. t.65.66. & l.2.t.21. & l.3.t.7.20. & 2.Met.t.17. & 2.de Gen.anim.c.3. & 1.de Par.c.1. & 1.Eth. cap.11.*

u *Conimbr. Tr. de An. separ. d. 1. a.3.5. Tolet. 3. de An. q.16.*

1872 Animam rationalem immortalem esse indicare desiderium, quod habet, immortalitatis; propensionemq; ad sui sempiternam memoriam propagandam. Natura enim non indidit rebus propensiones frustra. *DD.*

1873 Animam rationalem immortalem esse iadicare diuinam prouidentiam: quę finit in hac

vita multos malos proſperè agere, multos bonos eſſe infelices. Expectat enim aliam vitam, in qua malos puniat, bonos felicitatem tribuat. *PP.*

1874 Animam rationalem formæ rationem habere reſpectu corporis, enſq; incompletũ eſſe. Modus enim operandi imitatur modũ eſſendi. Intellectio autem, animæ rationalis operatio, quamuis quoad ſubſtantiam ſpiritualis ſit, vt ſupra dictum eſt; modum tamẽ habet corporeum, quatenus ſpiritualia ad modum corporeorum apprehendit; & experimur nũquam eã eſſe, quin ſimul ſit cognitio ſenſus interni circa idem obiectum, aut obiecti apprehenſi modum. Cum ergo modus operandi ſit corporeus eo modo, quo diximus: erit & modus eſſendi corporeus, nẽpe ſpiritum cum corpore componendo. x *Concil. Vienn. ſub Clem. V. Lateran. ſub Leone X. ſeſſ. 8.* *Ariſt. 2. de An. c. 1. 2.*

k *Clemen. 1. vn. de Sum. Trin. c. 2.*

1875 Animam rationalem reſpectu corporis rationem Motoris completi non habere; vt ſe habet Nauta reſpectu nauis. Motor enim nõ dat vitam mobili: dat autem anima intellectiua corpori; qua diſcedente omnis vitalis actio ceſſat in corpore. & læſo mobili, non læditur operatio, quæ in motore recipitur: at læſo corpore, læditur intellectus operatio. & abſcedente motore, non corrumpitur mobile: at abſcedente anima rationali, corpus corrumpitur. *Theologi.*

1876 Animam intellectualem, quamuis ſpiritualis, & indiuiſibilis ipſa ſit, non eſſe in vlla corporis parte inadæquatè, ac indiuiſibiliter. eſt enim forma reſpectu materiæ, vt ſupra dictum eſt. omnis autem materia extenſionem habet. vt ergo anima extenſionem totam informet, debet

toti

toti extensioni coexistere: quod est, esse in materia extensa adæquatè. *DD.*

1877 *y* In toto humano corpore vnam animam esse, intellectualem. Omnis enim anima est forma corporis organici propter operationes vitales. vbi ergo sunt operationes vitales, ibi est anima. sunt autem operationes vitales in toto corpore humano. igitur in toto corpore humano est anima intellectualis. Nihil enim impedit, quin à forma nobiliore, qualis est anima intellectiua, exerceri etiam possint actiones formarum ignobiliorũ, nempè sensitiuæ ánimæ, ac vegetatiuæ: præsertim cum omnis vegetatio, ac sensatio sit in homine propter præcipuam hominis operationem intellectiuam, quæ animæ intellectiuæ propria est. *Aug. 6. de Trinit. c. 6. Concil. Vienn. & Later. supra. S. Thom. 1. p. q. 76. a. 3. 4. 8.* y *Conimbr. 2. de Anim. c. 1. q. 9. a. 2.*

1878 Posse animæ intellectuali, quantumuis formaliter indiuisibili coexistere corpus humanum extensum, ac diuisibile. Habet enim anima intellectiua, quatenus forma est corporis humani, virtutem ad informandum quamlibet corporis humani partem; ac proinde capacitatem, vt ei indiuisibili corpus extẽsum coexistere possit, & vniri. Ita immensitati diuinæ indiuisibili totus Mundus coexistit; & æternitati diuinæ indiuisibili omne tempus. *DD. supra.*

1879 *z* Non vnam esse omnium hominum animam: sed suam vnicuique homini animã esse. Si enim omnes homines vnam animam haberemus; omnes vnus homo essemus cum pluribus corporibus; quisque in nobis omnium hominum sensus, & cognitiones, & passiones experiremur; z *Conimbr. 2. de Anim. c. 1. q. 7. a. 2.*

vt

vt quisque omnium membrorum sensus in se experitur vno, quia vnam habet animam. *S. Th. 1.p.q.76.a.1. Lateran. sub Leon. X. sess.8. Arist. Probl. sect.30.q.4.*

a *Tol. 3. de An. q. 18. Conimbric. 2. de Anim. c.1.q.5.*

1880 *a* Vnius rationis, ac speciei esse omnes omnium hominum animas. Nam & materia, cui quæque anima vnitur, & dispositiones corporũ, & hominum operationes vitales sunt eiusdem rationis. *Arist.3.Met.t.11. Dur. in 2.d.32.q.3.*

b *Conimbr. 2.de An.c.1. q.3. Tolet. 3. de An.q.17.*

1881 *b* Animam intellectualem per creationem esse à solo Deo. Habet enim anima esse subsistens per se, non dependens à subiecto, vt supra dictum est. Omne autem tale esse, per creationem est. creare autem solus Deus potest. *Leo l. ep.93. c.10. Aug. l.de Hæres. ad Quoduult. c.86. S.Th. 1.p.q.118.a.2.*

1882 Vnionem animæ intellectualis cũ corpore esse etiam ab homine, non solum à Deo. Exhibet enim homo materiam, alteram compositi humani partem, illamq; disponit; sine qua dispositione nõ esset animæ vnio cum corpore. Ob id generare homo hominem dicitur: quatenus ad totum compositum ratione vnionis concurrit, quod est homo. *S.Th.1.p.q.118.a.2.ad 4.*

1883 Non esse partem diuinæ substantiæ animam intellectualem. Diuina enim substantia est impartibilis. *S.Th.2.con.gen.c.85.*

1884 Non fuisse animas ante corpora, neque nunc extra corpora creari. Connaturalis enim animæ status est, esse in corpore, cum sit ens incompletum, & forma corporis. Contingit autẽ ei esse extra corpus post mortem, in pœnam primi peccati; quod à primo homine in posteros deriuatur. *Par.1.d.5.à n.2. Aug. 12.Ciu.c.vlt. S.Th.*

*S.Th.2.con.gent.c.*83. & *1.p.q.*118.*a.*3.

1885 Non infundi animam intellectualem in maribus, nisi circa quadragesimũ diem post conceptum fœtum; nec in fœminis, nisi circa diem octogesimum. Experimur enim non esse vllam formam ante dispositiones ei formæ congruentes. Non sunt autem dispositiones animæ intellectuali congruẽtes ante tempus, quod diximus. Formæ enim sunt propter operationem. operatio autem dispositiones, ac instrumenta requirit. *C.Sicuti* 32.*q.*2. *Arist.*2.*de Gen.an.c.*3.

De Intellectionis natura.

1886 INtellectionem esse Cognitionem animæ intellectiuæ propriam. *Arist.* 1.*Met.c.*1.

1887 *c* Non esse idem in entibus creatis cognitionem intellectiuam, & eorum substantiam, intellectumue; sed aliquid ab illis distinctum. Sunt enim finitæ perfectionis entia creata, & quatenus intellectiua, habent ordinem transcendentalem ad intelligendum omne ens. actu autẽ intelligere per suam substantiam, ac potentiam omne ens, est perfectionis infinitæ. quia cognitio omnium entium non potest esse, nisi à continente eminenter omne ens. *Par.*1.*d.*2.*n.*10. c *S.Th.* 1.*p.* *q.*54. *a.*1.2.

1888 *d* Intellectionem ipsam esse verbum mentis. vt enim verbum oris est vox, quæ ore profertur ad significandum alijs, quæ mente cõcipimus: ita verbum mentis est ipsa mentis cognitio, quæ mente profertur: quæ quatenus est obiectorum repræsentatio, accipitur à nobis vt instrumentum ad obiecta nobis ipsis significãda. d *Conimbr.* 3.*de Anim.* *c.*8. *q.*3. & 4.

Ne-

Neque vero apparet quo alio ad hoc præstandũ indigeamus, præter ipsas species obiectorum, quæ ad intellectionem formandam sunt obiectorum instrumenta. & Verbum diuinũ in Deo est sola diuina cognitio, solum relatione à Patre loquente distincta. *Aug.9.Trin.c.10. & l.15. c.10. Dam.1.fid.18. Ansel. in Monol. c.31. Iren. l.2.adu.hær.c.47. Dur.in 1.d.27.q.2. Scot.ibid.q.1.*

1889 Vt intellectio rationem Verbi habeat, non esse opus vt ipsa à nobis cognoscatur actu reflexo. Verbum enim habet rationem signi ducentis in cognitionem obiecti. Ducit autem nostrum intellectum in cognitionem obiecti ipsa obiecti cognitio directa; vt omnes experimur. *Exper.*

1890 Ad perfectam Verbi mentalis rationẽ non esse opus simulacrum vllum intueri, præter ipsum obiectum, quod à cognitione eius directa apprehenditur. Experimur enim nobis mente perfectè loqui, id est, perfectè à nobis obiectum cognosci, sine vllius alterius rei cognitione, & absque alia reflexione. *Exper.*

1891 Voluntatis actum nullam Verbi rationem habere. Non est enim obiecti repræsentatio; sed inclinatio, ac propensio ad obiectum intellectione repræsentatum. Nec vero opus est volitione obiectum repræsentari volũtati, cum satis ab intellectione repræsentetur: quæ ob id semper volitionem antecedit. *DD.*

1892 Videri omnem intellectionem imaginationem aliquam comitari. Modus enim operandi sequitur modum essendi. vt supra de cognitione sensitiua dictum est. quia ergo Homo ex corpore constat, & spiritu: eius quoque cognitio

gnitio spiritualis cognitioni materiali iungi debet. & ita quidem experimur, quantumuis spiritualia cogitemus, semper aliquid materiale imaginari. *Exper. S. Th. 1. p. q. 84. a. 7.*

De Intellectionis obiecto.

1893 OBiectum intellectionis dici, quod ad intelligẽdum obijcitur, ac proponitur. seu, Id, ad quod intellectio terminatur. seu, Id, quod ab intellectione apprehenditur, & cognoscitur. *DD.*

1894 Posse in quoque obiecto duplicem rationem cõsiderari, materialem, ac formalẽ. *DD.*

1895 Rationem obiecti materialem esse, quę ita reperitur in vnius potentiæ obiecto, vt etiam in aliarum potẽtiarum obiectis reperiatur. *DD.*

1896 Rationem obiecti formalem duplicem esse, Quæ, & Sub qua. *DD.*

1897 Rationem obiecti formalem Quæ, dici eam rationem, quæ obiectum vnius potentiæ ab aliarum potentiarum obiectis ita distinguit, ac specificat; vt eodem modo à potentia apprehendatur, quo apprehenditur ratio materialis. Ita se habet in potentia visiua color, & lux, respectu rationis materialis, quæ est, qualitas materialis. *DD.*

1898 Rationem obiecti formalem Sub qua, esse conditionem, tenentem se ex parte obiecti, sine qua non apprehenderetur à tali potentia tale obiectum. vt dispositiones in materiam primam introductæ, sunt conditiones, sine quibus non posset introduci in materiam à tali agente talis forma. *DD.*

1899 Rationem formalem sub qua, in obiectis potentiarum cognoscentium duplicem esse, intrinsecam, & extrinsecam. *DD.*

1900 Rationem formalem Sub qua, obiecto intrinsecam, esse proportionem, & aptitudinẽ, & conformitatem, & habitudinem, vt possit à potentia obiectum apprehẽdi. ea vero aptitudo, ipsa entitas obiecti est. Ita se habet ratio, visibilis, in obiecto potentiæ visiuæ. *Arist. 3. de An. t. 21.*

1901 Rationem formalem Sub qua, obiecto extrinsecam, esse; quæ cum obiecto extrinseca sit, reddit tamen illud aptum, vt mouere potentiam possit, vtque versari circa illud possit potentia. Ita se habet lumen respectu coloris. *DD.*

1902 Rationem obiecti formalem Quæ, duplicem esse. Alteram, quæ simpliciter vt obiectum, ac terminus se habet, circa quẽ actus potentiæ versatur: vt se habent obiecta spiritualia respectu intellectus nostri, dum in hac vita degimus. Alteram, quæ non solum potentiam terminat, sed mouet etiam illam, siue per se, siue per speciem sui: vt se habet Color respectu visus. *DD.*

1903 Omne ens intellectionis humanæ obiectum esse. Experimur enim & Deum cognoscere summum ens, & nostram intellectionem, & circa tum vniuersalia, tum singularia quæcũque ratiocinari. Et vero Intellectus, cum spirituale quid sit, non habet impedimentũ, ob quod non possit intellectione ad quodcunque obiectum terminari. vt punctum, quia nõ habet partium impedimentum, potest in se quascunque lineas, à quocunque spatio ductas terminare.

S.Th.1.p.q.14.& q.86.a.1.Arist.3.de An.t.8.15.

1904 Esse aliqua præter ordinē naturæ, quæ supernaturalia nominantur; quæ licet ab intellectu nostro conijci euidenter non possint esse futura; quia à diuina voluntate pendent: euidenter tamen cognosci possunt esse possibilia. Ita se habet Resurrectio mortuorum. quid enim impedit, ne Deus entia corrupta possit iterum reproducere? *Par.1.d.5.à n.1.*

1905 Esse aliqua obiecta intellectus nostri vires ita excedentia, vt licet rationes afferri possint, quod ea non implicent; euidentia tamen naturaliter haberi non possit, quod ea sint possibilia. Ita se habet Sanctissimæ Trinitatis mysterium. *Par.1.d.1.n.38.*

1906 In obiecto intellectionis rationem Sub qua formalem intrinsecam, esse Rationē veri. Est autem Ratio veri ipsa ratio entis, quatenus aptū est apprehendi à cognitione ipsum exprimente. Hoc volunt Philosophi, cum dicunt obiectum intellectus esse verum. *Arist.3.de An.t.31.*

1907 In obiecto intellectionis rationem Sub qua formalem extrinsecam esse lumen naturale respectu obiectorū, quæ naturaliter apprehendere possumus; lumen infusum fidei respectu eorum, quæ Deo reuelante cognoscimus; lumen infusum gloriæ respectu Dei clarè visi. Ad quæ melius intelligēda valet similitudo luminis corporei, quod est ratio sub qua formalis extrinseca respectu coloris, qui est obiectum visus. *DD.*

1908 Lumen intellectus naturale, videri esse intellectum ipsum, eiusque naturalem vim, ac perspicaciam; qua aptus est ad cognoscendū ea, quæ sunt in obiecto. vt enim lumen corporeum,

ratione cuius colores videntur, est aliud quid à coloribus, & à colorum speciebus: ita lumen intellectus debet & ab obiecto, & à speciebus distingui. id autem ab obiecto, & à speciebus distinctum non apparet quid aliud esse possit, quã ipsa vis intellectus, ac perspicacia. neque vero videtur aliud necessarium, vt cognitio naturalis formetur. *Arist. 3. de An. t. 18. S. Th. 1. p. q. 12. a. 2. & 5.*

1909 Lumen supernaturale fidei, videri esse siue habitum fidei, siue diuinum auxilium ad fidei cognitionem formandam, & ad credendum id, quod à Deo reuelatur. Nisi enim hæc adsint non creduntur obiecta à Deo reuelata, quantũuis per signa externa nobis proponantur. *DD.*

1910 Lumen supernaturale gloriæ, esse habitum infusum intellectui, disponentem, & inclinantem intellectum ad intuendum Deum vt est. Is enim habitus supplet id, quod potentia intellectus per se ipsa, perque lumen naturale, non potest, vt Deum intueatur vt est. Quamquam, si Deus vellet, posset sine eo lumine sui visionem in beatis producere, supplendo suo cõcursu maiore id, quod efficeret lumen. *S. Th. 1. p. q. 12. a. 5.*

1911 Ad obiectum quodcunque perfectè intelligendum, tria consideranda, & cognoscenda esse: Ipsum obiectum; eius principia, si quæ habet; & proprietates, effectaque illius. Nihil enim est aliud, quod ad perfectam cuiusque rei cognitionem faciat. *DD.*

1912 Prima obiectorum naturalium genera quatuor esse: Singularia sensibilia, vt sol, vt Petrus: vniuersalia sensibilia, vt Corpus, vt animal, vt Homo: Quanta à rebus sensibilibus per cogni-

gnitionem abstrahentia, vt linea, superficies, profunditas, longitudo, latitudo, numerus: Entia siue re, siue cognitione, à rebus sensibilibus, & à quantitate abstrahentia, vt ens, vnum, verum, bonum, Angeli, Deus. Omnia enim, quæ intelligimus, ad hæc quatuor genera attinere ipsa nos experientia docet. *ex Exper.*

1913 Obiectum, quod simplex est, non posse intellectione intuitiua apprehendi, quin apprehendatur quicquid formaliter in eo est. omnia enim, quæ in obiecto simplici sunt, vna formalitas à parte rei sunt, aut ergo illa formalitas nõ apprehenditur vt est; aut, si apprehenditur, apprehenduntur simul omnia, quæ in ea formaliter sunt. quamquam potest contingere vt confusè apprehendantur, si lumen apprehendentis non adæquet intelligibilitatem obiecti. Ita quisque beatus videt Deum, videt Deum esse infinitum, ac personis trinum: quamquam infinitatem, ac proinde potentiam ad omnia possibilia producendum, non comprehendat. *DD.*

1914 Non eo ipso, quod beati diuinam essentiam vident, vident etiam futura, quæ à diuina voluntate pendent. Non enim ex visione diuinæ essentiæ rerum existentiam, sed possibilitatem tantum intueri possunt. *Disp. 6. Defin. de Deo.*

De Intellectionis humanæ generibus.

1915 INtellectionis humanæ triplex genus esse: Apprehensionem simplicem, Iudicium, Discursum. *DD.*

1916 Apprehensionem simplicem, esse: quæ nullam reflexionem habet respectu sui, quæque

suum obiectum, non per modum entis compositi, sed vt quid simplex apprehendit: habetque se vt cognitio sensitiua vt cum Petrum, lapidem, hominem, Deum, apprehendimus. *Dist. 1. Def. 28. Arist. 3. de An. t. 26.*

1917 Apprehensionem simplicem, aliâ confusam, aliam distinctâ esse. Aliqua enim confusè apprehendimus, nõ considerantes omnes rationes, quæ in illis sunt: vt cum Hominem apprehendimus. Aliqua distinctè cognoscimus, inspicientes acutius rationes, quæ in eis sunt: vt cum distinctiore cõceptu apprehendimus hominem, Animal rationale; vel alio distinctiore, Substantiam corpoream animatam sensibilem rationalem. Vnus enim simplex actus esse potest, qui in omnes rei rationes feratur. *Exper.*

1918 Iudicium esse actum vnum, sed reflexũ in seipsum, habentem pro obiecto identitatem plurium rationum, quæ in re, quæ obijcitur, apprehenduntur. Vt, cum mente dico, Homo est animal; duas rationes concipio, alterã Hominis, alteram animalis, & præterea identitatem, quã eæ rationes habent inter se; quam exprimo per copulam, est. Is autem conceptus, cum vnus sit, est implicitè, ac virtualiter reflexus. est enim simul & apprehensio simplex duarum rationum, Hominis, Animalis; & ea apprehensione posita, est cognitio de identitate, quam habent inter se rationes hominis, & animalis, non simpliciter, & absolutè, sed vt iam præcognitæ. Idem enim est dicere, vt sentimus ipsi, Homo est animal; ac dicere, Id, quod cognosco hominem, & quod cognosco animal, vnum quid, idemque est. Quæ reflexio non est in conceptu simplici, quo duarum

rum rationum identitatem inter se, sine iudicij actu apprehendimus; vt cum dicimus, Homo animal. *Dist.*1.*def.*29.*Arist.*3.*de An.*t.22. *S.Th.* 1.*p.q.*13.*a.*12.

1919 Discursum esse actum vnum, sed reflexũ in seipsum, habentem pro obiecto consecutionẽ, seu deductionem vnius rationis ab alia ratione, quæ in re, quæ obijcitur, apprehenduntur. Vt, cũ dico, Petrus est homo, ergo Petrus est animal; duas rationes concipio, alteram Hominis, alteram animalis, & præterea consecutionem, seu deductionem, quam vna habet ab altera; quam deductionem exprimo per illationem, ergo. Is actus, vnus cum sit, est implicitè, ac virtualiter reflexus. est enim simul & illa duo Iudicia, Petrus est homo, Petrus est animal: & his positis, est alterum Iudicium de consecutione, ac deductione posterioris iudicij à iudicio priore, & antecedente. Idem enim est dicere, Petrus est homo, ergo Petrus est animal; ac dicere, Cognitio, qua cognosco Petrum esse animal, deduco ex altera cognitione, qua cognosco Petrum esse hominem. Ea implicita reflexio non est in conceptu simplici, quo apprehendo Hominem animal. *Dist.*1.*def.*30.

1920 Esse in Homine, præter simplicem rei apprehensionem, Iudicium de eadem re; quod est cognitio magis distincta, & certa, quàm simplex apprehensio respectu intellectus humani. Cum enim homo non habeat rerum species ab ortu infusas; ipsarum rerum cognitionem perfectam successiuè acquirit per motum propriæ cognitionis: quæ semper perfectior esse potest, pro maiore diligentia, pluribusque adiumentis in

apprehendendo. *Arist. 3. de An. t. 26.*

1921 Præter simplex de re Iudicium, esse de eadē re discursum: vt res clarius, ac certius cognoscatur. Ponit enim Discursus in antecedente causam, rationemque, cur res ita se habere iudicetur, vt apprehenditur. *Exper.*

1922 Iudicium aliud speculatiuum, aliud practicum. *DD.*

1923 Iudicium speculatiuum esse, quod est de obiecto, quod non potest aliter se habere, vt, Animam esse actum corporis organici. *Arist. 3. de An. t. 49.*

1924 Iudicium practicum esse, quod est de obiecto, quod alio, & alio modo vere se habere potest. vt, Esse mihi hodie Scripturę sacræ studēdum. quibusdam enim positis consonum rationi est studere me hodie sacræ Scripturæ: potest etiam, alijs positis, esse rationi verè consonum non studere. *Sum. Eth. d. 1. q. 4. Prop. 1. §. 3.*

1925 Iudicium speculatiuè practicum esse, quod verè speculatiuum est, & scientificum, quatenus est de obiecto, quod non potest aliter se habere: modum autem habet præceptiuum, qualis est Iudicij practici modus. vt, Quod tibi non vis, alteri ne feceris. Talia sunt prima iudiciorum practicorū principia. *Sum. Eth. d. 1. q. 4. p. 1.*

1926 Directiuum esse Iudicium practicum actionum. Præscribit enim modum, quo fieri debeant. *Sum. Eth. supra.*

e *Pro defin. sequentibus leg. S. Thom. 1. 2. q. 57.*

1927 e In cognitione veritatis ex natura sua sistere speculatiuum Iudicium, nec ad opus tendere etiam si id, quod speculatur, sit operabile. *Sum. Eth. supra.*

1928 Iudicium speculatiuū de primis principijs

cipijs esse: cum nō opus est illud ex alio Iudicio deducere, sed ad primam terminorū apprehensionem consequitur. vt, Totum esse maius sua parte. *Sum. Eth. supra.*

1929 Iudicium speculatiuum scientificū esse, quod euidenter ex alio Iudicio deducitur. vt, Hominem esse risibilem. Id enim iudico de homine, qui noui illum admiratiuum, & rationalem esse. *Sum. Eth. supra.*

1930 Iudicium speculatiuum scientificum Sapientiam appellari, cum de obiectis nobilissimis est; vt de Deo. *Sum. Eth. supra.*

1931 Iudicium speculatiuū opinionem dici, cum motiuum, ratioque, ex qua deducitur, euidentiam non habet; ac proinde falli potest. *Arist. 4. Met. c. 5. à t. 19.*

1932 Iudicium speculatiuum Fidem dici, cū motiuum, rationemque habet extrinsecam ad assentiendum, Auctoritatem dicentis. *Sum. Eth. supra.*

1933 Iudicium affirmatiuum esse, quod habet pro obiecto identitatem plurium rationum inter se. vt, Homo est animal. *Sup. def. 1918.*

1934 Iudicium negatiuum esse, quod habet pro obiecto diuisionem plurium rationum ab inuicem. vt, Homo non est lapis. *Sup. def. 1918.*

1935 Iudicium practicum de obiecto morali, id est, de obiecto conformi naturæ intellectuali, vt intellectualis est, & prædita voluntate; Prudentiam appellari. vt, Rectè agendū esse. & secundum rationem. Obiectum autem eius Iudicij, Agibile, nominatur. *Sum. Eth. supra.*

1936 Iudicium practicum de obiecto honesto naturali, id est, conformi naturæ humanæ vt

1948 Intellectiuam potentiam Rationem inferiorem appellari: quatenus inferiora considerat. *S.Th.supra.*

1949 Intellectum speculatiuum dici potentiam intellectiuam: quatenus iudicia formae speculatiua. seu, quatenus, quæ intelligit, non ad opus ordinat, sed ad solam veritatis cognitionem. *S.Th.sup.a.11.*

1950 Intellectum practicum dici potentiam intellectiuam: quatenus iudicia practica formae, seu, quatenus, quę apprehendit, ad opus ordinat. *S.Th.sup.a.11.*

1951 Synderesim dici potentiam intellectiuam: quatenus ad prima principia practica inclinat, eaque formae. Ob id enim dicitur ad bonũ instigare, ac de malo conqueri, & submurmurare: nam per eam inclinationem, veriſſimas, & incommutabiles regulas voluntati proponit, monetque perpetuo ne violet, ac violantem coarguit. *S.Th.sup.a.12.*

1952 Intelligentiam dici potentiam intellectiuam, & Intellectum in actu: quatenus actu intelligit. *S.Thom.supra a.10.*

1953 Conſcientiam dici potentiam intellectiuam: quatenus actu intelligit, applicando eam cognitionem, seu ſcientiam ad ea, quæ agimus. Applicamus autem, vel recognoſcendo quæ fecimus: qua ratione dicitur cõſcientia teſtificari. Vel iudicando quid agendum: qua ratione dicitur ligare, aut inſtigare. Vel bene, aut male factum iudicando: dicitur que excuſare, accuſare, remordere. Solet autem a nonnullis Conſcientia, pro Synderesi ſumi. *S.Thom. supra a.13.*

1954 Intellectum ipſum Memoriam eſſe: qua-

quatenus cõseruat species intelligibiles; & quatenus præteritum cognoscit sub ratione præteriti. Nihil enim aliud requiri videtur ad rationem Memoriæ. *Conimb.*

1955 Ipsam intellectiuam potentiam Ingenium esse: quatenus promptè, facilèq; apprehendit. Promptitudo autem, ac facilitas ex nobilioribus phantasmatibus prouenit; quæ ad sensitiuam imaginationis cognitionem influunt, quæ intellectiuam cognitionem comitatur. *DD.*

De Speciebus intelligibilibus.

1956 k Esse species intentionales intellectiuas, præter ipsam intellectionem. Principio enim nemo spiritualia, & vniuersalia apprehẽdit sine discursu: at post primam eorum apprehensionem experimur ea intelligere sine discursu per solam apprehensionem simplicem. quæ cum sit spiritualis; non potest ad eam formandam sensus concurrere. Concurrit ergo aliquid in intellectu relictum post primam eorum apprehensionem; nempe illius apprehensionis primæ species. *Aug. 11. de Trin. c. 2. Arist. 3. de An. t. 38.* k *Conimbr. 3. de Anim. c. 5. q. 3.*

1957 Ad primas obiectorum apprehensiones formandas nõ esse in intellectu humano species vllas intelligibiles. Experimur enim omnem intellectus nostri naturalem cognitionem à sensibus principium ducere; neque posse nostrum intellectum vllum discursum facere ad spiritualia, eaque, quæ non cadunt sub sensum, intelligenda, nisi aliqua sensitiua cognitio præcesserit. *Arist. 3. de An. t. 14. Dion. Cel. Hier. c. 1.*

1958 Omnem intellectiuam cognitionē producere speciem sui, eamque in intellectu relinquere. Producit enim speciem sui omnis cognitio sensitiua, vt supra dictum est. Cur ergo non producat & intellectiua, q̄ est nobilior? *Conrad.*

1959 Modum, quo species intelligibiles producuntur in nobis, eum esse videri. Omni imaginationis actui sensitiuo de obiecto sensibili, intellectionis actum spiritualem respondere de eodē sensibili obiecto: eum autem intellectionis actū spiritualem, producere statim in intellectu speciem sui repræsentationem spiritualem: rursum eam speciem, spiritualis cum sit, vt & ipse intellectus, excitare intellectum ad cognitionem de eodem obiecto formandā modo spirituali, qualis est & ipse, & species eius: modum autem spiritualem esse in cognitione, quatenus cognitio obiecti sensibilis abstrahit à ratione & indiuiduali, & sensibili, & materiali: rursum eā cognitionem, quæ modum habet spiritualem, speciem sui producere spiritualis obiecti repræsentatiuā eo modo, quo intellectio illud repræsentat: eius generis speciebus deinde intellectum vti ad vniuersalia, & spiritualia cognoscenda. *Arist. 3. de An. t. 38. 39.*

] *Dist. 6. n. 1.*

1960 Species obiectorum spiritualium intelligibiles, quas formamus in nobis; non esse species eorum propriastid est, non repræsentare spiritualia vt illa sunt. Species enim eū habent modum repræsentandi obiecta, quē ab eo accipiūt, à quo producūtur. Omnis enim effectus est quēdam similitudo causæ producentis illum. Species autem repræsentatiuæ spiritualium, quæ sunt in nobis, originem ducunt à cognitione sensitiua,

vt supra dictum est. Repræsentant ergo obiecta spiritualia ad modum sensibilium. Non sunt ergo species spirituales propriæ. *Dionys. l. de Myst. Theol. Arist. 3. de An. t. 38. 39.*

1961 Spiritualium, vniuersalium, materialiũ, singularium, omniumque obiectorum in intellectu species esse; quorum aliqua cognitio præcesserit in intellectu. Omnis enim cognitio sui spaciem in intellectu relinquit, vt supra dictum est. Aliquorum autem obiectorum species propriæ sunt, aliquorum non propriæ: quatenus vel repræsentant obiecta vt ipsa sunt, vel non ita repræsentant. Nullius autem obiecti species propria est, quod non cadit sub sensum. Non enim habemus, vnde propriam eius speciem accipere possimus. *Arist. 3. de An. t. 37.*

1962 In anima separata à corpore omnium rerum naturalium species esse, infusas à Deo, ac obiectorum proprias. Cum enim esse sit propter operationem: anima autem separata sit ex natura sua intellectiua omnium entium naturalium: nõ habeat autem in eo statu sensus, vnde rerum species accipiat: oportet à Deo illas accipere vt ab auctore naturæ. Deus autem cum vicem obiectorum suppleat in producendis speciebus, eas ita producit, vt ab ipsis obiectis in anima producerentur; id est, proprias, & animæ accommodatas. *S. Th. 1. p. q. 89. a. 1. ad 3.*

1963 Solam inhæsionem specierum in intellectu non esse satis in nobis ad excitandum intellectũ ad intelligendum. Cum enim plurimæ sint in intellectu nostro species variorum obiectorum, essemus semper in intellectione illorum; quod tamen non experimur. Nec verò posset in-

tellectus, & anima, cum sint agentia finita, producere intellectiones circa obiecta omnium illarum specierum. Non est autem maior ratio cur circa obiectum vnius speciei potius, quàm circa alterius speciei obiectum intellectionem formet; cum species omnes excitent æquè ad actus circa sua quæque obiecta. *Conclus.*

1964 Excitari intellectum ad intelligendum, & ad vtendum huius potius obiecti, quã alterius speciei; à cognitione sensitiua, quæ circa idem obiectum est, aut circa simile obiecto cognitionis intellectiuæ. Eadem enim est anima, quæ in se sensum percipit, & quæ intellectionẽ efficit. Excitationem autem sequitur attentio, & applicatio animæ ad hanc potius intellectionem efficiendam, quam alteram; ad hac potius specie vtendum, quàm alia. *Arist. 3. de An. t. 38. 39.*

1965 Excitari interdum intellectum immediatè à Deo per aliquam intellectionem, quam in illum infundit, ipso etiam intellectu in eam influente, ac subiectante. Cum enim actus supernaturales sunt, vt est actus fidei Christianæ: non potest ad illos excitari intellectus per vllũ actũ sensitiuum proponẽtem obiectum simile aliquo modo obiecto supernaturali. nõ enim habet intellectus vllam vim naturalem ad actus supernaturales eliciendos. Neque verò cum habet habitus supernaturales infusos potest intellectus suis viribus, nisi à Deo adiuuetur influente supernaturaliter, actus elicere supernaturales illis habitibus respondentes. Cum enim anima cum intellectu ita efficiat actum vitalem intellectionis, vt simul sit ipsa subiectũ recipiens, ac sustentans ipsum intellectum, & illam; debet ipsa potentiam

tentiam habere secundum suam naturam ad recipiendam illam. Non habet autem ipsa secundū suam entitatem talem potentiam respectu intellectionis supernaturalis. Necessarium est igitur vt eius impotētia suppleatur per influxum Dei; quantumuis suppleta sit imporentia intellectus per habitum supernaturalem infusum. *Par. 1. d.2.n.57.*

1966 Excitari animam ad vnam cognitionem intellectiuam formandam per antecedentem aliam cognitionem intellectiuam. Hunc enim excitationis modum indicant omnes discursus, quos efficimus, & in nobis experimur. *Exper.*

1967 Per ipsam voluntatem, voluntatisque actum excitari, ac applicari animam ad intellectionem efficiendam. Experimur enim plurima nos indagare, ac inuenire intelligendo; cum volumus. *Exper.*

1968 Non posse Angelos, Dæmonesque animam ad intelligendum excitare, nisi motu phantasmatum imaginationem excitando. Non enim possunt Angeli in externo subiecto aliquid producere, præter motum localem, vt infra dicetur. Possunt ergo mouere spiritus animales, phantasmata deferentes; atque per illorum appulsum ad sensum internum, excitare animam ad imaginationem obiectorum, quæ per illa repræsentantur, imaginatio autē excitat ad intellectionem, vt supra dictum est. *Coniect.*

1969 Posse causas naturales, vt humores, vt Dæmones, vsum rationis impedire. Vsus enim rationis est, cum Intellectus nō habet impedimentum ad vtendum suis instrumentis intellectioni deseruientibus. Deseruiunt autem intellectioni phan-

phantasmata, vt supra dictum est. Vsus autem phantasmatũ potest impediri si vel spiritus phantasmata deferentes perturbentur, vel remoueantur, vel immoderatè moueantur. Contingere autem potest, vt causæ naturales id efficiãt. *Exper.*

1970 Animam separatam ad præsentiã obiectorum cognoscendam per species ipsas à Deo infusas excitari; quatenus illæ connexionem habent, & quasi quid vnum faciunt cum obiectis præsentibus. Putandum enim infundi animæ separatæ species à Deo, singulas omnium illorum eiusdem speciei indiuiduorum repræsentatiuas, quæ futuro tempore sunt à Deo producenda, quæ indiuidua finita sunt (exceptis cogitationibus, quæ futuræ sunt finitæ in infinitum, quarum species non infunduntur à Deo) ac proinde species eorum finitæ rationis sunt in repræsentãdo. Supplente autem Dei substantia, ac immensitate, in qua sunt res omnes, quotquot existunt, defectum medij, ac nexus coniungentis obiecta cum speciebus; obiecta statim ac existũt faciunt quid vnum cum speciebus sibi respondentibus. Est ergo idem noua existẽtia obiectorum, ac appulsus nouus specierum ad intellectum. Ad præsentiam igitur obiectorum excitant species intellectum ad ea cognoscenda. At si anima alteri cogitationi sit intenta; alia præterea excitatione indiget, quam vel voluntas faciet, vel alia cognitio, vel Deus ipse ad cognitionem obiecti præsentis per cognitionem ipsam præmouendo, vt de locutione Angelorum in 1.m Par. dictum est. *Consect.*

m *Dist. 5. n. 28. 29.*

1971 Species intellectus intuitiuas esse; siue quatenus simul cum imaginatione intuitiua excitant intellectum ad obiecti vt præsentis cognitionem,

tionem, vt contingit in anima coniuncta: siue quatenus coniunctionē habent cum obiecto præsente eo modo, quo supra dictum est, vt cōtingit in anima separata. Non enim apparet alius modus ponendi species intuitiuas in Intellectu. *S. Tb. 3. p. q. 12. a. 2.*

1972 Non esse speciem Dei vt Deus est, præter intuitiuam Dei visionem, & ipsum Deum. Vel enim ponis eam speciem esse Imaginē Dei, in qua, qui eā intueatur, cognoscat Deum vt est. & hoc esse non potest: quia illud simulacrum deberet in ratione imaginis esse infinitū, vt omnes Dei perfectiones repræsentet, quæ sunt infinitæ; at nullum infinitum esse creatū ens potest. Vel eam speciem ponis esse ordinem quendam transcendentalem ad Deum, excitatiuam ad cognoscendum Deum vt est. Et licet hoc, secūdum rationem excitandi, esse possit; vt videtur esse lumen gloriæ. esse tamen non potest secundum rationem formandi intuitiuam Dei cognitionem loco ipsius Dei, vt cęteræ species faciunt, quæ loco suorum obiectorum influunt in cognitionem eorum. Tum quia, quod infinitam perfectionem non habet, nec infinitę perfectionis est apprehensiuum, non potest in cognitionem influere, quæ infinitæ perfectionis est apprehēsiua. Nihil enim dat, quod non habet. Tum quia talis species esset superflua, teneret enim se ex parte obiecti, nēpe Dei. Deus autem non indiget specie, quæ loco sui substituatur, cum & intimus sit cuicunque intellectui, & satis suæ visionis in quocunque intellectu operatiuus. *Conicct. S. Tb. 1. p. q. 12. a. 2. sup. Diff. 4. n. 8. 9. 10.*

1973 Species intelligibiles acquisitas, manere

cum

natura est; Artem appellari. vt, Terram colendā esse, Domum ædificandam. Obiectum autem eius Iudicij Factibile nominatur. *Sum. Eth. sup.*

1937 Ab experientia Artem pari. opinari enim quod phlegmaticis aliquo morbo laborātibus hoc remedium conducat; oritur ex multis experientijs. *Arist. 1. Met. c. 1.*

1938 Experientiam ex multis eiusdem generis memorijs oriri. essleque imaginationem, seu cognitionem operis agendi, faciendiue, ad multas memorias consequentem. *Arist. 1. Met. c. 1.*

1939 Artem vniuersalium, experientiam singularium cognitionem esse. *Arist. 1. Met. c. 1.*

De Intellectu.

1940 CAusam intellectionis efficientem, non solum Animam vt agens principale, sed etiam intellectum esse, animæ potentiam, & instrumentum. *Sup. de ff.* 1463. 1464. *Dion. de Cal. Hier. c. 11. S. Th. 1. p. q. 77. a. 1.*

f Conimbr. 3. de An. sup. d. 1. a. 7.

1941 *f* Diuersæ rationis esse humanum intellectum ab intellectu Angelorum. Est enim humanus intellectus iustrumentum animæ, quæ est ens incompletum, faciens vnum cum corpore; estque iudicatiuus, & discursiuus. Intellectus autem Angelorum est instrumētum entium intellectualium completorum, habentium modum intelligendi valdè perfectum, rem omnem vno intuitu apprehendentium per simplicē apprehensionem sine Iudicio, sine discursu. *S. Th. 1. p. q. 75. & q. de An. a. 7. ad 4.*

g Tol. 3. de An. q. 13.

1942 *g* Ipsam intellectus potentiam Intellectum agentem dici. tum quatenus intellectionē effi-

efficere potest, tum quatenus actu est efficiens intellectionem, tum quatenus ipse per intellectionem species intelligibiles efficit, vt infra dicetur. Non enim apparet quid aliud sit Intellectus agens, neque opus est alio. *Arist. 3. de An. t. 17.*

1943 *b* Ipsam Intellectus potentiam Intellectum Possibilem dici tum quatenus potest intellectionem, & species intelligibiles recipere, tũ quatenus actu eas recipit. Debet enim ipse intellectus in se recipere intellectionem, quam ipse producit; cum sit potentia vitalis respectu illius: tum species, quibus iuuatur ad intellectionẽ formandam. *Duran. in 2. d. 3. q. 1. Abulen. Exod. c. 23. q. 7. Arist. 3. de An. t. 16.*

h *Conimbr. 3. de Anim. c. 8. q. 1.*

1944 *i* Intellectiuam potentiam Intellectum dici absolutè: quatenus obiectum intelligibile simpliciter apprehendit. Ideo enim Angeli Intelligentiæ nominantur, quia rem intuitu simplici apprehendunt. *DD.*

i *Conimbr. sup. q. 2. a. 2.*

1945 Intellectiuam potentiam Iudicium appellari: quatenus affirmandi, negandique actus format; quibus componit, ac diuidit. *DD.*

1946 Intellectiuam potentiam Rationẽ dici: quatenus ab vno ad aliud progrediendo ratiocinatur. ob id Homo, qui ea ratione progredi solet in intelligendo, Rationalis appellatur. *S. Th. 1. p. q. 79. a. 8.*

1947 Intellectiuam potentiam Rationẽ superiorem dici: quatenus diuinis, & æternis conspiciendis, aut consulendis intendit. Intellectus enim diuina, æternaque, modo speculatur in seipsis, ac contemplatur: modo ex eis agendorum regulas accipit. *S. Th. 1. p. q. 79. a. 9.*

1948 Intellectiuam potentiam Rationem inferiorem appellari: quatenus inferiora conſiderat. *S.Th.ſupra.*

1949 Intellectum ſpeculatiuum dici potentiam intellectiuam: quatenus iudicia format ſpeculatiua. ſeu, quatenus, quæ intelligit, non ad opus ordinat, ſed ad ſolam veritatis cognitionem. *S.Th.ſup.a.11.*

1950 Intellectum practicum dici potentiam intellectiuam: quatenus iudicia practica format. ſeu, quatenus, quę apprehendit, ad opus ordinat. *S.Th.ſup.a.11.*

1951 Syndereſim dici potentiam intellectiuam: quatenus ad prima principia practica inclinat, eaque format. Ob id enim dicitur ad bonũ inſtigare, ac de malo conqueri, & ſubmurmurare: nam per eam inclinationem, veriſſimas, & incommutabiles regulas voluntati proponit, monetque perpetuo ne violet, ac violantem coarguit. *S.Th.ſup.a.12.*

1952 Intelligentiam dici potentiam intellectiuam, & Intellectum in actu: quatenus actu intelligit. *S.Thom.ſupra a.16.*

1953 Conſcientiam dici potentiam intellectiuam: quatenus actu intelligit, applicando eam cognitionem, ſeu ſcientiam ad ea, quæ agimus. Applicamus autem, vel recognoſcendo quæ fecimus: qua ratione dicitur cõſcientia teſtificari. Vel iudicando quid agendum: qua ratione dicitur ligare, aut inſtigare. Vel bene, aut male factum iudicando: dicitur que excuſare, accuſare, remordere. Solet autem a nonnullis Conſcientia, pro Syndereſi ſumi. *S.Thom. ſupra a.13.*

1954 Intellectum ipſum Memoriam eſſe: qua-

quatenus cõseruat species intelligibiles; & quatenus præteritum cognoscit sub ratione præteriti. Nihil enim aliud requiri videtur ad rationem Memoriæ. *Conimbr.*

1955 Ipsam intellectiuam potentiam Ingenium esse: quatenus prompte, faciléq; apprehendit. Promptitudo autem, ac facilitas ex nobilioribus phantasmatibus prouenit; quæ ad sensitiuam imaginationis cognitionem influunt, quæ intellectiuam cognitionem comitatur. *DD.*

De Speciebus intelligibilibus.

1956 k Esse species intentionales intellectiuas, præter ipsam intellectionem. Principio enim nemo spiritualia, & vniuersalia apprehendit sine discursu: at post primam eorum apprehensionem experimur ea intelligere sine discursu per solam apprehensionem simplicem. quæ cum sit spiritualis; non potest ad eam formandam sensus concurrere. Concurrit ergo aliquid in intellectu relictum post primam eorum apprehensionem, nempe illius apprehensionis primæ species. *Aug. 11. de Trin. c. 2. Arist. 3. de An. t. 38.*

k *Conimbr. 3. de Anim. c. 5. q. 3.*

1957 Ad primas obiectorum apprehensiones formandas nõ esse in intellectu humano species vllas intelligibiles. Experimur enim omnem intellectus nostri naturalem cognitionem à sensibus principium ducere; neque posse nostrum intellectum vllum discursum facere ad spiritualia, eaque, quæ non cadunt sub sensum, intelligenda, nisi aliqua sensitiua cognitio præcesserit. *Arist. 3. de An. t. 5. 14. Dion. Cæl. Hier. c. 1.*

1958 Omnem intellectiuam cognitionē producere speciem sui, eamque in intellectu relinquere. Producit enim speciem sui omnis cognitio sensitiua, vt supra dictum est. Cur ergo non producat & intellectiua, q̄ est nobilior? *Conrad.*

1959 Modum, quo species intelligibiles producuntur in nobis, eum esse videri. Omni imaginationis actui sensitiuo de obiecto sensibili, intellectionis actum spiritualem respondere de eodē sensibili obiecto: eum autem intellectionis actū spiritualem, producere statim in intellectu speciem sui repræsentationem spiritualem: rursum eam speciem, spiritualis cum sit, vt & ipse intellectus, excitare intellectum ad cognitionem de eodem obiecto formandā modo spirituali, qualis est & ipse, & species eius: modum autem spiritualem esse in cognitione, quatenus cognitio obiecti sensibilis 1 abstrahit à ratione & individuali, & sensibili, & materiali: rursum eā cognitionem, quæ modum habet spiritualem, speciem sui producere spiritualis obiecti repræsentatiuā eo modo, quo intellectio illud repræsentat: eius generis speciebus deinde intellectum vti ad vniuersalia, & spiritualia cognoscenda. *Arist. 3. de An. t. 38. 39.*

1 *Dist. 6. n. 1.*

1960 Species obiectorum spiritualium intelligibiles, quas formamus in nobis; non esse species eorum propriastid est, non repræsentare spiritualia vt illa sunt. Species enim eū habent modum repræsentandi obiecta, quē ab eo accipiūt, à quo producūtur. Omnis enim effectus est quædam similitudo causæ producentis illum. Species autem repræsentatiuæ spiritualium, quæ sunt in nobis, originem ducunt à cognitione sensitiua,

vt supra dictum est. Repræsentant ergo obiecta spiritualia ad modum sensibilium. Non sunt ergo species spiritualium propriæ. *Dionys. l. de Myst. Theol. Arist. 3. de An. t. 38. 39.*

1961 Spiritualium, vniuersaliū, materialiū, singularium, omniumque obiectorum in intellectu species esse; quorum aliqua cognitio præcesserit in intellectu. Omnis enim cognitio sui speciem in intellectu relinquit, vt supra dictum est. Aliquorum autem obiectorum species propriæ sunt, aliquorum non propriæ: quatenus vel repræsentant obiecta vt ipsa sunt, vel non ita repræsentant. Nullius autem obiecti species propria est, quod non cadit sub sensum. Non enim habemus, vnde propriam eius speciem accipere possimus. *Arist. 3. de An. t. 37.*

1962 In anima separata à corpore omnium rerum naturalium species esse, infusas à Deo, ac obiectorum proprias. Cum enim esse sit propter operationem: anima autem separata sit ex natura sua intellectiua omnium entium naturalium: nō habeat autem in eo statu sensus, vnde rerum species accipiat: oportet à Deo illas accipere vt ab auctore naturæ. Deus autem cum vicem obiectorum suppleat in producendis speciebus, eas ita producit, vt ab ipsis obiectis in anima producerentur; id est, propriàs, & animæ accommodatas. *S. Th. 1. p. q. 89. a. 1. ad 3.*

1963 Solam inhæsionem specierum in intellectu non esse satis in nobis ad excitandum intellectū ad intelligendum. Cum enim plurimæ sint in intellectu nostro species variorum obiectorum, essemus semper in intellectione illorum: quod tamen non experimur. Nec verò posset in-

tellectus, & anima, cum sint agentia finita, producere intellectiones circa obiecta omnium illarum specierum. Non est autem maior ratio cur circa obiectum vnius speciei potius, quàm circa alterius speciei obiectum intellectionem formet; cum species omnes excitent æquè ad actus circa sua quæque obiecta. *Coniect.*

1964 Excitari intellectum ad intelligendum, & ad vtendum huius potius obiecti, quã alterius speciei; à cognitione sensitiua, quæ circa idem obiectum est, aut circa simile obiecto cognitionis intellectiuæ. Eadem enim est anima, quæ in se sensum percipit, & quæ intellectionẽ efficit. Excitationem autem sequitur attentio, & applicatio animæ ad hanc potius intellectionem efficiendam, quam alteram; ad hac potius specie vtendum, quàm alia. *Arist. 3. de An. t. 38. 39.*

1965 Excitari interdum intellectum immediatè à Deo per aliquam intellectionem, quam in illum infundit, ipso etiam intellectu in eam influente, ac subiectante. Cum enim actus supernaturales sunt, vt est actus fidei Christianæ: non potest ad illos excitari intellectus per vllũ actũ sensitiuum proponẽtem obiectum simile aliquo modo obiecto supernaturali. nõ enim habet intellectus vllam vim naturalem ad actus supernaturales eliciendos. Neque verò cum habet habitus supernaturales infusos potest intellectus suis viribus, nisi à Deo adiuuetur influente supernaturaliter, actus elicere supernaturales illis habitibus respondentes. Cum enim anima cum intellectu ita efficiat actum vitalem intellectionis, vt simul sit ipsa subiectũ recipiens, ac sustentans ipsum intellectum, & illam; debet ipsa potentiam

tentiam habere secundum suam naturam ad recipiendam illam. Non habet autem ipsa secundũ suam entitatem talem potentiam respectu intellectionis supernaturalis. Necessarium est igitur vt eius impotẽtia suppleatur per influxum Dei; quantumuis suppleta sit impotentia intellectus per habitum supernaturalem infusum. *Par. 1. d.2.n.57.*

1966 Excitari animam ad vnam cognitionem intellectiuam formandam per antecedentem aliam cognitionem intellectiuam. Hunc enim excitationis modum indicant omnes discursus, quos efficimus, & in nobis experimur. *Exper.*

1967 Per ipsam voluntatem, voluntatisque actum excitari, ac applicari animam ad intellectionem efficiendam. Experimur enim plurima nos indagare, ac inuenire intelligendo; cum volumus. *Exper.*

1968 Non posse Angelos, Dæmonesque animam ad intelligendum excitare, nisi motu phantasmatum imaginationem excitando. Non enim possunt Angeli in externo subiecto aliquid producere, præter motum localem, vt infra dicetur. Possunt ergo mouere spiritus animales, phantasmata deferentes; atque per illorum appulsum ad sensum internum, excitare animam ad imaginationem obiectorum, quæ per illa repræsentantur, imaginatio autẽ excitat ad intellectionem, vt supra dictum est. *Coniect.*

1969 Posse causas naturales, vt humores, vt Dæmones, vsum rationis impedire. Vsus enim rationis est, cum Intellectus nõ habet impedimentum ad vtendum suis instrumentis intellectioni deseruientibus. Deseruiunt autem intellectioni phan-

phantasmata, vt supra dictum est. Vsus autem phantasmatũ potest impediri si vel spiritus phantasmata deferentes perturbentur, vel remoueantur, vel immoderatè moueantur. Contingere autem potest, vt causæ naturales id efficiãt. *Exper.*

1970 Animam separatam ad præsentiã obiectorum cognoscendam per species ipsas à Deo infusas excitari; quatenus illæ connexionem habent, & quasi quid vnum faciunt cum obiectis præsentibus. Putandum enim infundi animæ separatæ species à Deo, singulas omnium illorum eiusdem speciei indiuiduorum repræsentatiuas, quæ futuro tempore sunt à Deo producenda, quæ indiuidua finita sunt (exceptis cogitationibus, quæ futuræ sunt finitæ in infinitum, quarum species non infunduntur à Deo) ac proinde species eorum finitæ rationis sunt in repræsentãdo. Supplente autem Dei substantia, ac immensitate, in qua sunt res omnes, quotquot existunt, defectum medij, ac nexus coniungentis obiecta cum speciebus; obiecta statim ac existũt faciunt quid vnum cum speciebus sibi respondentibus. Est ergo idem noua existẽtia obiectorum, ac appulsus nouus specierum ad intellectum. Ad præsentiam igitur obiectorum excitant species intellectum ad ea cognoscenda. At si anima alteri cogitationi sit intenta; alia præterea excitatione indiget, quam vel voluntas faciet, vel alia cognitio, vel Deus ipse ad cognitionem obiecti præsentis per cognitionem ipsam præmouendo, vt de locutione Angelorum in 1.*m* Par. dictum est. *Consect.*

m *Dist. 5. n. 28. 29.*

1971 Species intellectus intuitiuas esse; siue quatenus simul cum imaginatione intuitiua excitant intellectum ad obiecti vt præsentis cognitionem,

tionem, vt contingit in anima coniuncta: siue quatenus coniunctionē habent cum obiecto presente eo modo, quo supra dictum est, vt cōtingit in anima separata. Non enim apparet alius modus ponendi species intuitiuas in Intellectu. *S. Tb. 3. p. q. 12. a. 2.*

1972 Non esse speciem Dei vt Deus est, præter intuitiuam Dei visionem, & ipsum Deum. Vel enim ponis eam speciem esse Imaginē Dei, in qua, qui eā intueatur, cognoscat Deum vt est. & hoc esse non potest: quia illud simulacrum deberet in ratione imaginis esse infinitū, vt omnes Dei perfectiones repræsentet, quæ sunt infinitæ; at nullum infinitum esse creatū ens potest. Vel eam speciem ponis esse ordinem quendam transcendentalem ad Deum, excitatiuam ad cognoscendum Deum vt est. Et licet hoc, secūdum rationem excitandi, esse possit; vt videtur esse lumen gloriæ. esse tamen non potest secundum rationem formandi intuitiuam Dei cognitionem loco ipsius Dei, vt cęteræ species faciunt, quæ loco suorum obiectorum influunt in cognitionem eorum. Tum quia, quod infinitam perfectionem non habet, nec infinitę perfectionis est apprehensiuum, non potest in cognitionem influere, quæ infinitæ perfectionis est apprehēsiua. Nihil enim dat, quod non habet. Tum quia talis species esset superflua, teneret enim se ex parte obiecti, nēpe Dei. Deus autem non indiget specie, quæ loco sui substituatur; cum & intimus sit cuicunque intellectui, & satis suæ visionis in quocunque intellectu operatiuus. *Conicct. S. Tb. 1. p. q. 12. a. 2. Iup. Dist. 4. n. 8. 9. 10.*

1973 Species intelligibiles acquisitas, manere cum

cum anima separata post hominis mortem. Nulla enim est ratio, cur non maneant, cum maneat earum subiectum intellectus, & nullum habeant contrarium, à quo corrumpantur; nullaq; sit earum à corpore dependentia, quatenus accidentia sunt spiritualia. *Coniect.*

De Cognitionis intellectiuæ subiecto.

1974. ENs nullum materiale cognitionis intellectiuæ subiectum esse. Cognitio enim accidens est, accidens autem accipit modũ essendi à suo subiecto, à quo suum esse dependet. Quare si subiectum sit extensum, & habens partes: accidẽs quoque illius subiecti extensum erit, & habens partes. Quidquid autem extensum est, materiale quid est, non spirituale; nec proinde entis spiritualis imago esse ex se potest, nisi ad placitum alterius. At intellectiua cognitio & spiritualis ipsa est, & spiritus quædam imago, vt supra dictum est. *Arist. 6. Phys. t. 49.*

1975. Visionem intuitiuam Dei, vt Deus est actus purus, in nullo intellectu creato recipi connaturaliter posse. Accidens enim connaturale, subiecto, sequitur modũ essendi, qui est in subiecto. Omne autem subiectum creatum, ens est in potentia, & finitum. Non potest igitur vllum accidens ei proprium, repræsentare actum purum, & infinitum vt est. Ex quo intelligitur non posse esse vllam substantiam creatam, cui visio intuitiua Dei vt Deus est, connaturalis sit, quod est, non posse dari substantiam creatam supernaturalem. *Par. 1. Dist. 5. n. 33. & seq.*

1976

1976 Posse intellectum creatum recipere visionem intuitiuam Dei vt Deus est. Potest enim Deus illam producere, tribuereque illi ordinem ad Deum vt Deus est. Non repugnat autem Intellectum esse subiectum illius; cum & intellectus, ac anima spiritualis sit vt & illa; & rursum illa finita sit, vt & anima. *Vid. Par.* 1. *dist.* 5. *à nu.* 33.

1977 Non posse Intellectum creatum recipere visionem comprehensiuam Dei. ea enim debet esse infinita, cũ debeat infinito modo Deũ repræsentare: at nullum ens creatum esse infinitum potest. & esto posset infinita esse visio creata Dei: non posset tamen intellectus finiti accidens esse. modus enim essendi accidentis sequitur modum subiecti. Posset tamen ipsa visio infinita Dei recipere in se animam, & intellectum, eaque sustentare. vt Verbum diuinum, cuius esse est esse visionem comprehensiuam Dei, recipit in se Christi Humanitatem. *Par.* 1. *dist.* 5. *à n.* 33. *& sup. def.* 1974.

De Voluntate.

1978 Esse Appetitum in Homine intellectiuum; qui voluntas appellatur; ab appetitu sensitiuo distinctum. Ipsi enim experimur obiecta quędam nos appetere, quæ sunt spiritualia. appetitio autem est quædam ad obiectũ inclinatio. omnis autem inclinatio est capacitas quædã eius boni; ad quod inclinat. nihil enim inclinat, vt in omnibus experimur, ad id, cuius non sit capax. capacitas autem proportionem, & commensurationem quandam importat. at ma-

terialis entis non potest cum ente spirituali esse commensuratio ita vt ipsum ens materiale suũ esse enti iungat spirituali: impeditur enim ab extensione, ac partibus entitatiuis, quas habet. cum ergo nos habeamus appetitum ad entia spiritualia inclinantem; oportet illum spiritualem esse, ac proinde ab appetitu sensitiuo distinctum. *Sup. def.* 1464.

1979 Sub ratione appeti Boni, quæcunque à voluntate appetuntur. Idem enim est ratio boni, ac ratio conuenientis, & congruentis. nihil autem appetitur, quod non vt aliquo modo cõueniens appetatur; vt experimur. *Exper.*

1980 Omne bonum tum materiale, tum spirituale, voluntatis obiectum esse. Experimur enim appetere omne bonum. est autẽ omne bonum homini congruum, quatenus & ex spiritu hõmo cõstat, & ex corpore, quod spiritui, id est, animæ seruit, & congruit. Nec vero quatenus spiritualis est voluntatis appetitio, impedimentum habet, quin tota ad materialia terminetur. vt enim punctum, quia non habet partes, potest quascunque lineas à quocunque spatio ductas terminare: ita spiritus quæcunque obiecta potest ad se inclinando trahere, etiam materialia. vt anima intellectiua, & spiritualis, corpus informat extensum, quamcunque corporis partẽ sibi connectendo. *Exper.*

1981 Voluntatem liberam esse. *Dist. 2. def. 643. & seqq.*

1982 Impediri in voluntate libertatis vsum posse. Vsus enim libertatis est, cum voluntas in suo statu connaturali est, vt sibi possit per intellectum proponere rationes tum boni, tum mali,

quas

quas contingit esse in obiectis. Potest autem cõtingere, vt intellectus aut non possit operari, aut non rectè; siue ex defectu potentiæ sensitiuę, siue ex defectu specierum intelligibilium. tũc ergo, cum non sit in suo statu connaturali voluntas, libertatis vsum exercere non potest. *Exper.*

1983 In voluntatis actus nullam causam efficienter influere, præter animam, voluntatem, & causam primam Deum. Si quid enim aliud influeret, impediret voluntatis libertatem. etenim ob id Intellectus agit necessario, quia ad eius actum concurrit obiectum. quod ad voluntatis actum concurrere non est necessarium: tũ quia voluntas ad hoc, vel illud obiectum volendum satis est in actu primo dispositа per intellectus cognitionem: tum quia actus voluntatis, non est obiecti similitudo, ac repræsentatio, vt debeat ab illo rationem vllam imaginis accipere; sed ad illud inclinatio, & adhæsio. *Coniect.*

1984 Volũtatis actuum tot esse genera, quot actuum appetitus sensitiui. tum quia actibus appetitus sensitiui, sui in appetitu intellectiuo actus semper respondent, vt supra dictum est. tum quia experimur eiusdem generis actus nos formare per voluntatem circa obiecta spiritualia, quos circa materialia formamus appetitu sensitiuo; prosecutionem, fugam, amorem, odium, &c. *Exper.*

1985 Suos in volũtate actus esse alterius generis ab actibus appetitus sensitiui: Intẽtionem, Consensum, Electionem, Vsum. Nam intentione vult media propter finem. Consensu vult aliquid vt iam consultatum per intellectum. electione vult media vt cõgruentiora cognita ad fi-

nem consequendum. vsu vult actus potentiarum vt necessarios cognitos ad finis consecutionem. Hi actus ex genere suo spirituales sunt: tũ quia reflexiui esse sunt in alios actus: tum quia circa obiecta spiritualia versantur, nempè circa comparatiuos intellectus actus, ac discursiuos. Tales autem esse non possunt actus appetitus sensitiui. *Par. 1. d. 6. à n. 111. & in Sum. Eth. disp. 1. q. 4. Prop. 1. §. 4.*

1986 Nobiliorem, ac essentialem hominis felicitatem, non in actu aliarum potentiarum, aut voluntatis, sed in cognitione, contemplationeq; summi boni positam esse. Felicitas enim hominis summa, est possessio eius maximi boni, quod homo consequi potest. Nihil autem verè possidemus, quod nos à nobis possideri non cognoscimus: non est ergo vera, felixque possessio sine cognitione. cognitio autem est optimus modus possidendi aliquid: quia vitaliter exprimit, vnitque nobis id, quod possidemus. nullum autem est maius bonum, quod possideri à nobis possit, quam Deus, qui est summum bonum. Prior autẽ est cognitio, quam amor: nec esse amor potest, nisi eius, quod per cognitionem apprehenditur. Ponitur ergo iam possessio boni per cognitionẽ, antequam per amorem attingatur. Iam ergo habetur per cognitionem felicitas ante quam amor sit. Quicquid autem aduenit rei in suo esse constitutæ, est illi non essentiale, sed accidentale. Igitur felicitas hominis, quæ per voluntatem habetur, accidentalis est, non essentialis. *Vid. fusius in Sum. Eth. d. 2. q. 1. pr. 4.*

1987 Proprium cognitionis esse Bonũ, quod est in obiecto, ponere in subiecto cognoscente;

pro-

proprium autem amoris, ponere idem Bonum in ipso obiecto. Nam cognoscere, est obiectum exprimere vitaliter in cognoscente, quatenus cognitio est obiecti imago, & repræsentatio. Amare autem est, de obiecto bono complacere; quod est sistere in ipso obiecto, & quasi eius bonum in eo firmare. Quare Amor in Deum bonum summum, licet respectu amantis sit minus bonum, quam summi boni cognitio: tamen respectu Dei est bonum diuinius. *DD.*

De Habitibus.

1988 HAbitum respectu Animæ dici, qualitatem de nouo acquisitam, inhærentem in anima, ac permanentem. *S.Th.* 1.2. *q.* 49. *a.* 1.

1989 Habitum respectu potentiarum vitalium dici, qualitatem de nouo acquisitã, in animæ potentijs inhærentem, & stabilem, ac facilitatem ei præbentem ad vitales actus eliciendos. *Arist.* 5. *Met. t.* 25. *Aug. de bon. coniug. c.* 21. *tom.* 6. *S.Th.* 1.2. *q.* 49. *a.* 3.

1990 *n* Esse habitus in potẽtia sensitiua Imaginationis. Experimur enim & in nobis, & in brutis post actus imaginationis frequẽtatos circa aliqua obiecta, facilitatem maiorem nos habere ad actus eiusdem generis frequentandos. ea autem facilitas non potest ex prioribus actibus prouenire; cum ij transierint. remansit ergo per illos aliquid in potentia, vnde maior facilitas oritur. *S.Thom.* 1.2. *q.* 50. *a.* 1. *ad* 2. *& 3. & q.* 56. *a.* 5. *n Vid. S.Th.* 1.2. *q.* 49. *a.* 4.

1991 Esse habitus in appetitu sensitiuo. Bru-

ta enim maiorem propensionem ostendũt circa ea obiecta, quæ sibi congruentia sunt experta. *S.Th.* 1.2.*q.*50. *a.*3.*ad* 2.*& q.*56.*a.*4.

1992 Esse habitus in Intellectu. Experimur enim multa facilius intelligere post frequentatos actus circa illa. *Sum. Eth. disp.*1. *q.*1. *def.*4. *S.Th.* 1.2.*q.*50.*a.*4.*& q.*56.*a.*3.

1993 Esse habitus in volũtate ab intellectus habitibus distinctos. Experimur enim maiorem facilitatem in voluntate ad frequentãdos actus, non circa ea obiecta, circa quæ actus intellectus frequentauimus, sed non actus voluntatis: sed circa quæ ipsius voluntatis actus frequẽtauimus. *Sum. Eth. d.*1.*q.*1. *def.*4. *S.Th.* 1.2. *q.*50. *a.*5.*& q.*56.*a.*6.

1994 Non esse habitus in potentia loco motiua. Motus enim localis cum non sit aliud, præter connotationem mobilis, ac spatij, vt d.2. dictum est, non videtur posse qualitatem habitus post se relinquere. & factitas, quam in membris experimur post frequentatum motum, vt in saltantibus, & cytharas pulsantibus, cernimus; vel situi partium tribui potest; vel habitui in imaginatiua acquisito. Situs autem partium, vt laxatio neruorum; facilitatem motui locali tribuit, vt in instrumentis externis experimur, quæ fiunt ipso exercitio aptiora, quatenus leuiora fiunt, aut molliora. *S.Th.* 1.2.*q.*50.*a.*1.

1995 Non esse habitus in potẽtijs nutritiuis. Remanent enim in potentijs nutritiuis actus vitales nutritionis: per quos potentiæ melius iuuãtur ad alios actus, quã per habitus ipsos. Si quæ facilitas videtur per actus nutritionis acquiri, vt ad facilius concoquendum: non ea est, quæ ex

pri-

primis qualitatibus prouenire non possit, quas modo intensiores, modo remissiores per accessum alimenti solent acquirere. *S.Th. 1.2.q.50. a.1.& a.3.ad 1.*

1996 Species intentionales obiectorũ repræsentatiuas, rationem habitus habere. Quatenus enim in actus influũt loco obiectorum, & inhærent, ac perseuerant in organo, vel in ipsa potẽtia; qualitatum rationem habent permanẽtium, & facilitatem potentiæ tribuentium ad actus formandos. *S.Th.sup.q.4.& 5.& q.53.a.1.*

1997 Esse in potentijs cognoscitiuis, præter species obiectorum, qualitatem habitus propriè dicti. Experimur enim, cum actum Iudicij mutamus circa aliquod obiectum, meminisse Iudicij præcedẽtis, & tamen illud iudicium formare non posse, etiam si velimus. manẽtibus ergo speciebus, vt indicat actus memoriæ; corruptus est habitus, qui ad Iudicium illud inclinabat. Et vero par est, præter species, quæ repræsentatiuæ sunt, ac se tenent ex parte obiectis esse in potẽtia habitum, quo perficiatur potentia secundũ propensionem ad actus. Operationes enim sunt ad perficiendum potentias. Potentiæ autem sunt inclinationes ad obiecta. debent ergo potentiæ per operationes aliquid acquirere, quo magis ad obiecta inclinent. *S.Th.1.2.q.49.a.4.*

1998 Esse habitum Amicitiæ supernaturalis ad Deum, quam Theologi Gratiam nominant. Docent enim Scripturæ sanctæ esse in hominibus amicitiam cum Deo. Nomen autem Amicitiæ amorem mutuum significat permanentem, dicuntur enim amici etiam qui dormiũt, & nullum amandi actum exercent. Et vero intelligi

non potest qua ratione Deus sine vlla sui mutatione, de non amante aliquem, fiat actu amans illum, ac de amante actu, fiat actu non amans: nisi sui amoris, qui ipsemet Deus est, effectum aliquem producat in eo, quem amat; & ab eo auferat, cum definit amare. Præterea, cum Deus sit perseuerans in nos amando, debet esse semper aliquid, quod Deus amet in nobis. *DD. Theologi.*

1999 Gratiam, & Peccatum non posse simul in eodem esse subiecto vllo modo. Sunt enim contradictoria. quatenus gratia est amor habitualis in Deum, id est inclinatio quædam, & accessus ad Deum. Peccatum autem est defectus, seu recessus à Deo vltimo fine. Accessus autem, & recessus eiusdem subiecti ab eodem termino, simul esse non possunt. *DD. Theologi.*

2000 Non debere eum, qui propria voluntate peccauit, gratiam recipere; nisi actu suo volũtarium illud retractet, quo voluit recessum à Deo. Par enim est, vt qui proprio actu Deum offendit, proprio etiam actu offensam retractet. *DD. Theologi.*

2001 Posse Dei virtute fieri, vt qui sua voluntate peccauit, sine retractationis explicitæ actu gratiam recipiat. Est enim ipsa gratia retractatio quædam implicita, ac virtualis, voluntarij recessus ad Deum: quatenus gratia est accessus ad Deũ ipsius met subiecti, quod recesserat à Deo; & Christi voluntas vt capitis omnium hominũ, & voluntas ipsius Dei vt omnium Domini, quatenus gratiam infundit, supplet illud voluntarij expliciti, quod in peccatore requireretur, ad peccatum retractandum. *Conicct.*

2002 Nihil habere positiui peccatum in sua formali ratione: quantumuis subiectum habeat positiuum. Peccatum enim est recessus ab vltimo fine. omne autem positiuum vt positiuum, rationem habet accessus respectu vltimi finis: quatenus vt positiuum participatio quædam est illius, qui simul primum principium est omniũ: ac proinde relationem habet transcendentalem ad illum. *DD. Theologi.*

2003 Esse in iustorum anima, præter gratiam, habitus virtutum tum theologalium, tum moralium, infusos à Deo. Per gratiam enim homines euadunt in filios Dei, diuinæ naturæ participes facti. est ergo gratia esse quoddam supernaturale. omne autem esse est propter operationem. esse ergo supernaturale gratiæ, est propter operationes supernaturales. Omne autem ens, vt operetur, potentijs indiget, vt supra dictum est. at ad operandum actiones supernaturales non sunt satis potentiæ naturales. Infunduntur ergo à Deo, cum gratiam infundit, habitus virtutum ad earum opera efficienda; quæ iustorum sunt propria. qui habitus rationem habent potentiarum. *DD. Theologi.*

2004 Esse in beatorum intellectu habitum, quem Theologi lumen gloriæ nominant. Cum enim nullus intellectus creatus habeat naturalem vim ad videndum intuitiuè Deum; vt supra dictum est: congruum est, vt ei vis supernaturalis addatur. quæ rationem luminis habet respectu videntis, vt & ipse intellectus. *S. Thom.* 1. p. q. 12. a. 5.

2005 Non posse à Deo in intellectu creato habitum vllum infundi, qui ad falsum inclinet.

Nequis

Nequit enim Deus ob infinitam sapientiam falli; nequit ob infinitatem bonitatem vnquam fallere. *DD. Theologi.*

2006 Ab actu habitum generari. Non experimur enim facilitatem in operando, nisi post frequentatos actus. *S.Th.1.2.q.51.a.2.& q.63. a.2. Theologi in 3.d.23.& 33.*

2007 Per actus habitus augeri. Experimur enim maiorem facilitatem ad actus post actus eiusdem generis magis frequentatos. *S. Thom. 1.2.q.52.a.1.*

2008 Omnem actum, si sit naturalis posse habitum producere: nisi sibi subiectum iam assimilauerit; aut impedimentum inueniat in subiecto. Potest enim actus habitum producere, vt experimur. producit igitur, si nihil impediat. *S. Th. 1.2.q.51.a.3.*

2009 Primum habitum ab actu remisso productum non aduerti. Habet enim minimam vim ad facilitandum potentiam. *Ex S.Th. supra.*

2010 Actum remissum post actum intensum nihil habitus producere. Inuenit enim subiectum assimilatum. *Exper.*

2011 Nullum actum supernaturalem posse per se habitum supernaturalem producere; nisi vt instrumentum Dei. Non enim est vlla potentia in subiecto, nempe in anima, & eius potentijs; è quibus habitus esset educendus: cum accidens sit, & indigeat, vt à causa creata possit produci, subiecto sustentante. Necessarius est ergo Dei concursus ad eleuandum & subiectum, & actum. *Par.1.d.2.& 5.*

2012 Omnem actum supernaturalem in homine iusto, etiam remissum, videri habitum super-

per-

pernaturalem intendere, quantumuis ille habitus sit intensus. Non enim influit per se, sed vt instrumentum Dei, vt supra dictum est. Deus autem cuique actui meritorio præmium tribuit vitæ æternæ. ei autem præmio respondet gratia. infundit ergo Deus maiorem gratiam, ac proinde habitus virtutum cum gratia. *Conclus.*

2013 Omnem actum specie distinctum, generare habitum specie distinctum. Experimur enim per habitum ab aliquo actu frequentato productum, nõ tolli difficultatem ad alios actus producendos non eiusdem speciei. *Sum. Ethic. disp.3.q.1. Prop.6.§.1.*

2014 Habituum alios acquisitos, alios infusos esse. Nam aliquos habitus nostris actibus influentibus acquirimus; aliquos habere non possumus, nisi Deus infundat: vt ex dictis intelligitur. *S.Th.1.2.q.51.a.4.*

2015 Infusorum habituum aliquos per se infusos, aliquos infusos per accidens esse. Ii enim habitus, qui nõ possunt alio modo haberi, quàm per Dei infusionem, vt sunt habitus supernaturales; habitus per se infusi sunt. at qui nostris actibus acquiri possunt, si Deus eos sine nostris actibus infunderet, infusi per accidens essent. *S.Th. supra.*

2016 Nullum nobis habitum congenitũ esse. Experimur enim post actus frequentatos maiorem in potentijs facilitatem. ergo in ijs aliquid acquisitum per actus est. ad primos autem actus satis sunt ipsæ potentiæ; quæ per se sunt inclinationes ad actus. Quæ, cum nullum interuenit impedimentum, facilè ex se ad suos actus inclinãt; vt contingit in formandis iudicijs primorum prin-

principiorum, quæ cognitis terminis, statim formantur, cum nō sit opus alio discursu ad eorum veritatem cognoscendam; vt, Omne totum est maius sua parte. *S.Thom. sup. a.1.*

2017 Posse habitus corrumpi, per contrarios habitus. Scientia enim errorem tollit; & error scientiam. Nam qualitates contrariæ sese inuicem expellunt ab eodem subiecto; vt calor, & frigus. S.Th. 1.2.q.53 a.1.

2018 Contingere habitus diminui. Contrariæ enim qualitates solent inuicem diminuere antequam omnino se expellant. *S.Thom. supra a.2.*

2019 Solere habitus diminui, & corrumpi per cessationem ab actibus. Solent enim ad cessationem ab actibus, actus formari contrarij: per quos habitus contrarij producuntur, qui contrarios expellunt. *S.Th. sup. a.3.*

2020 Habituum aliquos cognoscitiuos, aliquos appetitiuos esse. Sunt enim habitus & in cognoscitiuis, & in appetitiuis potentijs; vt supra probatum est. *Ex S.Th. sup. q.50.*

2021 Habituum aliquos Morales esse. ● *Vid. Sum. Eth. disp.1. q.1. def.2. et q.3. Prop.2.*

● Morale enim dicitur id, cuius ratio pendet ab æstimatione, ac iudicio rationis; quodque ordinem dicit ad naturam intellectualem vt intellectualis est. Plurimi autem actus ita fiunt, nempe voluntate inclinante, ac regulam sequente iudicium rationis circa obiecta spectantia ad hominem vt vtentem iudicio rationis. vt sunt actus Iustitiæ, Fortitudinis, Temperantiæ; & vitiorum contrariorum. Habitus ergo ab his actibus producti Morales sunt. *S.Th. sup. q.58.*

2022 Habituū aliquos virtutes esse, aliquos vitia.

vitia. Virtus enim dicitur habitus, qui benè disponit potentiam ad operationem subiecto cōsentaneam. vitium, quod inclinat ad actus contrarios perfectioni potentiæ, in qua est. Experimur autem hoc duplex habituum genus in nostris potentijs, alterum ex bonis, alterum ex malis actibus acquisitum. *S.Th.* 1.2.*q.*55. *&* *q.*56. *a.*3. *&* *q.*57. *a.*1. *&* *q.*58. *a.*3. *&* *q.*66. *a.*3.

2023 Virtutis nomine rei perfectionem appellari. *Arist.*7.*Phys.t.*18.

2024 Vitij nomine rei defectum dici. *Arist.* 7.*Phys.t.*18.

2025 Virtutum alias intellectuales, alias morales esse, alias Theologales. vt enim supra dictū est, sunt & habitus boni à bonis, perfectisq; iudicijs producti in intellectu; qui virtutes intectuales dicuntur: & habitus boni à bonis actibus in voluntate producti regulatis à iudicio rationis existimantis eos esse rationi congruos; qui habitus Morales appellantur: & habitus perfectissimi à Deo infusi, quorum immediatum obiectum est Deus; qui ob id theologales nominantur; suntq; Fides, Spes, Charitas. *Ex* S.*Th.*1. 2.*q.*56. *&* 62.

2026 Virtutes intellectuales, quæ principijs nituntur naturali lumine cognitis, esse quinque, Intellectum, Scientiam, Sapientiam, Prudentiā, Artem. quinque enim sunt Iudiciorum perfectorum genera; à quibus hi habitus procedunt. *Par.*1.*d.*6. *à n.*91. *supra à defin.*1920. *S.Th.*1.2. *q.*57.

2027 Habitus intellectuales alios speculatiuos, alios practicos esse. Contingit enim actus intellectus alios speculatiuos, alios practicos

esse.

esse. id est, alios à consideratione proprietatum, ad considerationem principiorum, è quibus illa promanant; alios à consideratione finis procedere ad opus ipsum, seu media, quibus finis acquiritur. *Par. 1. d. 6. à n. 91. supra à def. 1922. Arist. 11. Met. c. 7.*

2028 Diuersum esse ab habitu scientiæ habitum illum, quem Theologicum, seu Theologiam vocãt; qui ab eo Iudicio producitur, quod ex duabus præmissis colligitur, quarum altera fide diuina, altera naturali lumine certa est. Quamuis enim is habitus certus sit, cum à certis præmissis, seu à certo ad assentiendum motiuo, originem ducat: non est tamen euidens, vt scientia. quoniam euidentia, quæ ex principio lumine naturali noto habetur in motiuo; ab obscuritate, quæ ex principio fide cognito prouenit, obscuratur. *DD. Theologi.*

2029 Diuersum esse ab habitu fidei diuinæ habitum theologicum. Certitudo enim, quam accipit à principio fide diuina cognito; non est sincere diuina, ac proinde diuina minor; ob admixtionem certitudinis, quam accipit à ratione humana, quæque motiuum ingreditur ad præstãdum assensum theologicum. *DD. Theologi.*

2030 Non videri habitum doctrinæ Theologicæ habitum naturalem esse. est enim supra naturæ vires assensus theologicus: quatenus eius motiuum, non solum principio nititur naturali lumine cognito, sed principio etiam fidei supernaturaliter accepto. *DD. Theologi.*

2031 Theologiam aliam Positiuam, aliam Scholasticam, aliam Mysticam, aliam Naturalem esse. *Dess. seq.*

2032 Theologiam Scholasticam esse, quę doctrinam ad diuina spectantem interpretatur, deducit, tuetur modo, methodoque dialectica; & vtitur terminis Scholasticorum proprijs: *DD.*

2033 Theologiam Positiuã esse, quæ doctrinam ad diuina spectantem modo tradit enarratiuo; & humanis rationibus ferè relictis, omnia diuinę Scripturæ auctoritate probat, & Patrum traditione, ac testimonio. *DD.*

2034 Theologiam Mysticam esse, quæ doctrinam ad diuina spectantem eruit è symbolis, signisque, quibus Spiritus sanctus vtitur in diuinis Scripturis, Ecclesiæque sacris moribus, ad diuina significanda. *Dion. de Myst. Theol.*

2035 Teologiam Naturalem esse, quæ ex effectis naturæ, ratione naturali ad Primæ causæ, id est Dei, cognitionem progreditur. *Arist. 11. Met. c. 7.*

2036 Scientiæ triplex genus esse, Physicam, Mathematicam, Metaphysicam. Tria enim sunt genera obiectorum, de quibus cognoscere euidenter possumus naturas, causas, proprietates: Sensibilia; *p* Quanta à sensibilibus abstrahentia; Entia siue re, siue ratione à sensibilibus, & ab extensione remota. *Arist. 6. Met. c. 1.*

p *Arist. 2. Phys. t. 18.*

2037 Vnam scientiam dici, cuius obiectum ab omnibus obiectis, quæ in eam scientiam cadere possunt, abstractum, vnum est. vt Metaphysica vna est, quia omnia vt ens cõsiderat, siue abstractum, siue vt principale, ad quod cætera attributionem dicunt. *Arist. 11. Met. c. 3. 4.*

2038 Physicam scientiam esse, quæ omnia sub entis naturalis, siue sensibilis, ratione considerat: eaque in tres rationes partitur; in Corpus naturale,

rale, vt in ſubiectum; in Motum, vt in proprietatem corporis naturalis; in motus principia, Materiam, Formam, Priuationem. *Ariſt. 6. Met. c. 1. & l. 11. c. 4. 7.*

2039 Mathematicam ſcientiam eſſe, quæ omnia ſub quanti ratione contemplatur: eaque in tres rationes partitur; in rationem extenſi, ſiue Trinæ dimenſionis; in rationem Menſuræ, ſiue Menſurabilis, quam vt ſui quanti proprietatem conſiderat; & in principia, quibus vtitur ad menſuram cognoſcendam. *Ariſt. 2. Phyſ. t. 18. & 6. Met. c. 1. & l. 11. c. 3. 4. 7.*

q *Ariſt. 11. Met. c. 7.* 2040 Metaphyſicam, q quam & Theologiã appellant, ſcientiam eſſe, quæ omnia ſub entis ratione conſiderat. quod, cum obiectum ſit vniuerſaliſſimum, vniuerſaliſſima principia ſumit ad illud cognoſcendum; & attributa in illo, paſſioneſque vniuerſaliſſimas contemplatur. *d. 6. n. 1. Ariſt. 6. Met. & l. 11. c. 3.*

2041 Poſſe de quibuſdam ſingularibus eſſe ſcientiam. In promptu enim nobis ſunt aliquorum ſingularium principia, & proprietates; vt Solis, Lunæ. *Exper.*

2042 Non poſſe de ſingularibus eſſe nobis ſcientiam: quatenus non poſſunt nobis nota eſſe eorum principia, & proprietates, vt ſingularia ſunt; ex quibus deuenire poſſimus in cognitionem indiuidualis rationis ipſorum. *Exper.*

2043 De ijs, quæ per accidens ſunt, non eſſe nobis ſcientiam. eorum. n. cauſæ certæ non ſunt. *Ariſt. 5. Met. c. 2. & l. 11. c. 8.*

2044 Ex principijs, & proprietatibus, ad rerum ſcientiam peruenirí. Experimur enim in nobis hanc eſſe ſciendi viam. *Ariſt. 1. Phyſ. t. 1.*

2045 Euidentiorem, clarioremque scientiam esse rerum, quæ ipsas ex earum causis, quam quę ex effectis, & proprietatibus, cognoscit. Res enim magis expresse in suis causis, quam in suis effectis, sunt. si enim causæ sint intrinsecæ, vt materia, & forma; res ipsæ sunt: si vero sint efficiētes, præstantius continent res, quas efficiunt. effectus autem vt effectus minorem habent nobilitatem ad suas causas comparati; ac proinde minus repræsentāt rationem suarum causarum. *Arist.2.Phys.t.27.*

2046 Scientiæ principia, id est, quæ ad euidētem rei cognitionem inducunt, alia incomplexa esse, alia complexa. Incomplexa sunt ipsæ rerū causæ. Complexa principia dicuntur prima iudicia, quæ per se nota sunt, nec indigent discursu, vt eorum nobis veritas innotescat. vt, Omne totum esse maius sua parte: Non posse simul esse idem, & non esse. *DD.*

2047 Solere nos ex proprietatibus, & effectis ad rerum cognitionem deuenire. Principium enim cognoscendi facimus ab ijs, quæ nobis magis nota sunt. sunt autem magis nobis noti rerum effectus, & proprietates. *Arist. 1.Phys.t.2.*

2048 Ex finis cognitione ad agendorum, efficiendorumque cognitionem deueniri. Quicquid enim efficitur, medium quoddam est ad terminum, finemque illius. vt autem medium sit fini congruum, medij ratio ex ratione finis petēda est. *Ex Arist. 2.Phys.t.89.*

2049 Nullum scientiarum naturalium genus vnum habitum simplicem esse, sed ex multis habitibus compositum specie distinctis. Earum,

enim scientiarum quæque obiecta habet specie distincta; proinde actus circa illa distincti specie sunt. Ex actibus autem specie distinctis distincti specie habitus promanant, vt supra dictum est. *Def.* 2013.

2050 Habere habitus vim ad actus producendos. Hoc enim indicat facilitas, quam habet potentia ad actus producendos post habitus inductos. nimirum quia eam habitus agendo iuuant. *S. Thom. 1.2.q.49.a.3. & q.51. a.2. ad 3.*

2051 Non posse ab habitu produci actum alterius speciei, quam fuerit is, à quo habitus est inductus. Omnis enim effectus naturam sequitur causæ, à qua producitur. *Def.* 2013.

2052 Posse habitum per actum, quem efficit, excitare potentiam ad alterius speciei actum formandum. Nihil enim impedit. *Exper.*

2053 Habitus supernaturales vt actus supernaturales producant, specialem Dei concursum requirere. Non enim est potentia, quæ debet eos actus recipere, sufficiens ad sustentandum, nisi eleuetur per concursum specialem Dei. *Defin.* 2011.

2054 Esse inter habitus contrarietatem. Contraria enim sunt, quæ mutuò se expellunt ab eodem subiecto. Experimur autem ad positionem vnius habitus, alium habitum expelli. Ita se habent virtutes, & vitia contraria; ita peccatum, & gratia. *Exper.*

2055 A Peccato Gratiam non efficienter, sed formaliter expelli. Peccatum enim non agere potest in Gratiam, cum sit non ens. sed quia non possunt esse simul in eodem subiecto Peccatum,

& Gratiæ forma: accedente peccato, desinit gratia, desinente Deo amare peccatorem, ac proinde desinente conseruare amoris terminum gratiam. *DD.*

2056 Intensionis, ac remissionis capaces habitus esse. Experimur enim ex frequentatione actuum contrariorum paulatim in nobis minui facilitatem ad operandum actus contrarios. *Exper.*

2057 Non pati remissionem habitum Gratiæ; sed aut totalem corruptionem ad peccati præsentiam, aut nullam, si peccatum mortale non sit. Non enim habet vllum agens creatum, vnde corrumpere gratiam possit, nisi Deus desinat amare subiectum, in quo ipsa est. *DD. Theologi.*

De significatione verborum pro doctrina de Anima intellectiua.

C. 5.

2058 SApientiam dici, excellentiorem scientiam. Nam & eos, qui vniuersalium cognitionem habent, sapientes putamus; non ita eos, qui singularium: & eos, qui difficiliora, neque scitu facilia homini, cognoscere possunt: & eos, qui certiores sunt, & valentes docere, ac rerum causas reddere: & eos, qui alios dirigunt, non accipientes directionem ab alijs: & eos, qui speculatiuam potius, quàm qui practicam, & alteri ministrantem cognitionem habent. *Arist. 1. Met. cap. 2.*

2059 Scire maximè dici, qui primam causam cognoscit. *Arist. 1. Met. c. 3.*

2060 Sapientiam dici cognitionem causæ supremæ. *S. Thomas 1. p. q. 1. a. 6. & q. 14. a. 1. ad 2.*

2061 Intelligentiam dici cognitionem principiorum. *S. Th. 1. p. q. 14. a. 1. ad 2.*

2062 Scientiam dici cognitionem conclusionum. *S. Th. 1. p. q. 14. a. 1. ad 2.*

2063 Consilium, ac Prudentiam dici cognitionem agibilium. *S. Thom. supra.*

2064 Propriè scientiam esse cognitionem illam, per quam apprehendimus causam, ob quā ita res se habet, vt eam cognoscimus. vt cum intelligimus hominem risibilem esse, quia est rationalis. Perfectius enim res cognoscitur, cum eius causa cognoscitur: quatenus perfectior est causa vt causa est, effectu, qui pendet ab illa, eiusque participatio est. *Arist. lib. 1. Poster. à tex. 42.*

2065 Scientiam infusam dici eam, quam non acquirimus per nostros actus, sed immediatè accipimus à Deo. *S. Th. 1. 2 q. 51. a. 4. & 1. p. q. 1. a. 1. ad 2.*

2066 Scientiam acquisitam dici, quam nostris actibus naturaliter influentibus acquirimus. *S. Thom. supra.*

2067 Scientiam subalternantem dici eam, quæ procedit ex principijs per se notis lumine naturali; vt Arithmetica, Geometria, & huiusmodi. *S. Thom. 1. p. q. 1. a. 2. & 6. Cajet. ibid. a. 2.*

2068 Scientiam subalternatam dici eam, quæ procedit ex principijs notis lumine superioris scien-

scientiæ, vt Perspectiua procedit ex principijs notificatis per Geometriam; & Musica ex principijs per Arithmeticam notis. *S.Th.1.p.q.1.a.2. Caiet.ibid.*

2069 Disciplinam esse acceptionem cognitionis ab alio, quæ requiritur ad scientiam, *S.Th.1.2.q.4.a.1. & 2.2.q.189.a.1.ad 4.*

2070 Cognitionem per essentiam esse, cum cognitio, qua res cognoscitur, est idem cum ipsa re, quæ cognoscitur. Sola autem diuina cognitio est cognitio per essentiam. *Par.1.disp.2.à n.10. S.Th.1.p.q.56.a.3.*

2071 Cognitionem per speciē propriam esse, cum similitudo rei, quæ cognoscitur, est in potentia cognoscente. vt cum lapis videtur ab oculo per similitudinem lapidis transmissam in oculum. *S.Th.1.p.q.56.a.3.*

2072 Cognitionem per speciem alterius esse, cum res cognoscitur per similitudinem, non acceptam ab ipsa re, sed ab alio eam rem repræsentante. vt cum cognoscimus Cæsarem in eius statua, seu imagine. *S.Thom. supra.*

2073 Cognitionem per modum cognoscentis esse, cum cognitio, qua res cognoscitur, accipit modum, seu mensuram cognoscendi illam rem, non à re ipsa, sed à potentia cognoscente. vt cognitio, qua cognoscitur à beatis Deus intuitiuè, non est infinita, sed finita; quia finitum est subiectum, in quo est; à quo modum accipit finitum. *S.Thom.1.p.q.12.a.6.*

2074 Cognitionem secūdum modum rei cognitæ esse, cum cognitio mensuram accipit ad cognoscendum obiectum ab ipsius obiecti mensura; quatenus tantum cognoscit rem, quantum

ea cognoscibilis est, ita Deus cognoscit se ipsum, & comprehendit. *S.Th.1.p.q.12.a.6.*

2075 Cognitionis medium in quo, seu Speciem in qua, dici id, per cuius cognitionē in rei, quam intendimus, cognitionem deuenimus: vt per statuam Cæsaris deuenimus in ipsius Cęsaris cognitionem; & per creaturas in cognitionem Dei. *S.Th. 1.p. q.12. a.2. & 5. & in Add. q.92. a.1.ad 15.*

2076 Cognitionis mediū quo, seu per quod, seu speciem qua, esse species rerum impressas in potentijs cognoscitiuis; quas non cognoscimus, vt res ipsas cognoscamus: sed ipsis excitantibus, coadiuuantibusque potentijs, quatenus se tenēt ex parte obiectorum, repræsentantes obiecta; cognitionem obiectorum, rerumque ipsarum exprimimus. *S.Th.supra.*

2077 Cognitionis medium Sub quo, esse lumen, quo adiutæ potentiæ cognoscitiuæ apprehendunt obiecta. vt est lumen corporeum respectu oculi, & lumen gloriæ respectu intellectus creati ad videndum Deum. *S.Th.supra.*

2078 Cognitionem vespertinam dici in beatis, qua beati cognoscunt res creatas in ipsis met rebus, id est, per species creatas repræsentatiuas eorum, quorum similitudines sunt. *S.Th. 1.p. q.58.a.7.*

2079 Cognitionem matutinam dici in beatis, qua beati cognoscunt rēs creatas in Verbo; nempè quatenus videntes Verbum diuinum, quod est cognitio perfectissima, & principium omnium, cognoscunt res creatas clarius, quam si eas in ipsismet rebus cognoscerent. *S.Th. 1.p. q.58.a.7.*

2080

2080 Cognitionem comprehensiuã esse, quæ perfectè cognoscit obiectum : Perfectè autem cognoscitur obiectum, quod tantum cognoscitur, seu tanta perspicacia, quantum est cognoscibile ; seu, quod eo perfecto modo cognitionis cognoscitur, quo est cognoscibile. Solus Deus cognitionem comprehensiuam habet de seipso : quia sola diuina cognitio est infinita vt Deus est infinitus ; qui proinde infinito modo cognoscibilis est. *Dist. 1. def. 12. S. Th. 1. p. q. 12. a. 7. Aug. l. 83. qq. q. 32.*

2081 Cognitionem iudicatiuam, seu Iudiciũ verbis expressum, Propositionem, & enunciationem appellari. *Dist. 1. d. 48.*

2082 Actum cognitionis iudicatiuæ, seu Iudicij, quatenus est in mente, Sententiam dici. *DD.*

2083 Problema vocari à Mathematicis eam Propositionem, qua fieri aliquid posse enunciatur, quod fieri posse potest euidenter ostendi. vt, Super rectam lineam finitam triangulum æquilaterum posse constitui. *Clauius in Proleg. in Euclid. elem.*

2084 Theorema à Mathematicis dici eam propositionem, qua de quauis quantitate proprietas aliqua enunciatur : quam eius quantitatis esse proprietatem potest euidenter ostendi. vt, In omni triangulo esse tres angulos æquales duobus rectis. *Clau. supra.*

2085 Lemma solere à Mathematicis appellari eam propositionem, quæ ad demonstrationem alicuius problematis, vel theorematis principalis assumitur, vt demonstratio expeditior fiat, ac breuior. *Clau. supra.*

2086 Axiomata, siue Pronunciata, & effata, dici eas animi notiones, quæ ita omnibus notæ sunt, & manifestæ; vt ab eis nulla ratione dissentire vllus possit, si tantum ipsa vocabula percipiat: vt, Omne totum æquale esse suis partibus simul sumptis. *Clau. supra.*

2087 Elementa à Geometris dici demonstrationes primas, quæ in pluribus demonstrationibus insunt. quales sunt Euclidis elementa. *Arist. 5. Met. c. 3.*

DE MATHEMATICIS.

siue

De Quanto.

Onsiderari tribus modis potest Quãtum omne. Primum vt sensibilibus qualitatibus immixtum: nempe vt humidum, siccum, calidum, frigidũ, durum, molle, densum, rarum, graue, leue, & alijs hisce similibus qualitatibus affectum. omnia enim quanta, & extensa sensibiles qualitates habent. Deinde considerari potest omne quantum, vt quantum, & extensum est; siue vt mensura quædam est, aptum vt & alia quanta ipsum metiatur, & vt ab alijs quantis mensuretur. Postremo vt entis quoddam genus est, ab alijs entium generibus distinctum. qua ratione Dialectici inter Prædicamenta, id est prima re-

rerum genera, numerant quantum. Primam rerum extensarum, quantarũq; consideratione vendicat sibi Physica disciplina; Metaphysica tertiam: *a* Mathematicæ doctrinæ secundo modo circa quanti contemplationem versantur. Atque ob id mathematicæ videntur appellatæ: quoniam ad disciplinam animo inserendam aptissimæ sunt. Ita enim natura facti sumus: vt nihil percipere mente possimus, nisi id aliquo modo sub sensus cadat, ac speciem aliquam præ se ferat entis extensi. Præterea nostra mens rationalis est, per discursum addiscens, & per vnius cum altera re comparationem scientiam colligens. Cum ergo Mathematici suis doctrinis toti sint in rebus, quantis vt quantis exhibendis, ac proponendis; in eisque mensurandis, & comparandis inter se: iure ipsorum doctrinæ mathematicæ nuncupantur. *b* Ex quo intelligimus quantopere illæ Scripturarum sanctarum intelligentiam iuuent. Nam & aliquæ Scripturæ plenæ sunt doctrina mathematica: & omnes similitudinibus, methodisque mathematicis melius intelliguntur, & explicantur. Porrò quantum vt quantum, cum rationem extensionis habeat; vt eius ratio intelligatur, non apparet melior modus, methodusque commodior, quàm illud cum alio

2

3

4

5

a *Arist.* 13. *Met. c.* 3.

b *Aug. de doct. Christ. l.* 2. *c.* 16. 17. 19. *Hiero. tom.* 1. *ep.* 5.

alio quanto conferre, ac obseruare similitudinem, proportionemque, quam habet ad aliud quantum. quod est, quantum sub ratione mensuræ considerare. Quantum autem, aliud Continuum, aliud Discretum. & vtrunque potest & absolutè considerari, sine vllo respectu, præter mensuræ, proportionisque rationem; & cum respectu ad subiectum, in quo ratio quanti reperitur. Reperitur autem ratio quanti in cælo, in elementis, in obiectis sensuum, in artefactis.

Ex varia quanti vt rationem quanti, mensuræque habentis, consideratione, varia Mathematicarum disciplinarum
6 genera orta sunt. c Nam Geometria rationem quanti continui contemplatur vt quantum est, & vt habens rationem mensuræ, proportionisque, sine alio respectu. ita quantum considerat Euclides in plerisque libris Elementorum. Eodem autem modo contemplatur Arithmetica quantum discretum. de quo Euclides in elementorum libro
8 septimo, octauo, nono. Astronomia, seu Astrologia sub ratione mensuræ quantum continuum considerat cum respectu ad cælum, & sydera, eorumq; motus. Astronomica enim contemplatio, est præclara quædam cælestium magnitudinum,

c *Proclus in Comment. in Euclid. Clauius in Euclid. in Prolegom.*

dinum, circulationum, distantiarum mensuratio. Eadem ratione Geographia circa terrarum, Hydographia circa maris spatia versantur. Geodæsia quantum metitur in subiectis magnam partem ad tactum spectantibus. Metitur enim reum materialium aceruos, vt frumentum; & liquida, vt oleum; & pondera, & puteos, & hisce similia. 9 10

d *Arist. 2. Phys. t. 20.* *d* Perspectiua quantum continuum, eiusque figuras, & proportiones contemplatur in lumine, in speciebus, radijsque visualibus; quæ ad visus obiectum spectant. 11

e *Sup. d. 2. def. 890.* *e* Cum enim lumen, & species visuales pyramidaliter producantur tum ab ipso primo eorum efficiente, tum è loco, è quo fit eorum

f *Vitell. l. 2. theor. 3.* reflexio: *f* fundamentum habet Perspectiua ad lineas, figurasque mathematicas verè concipiendas, menteque formandas in visualibus radijs. quod valet ad magnitudinem, distantiam, situm, figuram obiectorum visibilium, sine errore percipiendam. Musica quantum discretum, ac numerum, eiusque proportiones considerat in sonis. Soni enim, qui hominum voce, aut instrumẽtorum musicorum pulsu eduntur, discreta quædam quanta sunt, vt experimur. Sunt & alia mathematicarum disciplinarum genera practica, quæ tum 12 13

è Geo-

è Geometria, tum ex Arithmetica deriuantur. Gnomonica in horarum dimensione, positu gnomonum exercetur.

14 Dioptrica planetarum, cæterarumque stellarum distantias dioptricis instru-

15 mentis deprehendit. Mechanica instrumentorum, ædificiorumque fabricatrix est: motus mirabiles efficit in corporibus sensu carentibus: Sphæras constituit ad cœlestium circumuolutionum imita-

16 tionem. Supputatrix, quam Arithmeticam practicam appellamus, numeros in praxim deducit, ad quæcunque facile numeranda.

17 Mirabilis autem est mathematica methodus ad cognitionem, scientiamq; pariendam: è principijs manifestis, ac lumine naturali notis procedit ad ignota, eorumque cognitionem parit euidentem; eaque habita deinceps ad ignotiora progreditur, vt ea quoque manifesta reddantur; indeque ad alia cognoscenda gradum facit; donec rerum intelligentiam admirabilem pariat. Quã methodum vt quisque experiatur in doctrina sacra apprehendenda, vehementer hortamur. Vnus enim mathematicarum disciplinarum vsus, præter alios, is est: vt in inuestiganda in alijs doctrinis intelligentia, mathematicam methodum imitemur; vt principio à

ma-

manifestis, primisque notionibus ordiamur; tum ad difficiliora, obscurioraque progrediamur, eam nos methodum imitari conamur in his Introductionis nostræ libellis, quam vt apertius alijs proponamus ad sacræ doctrinæ intelligentiam inuestigandam, & interpretandam; huic de naturali Theologia parti tantum mathematicarum definitionum inseruimus, quantum satis esse putauimus ad exemplum. Quam- 18
quam alius etiam est mathematicarum disciplinarum vsus multò vtilior. vt, quia quicquid nos intelligimus, ad modum rerum corporatarum apprehendimus, & quasi quanta quædam, quantorumque simulacris obuoluta: hunc intelligentiæ nostræ modum mathematici quanti doctrina iuuemus. nam, quia secundum nostrum modum intelligendi simulacra corporea, & extensa rationibus respondent intelligibilibus obiectorum per ea simulacra expressorum: si rationes simulacrorum, signorumque rectè tenuerimus; melius obiectorum intelligibilium rationes assequemur. Traditautem simulacrorum rationes, quatenus quanta sunt ea simulacra, Geometria. Quare quò plures geometricarum notionum mente complexi fuerimus; eò erit vberior obie

ctorum, quæ ad cognoscendum proponuntur, intelligentia. Geometricas notiones comparare nobis ex Euclidis elementis possumus magnam partem. aliqua nos in hac nostra Distinctione transcribimus ex Euclide: ne nullam geometricarum notionum habeant qui nolunt Euclidem adire. Eo res physicas explicandi modo secundum notiones mathematicas passim vtitur Aristoteles. Lubet exemplum aliquod huc adducere. Quoniam rationem generis nostro intelligẽdi modo vt totum quid concipimus, rationes specificas vt partes totius: intelligimus ex notionibus geometricis recte hoc argumentum concludere, Omne animal est sensibile, Omnis homo est animal, ergo omnis homo est sensibilis. nam, quia totum A B, est idem cum toto C D; pars autem E B, est pars totius A B: fit vt E B sit etiam pars totius C D. Qua autem ratione notiones geometricæ possint interpretandis Scripturis sacris accommodari; videre licebit in Paradigmate, 19 quod huic opusculo adijciemus. Porro Arithmeticæ cognitio valet plurimum ad mysticam numerorum, quæ sunt in diuinis Scripturis, intelligentiam. 20 Astronomiæ doctrina pleniorem reddit, & admirabiliorem interpretationem



manifestis, primisque notionibus ordiamur; tum ad difficiliora, obscurioraque progrediamur: eam nos methodum imitari conamur in his Introductionis nostræ libellis, quam vt apertius alijs proponamus ad sacræ doctrinæ intelligentiam inuestigandam, & interpretandam; huic de naturali Theologia parti tantum mathematicarum definitionum inseruimus, quantum satis esse putauimus ad exemplum. Quam- 18
quam alius etiam est mathematicarum disciplinarum vsus multò vtilior. vt, quia quicquid nos intelligimus, ad modum rerum corporatarum apprehendimus, & quasi quanta quædam, quantorumque simulacris obuoluta: hunc intelligentiæ nostræ modum mathematici quanti doctrina iuuemus. nam, quia secundum nostrum modum intelligendi simulacra corporea, & extensa rationibus respondent intelligibilibus obiectorum per ea simulacra expressorum: si rationes simulacrorum, ignorumque rectè tenuerimus; melius obiectorum intelligibilium rationes assequemur. Traditautem simulacrorum rationes, quatenus quanta sunt ea simulacra, Geometria. Quare quò plures geometricarum notionum mente complexi fuerimus; eò erit vberior obie-

cto-

ctorum, quæ ad cognoscendum proponuntur, intelligentia. Geometricas notiones comparare nobis ex Euclidis elementis possumus magnam partem. aliqua nos in hac nostra Distinctione transcribimus ex Euclide: ne nullam geometricarum notionum habeant qui nolunt Euclidem adire. Eo res physicas explicandi modo secundum notiones mathematicas passim vtitur Aristoteles. Lubet exemplum aliquod huc adducere. Quoniam rationem generis nostro intelligẽdi modo vt totum quid concipimus, rationes specificas vt partes totius: intelligimus ex notionibus geometricis rectè hoc argumentum concludere, Omne animal est sensibile, Omnis homo est animal, ergo omnis homo est sensibilis. nam, quia totum A B, est idem cum toto C D; pars autem E B, est pars totius A B: fit vt E B sit etiam pars totius C D. Qua autem ratione notiones geometricæ possint interpretandis Scripturis sacris accommodari; videre licebit in Paradigmate, 19 quod huic opusculo adijciemus. Porrò Arithmeticæ cognitio valet plurimum ad mysticam numerorum, quæ sunt in diuinis Scripturis, intelligentiam. 20 Astronomiæ doctrina pleniorem reddit, & admirabiliorem interpretationem



nem eorum, quæ ſacra doctrina docet de cælo, & aſtris. quantò enim vberius? quantò cum maiore admiratione diuinæ omnipotentiæ intelligimus illa verba Pſalmi decimi octaui, *Cæli enarrant gloriam Dei: Exultauit (Sol) vt gigas ad currendam viam*: ſi Aſtronomia ſuggerente cæli molem pene immenſam, aſtrorum magnitudinem, motuumque velocitatem penè incredibilem prænouerimus? præterquam quod multa Scripturæ ſanctæ loca intelligi non poſſunt ſine Aſtronomiæ prænotione. Geographia terrarum, vrbium, regionum ſitum, ac diſtantiam dum docet; mirum quantam lucem nobis præfert ad perplexas in ſacris narrationibus quæſtiones ſoluendas. ea magiſtra intelligimus modo eſſe, modo non eſſe duorum Scripturæ ſanctæ locorum eandem narrationem. Multa ad Geographiam ſpectantia in tertia Introductionis parte dicentur, cum vrbium, regionum, fluminum nomina recenſebimus. Perſpectiuæ vſus plurimus eſt ad viſibilia myſticè interpretanda. Viſus enim corporeus ſpirituali cognitioni magna proportione reſpondet. quare ſymbola ſunt ea, quæ ad oculorum aſpectum pertinent, ad indicandum ea, quæ ad mentis cognitionem attinent. Fieri 21 22

ergo

ergo non potest, quin veri, solidiq; sint ij,
quos cõceptus concionatorios vocãt, qui
è diuinis Scripturis secũdum Perspectiuæ
23 doctrinam mystice eruuntur. Ad eosdem
sensus mysticos cõcinnandos inducit Mu-
sica, & quodcunque Mathematicarũ di-
24 sciplinarũ genus practicum. Quæcunque
autem mathematica, si attentè inspicias,
locos esse dices topicos egregios ad simi-
litudines aptissimas educendas ad explica-
tionem, interpretationemq; diuinorũ.
Vt, si velis in diuina Trinitate interpre-
tari similitudine aliqua rudiũ captui ac-
commodata vnã subsantiam in trinitate
Personarum; *g* tres æquales circulos pro-
pone. vt enim eorũ trium circulorũ vna
est mẽsura, cũ tamẽ peripheriç, terminiq;
distincti sint inter se: ita in diuina subsan-
tia, vna est subsantia, vna essentia, tribus
terminis, personisq; distincta. quãquam
similitudo nõ est omnino adæquata. licet
enim in tribus circulis vna sit mensurę, &
capacitatis ratio; verè tamen in re tres
areæ, tres capacitates sunt: cum tamen in
diuina Trinitate, non per intellectum
abstracta, sed reipsa, vna sit indiuidua
subsantiæ ratio in tribus personis. Quare
illud semper aduertendum est in simili-
tudinibus, quæ à corporatis ducuntur ad si-
gnificanda spiritualia; vt ne error in in-
telligendo cõtingat, ratio indicetur diffe-

g

rentiæ, quæ inter similitudinem, remque
significatã intercedit. Porrò nolim quis 25
putet nos in hoc opusculo omnia mathematica consectari, aut saltem ea, quæ intelligentiæ sacræ deseruiunt. infinitum enim negotiũ hoc esset; neque huic operi necessarium. sunt in promptu libri plurimi methodo facillimi de mathematicis conscripti, vt Euclidis, vt Clauij opera omnia, vt Vitellonis optica, vt Vitruuij architectura, vt Abraham Ortelij Geographia, vt Aristotelis liber de mechanicis quæstionibus. Adeat eos libros, qui Scripturarum sanctarum interpretationem vberiorem volet efficere. Nos contenti fumus ex ijs libris ea tantum excerpere, & in hęc opuscula nostra transferre, quæ satis esse putauimus ad introducendum in mathematicas disciplinas; quæq; ad manus esse possent ijs, quibus aut facultas, aut voluntas non esset ad mathematicos libros consulendos. Ex geographicis ea solum attingimus, quæ ad regiones, vrbes, maria, flumina, montes, aliaq; loca spectant, de quibus in Scripturis sacris fit mentio; eaque in tertia Parte describimus in distinctione sexta de verborum significatione.

DE-

De Geometricis. c. 1.

2088 GEometriam esse scientiam, quæ quantum continuum contemplatur vt quantum est, & vt habens mensuræ, proportionisq; rationem, sine alio respectu. *Clauius in Proleg. in Euclid.*

2089 *a* Punctum esse illud quantitatis extremum, quod nullo modo in partes vllas diuidi, neque mente, potest. *Euclides l. 1. elem. def. 1. Arist. 5. Met. c. 12.* a *Ex Eucl. elem. 1.*

2090 *b* Lineam esse illud quantitatis extremum, quod longitudinem habet latitudinis expertem. *Euclid. l. 1. def. 2. Arist. 5. Met. c. 12.*

b

2091 Lineæ terminos, esse puncta. *Euclid. l. 1. def. 3.*

2092 Lineam rectam esse, quæ æqualiter inter sua puncta extenditur. seu, In qua nihil flexuosum reperitur. *Eucl. l. 1. def. 4.*

c

2093 *c* Superficiem esse, quæ longitudinem, latitudinemque tantum habet. *Eucl. l. 1. def. 5.*

2094 Superficiei extrema, esse lineas. *Eucl. l. 1. def. 6.*

d

2095 Planam superficiem esse, quæ ex æquo suas interiacet lineas. *Eucl. l. 1 def. 7.*

2096 *d* Planum angulum esse, duarum linearum in plano se mutuo tangentium, alterius ad

alteram inclinationem. *Eucl. l. 1. def. 8.*

2097 Cum lineæ, quæ angulum continent, rectæ fuerint, rectilineum illum angulum appellari. *Eucl. l. 1. def. 9.*

2098 *e* Cum recta linea super rectam consistens lineã eos, qui sunt deinceps, angulos æquales inter se fecerit, rectum esse vtrunque æqualium angulorum. & Perpendicularem appellari eam lineam rectam, quæ super rectam insistit lineam. *Eucl. l. 1. def. 10.*



2099 *f* Obtusum angulum esse, qui recto maior est. *Eucl. l. 1. def. 11.*

2100 Acutum angulum esse, qui minor est recto. *Eucl. l. 1. def. 12.*

2101 * Figuram esse, quæ sub aliquo, vel aliquibus terminis, seu extremis comprehenditur. *Eucl. l. 1. def. 14.*

* *Dist. 2. def.* 856. 857.

2102 *g* Circulum esse, figurã planam sub vna linea comprehensam, quæ peripheria appellatur: ad quam ab vno puncto eorum, quæ intra figuram sunt posita, cadentes omnes rectæ lineæ inter se sunt æquales. *Eucl. l. 1. def. 15.*



2103 Punctum illud intra circulum, à quo omnes rectæ lineæ ad peripheriam ductæ sunt æquales, Centrum circuli appellari. *Eucl. l. 1. def. 16.*



2104 *h* Diametrum circuli, esse rectam quãdam lineam per centrum ductam, & ex vtraque parte in circuli peripheriam terminatam, quæ circulum bifariam secat. *Eucl. l. 1. def. 17.*

2105 Semicirculum esse figuram, quæ continetur sub diametro, & sub ea linea, quæ de circuli peripheria aufertur. *Eucl. l. 1. def. 18.*

2106 Rectilineas figuras esse, quæ sub rectis

lineis

lineis continentur. *Eucl. l. 1. def. 19.*

2107 Trilateras figuras esse, quæ sub tribus; quadrilateras, quæ sub quatuor; multilateras, quæ sub pluribus, quam quatuor rectis lineis cõprehenduntur. *Eucl. l. 1. def. 20. 21. 22.*

2108 Trilaterarum figurarum, *i* Æquilaterum esse triangulum, quod tria latera æqualia; *k* Isosceles, quod duo tãtum: *l* Scalenum, quod tria inæqualia latera habet. *Eucl. l. 1. def. 23. 24. 25.*

i



k

l



m

n



o



2109 Rectangulum triangulum esse, quod rectũ angulum; Amblygonium, quod obtusum; Oxygonium, quod tres habet angulos acutos. *Eucl. l. 1. def. 26. 27. 28.*

2110 *m* Quadratum esse, quadrilaterarum figurarum illam, quæ & æquilatera, & rectangula est. *Eucl. l. 1. def. 29.*

2111 *n* Parallelas rectas lineas esse, quę cum in eodem sint plano, & ex vtraque parte in infinitum producantur, in neutram sibi mutuo incidunt. *Eucl. l. 1. def. 34.*

2112 *o* Paralellogrammum esse figurã quadrilateram, cuius bina opposita latera sunt parallela, seu æquidistantia. *Eucl. l. 1. def. 35.*

2113 Esse inter se æqualia, quæ eidem sunt æqualia. &, Maius esse, aut minus altero æqualium, quod vno æqualium maius, aut minus est. &, Si vnum æqualium maius, aut minus est magnitudine quapiam; alterum quoque æqualium eadem magnitudine maius, aut minus esse. *Eucl. l. 1. Axiom. 1.*

2114 Si æqualibus æqualia adieceris, æqualia euadere ipsa tota. *Eucl. l. 1. Axiom. 2.*

2115 Si æqualibus æqualia demas; esse, quæ

relinquuntur, æqualia. *Eucl.l.1.Ax.3.*

2116 Si inæqualibus æqualia adieceris, euadere ipsa tota inæqualia. &, Si inæqualibus inæqualia adieceris, maiori maius, minori minus, euadere ipsa tota inæqualia, illud nimirum maius, & hoc minus. *Eucl.l.1.Ax.4.*

2117 Si ab inæqualibus æqualia absluleris, reliqua esse inæqualia. &, Si ab inæqualibus inæqualia absluleris, à maiori minus, & à minori maius; reliqua esse inæqualia, illud nimirum maius, & hoc minus. *Eucl.l.1.Ax.5.*

2118 Æqualia esse inter se, quæ eiusdem sunt duplicia. &, quod vnius æqualium duplum est, duplum & alterius æqualiũ esse. *Eucl.l.1.Ax.6.*

2119 Æqualia esse inter se, quæ sunt eiusdem dimidia. & contra, esse eiusdem dimidia, quæ inter se sunt æqualia. *Eucl.l.1.Ax.7.*

2120 Æqualia esse inter se, quæ sibi mutuo congruunt. *Eucl.l.1.Ax.8.*

2121 Totum sua parte maius esse. *Eucl.l.1. Ax.9.*

P

2122 *p* Duas lineas rectas in vno puncto cõcurrentes, necessario se in eo puncto intersecare, si ambæ producantur. *Eucl.l.1.Ax.11.*

2123 Omnes angulos rectos æquales esse inter se. Fiunt enim à perpendiculari, quæ angulos æquales facit. *Eucl.l.1.def.10.& Ax.12.*

q

2124 *q* Duas rectas lineas spatium non comprehendere. Quare vt spatium comprehendatur, tertia linea est adiungenda. *Eucl.l.1.Ax.14.*

2125 Si æqualibus inæqualia adijciantur, esse totorum excessum, adiunctorum excessui æqualem. *Euclid.l.1.Ax.15.*

2126 Si inæqualibus æqualia adiungantur, esse

esse totorum excessum excessui eorum, quæ à principio erant, æqualem. *Eucl.l.*1.*Ax.*16.

2127 Si ab æqualibus inæqualia demantur, esse residuorum excessum, excessui ablatorum æqualem. *Eucl.l.*1.*Ax.*17.

2128 Si ab inæqualibus æqualia demantur, esse residuorum excessum, excessui totorum æqualem. *Eucl.l.*1.*Ax.*18.

2129 Omne totum æquale esse omnibus suis partibus simul sumptis. *Eucl.l.*1.*Ax.*19.

2130 Si totum totius est duplum, & ablatum ablati: esse & reliquum reliqui duplum. *Eucl.l.*1,*Ax.*20.

2131 Si duo triangula duo latera duobus lateribus æqualia habeant, vtrumque vtrique; habeant vero & angulum angulo æqualé sub æqualibus rectis lineis contentum: Et basim basi æqualem habere: esseque triangulum triangulo æquale; ac reliquos angulos reliquis angulis æquales esse, vtrunque vtrique sub quibus æqualia latera subtenduntur. *Eucl.l.*1.*Prop.*4.

2132 Isoscelium triangulorum, qui ad basim sunt, angulos inter se æquales esse: Et productis æqualibus rectis lineis, qui sub basi sunt, angulos inter se æquales esse. *Eucl.l.*1.*Prop.*5.

2133 Si trianguli duo anguli æquales inter se fuerint; & sub æqualibus angulis subtensa latera æqualia esse inter se. *Eucl.l.*1.*Prop.*6.

2134 Cum recta linea super rectam consistés lineam angulos facit, Aut duos rectos, aut duobus rectis æquales efficere. *Eucl.l.*1. *Prop.*13.

2135 Si ad aliquam rectam lineam, atque ad eius punctum, duæ rectæ lineæ non ad easdem partes ductæ eos, qui sunt deinceps, angulos

duobus rectis æquales fecerint; in directum esse inter se ipsas rectas lineas. *Eucl. l. 1. Prop. 14.*

2136 Cuiuscunque trianguli duos angulos duobus rectis esse minores, omnifariam sumptos. *Eucl. l. 1. Prop. 17.*

2137 Omnis trianguli maius latus maiorem angulum subtendere. *Eucl. l. 1. Prop. 18.*

2138 Omnis trianguli maiorem angulum maiori lateri subtendi. *Eucl. l. 1. Prop. 19.*

2139 Omnis trianguli duo latera reliquo esse maiora, quomodocunque assumpta. *Eucl. l. 1. Prop. 20.*

2140 Si super trianguli vno latere, ab extremitatibus duæ rectæ lineæ interius constitutæ fuerint; has constitutas reliquis trianguli duobus lateribus minores quidem esse, maiorem vero angulum continere. *Eucl. l. 1. Prop. 21.*

2141 Si duo triangula duo latera duobus lateribus æqualia habuerint, vtrumque vtrique, angulum vero angulo maiorem sub æqualibus rectis lineis contentum: Et basim basi maiorem habere. *Eucl. l. 1. Prop. 24.*

1 2142 r Si in duas rectas lineas recta incidens linea alternatim angulos æquales inter se fecerit: parallelas esse inter se illas rectas lineas. *Eucl. l. 1. Prop. 27.*

2143 Si in duas rectas lineas recta incidens linea externum angulum interno, & opposito, & ad eadem partes, æqualem fecerit; Aut internos, & ad eadem partes duobus rectis æquales: Parallelas esse inter se ipsas rectas lineas. *Eucl. l. 1. Prop. 28.*

2144 Esse inter se parallelas, quæ eidem rectæ lineæ sunt parallelæ. *Eucl. l. 1. Prop. 30.*

2145

2145 Cuiuſcunque trianguli vno latere producto: Externum angulum duobus internis, & oppoſitis eſſe æqualem. Et trianguli tres internos angulos duobus eſſe rectis æquales. *Euclid. l.1.Prop.32.*

2146 s Rectas lineas, quæ æquales, & parallelas lineas ad partes eaſdem coniungunt; Et ipſas æquales, & parallelas eſſe. *Eucl.l.1.Prop.33.* s



2147 Parallelogramma ſuper eadem baſi, & in eiſdem parallelis conſtituta, inter ſe eſſe æqualia. *Eucl l.1.Prop.35.*

2148 Parallelogramma ſuper æqualibus baſibus, & in eiſdem parallelis conſtituta, inter ſe eſſe æqualia. *Eucl. l.1.Prop.36.*

2149 Triangula ſuper eadem baſi conſtituta, & in eiſdem parallelis, inter ſe eſſe æqualia. *Eucl.l.1.Prop.37.*

2150 Si parallelogrammum cum triangulo eandem baſim habuerit, in eiſdemque fuerit parallelis; duplum eſſe parallelogrammum ipſius trianguli. *Eucl.l.1.Prop.41.*

2151 In rectangulis triangulis, quadratum, quod à latere rectum angulum ſubtendente deſcribitur, æquale eſſe eis, quæ à lateribus rectum angulum continentibus deſcribuntur, quadratis. *Eucl.l.1.Prop.47.*

2152 t Contineri dici parallelogrammum omne rectangulum ſub rectis duabus lineis, quæ rectum angulum comprehendunt. *Eucl.l.2.def.1.* t *Ex Eucl. elem.2.*

2153 Si fuerint duæ rectæ lineæ, ſeceturque ipſarum altera in quotcunque ſegmenta: rectangulum comprehenſum ſub illis duabus rectis lineis, æquale eſſe eis, quæ ſub inſecta, & quolibet ſegmentorum comprehenduntur, rectangulis.

Eucl. l. 2. Prop. 1.

2154 Si recta linea secta sit vtcunque: Rectangula, quæ sub tota, & quolibet segmẽtorum comprehenduntur, æqualia esse ei, quæ à tota fit, quadrato. *Eucl. l. 2. Prop. 2.*

u *Ex Eucl. elem. 3.*

2155 u Æquales circulos esse, quorum diametri sunt æquales; vel quorum quæ ex centris, rectæ lineæ sunt æquales. *Euclid. l. 3. def. 1.*

x



2156 x Dici rectam lineam circulum tangere; quæ cum circulum tangat, si producatur, circulum non secat. *Eucl. l. 3. def 2.*

2157 Dici circulos sese mutuo tangere, qui se mutuo tangentes, sese mutuo non secant. *Eucl. l. 3. def. 3.*

2158 In circulo æqualiter distare à centro rectas lineas dici, cum perpendiculares, quæ à centro in ipsas ducuntur, sunt æquales. Longius autem abesse illam dici, in quam maior perpendicularis cadit. *Eucl. l. 3. def. 4.*

z

2159 z Segmentum circuli, esse figuram, quę sub recta linea, & circuli peripheria comprehenditur. *Eucl. l. 3. def. .*

2160 Segmenti angulum esse, qui sub recta linea, & circuli peripheria comprehenditur. *Eucl. l. 3. def. 6.*



2161 In segmento *a* angulum esse, cum in segmenti peripheria sumptum fuerit quodpiam punctum, & ab illo in terminos rectę eius lineæ, quę segmenti basis est, adiunctę fuerint rectę lineæ; tum, in quam, angulum ab adiunctis illis lineis comprehensum. *Eucl. l. 3. def. 7.*



2162 Illi *b* peripheriæ dici angulum insistere, quam assumunt rectę lineę angulum illum comprehendentes. *Eucl. l. 3. def. 8.*

2163



2163 Sectorem circuli esse angulum, qui ad ipsius circuli centrum constituitur; comprehensa nimirum figura & à rectis lineis angulum continentibus, & à peripheria ab illis assumpta. Talis est angulus A B C. *Euclid.l.3.def.9.*

2164 Similia circuli segmenta esse, quę angulos capiunt æquales. Aut in quibus anguli sunt æquales. *Eucl.l.3.def.10.*

2165 Si in circuli peripheria duo quælibet pũcta accepta fuerint; Rectam lineam, quæ ad ipsa puncta adiungitur, intra circulum cadere. *Eucl. l.3.Prop.2.*

2166 Si in circulo recta quædam linea per centrum extensa quandam non per centrũ extensam bifariam secet: ad angulos rectos ipsam secare. Et si ad angulos rectos eam secet, bifariam quoque eam secare. *Eucl.l.3.Prop.3.*

2167 Si in circulo duæ rectæ lineæ sese mutuo secant non per centrum extensæ: sese mutuo bifariam non secare. *Eucl.l.3.Prop.4.*

2168 Si duo circuli sese mutuo secent; non esse illorum idem centrum. *Eucl.l.3. Prop.5.*

2169 Si duo circuli sese mutuo interius tangant: eorũ non esse idem centrũ. *Eucl.l.3.Prop.6.*

2170 Si in diametro circuli quodpiam sumatur punctum, quod circuli centrũ non sit, ab eoq; puncto in circulum quædam rectæ lineæ cadãt: Maximam quidem esse eam, in qua centrum; minimam verò reliquam; aliarum verò propinquiorem illi, quæ per centrũ ducitur, remotiore semper maiorem esse: Duas autem solum rectas lineas æquales ab eodem puncto in circulum cadere, ad vtrasque partes minimas, vel maximas. *Euclid.l.3.Prop.7.*

2171 Si extra circulum sumatur punctum quodpiam, ab eoque puncto ad circulum deducãtur rectæ quædam lineæ; quarum vna quidem per centrum protendatur, reliquæ verò vt liber: In cauam peripheriam cadentium rectarũ linearum maximam quidem esse illam, quæ per centrum ducitur; aliarum autem propinquiorem ei, quæ per cẽtrum transit, remotiore semper maiorem esse: In conuexam verò peripheriam cadentium rectarum linearum minimam quidem esse illam, quæ inter punctum, & diametrum interponitur; aliarum autem eam, quæ propinquior est minimæ, remotiore semper minorem esse. Duas autem tantum rectas lineas æquales ab eo puncto in ipsum circulum cadere, ad vtrasque partes minimas, vel maximas. *Eucl. l. 3. Prop.* .

2172 Circulum circulum in pluribus, quàm duobus, punctis non secare. *Eucl. l 3. Prop.* 10.

a *Centra, sym bola cordium; cõtactus cõuersationis; linea ex centris sym bolum est affectuũ ex cordibus procedẽtiũ: qui in cõtactu conuersationis cernũtur quales ex corde procedunt.*

2173 *a* Si duo circuli sese exterius cõtingant, lineam rectam, quę ad centra eorum adiungitur, per contactum transire. *Eucl. l. 3. Prop.* 12.

2174 *b* Circulum circulum non tangere in pluribus punctis, quàm vno, siue intus, siue extra tangat. *Eucl. l. 3. Prop.* 13.

2175 *c* In circulo æquales rectas lineas æqualiter à centro distare. Et quæ æqualiter distant à centro, æquales esse inter se. *Eucl. l 3. Prop.* 14.

2176 *d* In circulo maximam quidem lineam diametrum esse; aliarum autem propinquiorem centro, remotiore semper maiorem. *Eucl. l. 3. Prop.* 15.

b *Noster affectus non debet immergi in*

2177 *e* Si circulum tetigerit recta quæpiam linea, à contactu autem recta linea ad angulos rectos ipsi tangenti excitetur: In excitata esse

cen-

centrum circuli. *Eucl.l.3. Prop.19.*

2178 *f* In circulo angulum ad centrum dupli-cem esse anguli ad peripheriam; cum fuerit ea-dē peripheria basis angulorū. *Eucl.l.3.Prop.20.*

2179 In æqualibus circulis, æquales angulos æqualibus peripherijs insistere, siue ad centra, siue ad peripherias constituti insistant. *Eucl.l.3. Prop.26.*

2180 In æqualibus circulis, æquales rectas li-neas æquales peripherias auferre. *Euclid. l.3. Prop.28.*

2181 *g* Dici figuram rectilineam in figura rectilinea inscribi, *b* cum singuli eius figuræ, quæ inscribitur, anguli, singula latera eius, in qua in-scribitur, tangunt. *Eucl.l.4.def.1.*

2182 Circum figuram dici figuram describi, cum singula eius, quæ circumscribitur, latera sin-gulos eius figuræ angulos tetigerint, circum quam illa describitur. *Eucl.l.4.def 2.*

2183 *i* Dici figuram rectilineam in circulo inscribi, cum singuli eius figuræ, quæ inscribitur, anguli, tetigerint circuli peripheriam. *Eucl.l.4. def.3.*

2184 *k* Dici figuram rectilineam circa circu-lum describi, cum singula latera eius, quæ cir-cumscribitur, circuli peripheriam tangunt. *Eucl. l.4.def.4.*

2185 Dici rectam lineam in circulo accom-modari, seu coaptari, cum eius extrema in circu-li peripheria fuerint. *Eucl.l.4.def.7.*

2186 *l* Minorem illam magnitudinem, quæ maiorē metitur, partem appellari. *Eucl.l.5.def.1.*

2187 Maiorem magnitudinem à minori men-suratam, minoris multiplicē dici. *Eucl. l.5.def.2.*

creaturis, sed vti illis tātum in necessarijs.

c *Centrū diuina voluntas; lineæ à centro distātes affectus erga creaturas.*

d *Nobilissimi sūt affectus voluntati diuinæ maximè conformes.*

e *Habet in se centrū diuinæ voluntatis ille affectus, qui in actionum peripheria rectū est.*

f *Virtutes, quæ circa Deum, nobiliores virtutibus, quæ circa media ad Deum.*

g *Ex Euclid. elem.4.*

h



alteram inclinationem. *Eucl.l.1.def.8.*

2097 Cum lineæ, quæ angulum continent, rectæ fuerint, rectilineum illum angulum appellari. *Eucl.l.1.def 9.*

2098 *e* Cum recta linea super rectam consistens lineã eos, qui sunt deinceps, angulos æquales inter se fecerit, rectum esse vtrunque æqualium angulorum. & Perpendicularem appellari eam lineam rectam, quæ super rectam insistit lineam. *Eucl.l.1.def.10.*

e

2099 *f* Obtusum angulum esse, qui recto maior est. *Eucl l.1.def 11.*

f



2100 Acutum angulum esse, qui minor est recto. *Eucl.l.1.def.12.*

2101 * Figuram esse, quæ sub aliquo, vel aliquibus terminis, seu extremis comprehenditur. *Eucl.l.1.def.14.*

* *Dist.2.def.* 856.857.

g



2102 *g* Circulum esse, figurã planam sub vna linea comprehensam, quæ peripheria appellatur: ad quam ab vno puncto eorum, quæ intra figuram sunt posita, cadentes omnes rectæ lineæ inter se sunt æquales. *Eucl.l.1.def.15.*

2103 Punctum illud intra circulum, à quo omnes rectæ lineæ ad peripheriam ductæ sunt æquales, Centrum circuli appellari. *Eucl.l.1. def.16.*

h



2104 *h* Diametrum circuli, esse rectam quãdam lineam per centrum ductam, & ex vtraque parte in circuli peripheriam terminatam, quæ circulum bifariam secat. *Eucl.l.1.def.17.*

2105 Semicirculum esse figuram, quæ continetur sub diametro, & sub ea linea, quæ de circuli peripheria aufertur. *Eucl.l.1.def.18.*

2106 Rectilineas figuras esse, quæ sub rectis

lineis

lineis continentur. *Eucl. l. 1. def. 19.*

2107 Trilateras figuras esse, quæ sub tribus; quadrilateras, quæ sub quatuor; multilateras, quæ sub pluribus, quam quatuor rectis lineis cõprehenduntur: *Eucl. l. 1. def. 20. 21. 22.*

2108 Trilaterarum figurarum, *i* Æquilaterum esse triangulum, quod tria latera æqualia; *k* Isosceles, quod duo tãrum: *l* Scalenum, quod tria inæqualia latera habet. *Eucl. l. 1. def. 23. 24. 25.*

i

k

l

2109 Rectangulum triangulum esse, quod rectũ angulum; Amblygonium, quod obtusum; Oxygonium, quod tres habet angulos acutos. *Eucl. l. 1. def. 26. 27. 28.*

2110 *m* Quadratum esse, quadrilaterarum figurarum illam, quæ æquilatera, & rectangula est. *Eucl. l. 1. def. 29.*

2111 *n* Parallelas rectas lineas esse, quæ cum in eodem sint plano, & ex vtraque parte in infinitum producantur, in neutram sibi mutuo incidunt. *Eucl. l. 1. def 34.*



m

2112 *o* Paralellogrammum esse figurã quadrilateram, cuius bina opposita latera sunt parallela, seu æquidistantia. *Eucl. l. 1. def. 35.*



n

2113 Esse inter se æqualia, quæ eidem sunt æqualia. &, Maius esse, aut minus altero æqualium, quod vno æqualium maius, aut minus est. &, Si vnum æqualium maius, aut minus est magnitudine quapiam; alterum quoque æqualium eadem magnitudine maius, aut minus esse. *Eucl. l. 1. Axiom. 1.*



o

2114 Si æqualibus æqualia adieceris, æqualia euadere ipsa tota. *Eucl. l. 1. Axiom. 2.*

2115 Si æqualibus æqualia demas; esse, quæ

relinquuntur, æqualia. *Eucl.l.1.Ax.3.*

2116 Si inæqualibus æqualia adieceris, euadere ipsa tota inæqualia. &, Si inæqualibus inæqualia adieceris, maiori maius, minori minus, euadere ipsa tota inæqualia, illud nimirum maius, & hoc minus. *Eucl.l.1.Ax.4.*

2117 Si ab inæqualibus æqualia absfuleris, reliqua esse inæqualia. &, Si ab inæqualibus inæqualia absfuleris, à maiori minus, & à minori maius; reliqua esse inæqualia, illud nimirum maius, & hoc minus. *Eucl.l.1.Ax.5.*

2118 Æqualia esse inter se, quæ eiusdem sunt duplicia. &, quod vnius æqualium duplum est, duplum & alterius æqualiũ esse. *Eucl.l.1.Ax.6.*

2119 Æqualia esse inter se, quæ sunt eiusdem dimidia. & contra, esse eiusdem dimidia, quæ inter se sunt æqualia. *Eucl.l.1.Ax.7.*

2120 Æqualia esse inter se, quæ sibi mutuo congruunt. *Eucl.l.1.Ax.8.*

2121 Totum sua parte maius esse. *Eucl.l.1. Ax.9.*



2122 *p* Duas lineas rectas in vno puncto cõcurrentes, necessario se in eo puncto intersecare, si ambæ producantur. *Eucl.l.1,Ax.11.*

2123 Omnes angulos rectos æquales esse inter se. Fiunt enim à perpendiculari, quæ angulos æquales facit. *Eucl.l.1.def.10.& Ax.12.*



2124 *q* Duas rectas lineas spatium non comprehendere. Quare vt spatium comprehendatur, tertia linea est adiungenda. *Eucl.l.1.Ax.14.*

2125 Si æqualibus inæqualia adijciantur, esse totorum excessum, adiunctorum excessui æqualem. *Euclid.l.1.Ax.15.*

2126 Si inæqualibus æqualia adiungantur, esse

esse totorum excessum excessui eorum, quæ à principio erant, æqualem. *Eucl.l.*1.*Ax.*16.

2127 Si ab æqualibus inæqualia demantur, esse residuorum excessum, excessui ablatorum æqualem. *Eucl.l.*1.*Ax.*17.

2128 Si ab inæqualibus æqualia demantur, esse residuorum excessum, excessui totorum æqualem. *Eucl.l.*1.*Ax.*18.

2129 Omne totum æquale esse omnibus suis partibus simul sumptis. *Eucl.l.*1.*Ax.*19.

2130 Si totum totius est duplum, & ablatum ablati: esse & reliquum reliqui duplum. *Eucl.l.*1.*Ax.*20.

2131 Si duo triangula duo latera duobus lateribus æqualia habeant, vtrumque vtrique; habeant vero & angulum angulo æqualem sub æqualibus rectis lineis contentum: Et basim basi æqualem habere: esseque triangulum triangulo æquale; ac reliquos angulos reliquis angulis æquales esse, vtrunque vtrique, sub quibus æqualia latera subtenduntur. *Eucl.l.*1.*Prop.*4.

2132 Isosceliũ triangulorum, qui ad basim sunt, angulos inter se æquales esse: Et productis æqualibus rectis lineis, qui sub basi sunt, angulos inter se æquales esse. *Eucl.l.*1.*Prop.*5.

2133 Si trianguli duo anguli æquales inter se fuerint: & sub æqualibus angulis subtensa latera æqualia esse inter se. *Eucl.l.*1.*Prop.*6.

2134 Cum recta linea super rectam consistẽs lineam angulos facit, Aut duos rectos, aut duobus rectis æquales efficere. *Eucl.l.*1. *Prop.*13.

2135 Si ad aliquam rectam lineam, atque ad eius punctum, duæ rectæ lineæ non ad easdem partes ductæ eos, qui sunt deinceps, angulos

duobus rectis æquales fecerint; in directum esse inter se ipsas rectas lineas. *Eucl. l. 1. Prop. 14.*

2136 Cuiuscunque trianguli duos angulos duobus rectis esse minores, omnifariam sumptos. *Eucl. l. 1. Prop. 17.*

2137 Omnis trianguli maius latus maiorem angulum subtendere. *Eucl. l. 1. Prop. 18.*

2138 Omnis trianguli maiorem angulum maiori lateri subtendi. *Eucl. l. 1. Prop. 19.*

2139 Omnis trianguli duo latera reliquo esse maiora, quomodocunque assumpta. *Eucl. l. 1. Prop. 20.*

2140 Si super trianguli vno latere, ab extremitatibus duæ rectæ lineæ interius constitutæ fuerint; has constitutas reliquis trianguli duobus lateribus minores quidem esse, maiorem vero angulum continere. *Eucl. l. 1. Prop. 21.*

2141 Si duo triangula duo latera duobus lateribus æqualia habuerint, vtrumque vtrique, angulum vero angulo maiorem sub æqualibus rectis lineis contentum: Et basim basi maiorem habere. *Eucl. l. 1. Prop. 24.*

2142 r Si in duas rectas lineas recta incidens linea alternatim angulos æquales inter se fecerit: parallelas esse inter se illas rectas lineas. *Eucl. l. 1. Prop. 27.*

2143 Si in duas rectas lineas recta incidens linea externum angulum interno, & opposito, & ad eadem partes, æqualem fecerit; Aut internos, & ad eadem partes duobus rectis æquales: Parallelas esse inter se ipsas rectas lineas. *Eucl. l. 1. Prop. 28.*

2144 Esse inter se parallelas, quæ eidem rectæ lineæ sunt parallelæ. *Eucl. l. 1. Prop. 30.*

2145

2145 Cuiuſcunque trianguli vno latere producto: Externum angulum duobus internis, & oppoſitis eſſe æqualem. Et trianguli tres internos angulos duobus eſſe rectis æquales. *Euclid. l.1.Prop.32.*

2146 *s* Rectas lineas, quæ æquales, & parallelas lineas ad partes eaſdem coniungunt; Et ipſas æquales, & parallelas eſſe. *Eucl.l.1.Prop.33.* *s*



2147 Parallelogramma ſuper eadem baſi, & in eiſdem parallelis conſtitura, inter ſe eſſe æqualia. *Eucl.l.1.Prop.35.*

2148 Parallelogramma ſuper æqualibus baſibus, & in eiſdem parallelis conſtituta, inter ſe eſſe æqualia. *Eucl. l.1.Prop.36.*

2149 Triangula ſuper eadem baſi conſtituta, & in eiſdem parallelis, inter ſe eſſe æqualia. *Eucl.l.1.Prop.37.*

2150 Si parallelogrammum cum triangulo eandem baſim habuerit, in eiſdemque fuerit parallelis; duplum eſſe parallelogrammum ipſius trianguli. *Eucl.l.1.Prop.41.*

2151 In rectangulis triangulis, quadratum, quod à latere rectum angulum ſubtendente deſcribitur, æquale eſſe eis, quæ à lateribus rectum angulum continentibus deſcribuntur, quadratis. *Eucl.l.1.Prop.47.*

2152 *t* Contineri dici parallelogrammum omne rectangulum ſub rectis duabus lineis, quæ rectum angulum comprehendunt. *Eucl.l.2.def.1.* *t* *Ex Eucl. elem.2.*

2153 Si fuerint duæ rectæ lineæ, ſeceturque ipſarum altera in quotcunque ſegmenta: rectangulum comprehenſum ſub illis duabus rectis lineis, æquale eſſe eis, quæ ſub inſecta, & quolibet ſegmentorum comprehenduntur, rectangulis.

Eucl. l. 2. Prop. 1.

2154 Si recta linea ſecta ſit vtcunque : Rectangula, quæ ſub tota, & quolibet ſegmẽtorum comprehenduntur, æqualia eſſe ei, quæ à tota fit, quadrato. *Eucl. l. 2. Prop. 2.*

u *Ex Eucl. elem. 3.*

2155 u Æquales circulos eſſe, quorum diametri ſunt æquales; vel quorum quæ ex centris, rectæ lineæ ſunt æquales. *Euclid. l. 3. def. 1.*

x

2156 x Dici rectam lineam circulum tangere; quæ cum circulum tangat, ſi producatur, circulum non ſecat. *Eucl. l. 3. def 2.*

2157 Dici circulos ſeſe mutuo tangere, qui ſe mutuo tangentes, ſeſe mutuo non ſecant. *Eucl. l. 3. def. 3.*

2158 In circulo æqualiter diſtare à centro rectas lineas dici, cum perpendiculares, quæ à centro in ipſas ducuntur, ſunt æquales. Longius autem abeſſe illam dici, in quam maior perpendicularis cadit. *Eucl. l. 3. def 4.*

z

2159 z Segmentum circuli, eſſe figuram, quę ſub recta linea, & circuli peripheria comprehenditur. *Eucl. l. 3. def. .*

2160 Segmenti angulum eſſe, qui ſub recta linea, & circuli peripheria comprehenditur. *Eucl. l. 3. def. 6.*

a



2161 In ſegmento *a* angulum eſſe, cum in ſegmenti peripheria ſumptum fuerit quodpiam punctum, & ab illo in terminos rectę eius lineæ, quę ſegmenti baſis eſt, adiunctę fuerint rectę lineæ; Eum, in quam, angulum ab adiunctis illis lineis comprehenſum. *Eucl. l. 3. def. 7.*

b



2162 Illi *b* peripheriæ dici angulum inſiſtere, quam aſſumunt rectę lineę angulum illum comprehendentes. *Eucl. l. 3. def. 8.*

2163



2163 Sectorem circuli esse angulum, qui ad ipsius circuli centrum constituitur; comprehensa nimirum figura & à rectis lineis angulum continentibus, & à peripheria ab illis assumpta. Talis est angulus A B C. *Euclid.l.3.def.9.*

2164 Similia circuli segmenta esse, quę angulos capiunt æquales. Aut in quibus anguli sunt æquales. *Eucl.l.3.def.10.*

2165 Si in circuli peripheria duo quælibet pũcta accepta fuerint; Rectam lineam, quæ ad ipsa puncta adiungitur, intra circulum cadere. *Eucl. l.3.Prop.2.*

2166 Si in circulo recta quædam linea per centrum extensa quandam non per centrũ extensam bifariam secet: ad angulos rectos ipsam secare. Et si ad angulos rectos eam secet, bifariam quoque eam secare. *Eucl.l.3.Prop.3.*

2167 Si in circulo duæ rectæ lineæ sese mutuo secant non per centrum extensæ: sese mutuo bifariam non secare. *Eucl.l.3.Prop.4.*

2168 Si duo circuli sese mutuo secent; non esse illorum idem centrum. *Eucl.l.3. Prop.5.*

2169 Si duo circuli sese mutuo intrerius tangant: eorũ non esse idem centrũ. *Eucl.l.3.Prop.6.*

2170 Si in diametro circuli quodpiam sumatur punctum, quod circuli centrũ non sit, ab eoq; puncto in circulum quædam rectæ lineæ cadãt: Maximam quidem esse eam, in qua centrum; minimam verò reliquam; aliarum verò propinquiorem illi, quæ per centrũ ducitur, remotiore semper maiorem esse: Duas autem solum rectas lineas æquales ab eodem puncto in circulum cadere, ad vtrasque partes minimas, vel maximas. *Euclid.l.3.Prop.7.*

2171 Si extra circulum sumatur punctum quodpiam, ab eoque puncto ad circulum deducãtur rectæ quædam lineæ; quarum vna quidem per centrum protendatur, reliquæ verò vt liber: In cauam peripheriam cadentium rectarũ linearum maximam quidem esse illam, quæ per centrum ducitur; aliarum autem propinquiorem ei, quæ per cẽtrum transit, remotiore semper maiorem esse: In conuexam verò peripheriam cadentium rectarum linearum minimam quidem esse illam, quæ inter punctum, & diametrum interponitur; aliarum autem eam, quæ propinquior est minimæ, remotiore semper minorem esse. Duas autem tantum rectas lineas æquales ab eo puncto in ipsum circulum cadere, ad vtraque partes minimas, vel maximas. *Eucl. l. 3. Prop.*

2172 Circulum circulum in pluribus, quàm duobus, punctis non secare. *Eucl. l. 3. Prop. 10.*

a *Centra, symbola cordium; cõtactus cõuersationis; linea ex centris, symbolum est affectuũ ex cordibus procedentiũ: qui in cõtactu conuersationis cernũtur quales ex corde procedunt.*

2173 *a* Si duo circuli sese exterius cõtingant, lineam rectam, quę ad centra eorum adiungitur, per contactum transire. *Eucl. l. 3. Prop. 12.*

2174 *b* Circulum circulum non tangere in pluribus punctis, quàm vno, siue intus, siue extra tangat. *Eucl. l. 3. Prop. 13.*

2175 *c* In circulo æquales rectas lineas æqualiter à centro distare. Et quæ æqualiter distant à centro, æquales esse inter se. *Eucl. l. 3. Prop. 14.*

2176 *d* In circulo maximam quidem lineam diametrum esse; aliarum autem propinquiorem centro, remotiore semper maiorem. *Eucl. l. 3. Prop. 15.*

b *Noster affectus non debet immergi in*

2177 *e* Si circulum tetigerit recta quæpiam linea, à contactu autem recta linea ad angulos rectos ipsi tangenti excitetur: In excitata esse cen-

centrum circuli. *Eucl.l.3. Prop.19.*

2178 *f* In circulo angulum ad centrum dupli-cem esse anguli ad peripheriam; cum fuerit eadē peripheria basis angulorū. *Eucl.l.3. Prop.20.*

2179 In æqualibus circulis, æquales angulos æqualibus peripherijs insistere, siue ad centra, siue ad peripherias constituti insistant. *Eucl.l.3. Prop.26.*

2180 In æqualibus circulis, æquales rectas lineas æquales peripherias auferre. *Euclid. l.3. Prop.28.*

2181 *g* Dici figuram rectilineam in figura rectilinea inscribi, *b* cum singuli eius figuræ, quæ inscribitur, anguli, singula latera eius, in qua inscribitur, tangunt. *Eucl.l.4.def.1.*

2182 Circum figuram dici figuram describi, cum singula eius, quæ circumscribitur, latera singulos eius figuræ angulos tetigerint, circumquam illa describitur. *Eucl.l.4.def 2.*

2183 *i* Dici figuram rectilineam in circulo inscribi, cum singuli eius figuræ, quæ inscribitur, anguli, tetigerint circuli peripheriam. *Eucl.l.4. def.3.*

2184 *k* Dici figuram rectilineam circa circulum describi, cum singula latera eius, quæ circumscribitur, circuli peripheriam tangunt. *Eucl. l.4.def.4.*

2185 Dici rectam lineam in circulo accommodari seu coaptari, cum eius extrema in circuli peripheria fuerint. *Eucl.l.4.def.7.*

2186 *l* Minorem illam magnitudinem, quæ maiorē metitur, partem appellari. *Eucl.l.5.def.1.*

2187 Maiorem magnitudinem à minori mensuratam, minoris multiplicē dici. *Eucl.l.5.def.2.*

creaturis, sed vti illis tātum in necessarijs.

c *Centrū diuina voluntas; lineæ à centro distātes affectus erga creaturas.*

d *Nobilissimi sūi affectus voluntati diuinæ maximè conformes.*

e *Habet in se centrū diuinæ voluntatis ille affectus, qui in actionum peripheria rectū est.*

f *Virtutes, quæ circa Deum, nobiliores virtutibus, quæ circa media ad Deum.*

g *Ex Euclid. elem.4.*

h





2188 Rationem, ac Proportionem dici duarum magnitudinum eiusdem generis mutuam secundum quantitatem habitudinem, & comparationem. *Eucl. l. 5. def. 3.*

2189 Proportionem, ac Proportionalitatem, græcè ἀναλογίαν, dici similitudinem, & comparationem duarum, vel plurium rationũ inter se. *Eucl. l. 5. def. 4.*

2190 Proportionem rationalem esse, quam habent quæuis duæ quantitates commensurabiles. Irrationalem, quam quantitates incommensurabiles habent. *Clau. in Eucl. l. 5. def. 4.*

2191 Quantitates commensurabiles dici, quæ habent vnam communem partem aliquotam, seu, quas vna mensura communis metitur. vt sunt lineæ 20. & 8. palmorum; quarum pars est aliquota linea tum 4. tum 2. palmorum. *Clau. in Eucl. l. 5. def. 4.*

1 Ex *Euclid. elem. 5.*

2192 Quantitates incommensurabiles dici, quæ nullam habent communem partem aliquotam. seu, quarum nullam mensuram communem contingit reperiri. Cuiusmodi sunt diameter, & latus eiusdem quadrati. *Clau. in Eucl. l. 5. def. 4.*

2193 Proportionẽ æqualitatis esse inter duas quantitates æquales, vt inter 20. & 20. Proportionem inæqualitatis inter duas inæquales quantitates; vt inter 20. & 10. inter 8. & 40. *Clau. in Eucl. l. 5. def. 4.*

2194 Proportionem maioris inæqualitatis esse, quando maior quantitas cum minore confertur. vt 20. ad 10. *Clau. in Eucl. l. 5. def. 4.*

2195 Proportionem minoris inæqualitatis esse, cum minor quantitas cum maiore confertur. vt 10. ad 20. *Clau. in Eucl. l. 5. def. 4.*

2196

2196 Proportionis rationalis maioris inęqualitatis genera esse quinque: Proportionem multiplicem, superparticularem, superpartientem, multiplicem superparticularem, multiplicem superpartientem. *Clau in Eucl.l.5.def.4.*

2197 Proportionem multiplicem esse, habitudinem maioris quantitatis ad minorem, quando maior minorem aliquoties, vt bis, ter, decies, centies, continet ita, vt minor maiorem metiatur. qualis est proportio tripla 12. ad 4 quintupla 20. ad 4. *Clau. supra.*

2198 Proportionem superparticularem esse, habitudinem maioris quantitatis ad minorem; cum maior minorem semel duntaxat continet, & insuper vnam eius partem aliquotam, vt dimidiam, tertiam, quartam, vt est proportio sesquialtera 3. ad 2. sesquitertia 12. ad 9. *Clauius supra.*

2199 Proportionem superpartientem esse, habitudinem maioris quantitatis ad minorem; cum maior minorem semel duntaxat continet, & insuper aliquot eius partes aliquotas non efficientes vnã aliquotam. vt est proportio 8. ad 5. *Clau. supra.*

2200 Proportionem multiplicem superparticularem esse, habitudinem maioris quantitatis ad minorem, cum maior minorem aliquoties, vt bis, ter, quater, continet, & prętęrea vnam eius partem aliquotam. vt est proportio 9. ad 4. *Clau supra.*

2201 Proportionem multiplicem superpartientem esse habitudinem maioris quantitatis ad minorem, cum maior aliquoties complectitur minorem, & insuper aliquot eius partes ali-

quo-

quotas, non conficientes vnam. vt est proportio 11. ad 3. *Clau. supra.*

2202 Denominatorem proportionis dici eũ numerum, qui distinctè, aperteque exprimit habitudinem vnius quantitatis ad alteram. vt denominator proportionis octuplæ est 8. sesquiquintæ * *Clau. supra.*

* $1\frac{1}{5}$

2203 Proportionalitatum præcipuarũ, quas Medietates vocant, genera esse quatuor: Arithmeticam, Geometricam, Musicam, siue Harmonicam. *Clau. supra.*

2204 Arithmeticam proportionalitatẽ esse, cum tres, vel plures numeri per eandem differentiam progrediuntur. vt 4.7.10.13.16. quorũ quilibet numerus suum antecedentem ternario superat. *Clau. supra.*

2205 Geometricam proportionalitatẽ esse, cum tres, vel plures numeri eandem rationem habent. vt numeri 2.6.18.54. quilibet ad suum antecedentem eandem habet proportionem, seu rationem triplam. *Clau. supra.*

2206 Posse & Arithmeticam, & Geometricã proportionalitatem & continuam, & discretam esse. Continuam, cum idem numerus, qui consequens est respectu numeri præcedentis, est etiam antecedens respectu consequentis numeri. vt proportionalitas inter 2.6.18.54. continua est. Discretam, cum numerus, qui consequens est, nõ est idẽ antecedens respectu alterius numeri consequentis; sed rursum sumitur alius numerus antecedens, & alius consequens. ita hi numeri bini se habent; 2.3. & 12.18. & 20.30. eandem habentes proportionem sesquialteram. *Clau. sup.*

2207 Musicam, siue Harmonicam proportionali-

nalitatem esse, cum tres numeri ita ordinantur, vt eadem sit proportio maximi ad minimum, quæ differentiæ inter maiores duos ad differentiã inter duos minores, vt hi tres numeri 3.4.6. proportionalitatem musicam constituunt, quia eadem est proportio maximi 6. ad minimum 3. quæ differentię inter maximum 6. & medium 4. nimirum numeri 2. ad differentiã inter mediũ 4 & minimum 3. id est, ad 1. cum vtrobique proportio sit dupla. *Clau. supra.*

2208 Illas magnitudines habere proportionem inter se, quæ possunt multiplicatę sese mutuò superare. *Eucl. l. 5. def. 5.*

2209 *m* Dici magnitudines esse in eadem ratione, primam ad secundam, & tertiam ad quartam; cum primę, & tertię æque multiplicia, a secundæ, & quartæ æquè multiplicibus, qualiseũque sit hæc multiplicatio, vtrunque ab vtroque vel vna deficiunt, vel vna æqualia sunt, vel vna excedunt; si ea sumantur, quæ inter se respondent. *Eucl. l. 5. def. 6.*



2210 Eandem habentes rationem magnitudines, Proportionales vocari. *Eucl. l. 5. def. 7.*

2211 Cum æquè multiplicium multiplex primæ magnitudinis excesserit multiplicem secundæs ac multiplex tertiæ non excesserit multiplicem quartæ: tunc primam ad secundam maiorem rationem dici habere, quam tertiam ad quartam. *Eucl. l. 5. def. 8.*

2212 Proportionem in tribus terminis pauciſſimis consistere. *Eucl. l. 5. def. 9.*

2213 Cum tres magnitudines proportionales fuerint; Primam ad tertiam duplicatam rationem dici habere eius, quam habet ad secun-

dam. At cum quatuor magnitudines proportionales fuerint: primam ad quartam triplicatam rationem dici habere eius, quam habet ad secundam: & semper deinceps, vno amplius, quandiu proportio extiterit. *Eucl. l. 5. def. 16.*

2214 Homologas, seu similes ratione magnitudines, dici antecedentes quidem antecedentibus, consequentes vero consequentibus. *Eucl. l. 5. def. 11.*

2215 Alternam, seu Permutatam rationem, esse sumptionem antecedentis ad antecedentem, & consequentis ad consequentem. vt si ponamus proportionem A ad B, quam C ad D; & propterea concludamus eandem esse proportionem A ad C, quæ est B ad D. *Eucl. l. 5. def. 12.*

2216 Inuersam rationem, esse sumptionem consequentis ceu antecedentis, ad antecedentem, velut ad consequentem. vt si ex eo, quod est A ad B, vt C ad D; inferamus ita esse B ad A, vt D ad C. *Eucl. l. 5. def. 13.*

A 12 B 8 C
6 4
D E F

2217 Compositionem rationis, esse sumptionem antecedentis cum consequente, ceu vnius, ad ipsam consequentem. vt si ex eo, quod eadem est proportio A B ad B C, quæ D E ad E F: colligas eandem quoque esse proportionem totius A B C ad B C, quam habet tota D E F ad E F. *Eucl. l. 5. def. 14.*

A 12 C 4 B
D 6 F 2 E

2218 Diuisionem rationis, esse sumptionem excessus, quo consequentem superat antecedens, ad ipsam consequentem. vt si dicatur, quæ proportio est totius A B ad C B; ea est totius D E ad F E. igitur erit & A C, excessus, quo antecedens consequentem superat, ad C B consequentem; vt D F excessus, quo consequentem excedit antece-

tecedens, ad F E consequentem. *Eucl. l. 5. def. 15.*

2219 Conuersionem rationis, esse sumptionē antecedentis ad excessum, quo superat antecedens ipsam consequentem. *Eucl. l. 5. def. 16.*

2220 Ex æqualitate rationem esse, si plures duabus sint magnitudines, & his aliæ multitudine pares, quæ binæ sumantur, & in eadem ratione: cum vt in primis magnitudinibus prima ad vltimam, sic & in secundis magnitudinibus prima ad vltimam sese habuerit, vel aliter. Sumptionem extremorum, per subductionem mediorum. *Eucl. l. 5. def. 17.*

2221 Ordinatam proportionem esse, cū fuerit, quemadmodum antecedens ad consequentem, ita antecedens ad consequentem: fuerit etiā vt consequens ad aliud quidpiam, ita consequens ad aliud quidpiam. *Eucl. l. 5. def. 18.*

2222 Perturbatam proportionem esse, cum tribus positis magnitudinibus, & alijs, quæ sint his multitudine pares; vt in primis quidem magnitudinibus se habet antecedens ad consequentem, ita in secundis magnitudinibus antecedens ad consequentem: vt autem in primis magnitudinibus consequens ad aliud quippiam; ita in secundis magnitudinibus aliud quippiam ad antecedentem. *Eucl. l. 5. def. 19.*

2223 Si sint quotcunque magnitudines quotcunque magnitudinum æqualium numero, singulæ singularum, æque multiplices: quam multiplex est vnius vna magnitudo, tam multiplices erunt & omnes omnium. *Eucl. l. 5. Prop. 1.*

2224 Si prima ad secundam eandem habuerit rationem, & tertia ad quartam. Etiam æquè multiplices primæ, & tertiæ, ad æque multiplices

secundæ, & quartæ, iuxta quamuis multiplicationem, eandem habere rationem, si pro vt inter se respõdent, ita sumptæ fuerint. *Eucl. l. 5. Prop. 4.*

2225 Si magnitudo magnitudinis æquè fuerit multiplex, atque ablata ablatæ: Etiam reliquam reliquæ ita multiplicem fore, vt totam totius. *Eucl. l. 5. Prop. 5.*

2226 Si duæ magnitudines duarum magnitudinum sint æque multiplices, & detractæ quædã sint earundem æque multiplices: & reliquas eisdem aut æquales esse, aut æque ipsarum multiplices. *Eucl. l. 5. Prop. 6.*

2227 Æquales ad eandem, eandem habere rationem: & eandem ad æquales. *Eucl. l. 5. Prop. 7.*

2228 Inæqualium magnitudinum maiorem ad eandem maiorem rationem habere, quam minorem: Et eandem ad minorem, maiorem rationem habere, quàm ad minorem. *Eucl. l. 5. Prop. 8.*

2229 Quæ ad eandem, eandem habent rationem, æquales esse inter se: & ad quas eadem eandem habet rationem, eas quoque esse inter se æquales. *Eucl. l. 5. Prop. 9.*

2230 Quæ eidem sunt eædem rationes, & inter se esse easdem. *Eucl. l. 5. Prop. 11.*

n *Ex Eucl. elem. 6.*

2231 *n* Similes figuras rectilineas esse, quæ & angulos singulos singulis æquales habent, atque etiam latera, quæ circum angulos æquales, proportionalia. *Eucl. l. 6. def. 1.*

2232 Reciprocas figuras esse, cum in vtraque figura antecedentes, & consequentes rationum termini fuerint. *Eucl. l. 6. def. 2.*

2233 Secundum extremam, & mediam rationem rectam lineam sectam esse dici, cum vt tota ad maius segmentum, ita maius ad minus se habue-

habuerit. *Euclid.lib.6. def.3.*

2234 Altitudinem cuiusque figuræ esse lineam perpendicularem à vertice ad basim deductam. *Eucl.l.6.def.4.*

2235 Denominatorem proportionis quantitatem proportionis dici. *Clau.in Eucl.def.5.*

2236 Dici rationem ex rationibus componi, cum rationum quantitates inter se multiplicatæ, aliquam effecerint rationem. Vt proportio duodecupla dicitur componi ex tripla, & quadrupla; quia ex multiplicatione 3. in 4. producitur idē denominator 12. duodecuplæ proportionis. *Eucl.l.6.def.5.*

2237 Parallelogrammum secundum aliquam rectam lineam applicatum, deficere dici parallelogrammo, quando non occupat totam lineam, excedere vero, quando occupat maiorem lineā, quàm sit ea, secundum quam applicatur: ita tamē vt parallelogrammum deficiens, aut excedens eandem habeat altitudinem cum parallelogrammo applicato, constituatque cum eo totum vnum parallelogrammum. *Eucl.l.6.def.6.*

2238 Triangula, & parallelogramma, quorum eadem fuerit altitudo, ita se habere inter se, vt bases. *Eucl.l.6.Prop.1.*

2239 Triangula, & parallelogramma, quæ ita se habent inter se, vt bases; æquales habere altitudines, vel eandem. *Eucl.l.6.Prop.2.*

2240 Æquiangulorum triangulorum proportionalia esse latera, quæ circum æquales angulos; & homologa esse latera, quæ æqualibus angulis subtenduntur. *Eucl.l.6. Prop.4.*

2241 Si quatuor rectæ lineæ proportionales fuerint: Et ab eis rectilinea similia, similiterque

descripta, proportionalia fore. Et si à rectis lineis similia, similiterque descripta rectilinea, proportionalia fuerint; ipsas etiam rectas lineas proportionales fore. *Eucl. l. 6. Prop. 22.*

2242 In omni parallelogrammo, quæ circa diametrum sunt, parallelogramma & toti, & inter se esse similia. *Eucl. l. 6. Prop. 24.*

2243 In rectangulis triangulis, figuram quamlibet à latere rectum angulum subtendente descriptam, æqualem esse figuris, quæ priori illi similes, & similiter positæ à lateribus rectum angulũ continentibus describuntur. *Eucl. l. 6. Pr. 31.*

o *Ex Eucl. elem. 10.*

2244 o Commensurabiles magnitudines dici, quas eadem mensura metitur. *Eucl. l. 10. def. 1.*

2245 Incommensurabiles magnitudines dici, quarum nullam communem mensuram contingit reperiri. *Eucl. l. 10. def. 2.*

2246 Rectas lineas incommensurabiles, potentia commensurabiles esse, cum quadrata earum idem spatium metitur. *Eucl. l. 10. def. 3.*

2247 Rectas lineas incommensurabiles etiã potentia esse, cum quadratis earum nullum spatium, quod sit communis eorum mensura, contigerit reperiri. *Eucl. l. 10. def. 4.*

2248 Cuicunque rectæ lineæ propositæ, rectas lineas multitudine infinitas & commensurabiles esse, & incommensurabiles: alias quidem longitudine, & potentia; alias vero potentia solum. *Eucl. l. 10. def. 5.*

2249 Rectam lineam propositam, ratione cuius aliæ commensurabiles sunt, vel incommensurabiles, Rationalem appellari. *Eucl. l. 10. def. 5.*

2250 Rectas lineas, propositæ rectæ lineæ commensurabiles sive longitudine, & potentia, sive

siue potentia tantum, Rationales appellari. *Eucl. l. 10. def. 6.*

2251 Rectas lineas, propositæ rectæ lineæ incommensurabiles, Irrationales dici. *Eucl. l. 10. def. 7.*

2252 Quadratum, quod à proposita recta fit, Rationale dici. *Eucl. l. 10. def. 8.*

2253 Omnes planas superficies quadrato rationalis lineæ propositæ commensurabiles, Rationales dici. *Eucl. l. 10. def. 9.*

2254 Planas superficies quadrato à rationali lineæ descripto incommensurabiles, Irrationales vocari. *Eucl. l. 10. def. 10.*

2255 Quæ eidem magnitudini sunt commensurabiles, & inter se commensurabiles magnitudines esse. *Eucl. l. 10. Prop. 12.*

2256 Mediam lineam dici, lineam irrationalem, quæ medio loco proportionalis est inter duas lineas rationales potentia tantum inter se commensurabiles. *Eucl. l. 10. Prop. 22. Clau. ibid.*

2257 Si duæ rationales potentia tãtum commensurabiles componantur, totam Irrationalem fore. vocetur autem ex binis nominibus. *Eucl. l. 10. Prop. 37.*

2258 Si à rationali rationalis auferatur potentia tantum commensurabilis existens toti; Reliquam irrationalem esse. vocetur autem Apotome. *Eucl. l. 10. Prop. 74.*

2259 p Solidum esse, quod longitudinem, latitudinem, & crassitudinem habet. *Eucl. l. 11. def. 1.* p Ex *Eucl. elem. 11.*

2260 Solidi extremum superficiem esse. *Eucl. l. 11. def. 2.*

2261 Lineam rectam esse ad planam rectam,

cum ad rectas omnes lineas, à quibus illa tangitur, quæque in proposito sunt plano, rectos angulos efficit. *Eucl. l. 11. def. 3.*

2262 Planum ad planum rectum esse, cum rectæ lineę, quę communi planorum sectioni ad rectos angulos in vno plano ducuntur, alteri plano ad rectos sunt angulos. *Eucl. l. 11. def. 4.*

2263 Rectæ lineę ad planum inclinationem esse, cum à sublimi termino rectę illius lineę ad planum deducta fuerit perpendicularis, atque à puncto, quod perpendicularis in ipso plano fecerit, ad propositę illius lineę extremum, quod in eodem est plano, altera recta linea fuerit adiuncta; est, inquam, angulus acutus insistente linea, & adiuncta comprehensus. *Eucl. l. 11. def. 5.*

2264 Plani ad planum inclinationem, esse angulum acutum rectis lineis contentum, quę in vtroque planorum ad idem communis sectionis punctum ductę, rectos cum sectione angulos efficiunt. *Eucl. l. 11. def. 6.*

2265 Planum ad planum similiter inclinatum esse dici, atque alterum ad alterum, cum dicti inclinationum anguli inter se fuerint æquales. *Eucl. l. 11. def. 7.*

2266 Parallela plana esse, quę inter se non cõueniunt. *Eucl. l. 11. def. 8.*

2267 Similes solidas figuras esse, quę similibus planis continentur multitudine æqualibus. *Eucl. l. 11. def. 9.*

2268 Æquales, & similes solidas figuras esse, quę similibus planis multitudine, & magnitudine æqualibus continentur. *Eucl. l. 11. def. 10.*

2269 Solidum angulum esse, plurium, quam duarum linearum, quę se mutuo contingant, nec

in

in eadem sint superficie, ad omnes lineas inclinationem. seu, Solidum angulum esse, qui pluribus, quam duobus planis angulis in eodem non consistentibus plano, sed ad vnum punctum constitutis, continetur. *Eucl. l. 11. def. 11.*

2270 Pyramidem esse figuram solidam, quę planis continetur, ab vno plano ad vnum punctum constitutam. *Eucl. l. 11. def. 12.*

2271 Prisma esse figuram solidam, quę planis continetur, quorum aduersa duo sunt & equa ia, & similia, & parallela, alia vero parallelogramma. *Eucl. l. 11. def. 13.*

2272 Conum esse, quando rectanguli trianguli manente vno latere eorum, quæ circa rectũ angulum, circumductum triangulum in seipsum rursum reuoluitur, vnde moueri cæperat, circum assumptam figuram. Atque si quiescens recta linea æqualis sit reliquæ, quæ circa rectum angulum conuertitur, Orthogenius erit Conus: Si vero minor, Amblygonius: Si vero maior, Oxygonius. *Eucl. l. 11. def. 18.*

2273 Axem Coni esse quiescentem illam lineam, circa quam triangulum vertitur. *Eucl. l. 11. def. 19.*

2274 Basem Coni esse circulum, qui à circumducta linea recta describitur. *Eucl. l. 11. def. 20.*

2275 Cylindrum esse, quando rectanguli parallelogrammi manente vno latere eorum, quæ circa rectum angulum, circumductum parallelogrammum in seipsum rursus reuoluitur, vnde cæperat moueri, circumassumptam figuram. *Eucl. l. 11. def. 21.*

2276 Axem cylindri esse, quiescentem illam

rectam

rectam lineam, circum quam parallelogrammum conuertitur. *Eucl. l. 11. def. 22.*

2277 Bases cylindri esse circulos à duobus aduersis lateribus, quæ circumaguntur, descriptos. *Eucl. l. 11. def. 23.*

2278 Similes Conos, & cylindros esse, quorum & axes, & basium diametri proportionales sunt. *Eucl. l. 11. def. 24.*

2279 Cubum esse figuram solidam sub sex quadratis æqualibus contentam. *Eucl. l. 11. def. 25.*

2280 Tetraædrum esse figuram solidam sub quatuor triangulis æqualibus, & æquilateris contentam. *Eucl. l. 11. def. 26.*

2281 Octædrum esse figuram solidam sub octo triangulis æqualibus, & æquilateris contentam. *Eucl. l. 11. def. 27.*

2282 Duodecædrum esse figuram solidã sub duodecim pentagonis æqualibus, & æquilateris, & æquiangulis contentam. *Eucl. l. 11. def. 28.*

2283 Icosædrum esse figuram solidam sub viginti triangulis æqualibus, & æquilateris contentam. *Eucl. l. 11. def. 29.*

2284 Parallelepipedum esse figuram solidã sex figuris quadrilateris, quarum quæ ex aduerso, parallelæ sunt, contentam. *Clau. in Eucl. l. 11. def. 30.*

2285 Dici solidam figuram in solida figura inscribi, quando omnes anguli figuræ inscriptæ constituuntur vel in angulis, vel in lateribus, vel denique in planis figuræ, cui inscribitur. *Clau. in Eucl. l. 11. def. 31.*

2286 Dici solidam figuram solidæ figuræ vicissim circumscribi, cum vel anguli, vel latera,

vel

vel denique plana figuræ circumscriptæ tangunt omnes angulos figuræ, circum quam describitur. *Clau. in Eucl. l. 11. def. 32.*

2287 Si duę rectę lineę se mutuo secent, in vno esse plano. *Eucl. l. 11. Prop. 2.*

2288 Si duę rectæ lineę eidem plano ad rectos sint angulos; Parallelas esse illas rectas lineas. *Eucl. l. 11. Prop. 6.*

2289 Si duę sint parallelę rectę lineę, in quarum vtraque sumpta sint quęlibet puncta: Illam lineam, quę ad hęc puncta adiungitur, in eodem esse cum parallelis plano. *Eucl. l. 11. Prop. 7.*

2290 Dato plano, à puncto, quod in illo datum est, duas rectas lineas ad rectos angulos nō excitari posse, ad easdem partes. *Eucl. l. 11. Prop. 13.*

2291 Solida parallelepipeda super æquales bases constituta, & in eadem altitudine: æqualia esse inter se. *Eucl. l. 11. Prop. 31.*

2292 *q* Esse inter se circulos, quemadmodum à diametris quadrata. *Eucl. l. 12. Prop. 2.*

q *Ex Eucl. elem. 12.*

2293 *r* Latus trianguli æquilateri potentia sesquitertium esse lineæ perpendicularis ab vno angulo ad latus oppositum deductæ. *Eucl. l. 14. Prop. 12.*

r *Ex Eucl. seu Hypsiclis l. 14.*

2294 Lineam perpendicularem ex quolibet angulo trianguli æquilateri ad basin oppositam demissam; triplam esse eius perpendicularis, quę ex centro trianguli ad eandem basin deducitur. *Eucl. l. 14. Prop. 18.*

De Figuris Isoperimetris.

2295 ISoperimetras figuras esse, quæ æquales ambitus continent. *Clau. in Sphær. c. 1.*

2296 Regularem figuram dici eam, quæ & æquilatera, & æquiangula est. *Clau. in Sphær. c. 1.*

2297 Centrum figuræ regularis dici punctũ illud, quod centrum est circuli figuræ inscripti, vel circumscripti. *Clau. in Sphær. c. 1.*

2298 Aream cuiuslibet figuræ dici, capacitatem, spatium, siue superficiem intra latera ipsius comprehensam. *Clau. in Sphær. c. 1.*

2299 Omne solidum rectangulum (cuius nimirum bases æquidistantes sunt, & æquales, lateraque ad bases recta, quale est Parallelepipedum) contineri dici sub altera basium, ac perpendiculari ab illa basi ad alteram protracta. *Clau. in Sphær. c. 1.*

2300 Circulum omnibus figuris regularibus rectilineis sibi isoperimetris, maiorem esse. Hoc enim & mathematicæ demonstrationes docent, & sensus ipse, si quis velit experiri metiendo. *Clau. in Sphær. c. 1. Theor. 11. prop. 13.*

2301 Sphæram omnibus corporibus sibi isoperimetris, quæ planis superficiebus contineantur, circaque alias sphæras circumscriptibilia sint, hoc est, quorum omnes perpendiculares ad bases productæ ab aliquo puncto medio sint æquales maiorem esse. Hoc enim & mathematicæ demonstrationes indicant, & sensus ipse; si quis velit experiri metiendo; vt liquore aliquo vtriusque figuræ spatium implendo. *Clau. in Sphær. c. 1. Theor. 15. prop. 17.*

2302

2302 Sphæram omnibus corporibus sibi isoperimetris, & circa alias sphæras circumscriptibilibus, quæ superficiebus conicis contineantur, ita vt latera omnia conica sint æqualia; maiorem esse. Hoc enim & mathematicæ demonstrationes indicant, & sensus ipse, si quis velit experiri metiendo; vt liquore aliquo vtriusque figuræ spatium implendo. *Clau.in Sphær.c.1.Theor.16. prop.18.*

2303 Centrum magnitudinis esse in quolibet quanto, quod centrum est sphæræ, quæ illi quanto circumscribi potest, vel inscribi. *Clau. in Sphær.c.1.*

2304 Centrum grauitatis esse in quolibet corpore, punctum illud intra corpus positum, quod semper ad perpendiculum tendit ad centrum totius vniuersi, quomodocunque, & quotiescunq; suspendatur corpus, ita tamen vt liberè pendeat. *Clau. in Sphær.c.1.*

2305 Proportionem circumferentiæ cuiusq; circuli ad eius diametrum esse ferè triplam sesquiseptimam: qualis est 22.ad 7. *Archim. de dimens.circuli, Clau.in Sphær.c.1.*

2306 Areas figurarum planarum mensurari per quadrata earum linearum, per quas latera, seu ambitus earundem figurarum mensurari solent. *Clau.in Sph.c.1.*

2307 Si multiplicetur semidiameter cuiusuis circuli in dimidiatam partem circumferentiæ, seu ambitus circuli; produci aream, seu superficiem circuli, quæ inter circumferentiam continetur. vt si circumferentia cuiusuis circuli fuerit 132. Diameter vero 42. si 21. diametri dimidiū, multiplicemus per 66. circumferentiæ dimidiatam

tam partem; producetur pro circuli area numerus 1386. Rectangulum enim cõprehensum sub semidiametro cuiusuis circuli, & dimidiata parte circumferentiæ eiusdem, æquale est circulo. *Clau. in Sphær. c. 1. de fig. i/oper. pr. 4.*

2308 Si area circuli maximi in sphæra per 4. multiplicetur; produci superficiem totam conuexæ sphæræ. vt si sphæræ ambitus sit 132. area circuli maximi erit 1386. vt paullo ante dictum est. Is numerus, si multiplicetur per 4. existet eius sphæræ superficies conuexa 5544. *Archim. l. 1. de sphær. & cylin. pr. 31. Clau. supra.*

2309 Si semidiameter sphæræ in tertiam partem ambitus sphæræ, seu superficiei conuexæ sphæræ multiplicetur; totam sphæræ soliditatem produci. Rectangulum enim solidum, comprehensum sub semidiametro sphæræ, & tertia parte ambitus sphæræ, æquale est ipsi sphæræ. *Clau. in Sphær. c. 1. de fig. i/oper. pr. 16.*

2310 Maiorem circulum in sphæra esse; qui descriptus in superficie sphæræ super eius centrum, diuidit sphæram in duo æqualia. *Io. de sacr. bosc. in sphær. c. 2. Theodos. l. 1. pr. 6.*

2311 Minorem circulum in sphæra esse; qui descriptus in superficie sphæræ, eam diuidit in duo inæqualia. *Io. de sacr. bosc. in sphær. c. 2. Theod. l. 1. pr. 6.*

2312 Omnes circulos sphæræ maximos secare sese mutuò bifariam: & contra, circulos in sphæra sese mutuo bifariam secantes, maximos esse. *Theodos. l. 1. prop. 11. & 12. Clau. in Sphær. c. 2.*

2313 Omnes circulos sphęrę maximos inter se æquales esse. Eandem enim sphęrę diametrũ habent. *Clau. in Sphær. c. 2. initio.*

2314

2314 Circulos in sphęra non maximos, se bifariam nõ secare, si sese inuicem secent. est enim circulorum Maximorum se in sphæra bifariam secare. *Theod.l.1.pr.17.*

2315 Inter circulos sphęrę non maximos, solum eos esse ęquales inter se, qui ęqualiter à cẽtro sphęrę remouentur. & contra, circulos non maximos inter se ęquales, ęqualiter recedere à centro sphæræ. *Theodos.l.1.prop.6.*

2316 Omnem circulum maximum in sphæra transeuntem per polos alterius circuli siue maximi, siue non maximi; diuidere eum bifariam, & ad angulos rectos. & contra, Circulũ in sphæra diuidentem alium circulum bifariam, & ad angulos rectos, esse circulum maximum, incedereque per polos illius. *Theod.l.1.prop.15.Clau. ibid.Theorem.3.*

2317 Omnem circulum maximum in sphæra, per cuius polos transit alius circulus in sphæra maximus, transire vicissim per polos illius. *Clau.in Theod.l.1.pr.15.theor.1.*

2318 Circulum in sphæra maximum, qui aliquem circulum non maximum tangit; tangere quoque alium non maximum illi æqualem, & parallelum. *Theod.l.2.prop.6.*

2319 Circulum in sphæra maximum secantem circulos non maximos non per polos eorũ, hoc est, obliquè; secare illos in partes inæquales: ita tamen, vt æqualium, ac parallelorum circulorum segmenta alterna, inter se sint æqualia. *Theod.l.2.prop.19.*

2320 Quando tres circuli in sphæra maximi se mutuo secant ad angulos rectos, esse duos polos cuiuslibet illorum præcisè in communibus se-

sectionibus circumferentiarum aliorum duorũ. & contra, Quando sunt circuli maximi in sphæra, ita vt duo poli cuiuslibet illorum reperiantur in communibus sectionibus aliorum duorum; secare se mutuo ad angulos rectos. *Theod. l. 1. prop. 15.*

De Arithmeticis. c. 2.

2321 ARithmeticam esse scientiam, quæ quantum discretum contemplatur vt quantum est, & vt habens mensuræ, proportionisque rationem sine alio respectu. *Dist. 5. n. 6. 7. Clau. in Proleg. in Euclid.*

2322 Vnitatem esse, secundum quam vnumquodque eorum, quæ sunt, vnum dicitur. *Eucl. l. 7. def. 1.* s Ex Eucl. elem. 7.

2323 Numerum esse, ex vnitatibus compositam multitudinem. *Eucl. l. 7. def. 2.*

2324 Partem esse numerum numeri, minorẽ maioris, cum minor metitur maiorem. *Eucl. l. 7. def. 3.*

2325 Minorem maioris numeri numerum, quem non metitur, Partes appellari. vt 5. respectu 18. *Eucl. l. 7. def. 4.*

2326 Multiplicem numerum esse, maiorem minoris, cum maiorem metitur minor. *Eucl. l. 7. def. 5.*

2327 Parem numerum esse, qui bifariam diuiditur. *Eucl. l. 7. def. 6.*

2328 Imparem numerum esse, qui bifariam non diuiditur. vel, qui vnitate differt à pari. *Eucl. l. 7. def. 7.*

2329

2329 Pariter parem numerum esse, quē par numerus metitur per numerum parem. *Eucl. l.7.def.8.*

2330 Pariter imparem numerum esse, quem par numerus metitur per numerum imparem.vt 30.quem metitur numerus 2.per 15.& numerus 6.per 5. *Eucl.l.7.def.9.*

2331 Impariter imparem numerum esse, quē impar numerus metitur per numerum imparē. vt numerus 15. quem metitur numerus 3. per 5. *Eucl.l.7.def.10.*

2332 Primum numerum esse,quem vnitas sola metitur. quales sunt hi numeri 2.3.5.7.11.13. 17.19.23.29.31.&c.*Eucl.l.7.def.11.*

2333 Primos inter se numeros esse, quos sola vnitas communis mensura metitur. *Eucl. l.7. def.12.*

2334 Compositum numerum esse, quem numerus quispiam metitur. *Eucl. l.7.def.13.*

2335 Compositos inter se numeros esse,quos numerus aliquis, communis mensura, metitur. *Eucl.l.7. def.14.*

2336 Numerum numerum multiplicare,cum toties compositus fuerit is, qui multiplicatur, quot sunt in ipso multiplicante vnitates, & procreatus fuerit aliquis. ita 6.multiplicat 8.efficiēs numerum 48. *Eucl.l.7.def.15.*

2337 Cum duo numeri mutuo se multiplicātes aliquem fecerint,qui factus erit, planum appellari. Qui vero numeri mutuo sese multiplicarint, latera illius dici. *Eucl.l.7.def.16.*

2338 Cum tres numeri mutuo sese multiplicantes aliquem fecerint,qui procreatus erit,Solidum appellari. Qui autem numeri mutuo sese

multiplicant, latera illius dici. vt sunt 2.3.4. respectu 24. *Eucl. l. 7. def. 17.*

2339 Quadratum numerum esse, qui æqualiter æqualis. vel qui sub duobus æqualibus numeris continetur, vt est numerus 25. existens ex multiplicatione mutua 5. & 5. *Eucl. l. 7. def. 18.*

2340 Cubum numerum esse, qui æqualiter æqualis æqualiter. vel, qui sub tribus æqualibus numeris continetur. vt est numerus 27. ex multiplicatione 3. 3. 3. ex 3. enim in 3. fit 9. & ex 9. in 3. fit 27. *Eucl. l. 7. def. 19.*

2341 Numeros proportionales esse, cum primus secũdi, & tertius quarti, æquè multiplex est; vel eadem pars, vel eædem partes: vel certè, cum primus secundum, & tertius quartum, æqualiter continet, eandemque insuper illius partem, vel easdem partes. Ita hi numeri proportionales sunt, 12. 4 9. 3. & hi 4. 12. 3. 9. & hi 6. 8. 9. 12. & hi 7. 6. 14. 12. *Eucl. l. 7. def. 20.*

2342 Similes planos, & solidos esse, qui proportionalia habent latera. *Eucl. l. 7. def. 21.*

2343 Perfectum numerum esse, qui suis ipsius partibus est æqualis. vt 6. est æqualis suis partibus 1. 2. 3. *Eucl. l. 7. def. 22.*

2344 Numerum numerum dici metiri per illum numerum, quem multiplicans, vel à quo multiplicatus, illum producit. vt numerus 4. metiri dicitur numerum 12. per 3. *Eucl. l. 7. def. 23.*

2345 Proportionem numerorum esse habitudinem quandam vnius numeri ad alterum, secundum quod illius est multiplex, vel pars, parte sue: vel certè illum continet semel, aut aliquoties, & aliquam insuper illius partem, vel partes. *Euclid. l. 7. def. 24.*

2346

2346 Terminos, siue radices proportionis dicti duos numeros, quibus in eadem proportione minores sumi nequeunt. *Eucl.l.7. def.25.*

2347 Cum tres numeri proportionales fuerint; Primum ad tertium duplicatam rationem dici habere eius, quam habet ad secundum. At cum quatuor numeri proportionales fuerint; Primum ad quartum triplicatam rationem habere dici eius, quam habet ad secũdum: Et semper deinceps vno amplius, quamdiu proportio extiterit. *Eucl.l.7.def.26.*

2348 Quotlibet numeris ordine positis, proportionem primi ad vltimum componi dici ex proportionibus primi ad secundum, & secundi ad tertium, & tertij ad quartum, & ita deinceps, donec extiterit proportio. *Eucl.l.7.def.27.*

2349 Æquales esse inter se numeros, qui æqualium numerorum, vel eiusdem æquè multiplices sunt. *Eucl.l.7.Ax.1.*

2350 Æquales esse inter se numeros, quorum idem numerus æquè multiplex est, vel æquè multiplices sunt æquales. *Eucl.l.7.Ax.2.*

2351 Æquales esse inter se numeros, qui æqualium numerorum, vel eiusdem eadem pars, vel eædem partes fuerint. *Eucl.l.7. Ax.3.*

2352 Æquales inter se numeros esse, quorũ idem numerus, vel æquales, eadem pars, vel eædem partes fuerint. *Eucl.l.7.Ax.4.*

2353 Vnitatem, omnem numerum per vnitates, quæ in ipso sunt, hoc est, per ipsum met numerum, metiri. *Eucl.l.7.Ax.5.*

2354 Omnem numerum se ipsum metiri per vnitatem. *Eucl.l.7.Ax.6.*

2355 Si numerus numerum multiplicans, ali-

quem produxerit, metiri multiplicantem productum per multiplicatum, multiplicatum autē eundem per multiplicantem. *Eucl. l. 7. Ax. 7.*

2356 Si numerus numerum metiatur, & illum, per quem metitur, eundem metiri per eas, quæ in metiente sunt, vnitates, hoc est, per ipsum numerum metientem. *Eucl. l. 7. Ax. 8.*

2357 Si numerus numerum metiens, multiplicet eum, per quem metitur, vel ab eo multiplicetur, illum, quem metitur, producere. *Eucl. l. 7. Ax. 9.*

2358 Numerum quotcunque numeros metientem, compositum quoque ex ipsis metiri. *Eucl. l. 7. Ax. 10.*

2359 Numerum quemcunque numerum metiētem, metiri quoque omnem numerum, quem ille metitur. *Eucl. l. 7. Ax. 11.*

2360 Numerum metientem totum, & ablatum, metiri & reliquum. *Eucl. l. 7. Ax. 12.*

2361 Omnem numerum, omnis numeri, minorem maioris, aut partem esse, aut partes. *Eucl. l. 7. prop. 4.*

t *Ex Eucl. elem. 8.* 2362 *t* Si quadratus numerus quadratū numerum metiatur: & latus vnius metiri latus alterius. Et si vnius quadrati latus metiatur latus alterius; & quadratum quadratum metiri. *Eucl. l. 8. prop. 14.*

2363 Si quadratus numerus quadratum numerum non metiatur; neque latus vnius metiri alterius latus. Et si latus vnius quadrati non metiatur latus alterius: neque quadratum quadratum metiri. *Eucl. l. 8. prop. 16.*

u *Ex Eucl. elem. 9.* 2364 *u* Si duo similes plani numeri multiplicantes se mutuo faciant quendam; Productum qua-

quadratum esse. *Eucl.l.9.prop.1.*

2365 Si cubus numerus seipsum multiplicans procreet aliquem; Productum cubum fore. *Eucl.l.9.prop.3.*

2366 Si cubus numerus cubum numerū multiplicans faciat aliquem; Factum cubum fore. *Eucl.l.9.prop.4.*

2367 Si cubus numerus numerum quendam multiplicans faciat cubum; Et multiplicatum cubum fore. *Eucl. l.9.prop.5.*

2368 Si pares numeri quotcunque componantur; totum parem fore. *Eucl.l.9.prop.21.*

2369 Si impares numeri quotcunque componantur, multitudo autem ipsorum sit par: Totum parem fore. *Eucl.l.9.prop.22.*

2370 Si impares numeri quotcunque componantur, multitudo autem ipsorum sit impar: & totum imparem fore. *Eucl.l.9.prop.23.*

2371 Si ab impari numero impar detrahatur: reliquum parem fore. *Eucl.l.9.prop.26.*

2372 Si ab impari numero par detrahatur: reliquum imparem fore. *Euclid.l.9.prop.27.*

2373 Si impar numerus parem multiplicans fecerit aliquem: factum parem fore. *Eucl.l.9. prop.28.*

2374 Si impar numerus imparem numerum multiplicans fecerit aliquem: factum imparem fore. *Eucl.l.9.prop.29.*

2375 x Numerationem esse cuiusuis numeri propositi per proprios characteres, ac figuras descriptionem. seu, Multitudinis cuiusuis, vt multitudo est, eiusque partium notionem. *Clau. in epit. Arith.pract.c.1.* x *Ex Praxi arithmetica.*

2376 Cifram esse numerationis figuram, quæ

nihil per se significat; auget tamen aliarum figurarum significationem. *Clau. supra c.1.*

2377 Numerationis figuras ordine positas, pro loci positione sese in decupla proportione superare. Quælibet enim figura in primo loco posita seipsam simpliciter repræsentat, in secũdo decies seipsam significat, in tertio centies, in quarto millies, in quinto decies millies, in sexto centies millies, in septimo millies millies; & ita deinceps in infinitum. *Clau. sup c.1.*

2378 Additionem esse duorum, vel plurium numerorum in vnam summam collectionem. *Clau. ibid. c.2.*

2379 Subtractionem esse minoris numeri ex maiori, vel æqualis ex æquali, subductionem. *Clau. ibid. c.3.*

2380 Multiplicationem esse ductum vnius numeri in alium. Tunc autem numerus quilibet in alium duci dicitur, cum alter ipsorum toties augetur, quoties in altero continetur vnitas. vt 6. in 5. ductus augetur vsque ad 30. *Clau. ibid. c.4.*

2381 Diuisionem esse distributionem propositi numeri in partes ab altero numero dato denominatas. seu, Inuentionem numeri, qui toties vnitatem contineat, quoties numerus diuidendus diuisorem continet. vt si numerus 36. per 9. diuidatur. *Clau. sup. c.5.*

2382 Numerum Diuidentem, seu Diuisorem dici eũ numerum, qui partes denominat, in quas numerus diuidendus distribuitur. vt est numerus 9. respectu 36. *Clau. supra.*

2383 Numerum partium, in quas numerus diuidendus distribuitur, quotientem appellari. vt est 4. respectu partium, in quas numerus 36.

per

per 9.diuiditur. numerus enim 36. quater continet 9. Dicitur autem quotiens, quia indicat quoties diuisor in numero diuidendo contineatur. *Clauius supra.*

2384 Numerum fractum, siue Fractionem, Minutiamue, esse vnam, vel plures partes totius in plures æquales partes diuisi. *Clau. supra c.6. & in Eucl.l.9.prop.36.*

2385 Minutiæ Numeratorem esse numerum, qui numerat quot partes contineat fractio proposita ex illis, in quas totum, cuius est fractio, diuisum est. vt cum fractio cõtinet tres quintas partes, *y* Numerator est 3. *Clau.in Arith.pract.c.6.* *y* $\frac{3}{5}$

2386 Minutiæ Denominatorem esse numerum, qui fractionis partes denominat, hoc est, indicat in quot nam partes totum intelligitur esse diuisum. vt cum fractio continet tres quintas partes, Denominator est 5. *Clau ibid.*

2387 Minutiæ cuiusuis æstimationem, siue valorem augeri, cum Numeratore manẽte eodem, Denominator minuitur: vel cum Denominatore manente eodem, Numerator augetur. vt *x* vel *a* *Clau.ibid.c.7.* *x* $\frac{1}{6}$ $\frac{1}{5}$ $\frac{1}{4}$

2388 Minutiæ cuiusuis æstimationem, siue valorem minui, cum Numeratore manente eodem, Denominator augetur: vel, Cum Denominatore manente eodem, Numerator minuitur. vt *b* vel *c* *Clau.ibid.* *a* $\frac{1}{7}$ $\frac{2}{7}$ $\frac{3}{7}$ *b* $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$

2389 Minutias quascunque, quarum vnius numerator ad suum denominatorem eandem habet proportionem, quam reliquarum numeratores habent ad suos denominatores, singuli ad singulos, inter se æquales esse. vt *d* in quibus cuiusuis numerator ad suum denominatorem proportio- *c* $\frac{7}{8}$ $\frac{6}{8}$ $\frac{5}{8}$ *d* $\frac{1}{2}$ $\frac{8}{16}$ $\frac{50}{100}$

nem subduplam, hoc est, dimidia pars est ipsius. *Clau. ibid.*

2390 Minutiam Minutiæ esse vnam, vel plures partes totius Minutiæ in plures æquales partes diuisæ. vt est e Tres quintæ quatuor septimarum vnius integri numeri. *Clau. sup. c. 8.*

e $\frac{3}{5}$ $\frac{4}{7}$

2391 Maiores numeros ad minimos numeros, terminosque reuocari, reducique; ad maiorem multitudinum intelligentiam. *Clau. sup. c. 9.*

2392 Positis tribus numeris notis, quartum ignotum inueniri: si secundum & tertium multiplices inter se, & numerum ex multiplicatione productum diuidas per primum. Numerus enim vnius ex partibus diuidentibus, erit quartus; hoc est, tertius numerus ad eum habebit eãdem proportionem, quam primus ad secundum. Vt si 4. aureis emuntur piperis libræ 12. aureis 20. quot libræ emuntur? Multiplicando 12. per 20. & numerum productum 240. diuidendo per 4. quarta pars, nempe 60. erunt libræ pro aureis 20. *Clau. sup. c. 17.*

Ex Astronomicis. c. 3.

2393 ASTronomiam, seu Astrologiam dici, de cœlorum, syderumq; motibus, magnitudine, numero, congressibus, scientiam. *Dist. 5. n. 8. Clau. in præf. in Sphæram.*

2394 Practicam Astronomiam, seu Iudiciariam, seu Prognosticam, ac diuinatricem dici eã doctrinam, quæ naturas, motus, congressiones, effecta syderum siue vera, siue confícta; ad vitæ humanæ vsum accommodat: doctrinam falsam, ac

ac illicitam quatenus de futuris cõtingentibus, successibus, fortuitisue casibus, aut ijs actionibus, quæ ab humana voluntate pendent, certò aliquid euenturum affirmare audet. *In Indice Trident.reg.9.Clau.in præf.in Sphær.*

2395 Astronomiæ vsum præcipuum ad Dei cognitionem esse. Ex creaturis enim cognoscitur auctor earum Deus. Cæli autem, astraque, circa quæ versatur Astronomia; ratione motus, magnitudinis, pulchritudinis, ordinis; præcipua sunt argumenta ad inducendum in cognitionem molitoris. *Paulus Rom.1.Salomon Sap.13.*

2396 Astronomiæ vsum ad medicinam esse. Medicamenta enim temporibus incõgruis exhibita, vel parum, vel nihil prosunt, vel obsunt etiam. *Galen.Hippocr.Clau.supra.*

2397 Astronomiæ vsum ad nauigationem esse. Valet enim syderum cognitio tum ad cursum dirigendum, tum ad maris, ventorumque motum obseruandum. *Clau.supra.*

2398 Astronomiæ vsum esse in sacris Ecclesiæ fastis dirigendis. Astronomia enim certas anni metas, & partium anni iustam descriptionem, notatis diligenter æquinoctijs, & solstitijs veris, demonstrat; menstrua spatia definit; dierũ, noctiumque vices, & interualla, & quantitates accuratissimè metitur, atque distinguit. *Clau. supra.*

2399 Astronomiæ vsum ad agriculturã esse. Tempora enim proscindendæ terræ, cædendis arboribus, sationi commoda, indicat Astronomia. *Clau.supra.vid.Varr.& Colum.*

2400 Sphæram esse, transitum circumferentiæ dimidij circuli, quæ fixa diametro eo vsque cir-

circumducitur, quo vlque ad locum suũ redeat. seu, Esse rotundum illud,& solidum,quod describitur ab arcu semicirculi circumducto. seu, Esse solidum quoddam vna superficie contentum, in cuius medio punctus est, ex quo omnes lineæ ductæ ad circumferentiam sunt æquales. *Eucl. l.11.def.14.Theodos. de sphær.elem.*

2401 Centrum sphæræ dici punctum illum, à quo omnes lineæ ductæ ad circumferentiam, sunt æquales. *Io.de Sacro bosc.c.1.*

2402 Axem sphæræ dici,lineam rectam,circa quam sphæra voluitur: quæ linea per centrum sphæræ transit, sphæræque circumferentiam attingit ex vtraque parte. *Io.de Sac.bosc.c.1.Eucl. l.11.def.15.*

2403 Diametrum sphæræ esse rectam quandam lineam per centrum ductam, & vtrinque à sphæræ superficie terminatam. *Eucl.l.11.def.17.*

2404 Sphæræ polos dici, duo puncta axem terminantia. *Io.de Sacr.bosc.c.1.*

2405 Sphærã mathematicam,esse Instrumentum quoddam rotundum, in quo varij circuli continentur, quibus mundi situs, cælorumque motus explicantur. *Clau.in sphær.c.1.*

2406 Axem Mundi dici, diametrum illam, circa quam Cœlum sine intermissione circum agitur. *ex Eucl.l.11.def.15.*

2407 Polos, circa quos diurno motu cælum conuertitur, alterum, qui supra nostrum hemisphærium attollitur, Arcticum dici, & Borealẽ, & Boreum,& Septentrionalem,& Aquilonium: alterum, qui sub Hemisphærio nostro semper delitescit, Antarcticum,& Australem,& Austrinum,& Meridionalem, & Notium, appellari.

Io.

Io.de Sacr.bosc.c.2.

2408 Cæli sphæram alijs rectã esse, alijs obliquam. Recta dicitur ijs, quibus neuter polorum magis altero eleuatur. Obliqua est ijs, quibus supra Horizontem alter polorum semper eleuatur, alter semper deprimitur. *Io.de Sac.bosc.c.1.*

2409 Hemisphærium dici dimidiatam partẽ sphæræ mundi. Diuidit enim Horizontis circulus totam Mundi sphæram in duas partes æquales; quarum altera cernitur, altera non videtur. *Clau in sphær.c.1.*

2410 Esse ab Astrologis circulos multos in cæli sphæra, imaginatione, ac arte formatos, ad facilius tradendam de syderum motibus eruditionem. *Clau.in sphær.c.1.*

2411 Quoscunque circulos in 360. partes ab Astronomis diuidi: quas partes Gradus appellant. *Clau. in sphær.c.1.*

2412 Æquinoctionalem circulum, seu Æquatorem dici, maximum circulum, æqualiter secũdum omnes sui partes ab vtroque mundi polo distantem. *Io.de Sacr.bosc.in sphær.c.2.Clau.in sphær.c.1.*

2413 Zodiacum circulum dici eum circulũ, qui Æquinoctiali circulo obliquus est, secatque illum in duas medietates; quarum altera in Septentrionem vergit, altera ad Austrum: punctum autem medium vtriusque medietatis distat ab Æquinoctiali gradibus viginti tribus, & semis. Hanc enim distantiam indicat Solis tum ad Septentrionem, tum ad Austrum accessus. *Io. de Sacr.bosc.in sphær.c.2.*

2414 Zodiaci latitudinem esse 12. graduum; in cujus latitudinis medio linea per totam Zodiaci

diaci latitudinem ducta, Ecliptica nominatur. *Io.de Sacr.bosc.sphær.c.2.*

2415 Intra latitudinē Zodiaci Planetas omnes circumuolui proprio motu ab occasu ad ortum. *Clau.in sphær.c.2.*

2416 Zodiaci circulum obliquum esse. an ad vicissitudinem temporum efficiendam? an ad effectuum varietatem gignendam in elementis? Astris enim ad hæc, & illa loca modo accedentibus, modo recedentibus, vicissitudo temporū, & effectuum varietas existit. *Clau.in sphær.c.2.*

2417 Semicirculum ascendentem appellari Zodiaci medietatem ab initio Capricorni per Arietem ad principium Cancri: quia in eo Sol ad nostri capitis verticem ascendit. *Clau.in sph.c.2.*

2418 Semicirculum descendentem appellari Zodiaci medietatem à principio Cancri per Libram vsque ad principium Capricorni: quia in eo semper Sol à vertice nostri capitis descendit. *Clau.in sphær.c.2.*

2419 Quatuor in Zodiaco puncta considerari: duo æquinoctialia; quibus Zodiacus Æquinoctialem circulum secat: duo Solstitialia, quæ maximè ab Æquinoctiali remouentur. *Clauius in sphær.c.1.*

2420 Æquinoctialium punctorum illud, quod est principium semicirculi Zodiaci ad polum Arcticum vergentis, procedendo ab occasu in ortum; ad Vernum æquinoctium spectare. Ad æquinoctium autem Australe pertinere pūctum illud, quod est principiū alterius semicirculi ad polum Antarcticum inclinantis. Illud Arietis, hoc Libræ principium esse. *Clau.in sphær.c.1.*

2421 Solstitialium punctorum illud, quod ab

Æqui-

Æquinoctiali in Septétrionem recedit, æstiuum: quod verò ad Austrum secedit, hybernum nominari. Illud principium Cancri, hoc Capricorni principium esse. *Clau.in sphær.c.1.*

2422 Colurum Solstitiorum esse circulum illum, qui per polos mundi, polos Zodiaci, & pũcta solstitialia incedit. *Io.de Sac.bosc.c.2.*

2423 Colurum Æquinoctiorum esse circulum illum, qui per polos mundi, & puncta æquinoctialia ingreditur, non autem per polos Zodiaci. *Io.de Sac.bosc.c.2.*

2424 Meridianum circulum esse, qui per mundi polos, & verticẽ loci ducitur, supereminetque alijs maioribus circulis in sphæra materiali. *Io. de Sac.bosco in sphær. c.2.*

2425 Verticem loci, esse punctũ in cælo, quod directè suprapositũ est illi loco. vt quod vertici capitis cuiusque hominis imminet. Hoc pũctum Arabes Zenith appellare: oppositum autem punctum, si diameter in alteram cæli partem intelligatur excurrere, vocare Nadir. *Clau.in sphær.c.1.*

2426 Horizontem esse circulum, ex vertice loci, tanquam polo, descriptum: qui Meridianum diuidit, separatque hemisphærium visum à non viso. Hunc Horizontem aliqui Rationalem appellant: quod ratione colligatur. Horizontem sensibilem vocant illud spatium in terræ superficie, marisue, quod acies oculorum circumducta conspicere potest, sublatis omnibus impedimentis. *Io.de Sac.bosc.in sphær.c.2. Clau.ibid.*

2427 Tropicum Cancri dici circulum illum minorem, qui ex parte poli Arctici æquidistat Æquinoctiali, transitque per illud punctum Zodiaci, maximè ab Æquinoctiali remotum, quod prin-

principium Cancri nominatur. *Io. de Sac. bosc. in sphær. c. 2.*

2428 Tropicum Capricorni vocari minorem illum circulum, qui ex parte poli Antarctici Æquinoctiali æquidistat, transitq; per illud punctum Zodiaci, quod principium Capricorni appellatur. *Io. de Sacr. bosc. in sphær. c. 2.*

2429 Arcticum circulum esse, qui prope polum Arcticum describitur per polum Zodiaci, parallelus æquinoctiali. *Io. de Sac. bosc. in sph c. 2.*

2430 Antarcticum circulum esse, qui prope polum Antarcticum describitur per alterum Zodiaci polum, æquidistans Æquinoctiali. *Io. de Sacro bosc. in sphær. c. 2.*

2431 Vndecim in cælo sphæras mobiles recentiores Astrologos adinuenisse, *f* ad varietatem motuum, qui deprehenduntur in cælo, & singulorum periodos facilius indicandas. Septem sphæras Planetis tribuisse, Lunæ, Mercurio, Veneri, Soli, Marti, Ioui, Saturno: vnam stellis fixis: vnam motui trepidationis à Septentrione in Austrum: vnam motui trepidationis ab oriente in occasum: suprema Primo mobili. *Clau. in sph. c. 1.*

f Arist. 12. Met. t. 44.

2432 Quemcunque orbem superiorem circumferre suo motu inferiorem orbem, sibi concentricum, & contiguum. *Clau. in sphær. c. 1.*

2433 Vndecimam Sphæram esse Primum mobile. quæ vniformi, regulari, citatissimo motu, super mundi polos, per circulum æquinoctialem, ab oriente in occidentem progreditur horis 24. æqualibus, id est, die naturali: rapitque secum omnes inferiores orbes, *g* etiam sphæram ignis, & aeris magnam partem. Hunc enim motum experientia nos docet. *Clau. in sphær. c. 1.*

g Arist. 1. Meteo. c. 3.

2434

2434 Ad inferiorũ orbium motus dignoscendos imaginari Astronomos in primo Mobili Zodiacum cum signis octauæ sphæræ Zodiaco respondentibus. Sunt autem signa: Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Pisces. *Io.de Sac.bosc.in sphær.c.2.*

2435 Solem, & astra reliqua, ad Primi mobilis motum, describere quotidie circulos parallelos circa polos mundi, eò maiores, quò magis recedunt à polis; eò minores, quò ad polos magis accedunt. *Io.de Sac.bosc.c.2.*

2436 Decimam sphærã esse, quæ motu librationis, quem trepidationis appellant, à Septentrione in Austrum, & ab Austro ad Septẽtrionem mouetur sub Coluro Solstitiorum primi mobilis per minuta 24. vltrò, citroque remeans, & circulum non perficiens. Huius enim motus inæqualitas obseruata est in motu stellarum fixarum, & in Solis maxima declinatione. Censetur autem huius librationis spatium esse annorum 3432. *Clau.in sphær.c.1.*

2437 Nonam sphæram esse, quæ motu quoque librationis ab ortu ad occasum, & rursum ab occasu in ortũ cietur sub ecliptica decimæ sphęræ, & super polos eiusdẽ per minuta 140. annorum 1716. spatio. Obseruatũ enim est ab Astronomis hunc etiam motum indicare irregulares syderũ apparentias, ac motus. *Clau.in sphær.c.1.*

2438 Octauam sphæram esse stellarum fixarum, quæ ab occasu in ortum motu tardissimo, præter triplicem motum à superioribus sphæris acceptum, annis, secundum quorundam Astronomorum sententiam, 25798, cietur, rapitque secũ

omnes

omnes inferiores orbes. Obseruatum enim est ab Astronomis peritissimis, distantias stellarum fixarum à punctis solstitialibus, & æquinoctialibus, non manere easdem semper; sed crescere, & augeri versus orientales partes progrediendo. *Ptolæm. Dict.7.c.2. Io.Regiom. in epit. eiusdem Dict.prop.2. Clau.in sphær.c.1.*

2439 Saturni globum septimum esse, qui præter quatuor, quos à superioribus globis, motus recipit, habet motum suum ab occidente ad orientem annis ferè triginta. *Clau.in sphær.c.1.*

2440 Iouis globum sextum esse, qui suum circuitum explet annis ferè duodecim, ab occasu in ortum. *Clau.in sphær.c.1.*

2441 Martis globum quintum esse, qui ab occasu in ortum suo motu progreditur annis ferè duobus. *Clau.in sph.c.1.*

2442 Solis orbem quartum esse, qui suũ efficit circulum ab occasu in ortum anno vno, seu diebus ferè 365, horis sex. *Io.de Sac.bosc.c.4.*

2443 Veneris orbem tertiũ esse, qui ab occasu in ortum eodem ferè tempore progreditur, quo Sol ipse. *Clau.in sphær.c.1.*

2444 Mercurij globum secundum esse, qui ab occasu in ortum eodem ferè tempore progreditur, quo Venus. *Clau.in sphær.c.1.*

2445 Lunæ infimũ globum esse, qui ab occasu in ortum suum circulum peragit diebus ferè 29, horis 12. *Clau.in sphær.c.1.*

2446 Tres quamque Planetarum sphærã globos habere cogitandum esse; duos extimos, toti cœlo cõcentricos, & superiori, ac inferiori aliorum syderum sphæræ contiguos: vt intelligi possit Planetarum sphæras à quatuor supremarum sphæ-

sphærarum motu cieri. vnum duobus extimis globis intimum, illisque contiguum: vt intelligi possit qua ratione quisque Planeta suo motu intra suos extimos globos moueatur. *Clau. in sphær.c.4 Io.de Sacr.bosc.ibid.*

2447 Cogitandũ esse cuiusque Planetæ globum intimum ab extimis eiusdem Planetæ globis inclusum, non esse toti cælo concentricum, id est, non habere pro centro ipsius terræ centrum. Experientia enim docet Planetas modo magis, modo minus à terra distare: nimirum quia non eandem profunditatem habent globi extimi, intrà quos intimus planetæ globus defertur; sed vna ex parte minorem, ex altera maiorem. *Io.de Sacr.bosc. in sphær.c.4.*

2448 Punctum in Eccentrico, qui maximè ad Firmamentum accedit, Augem appellari, id est, eleuationem. Oppositum vero punctum, qui maximæ remotionis est à Firmamento, dici Oppositum augis. *Io.de Sacr.bosc.in sphær.c.4.*

2449 Epicyclum esse sphærulam solidam intra eccẽtrici crassitiem immersam, vt circa suum proprium centrum circumuolui possit. In epicyclis affixos esse Planetas Astronomi arbitrantur, & ad eorum motum circumagi: epicyclos autem eccentricis affixos esse, atque ad eorum motum circumferri. Ita varias Planetarum apparentias, motusque melius intelligi; & omnem varietatem ad vniformitatem maximam redigi. *Clau.in sphær.c.4.Io.de Sacr.bosc.ibid.*

2450 Planetarum apparentijs ostendi esse ab occasu ad ortum eorum motũ, & diuersum singulorum motum esse, nec eandem singulorum à terra distantiam. *Clau. in sph.c.1.*

2451 Minorem, maioremue cuiusque syderis à terra distantiam, tum ex diuersitate aspectus; tum ex velocitate, ac tarditate motus; tum ex eclipsibus deprehendi. *Clau.in spb.c.1.*

2452 Aspectum diuersitatis dici ab Astronomis, differentiam veri, visique loci alicuius astri. *Clau.in spb.c.1.*

2453 Verum astri locum dici, punctum illud circuli maximi per verticem capitis, & astrum transeuntis, quod lineam rectam è centro terræ per centrum astri ad circulum illum maximum protractam terminat. *Clau.in spb.c.1.*

2454 Visum astri locum dici, punctum illud eiusdem circuli maximi, quod lineam rectam, ab oculo nostro per astri centrum ad circulum illum maximum eductam, terminat. *Clau. in spb.c.1.*

2455 Astrum quodcunque, quò vicinius est horizonti, vel centro terræ, eò maiorem habere diuersitatem aspectus. Id enim manifestè mathematicæ demonstrationes ostendunt. *Clauius in spbær.c.1.*

2456 Corpus luminosum quodcunque, quò altius, & remotius est à terra; eò minores corporum vmbras efficere in plano horizontis. Hoc enim deprehenditur in vmbra gnomonis; ductis lineis à duobus luminosis ad gnomonem, vtroque luminoso eandem altitudinem habente supra horizontem, sed non eandem à terra distantiam. *Clau.in spbær.c.1.*

h *Vide Clauiũ in spb. c.1.*

2457 *h* Vt punctum, & vt quid insensibile se habere terram respectu firmamenti. Tantò enim corpora minora apparent, quantò distantiora. est autem terra maximè distans à firmamento.

quare

quare respectu firmamenti ita se habet terra, ac si non esset; vt plurimæ mathematicorum indicant experientiæ. *Ptolem. Dict.1.c.6. Alphrag. Differ.4. Io.de Sacr. bosc. Spbær. c.1. Arist.1. Meteor.c.3.& 14.& 1.Cæl.t.110.*

2458 Innumerabilem penè stellarum, quas fixas appellant, multitudinẽ esse. Oblongo enim illo perspicillorum instrumento innumerabilis stellarum multitudo cernitur, præsertim in via lactea, minorum ijs, quas sine perspicillis aspicimus; quare his minoribus, multò plures minores esse possumus arbitrari. *Clau.in Spbær.c.1.*

2459 Nocte serena sine perspicillis non plures in firmamento stellas apparere 1022. quas Astronomi veteres ad faciliorem doctrinam in Constellationes 48 distinxere. *Clau.in Spb.c.1.*

2460 Constellationem, seu Asterismum, seu Imaginem, esse multitudinem stellarum, formã animalis alicuius, aut alterius cuiusuis rei effigiem suo situ, ac ordine referentium. *Clau. in Spbær.c.1.*

2461 In ijs 1022. Stellis, quæ semper à nobis cernuntur, secundum magnitudinem, & maiorem, minoremue splendorem, sex omnino gradus Astrologos obseruasse; quos Differentias magnitudinum appellarunt. *Clau.in Spbær.c.1.*

2462 Primæ magnitudinis stellas 15. esse; secundæ 45. tertiæ 208. quartæ 474. quintæ 217. sextæ 49. Nebulosas 5. obscuriores 9. *Clau. in Spbær.c.1.*

2463 Hyemali tempore sereno cælo, sine perspicillis, solere multò plures, quam 1022, stellas apparere. An quia aere magis purgato, apparẽt etiam stellæ, quæ minores sunt ijs, quæ semper

circumducitur, quo vique ad locum suū redeat. seu, Esse rotundum illud, & solidum quod describitur ab arcu semicirculi circumducto. seu, Esse solidum quoddam vna superficie contentum, in cuius medio punctus est, ex quo omnes lineæ ductæ ad circumferentiam sunt æquales. *Eucl. l. 11. def. 14. Theodos. de sphær. elem.*

2401 Centrum sphæræ dici punctum illum, à quo omnes lineæ ductæ ad circumferentiam, sunt æquales. *Io. de Sacro bosc. c. 1.*

2402 Axem sphæræ dici, lineam rectam, circa quam sphæra voluitur: quæ linea per centrum sphæræ transit, sphæræque circumferentiam attingit ex vtraque parte. *Io. de Sac. bosc. c. 1. Eucl. l. 11. def. 15.*

2403 Diametrum sphæræ esse rectam quandam lineam per centrum ductam, & vtrinque à sphæræ superficie terminatam. *Eucl. l. 11. def. 17.*

2404 Sphæræ polos dici, duo puncta axem terminantia. *Io. de Sacr. bosc. c. 1.*

2405 Sphæram mathematicam, esse Instrumentum quoddam rotundum, in quo varij circuli continentur, quibus mundi situs, cælorumque motus explicantur. *Clau. in sphær. c. 1.*

2406 Axem Mundi dici, diametrum illam, circa quam Cœlum sine intermissione circumagitur. *ex Eucl. l. 11. def. 15.*

2407 Polos, circa quos diurno motu cælum conuertitur, alterum, qui supra nostrum hemisphærium attollitur, Arcticum dici, & Borealē, & Boreum, & Septentrionalem, & Aquilonium: alterum, qui sub Hemisphærio nostro semper delitescit, Antarcticum, & Australem, & Australinum, & Meridionalem, & Notium, appellari.

Io.

Io.de Sacr.bosc.c.2.

2408 Cæli sphæram alijs rectã esse, alijs obliquam. Recta dicitur ijs, quibus neuter polorum magis altero eleuatur. Obliqua est ijs, quibus supra Horizontem alter polorum semper eleuatur, alter semper deprimitur. *Io.de Sac.bosc.c.1.*

2409 Hemisphærium dici dimidiatam partẽ sphæræ mundi. Diuidit enim Horizontis circulus totam Mundi sphæram in duas partes æquales; quarum altera cernitur, altera non videtur. *Clau in sphær.c.1.*

2410 Esse ab Astrologis circulos multos in cæli sphæra, imaginatione, ac arte formatos, ad facilius tradendam de syderum motibus eruditionem. *Clau.in sphær.c.1.*

2411 Quoscunque circulos in 360. partes ab Astronomis diuidi: quas partes Gradus appellant. *Clau. in sphær.c.1.*

2412 Æquinoctionalem circulum, seu Æquatorem dici, maximum circulum, æqualiter secũdum omnes sui partes ab vtroque mundi polo distantem. *Io.de Sacr.bosc.in sphær.c.2.Clau.in sphær.c.1.*

2413 Zodiacum circulum dici eum circulũ, qui Æquinoctiali circulo obliquus est, secatque illum in duas medietates; quarum altera in Septentrionem vergit, altera ad Austrum: punctum autem medium vtriusque medietatis distat ab Æquinoctiali gradibus viginti tribus, & semis. Hanc enim distantiam indicat Solis tum ad Septentrionem, tum ad Austrum accessus. *Io. de Sacr.bosc.in sphær.c.2.*

2414 Zodiaci latitudinem esse 12. graduum; in cujus latitudinis medio linea per totam Zodiaci

diaci latitudinem ducta, Ecliptica nominatur. *Io.de Sacr.bosc.sphær.c.2.*

2415 Intra latitudinē Zodiaci Planetas omnes circumuolui proprio motu ab occasu ad ortum. *Clau.in sphær.c.2.*

2416 Zodiaci circulum obliquum esse. an ad vicissitudinem temporum efficiendam? an ad effectuum varietatem gignendam in elementis? Astris enim ad hæc, & illa loca modo accedentibus, modo recedentibus, vicissitudo temporū, & effectuum varietas existit. *Clau.in sphær.c.2.*

2417 Semicirculum ascendentem appellari Zodiaci medietatem ab initio Capricorni per Arietem ad principium Cancri: quia in eo Sol ad nostri capitis verticem ascendit. *Clau.in sph.c.2.*

2418 Semicirculum descendentem appellari Zodiaci medietatem à principio Cancri per Libram vsque ad principium Capricorni: quia in eo semper Sol à vertice nostri capitis descendit. *Clau.in sphær.c.2.*

2419 Quatuor in Zodiaco puncta considerari: duo æquinoctialia; quibus Zodiacus Æquinoctialem circulum secat: duo Solstitialia, quæ maximè ab Æquinoctiali remouentur. *Clausus in sphær.c.1.*

2420 Æquinoctialium punctorum illud, quod est principium semicirculi Zodiaci ad polum Arcticum vergentis, procedendo ab occasu in ortum; ad Vernum æquinoctium spectare. Ad æquinoctium autem Australe pertinere pūctum illud, quod est principiū alterius semicirculi ad polum Antarcticum inclinantis. Illud Arietis, hoc Libræ principium esse. *Clau.in sphær.c.1.*

2421 Solstitialium punctorum illud, quod ab Æqui-

Æquinoctiali in Septentrionem recedit, æstiuum: quod verò ad Austrum secedit, hybernum nominari. Illud principium Cancri, hoc Capricorni principium esse. *Clau.in sphær.c.1.*

2422 Colurum Solstitiorum esse circulum illum, qui per polos mundi, polos Zodiaci, & puncta solstitialia incedit. *Io.de Sac.bosc.c.2.*

2423 Colurum Æquinoctiorum esse circulum illum, qui per polos mundi, & puncta æquinoctialia ingreditur, non autem per polos Zodiaci. *Io.de Sac.bosc.c.2.*

2424 Meridianum circulum esse, qui per mundi polos, & verticē loci ducitur, supereminetque alijs maioribus circulis in sphæra materiali. *Io. de Sac.bosco in sphær. c.2.*

2425 Verticem loci, esse punctū in cælo, quod directè suprapositū est illi loco. vt quod vertici capitis cuiusque hominis imminet. Hoc pūctum Arabes Zenith appellare: oppositum autem punctum, si diameter in alteram cæli partem intelligatur excurrere, vocare Nadir. *Clau.in sphær.c.1.*

2426 Horizontem esse circulum, ex vertice loci, tanquam polo, descriptum: qui Meridianum diuidit, separatque hemisphærium visum à non viso. Hunc Horizontem aliqui Rationalem appellant: quod ratione colligatur. Horizontem sensibilem vocant illud spatium in terræ superficie, marisue, quod acies oculorum circumducta conspicere potest, sublatis omnibus impedimentis. *Io.de Sac.bosc.in sphær.c.2. Clau.ibid.*

2427 Tropicum Cancri dici circulum illum minorem, qui ex parte poli Arctici æquidistat Æquinoctiali, transitque per illud punctum Zodiaci, maximè ab Æquinoctiali remotum, quod

principium Cancri nominatur. *Io. de Sac. bosc. in sphær. c. 2.*

2428 Tropicum Capricorni vocari minorem illum circulum, qui ex parte poli Antarctici Æquinoctiali æquidistat, transitq; per illud punctum Zodiaci, quod principium Capricorni appellatur. *Io. de Sacr. bosc. in sphær. c. 2.*

2429 Arcticum circulum esse, qui prope polum Arcticum describitur per polum Zodiaci, parallelus æquinoctiali. *Io. de Sac. bosc. in sph c. 2.*

2430 Antarcticum circulum esse, qui prope polum Antarcticum describitur per alterum Zodiaci polum, æquidistans Æquinoctiali. *Io. de Sacro bosc. in sphær. c. 2.*

2431 Vndecim in cælo sphæras mobiles recẽtiores Astrologos adinuenisse, *f* ad varietatem motuum, qui deprehenduntur in cælo, & singulorum periodos facilius indicandas. Septem sphæras Planetis tribuisse, Lunæ, Mercurio, Veneri, Soli, Marti, Ioui, Saturno: vnam stellis fixis: vnam motui trepidationis à Septentrione in Austrum: vnam motui trepidationis ab oriente in occasum: supremã Primo mobili. *Clau. in sph. c. 1.*

f Arist. 12. Met. t. 44.

2432 Quemcunque orbem superiorem circumferre suo motu inferiorem orbem, sibi concentricum, & contiguum. *Clau. in sphær. c. 1.*

2433 Vndecimam Sphæram esse Primum mobile. quæ vniformi, regulari, citatissimo motu, super mundi polos, per circulum æquinoctialem, ab oriente in occidentem progreditur horis 24. æqualibus, id est, die naturali: rapitque secum omnes inferiores orbes, *g* etiam sphæram ignis, & aeris magnam partem. Hunc enim motum experientia nos docet. *Clau. in sphær. c. 1.*

g Arist. 1. Meteo. c. 3.

2434

2434 Ad inferiorũ orbium motus dignoscendos imaginari Astronomos in primo Mobili Zodiacum cum signis octauæ sphæræ Zodiaco respondentibus. Sunt autem signa: Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Pisces. *Io.de Sac.bosc.in sphær.c.2.*

2435 Solem, & astra reliqua, ad Primi mobilis motum, describere quotidie circulos parallelos circa polos mundi, eò maiores, quò magis recedunt à polis; eò minores, quò ad polos magis accedunt. *Io.de Sac.bosc.c.2.*

2436 Decimam sphærã esse, quæ motu librationis, quem trepidationis appellant, à Septentrione in Austrum, & ab Austro ad Septẽtrionem mouetur sub Coluro Solstitiorum primi mobilis per minuta 24. vltrò, citroque remeans, & circulum non perficiens. Huius enim motus inæqualitas obseruata est in motu stellarum fixarum, & in Solis maxima declinatione. Censetur autem huius librationis spatium esse annorum 3432. *Clau.in sphær.c.1.*

2437 Nonam sphæram esse, quæ motu quoque librationis ab ortu ad occasum, & rursum ab occasu in ortũ cietur sub ecliptica decimæ sphęræ, & super polos eiusdẽ per minuta 140. annorum 1716. spatio. Obseruatũ enim est ab Astronomis hunc etiam motum indicare irregulares syderũ apparentias, ac motus. *Clau.in sphær.c.1.*

2438 Octauam sphæram esse stellarum fixarum, quæ ab occasu in ortum motu tardissimo, præter triplicem motum à superioribus sphæris acceptum, annis, secundum quorundam Astronomorum sententiam, 25798. cietur; rapitque secũ

omnes

omnes inferiores orbes. Obseruatum enim est ab Astronomis peritissimis, distantias stellarum fixarum à punctis solstitialibus, & æquinoctialibus, non manere easdem semper; sed crescere, & augeri versus orientales partes progrediendo. *Ptolæm. Dict. 7. c. 2. Io. Regiom. in epit. eiusdem Dict. prop. 2. Clau. in sphær. c. 1.*

2439 Saturni globum septimum esse, qui præter quatuor, quos à superioribus globis, motus recipit, habet motum suum ab occidente ad orientem annis ferè triginta. *Clau. in sphær. c. 1.*

2440 Iouis globum sextum esse, qui suum circuitum explet annis ferè duodecim, ab occasu in ortum. *Clau. in sphær. c. 1.*

2441 Martis globum quintum esse, qui ab occasu in ortum suo motu progreditur annis ferè duobus. *Clau. in sph. c. 1.*

2442 Solis orbem quartum esse, qui suũ efficit circulum ab occasu in ortum anno vno, seu diebus ferè 365, horis sex. *Io. de Sac. bosc. c. 4.*

2443 Veneris orbem tertiũ esse, qui ab occasu in ortum eodem ferè tempore progreditur, quo Sol ipse. *Clau. in sphær. c. 1.*

2444 Mercurij globum secundum esse, qui ab occasu in ortum eodem ferè tempore progreditur, quo Venus. *Clau. in sphær. c. 1.*

2445 Lunæ infimũ globum esse, qui ab occasu in ortum suum circulum peragit diebus ferè 29, horis 12. *Clau. in sphær. c. 1.*

2446 Tres quamque Planetarum sphærã globos habere cogitandum esse; duos extimos, toti cœlo cõcentricos, & superiori, ac inferiori aliorum syderum sphæræ contiguos: vt intelligi possit Planetarum sphæras à quatuor supremarum

sphæ-

sphærarum motu cieri. vnum duobus extimis globis intimum, illisque contiguum: vt intelligi possit qua ratione quisque Planeta suo motu intra suos extimos globos moueatur. *Clau. in sphær.c.4 Io.de Sacr.bosc.ibid.*

2447 Cogitandũ esse cuiusque Planetæ globum intimum ab extimis eiusdem Planetæ globis inclusum, non esse toti cælo concentricum, id est, non habere pro centro ipsius terræ centrum. Experientia enim docet Planetas modo magis, modo minus à terra distare: nimirum quia non eandem profunditatem habent globi extimi, intrá quos intimus planetæ globus defertur; sed vna ex parte minorem, ex altera maiorem. *Io.de Sacr.bosc. in sphær.c.4.*

2448 Punctum in Eccentrico, qui maximè ad Firmamentum accedit, Augem appellari, id est, eleuationem. Oppositum vero punctum, qui maximæ remotionis est à Firmamento, dici Oppositum augis. *Io.de Sacr.bosc.in sphær.c.4.*

2449 Epicyclum esse sphærulam solidam intra eccẽtrici crassitiem immersam, vt circa suum proprium centrum circumuolui possit. In epicyclis affixos esse Planetas Astronomi arbitrantur, & ad eorum motum circumagi: epicyclos autem eccentricis affixos esse, atque ad eorum motum circumferri. Ita varias Planetarum apparentias, motusque melius intelligi; & omnem varietatem ad vniformitatem maximam redigi. *Clau.in sphær.c.4.Io.de Sacr.bosc.ibid.*

2450 Planetarum apparentijs ostendi esse ab occasu ad ortum eorum motũ, & diuersum singulorum motum esse, nec eandem singulorum à terra distantiam. *Clau. in sph.c.1.*

2451 Minorem, maioremue cuiusque syderis à terra distantiam, tum ex diuersitate aspectus; tum ex velocitate, ac tarditate motus; tum ex eclipsibus deprehendi. *Clau.in spb.c.1.*

2452 Aspectum diuersitatis dici ab Astronomis, differentiam veri, visique loci alicuius astri. *Clau.in spb.c.1.*

2453 Verum astri locum dici, punctum illud circuli maximi per verticem capitis, & astrum transeuntis, quod lineam rectam è centro terræ per centrum astri ad circulum illum maximum protractam terminat. *Clau.in spb.c.1.*

2454 Visum astri locum dici, punctum illud eiusdem circuli maximi, quod lineam rectam, ab oculo nostro per astri centrum ad circulum illum maximum eductam, terminat. *Clau. in spb.c.1.*

2455 Astrum quodcunque, quò vicinius est horizonti, vel centro terræ, eò maiorem habere diuersitatem aspectus. Id enim manifestè mathematicæ demonstrationes ostendunt. *Clauius in spbær.c.1.*

2456 Corpus luminosum quodcunque, quò altius, & remotius est à terra; eò minores corporum vmbras efficere in plano horizontis. Hoc enim deprehenditur in vmbra gnomonis; ductis lineis à duobus luminosis ad gnomonem, vtroque luminoso eandem altitudinem habente supra horizontem, sed non eandem à terra distantiam. *Clau.in spbær.c.1.*

h *Vide Clauiũ in spb. c.1.*

2457 *b* Vt punctum, & vt quid insensibile se habere terram respectu firmamenti. Tantò enim corpora minora apparent, quantò distantiora. est autem terra maximè distans à firmamento.

quare

quare respectu firmamenti ita se habet terra, ac si non esset; vt plurimæ mathematicorum indicant experientiæ. *Ptolem. Dict.1.c.6. Alphrag. Differ.4. Io.de Sacr. bosc. Sphær. c.1. Arist.1. Meteor.c.3.& 14.& 1.Cæl.t.110.*

2458 Innumerabilem penè stellarum, quas fixas appellant, multitudinè esse. Oblongo enim illo perspicillorum instrumento innumerabilis stellarum multitudo cernitur, præsertim in via lactea, minorum ijs, quas sine perspicillis aspicimus; quare his minoribus, multò plures minores esse possumus arbitrari. *Clau.in Sphær.c.1.*

2459 Nocte serena sine perspicillis non plures in firmamento stellas apparere 1022. quas Astronomi veteres ad faciliorem doctrinam in Constellationes 48 distinxere. *Clau.in Sph.c.1.*

2460 Constellationem, seu Asterismum, seu Imaginem, esse multitudinem stellarum, formâ animalis alicuius, aut alterius cuiusuis rei effigiem suo situ, ac ordine referentium. *Clau. in Sphær.c.1.*

2461 In ijs 1022. Stellis, quæ semper à nobis cernuntur, secundum magnitudinem, & maiorem, minoremue splendorem, sex omnino gradus Astrologos obseruasse; quos Differentias magnitudinum appellarunt. *Clau.in Sphær.c.1.*

2462 Primæ magnitudinis stellas 15. esse; secundæ 45. tertiæ 208. quartæ 474. quintæ 217. sextæ 49. Nebulosas 5. obscuriores 9. *Clau. in Sphær.c.1.*

2463 Hyemali tempore sereno cælo, sine perspicillis, solere multò plures, quam 1022, stellas apparere. An quia aere magis purgato, apparèt etiam stellæ, quæ minores sunt ijs, quæ semper

apparent? An quia, eo tempore cum stellæ soleāt magis micare, hallucinatur ea micatione visus, ac decipitur? *Clau. in sphær. c. 1.*

2464 Stellæ longitudinem ab Astronomis appellari cuiusque stellæ distantiam à principio Arietis versus signa orientalia Taurum, Geminos, Cancrum, &c. *Clau. in sphær. c. 1. & 2.*

2465 Stellæ latitudinem appellari cuiusque stellæ distantiam ab ecliptica, siue in Boream, siue in Austrum. *Clau. in sphær. c. 1. & 2.*

2466 Solem inter omnia Mundi astra maximum esse, Mercurium minimum. stellas omnes terra maiores esse, si Venerem, Mercurium, Lunam excipias. vt mathematicis demonstrationibus ostenditur. *Clau. in sphær. c. 1.*

2467 Quamque primæ magnitudinis stellam terræ magnitudinem continere *i Clau. in sphær. c. 1.* $i\ 107\frac{1}{6}$

2468 Quamque secundæ magnitudinis stellam terræ magnitudinem continere *k Clau. in sphær. c. 1.* $k\ 90\frac{1}{8}$

2469 Quamque tertiæ magnitudinis stellam terræ magnitudinem continere *l Clau. in sphær. c. 1.* $l\ 72\frac{1}{3}$

2470 Quamque quartæ magnitudinis stellā terræ magnitudinē continere *m Clau. in sph. c. 1.* $m\ 54\frac{11}{12}$

2471 Quamque quintæ magnitudinis stellā terræ magnitudinem continere *n Clau. in sphær. c. 1.* $n\ 36\frac{1}{8}$

2472 Quamque sextæ magnitudinis stellam terræ magnitudinem cōtinere *o Clau. in sphær. c. 1. Arist. 1. Meteor. c. 3.* $o\ 18\frac{1}{10}$

2473 Saturnum terræ magnitudinem continere *p Clau. in sphær. c. 1.* $p\ 91\frac{1}{8}$

2474 Iouem terræ magnitudinem continere *q* *Clau. in sphær. c. 1.* — *q* $95\frac{1}{2}$

2475 Martem terræ magnitudinem continere *r* *Clau. in sphær. c. 1.* — *r* $1\frac{3}{8}$

2476 Solem terræ magnitudinem continere *s* *Clau. in sphær. c. 1.* — *s* $166\frac{3}{8}$

2477 Terram Veneris magnitudinem continere *t* *Clau. in sphær. c. 1.* — *t* $37\frac{1}{27}$

2478 Terram Mercurij magnitudinem continere 21952. *Clau. in sphær. c. 1.*

2479 Terram Lunæ magnitudinem continere *x* *Clau. in sphær. c. 1.* — *x* $39\frac{1}{3}$

2480 Solem Lunæ magnitudinem continere *y* *Clau. in sphær. c. 1.* — *y* $6539\frac{1}{5}$

2481 *z* Solem neque æqualem terræ, neque minorem esse. Si enim esset æqualis, proijceretur vmbra terræ æquabiliter in infinitum: si minor, augeretur semper in infinitum. quare nocte serena occultarentur semper aliquæ stellæ fixæ, per vmbram terræ impeditæ ne Solis lucem reciperent: Mars etiam, Iuppiter, & Saturnus, eclipsim paterentur, cum Soli per diametrum obijciuntur. Id autem nunquam est visum. *Vitell. l. 2. Perspect. prop. 26, 27, 28.* — *z* *Clau. in sphær. c. 1.*

2482 Multò minorem terra lunam esse. Vmbra enim terræ eclipsim facit in luna. Pars autē vmbræ, quæ ad lunam pertingit, est longe minor, quam ipsa terra. corpora enim minora luminoso, cui obijciuntur, proijciunt vmbram pyremidalem, & acuminatam, vt docet experientia. luna autem est multò minor sole, cui obijcitur. Terræ igitur vmbra, quæ lunam eclipsat, est multò minor ipsa terra: ac proinde luna ipsa multò minor terra. *Vitell. l. 2. Perspect. prop. 27.*

2485 *a* Terræ ambitum esse Ptolemæo stadiorum 180000. milliariorum 22500. recentioribus, stadiorum 152640. milliariorum 19080. Obseruant enim Mathematici quot studia, vel milliaria respondeant cuique gradui cuiusuis maximi terræ circuli: atque eo numero multiplicato secundum numerum graduum 360, in quos quisque maximus terræ circulus diuiditur; totius circuli quantitatem colligunt. Terræ autem gradus cæli gradibus metiuntur: quippe cũ terræ gradus, cæli gradibus respondeant. *Io. de Sacr. bosc. in sph. c. 1.*

2484 Quemque terræ gradum secũdum Ptolemæum continere stadia 500. milliaria $62\frac{1}{2}$ *b* Secundum recentiores stadia 414. milliaria 53. *Clau. in sph. c. 1.*

2485 Continere terræ diametrum secundum Ptolemæum stadia $57272\frac{1}{11}$ *c* milliaria *d* secundum recentiores, stadia $7159\frac{1}{11}$ *d* milliaria *f* *Clau. in sph. c. 1.*

2486 Esse terræ semidiametrum secundum Ptolemæum stadiorum *g* milliariorum *b* Secundum recentiores, stadiorum $48567\frac{3}{11}$ *e* milliariorum *k* *Clau. in sph. c. 1.*

2487 Esse terræ superficiem conuexã secũdum Ptolemæum stadiorum *l* milliariorum *m* Secundum recentiores, stadiorum $6070\frac{10}{11}$ *f* milliariorum *n* $28636\frac{4}{11}$ *g* *Clau. in sph. c. 1.*

2488 * E terra ad lunæ cœlum distantiã esse milliariorum *p* Tantam enim distantiam deprehenderunt Astronomi per diuersitatem aspectus ipsius lunæ. *Ptolem. l. 5. Almagesti.*

2489 E concaua lunæ superficie ad conuexã, seu ad superficiem concauam Mercurij esse milliariorum *q* $3579\frac{6}{11}$ *b* Tantam enim distantiam deprehen-

2 *Leg. Clau. in sph. c. 1.*

henderunt Astronomi, metientes distantiã, quam habent centra orbium eccentricorum, in quibus Planetæ ab occasu in ortum feruntur, à centro mundi; & longitudinem diametrorum in epicyclis, qui Planetas à concaua ad conuexam eccentricorum superficiem deferunt. *Ptolem. in Almag.*

2490 A concaua Mercurij ad Veneris concauam superficiem esse distantiam milliariorum *r* *Clau. in sphær. c. 1. in fin.*

2491 A concaua Veneris ad superficiem concauam Solis distantiam esse milliariorum *s* *Clau. supra.*

2492 A concaua Solis ad superficiem concauam Martis esse distantiam milliariorum *t* *Clau. ibid.*

2493 A concaua Martis ad superficiem concauã Iouis esse distãtiã milliariorum 27339375. *Clau. ibid.*

2494 A concaua Iouis ad superficiem concauam Saturni esse distantiam milliariorum *u* *Clau. ibid.*

2495 A concaua Saturni ad superficiem concauam Firmamenti esse distantiã milliariorum *x* *Clau. supra.*

2496 Firmamenti craſſitudinem continere milliaria *y* *Clau. sup. ex Alphragano.*

2497 A conuexo Firmamenti ad terræ centrum distantiam esse semidiametrorum terræ 45225, vel milliariorum *z* *Clauius supra ex Alphragano.*

2498 Ambitum concaui cæli Lunæ esse milliariorum 758250. *Clau. supra.*

2499 Ambitum conuexi Lunæ, seu concaui

k $3035\frac{5}{11}$

l $10309090909\frac{1}{11}$

m $161079545\frac{5}{11}$

n $7413308509\frac{1}{11}$

o $1158329455\frac{5}{11}$

p $120630\frac{15}{22}$

q $109056\frac{9}{11}$

r $370479\frac{61}{66}$

s $3413755\frac{59}{66}$

t $339102\frac{1}{4}$

u $19775497\frac{7}{44}$

x $29474573\frac{19}{22}$

y $80942471\frac{13}{22}$

z $161,884,943\frac{2}{11}$

Mercurij esse miliariorum 1443750. *Clau. ibid.*

2500 Ambitum conuexi Mercurij, seu cõcaui veneris esse milliariorum 3772500. *Clau. ibid.*

2501 Ambitum cõuexi Veneris, seu concaui Solis esse milliariorum 25230375. *Clau. ibid.*

2502 Ambitum conuexi Solis, vel concaui Martis esse milliariorum 27361875. *Clau. ibid.*

2503 Ambitum conuexi Martis, vel concaui Iouis esse milliariorum 199209375. *Clau. ibid.*

2504 Ambitum conuexi Iouis, vel concaui Saturni esse milliariorum 323512500. *Clau. ibid.*

2505 Ambitum conuexi Saturni, seu concaui Firmamenti esse milliariorum 508781250. *Clau. ibid.*

2506 Ambitum conuexi Firmamenti continere milliaria 10,17,562,500. *Clau. ibid.*

2507 Diuinæ magnificentiæ congruum esse, conijcere, Firmamenti globum ad concauam cœli empyrei superficiem, seu ad conuexam primi Mobilis comparatum, habere se vt punctum: vt habet se terra ad ipsum Firmamentum comparata. Quantæ enim magnitudinis par est esse empyreum; quod Deus sibi quasi regiam exstruxit? *Baruch 3.24.*

2508 Punctum quodlibet Firmamenti in Æquatore positum, conficere singulis horis milliaria *a* Absoluit enim in 24. horis milliaria 10175625 00, quæ ambitus complectitur conuexæ superficiei Firmamenti, vt supra dictum est. *Clau. in Sphær. c. 1. in fin.*

a $42398437\frac{1}{2}$

2509 Punctum Aequatoris in Firmamenti conuexo conficere milliaria 176660 in *b* vnius horæ, id est, in tempore, quo angelica salutatio semel recitaretur. Absoluit enim vna hora milliaria

b $\frac{1}{240}$

liaria c vt paullo ante dictum est. *Clau. supra.* c 42398437 1/2

2510 In omnibus regionibus, in quibus Æquator, & Horizon sese mutuo intersecãt; fieri æqui noctium, dum sol in Æquatore moratur. Existit enim vna medietas Æquatoris supra Horizontem, altera vero infra. *Io. de Sacr. bosc. in sphær. c. 2. Clau. ibid.*

2511 Diem artificialem tantam esse, quantus est Arcus Aequinoctialis circuli, qui supra hemisphærium ascendit, dum supra idem hemisphærium sol commoratur. *Clau. in sph. c. 2.*

2512 Zodiaci quodlibet signum gradus habere 30. in longitudinem, in latitudinem 12. *Io. de Sacr. bosc. in sph. c. 2.*

2513 Semper solem per eclipticam incedere: reliquos Planetas ab ecliptica deuiare. *Clau. in sph. c. 2. Io. de Sacr. bosc. ibid.*

2514 Solem 21. Martij in Arietem ingredi, 21. Aprilis in Taurum, 22. Maij in Geminos, 22. Iunij in Cancrum, 23. Iulij in Leonem, 23. Augusti in Virginem, 23. Septembris in Libram ♎, 24. Octobris in Scorpionem, 23. Nouemb. in Sagittarium, 22. Decemb. in Capricornum, 21. Ian. in Aquarium, 19. Febr. in Pisces, *Clau. in sph. c. 2.*

2515 Dicitur ab Astronomis omnia cæli astra ♈ in aliquo Signo esse: quatenus, si ecliptica in ♈ duodecim partes æquales diuidatur, & à punctis diuisionum per polos Zodiaci circuli ducantur: quidquid inter duos semicirculos includitur, seu in superficie, quam duo semicirculi ab vno in alterum Zodiaci polum claudunt; ad Signum illud dicitur attinere, quod in Zodiaco inter duos illos semicirculos includitur. *Io. de Sac. bosc. c. 2.*

2516 Declinationem dici, distantiam stellæ, ꝓ uncti-

punctive eclipticæ ab Æquatore versus alterũ polum Mundi. *Clau. in sphær. c. 2.*

2517 Domus Planetarum appellari signa Zodiaci. vt enim quisque domi suæ dominium exercet; ita quilibet Planeta in propria domo existens maximam virtutem ostendit in his inferioribus. Itaque Solis domus dicitur signum Leonis: quia Sol in eo decurrens maximum æstũ producit in terris. *Clau. in sphær. c. 2.*

2518 Exaltationes Planetarum dici aliqua Zodiaci signa, quatenus Planetis ingredientibus illa signa, magis agũt in hæc inferiora. vt Aries, exaltatio Solis dicitur: quia Sole ingrediente signum Arietis, incipiunt augeri dies supra noctes, & calor solis in his inferioribus incrementum suscipere. *Clau. in sphær. c. 2.*

2519 Casum Planetæ dici signum oppositum per diametrum illi signo, quod est exaltatio alicuius Planetæ. vt Libra Casus Solis appellatur. *Clau. in sphær. c. 2.*

2520 Solis, lunæque eclipses sub ecliptica contingere. ob id appellatam eclipticam esse; quasi lineam defectus. *Clau. in sphær. c. 2.*

2521 Longitudinem Ciuitatum à Mathematicis appellari Arcũ æquinoctialem inter duos Meridianos interceptum. Quare si duæ Ciuitates eundem habeant Meridianum; æqualiter dicentur ab oriente, ac occidente distare. *Io. de Sac. bosc. in sphær. c. 2.*

2522 Diem naturalem esse, integram Solis reuolutionem. Cuius initium Astronomi faciunt à Meridiano; vulgus ab Horizõte, seu ortu Solis; Itali ab occasu; Ecclesia à media nocte. *Clau. in sph. c. 2. Io. de Sac. bosc. c. 3. S. Th. 3. p. q. 53. a. 2. ad 3.*

2523

2523 Diem artificialem esse, moram Solis supra Horizontem. Noctem verò, moram eiusdem infra Horizontem. *Clau.in sphær.c.2. Io.de Sac. bosc.c.3. S.Thom. supra.*

2524 Terræ longitudinem à Cosmographis appellari, terræ tractum ab occasu in ortum; à Septentrione verò in Austrum, latitudinem. An quia terra habitabilis magis ab occasu in ortum, quam à Septentrione in Austrum porrigitur? An quia ab occasu in ortum longior est Planetarum motus, quàm à Septentrione in Austrum? *Ptolem.l.1.Geographiæ c.6.*

2525 Oriens absolutum dici, finem terræ habitabilis ex parte orientis; qualis est Ptolemæo Sinarum regio, quæ hodie Mangi appellatur. Occidens absolutū dici, finē terrę ex parte Occidētis; cuiusmodi sunt Insulæ Fortunatæ post extrema Europæ, ac Africæ littora. *Clau.in sph.c.2.*

2526 Oriens respectiuum, & occidens sumi, habita ratione particularis cuiusuis Horizontis. *Clau.in sph.c.2.*

2527 Latitudinem Ciuitatum ab Æquatore versus vtrumuis polū, numerari. *Clau.in sph.c.2.*

2528 *d* Latitudines terrārum duplices esse, Septentrionales, & Australes; prout ab Æquatore vel in Boream, vel in Austrum recedunt. *Clau.in sphær.c.2.*

2529 Oriens dextrum cæli à Physicis appellari; Occidens, sinistrum: Polum australem, superum; Septentrionalem, inferum dici. *Arist.2.de Cæl.c.2.*

2530 *e* Distantiam in terra duorum locorum inter se, ex eorum longitudine, ac latitudine variis modis colligi posse. *Clau.in sphær.c.2.*

d Præcipuorum locorū lōgitudines, ac latitudines, vide apud Clau. in sph.c.2.

e Modū colligēdi distātiā inter duo loca vide apud Cla in sph.c.2.

2531

2531 Quinque in terra plagas, seu regiones præcipuas esse, quinque Cœli regionibus, quæ Zonę dicuntur, respondentes; illas terræ, has cœli globum cingentes. Vna media est, quæ Tropicis clauditur, & Inhabitabilis appellatur, ob solis calorem, semper inter Tropicos discurrentis. Duæ extremæ, quarum altera à circulo Arctico, altera ab Antarctico describuntur; & Inhabitabiles dicuntur ob nimium frigus, quia sol ab illis maximè remouetur. Duæ item regiones, ac Zonæ sunt inter extremas, ac mediam: quarum altera est inter Tropicum æstiualem, & circulũ Arcticum; altera inter Tropicum hyemalem, & circulum Antarcticum: hæ habitabiles sunt, quatenus temperiem habent, inter calidam mediã, & frigidas extremas regiones, positæ. *Io. de Sac. bosc. in sph. c. 2. Arist. 2. Meteor. c. 5.*

2532 Ortum Astri cuiuslibet esse, eleuationem, seu ascẽsionem eius supra Horizontem: vel certè apparitionem eiusdem, quod antea ob solis vicinitatem non cernebatur. Ascensionem, quæ de die fit, ortum cosmicum dici: quæ de nocte accidit, ortum chronicum appellari. Apparitionem, ortum heliacum nominari. *Io. de Sacr. bosc. in sph. c. 3.*

2533 Occasum Astri cuiuslibet esse, depressionem, siue descensionem Astri infra Horizontem; vel certè occultationem eius, vt amplius cerni nequeat propter solis propinquitatem. Occasum Cosmicum dici eum, qui de die fit; Chronicum qui fit de nocte. Occasum heliacum appellari eum, qui ob solis præsentiam fit. *Io. de Sacr. bosc. c. 3.*

2534 Verum ortum, & occasum esse: quando verè

verè ſtella ſupra Horizontem aſcendit, vel infra eundem deſcendit. ſiue Matutinus, ſiue veſpertinus ille ſit. Ortum autem, & occaſum apparentem eſſe, ortum, & occaſum Heliacum. *Clau.in ſph.c.3. Ptolem. Diſt.8.c.4. Io.Regio.in epit.l.8.c.5.*

2535 Dici ſignum rectè oriri; cum quo maior pars Aequinoctialis oritur: oblique vero, cũ quo minor. eodemque modo occaſum ſe habere. *Io.de Sacr. boſc.in ſph.c.3.*

2536 Siue dies artificialis longa, ſiue breuis ſit; ſemper in ea duodecim horas naturales, eſſe. Hora enim naturalis, eſt ſpatium tẽporis, in quo medietas ſigni peroritur. In quolibet autem die artificiali ſemper ſex è duodecim Zodiaci ſignis eleuãtur ſupra Horizontem. *Io.de Sacr.boſc.c.3.*

2537 Horam æqualem, ſeu Aequinoctialem eſſe, vigeſimam quartam partem diei naturalis. *Clau.in ſph.c.3.*

2538 Horam inæqualem duplicem eſſe. Alteram, ſpatium temporis, quo medietas ſigni per oritur. cuius generis ſunt horæ 12. in qualibet tum die, tum nocte artificiali: ſuntque inæquales & inter ſe, & cum horis alterius diei, vel noctis, comparatæ; quia non omnes medietates ſignorum æqualiter aſcendunt. Alteram horam inæqualem eſſe, duodecimam partem cuiuſuis diei artificialis, vel noctis; ſuntque non inæquales inter ſe, ſed ad alterius inæqualis diei, vel noctis artificialis horas comparatæ. *Clau.in ſphær.c.3.*

2539 Clima, eſſe ſpatium terræ, inter cuius principium, & finem (procedendo à polo ad Aequatorem, & contra) maximæ diei æſtiuæ, vel noctis hibernæ quantitas per ſemihoram augetur, vel diminuitur. *Io.de Sacr.boſc. & Clau.in ſphær.*

Sphær. c. 3. Ptolem. Dict. 2. c. 6.

2540 Eclipsim, seu defectum luminis, in luna contingere: quatenus lumen, quod luna mutuatur à sole, non potest à sole recipere. Contingit autem hoc cum luna intrat in vmbram terræ. Intrat autem luna in vmbram terræ cum est in plenilunio sub ecliptica. tunc enim è diametro soli opponitur, & inter ipsam, & solem interponitur terra. *Io. de Sacr. bosc. in sph. c. 4. Clau. ibid.*

2541 Eclipsim, seu defectum solis, nobis cõtingere, cum corpus lunare interponitur inter aspectum nostrum, & corpus solare. quod contingere solet in nouilunio. *Io. de Sacr. bosc. c. 4. in fi.*

Ex Opticis. c. 4.

2542 OPticam, seu Perspectiuam disciplinam esse, quæ quantitatis rationem, mensuræque in radijs visualibus contemplatur. *Dist. 5. n. 11.*

2543 Radios visuales esse, luminis, specierũque visibilium à luminosis, coloratisque corporibus emissarum pyramidalem protentionem. *Dist. 5. n. 11.*

2544 Radiorum visualium ab obiecto visibili protentionem tribus modis accidere, Directè, Reflexè, Refractè. *Vitell. opticæ princ.*

f *Ex Vitel. l. 1. opt.* 2545 *f* Conuexam lineam, ac superficiem dici, quæ extrinsecus regularem aliquam curuitatem habet. *Vitell. opt. l. 1. def. 3.*

2546 Concauam lineam, vel superficiem dici, quæ intrinsecus regularem aliquam curuitatem

tem habet. *Vitell.l.1.def.4.*

2547 Perpendicularem ad ſuperficiem conexam, vel concauam, lineam dici, quæ ſuper planam ſuperficiem in puncto ſuæ incidentiæ ſuperficiem conuexam, vel concauam contingentem eſt erecta. *Vitel. l.1.def.5.*

2548 Circulos ſe inuicem ſecantes dici, quorum dianietris eſt aliqua linea communis, vno reliquum non continente. *Vitel. l.1.def.6.*

2549 Sphæras ſe inuicem interſecantes dici, cum ſphæris ſe non cõtinentibus, diameter vnius per alteram reſecatur. *Vitell.l.1.def.12.*

2550 Sphæras intrinſecus ſe interſecantes dici, quarum maior pars vnius in altera continetur. *Vitel.l.1.def.13.*

2551 Sphæras, vel circulos ſe inuicem continentes, æquidiſtantes dici; inter quas à centro maioris ductæ lineæ à conuexo minoris ad concauum maioris ſunt æquales. *Vitel.l.1.def.10.*

2552 Denominationem proportionis primi ad ſecundum, dici quantitatem, quę ducta in minorem producit maiorem: vel quæ maiorem diuidit ſecundum minorem. *Vitel. l.1.def.15.*

2553 Proportionem dici componi ex duabus proportionibus, cũ denominatio illius proportionis producitur ex ductu denominationũ illarum proportionum, vnius in alteram. *Vitel. l.1.def.16.*

2554 g Corpus luminoſum dici omne corpus, quod eſt ſui luminis diffuſiuũ. *Vitel.l.2.def.1.* g *Ex Vitel. opt.l.2.*

2555 Corpus diaphanum dici omne corpus, per quod lumini patet tranſitus. *Vitel. l.2.def.2.*

2556 Corpus vmbroſum dici corpus, per quod lumini non patet tranſitus. *Vitel.l.2.def.3.*

2557

2557 Lucem primam dici, à qua est secunda. vt lux solis, quæ per fenestram ingrediens in domus pauimentum incidit, lux prima est respectu lucis, quæ ab ipsa in reliquam domum emanat. *Vitel. l. 2. def. 4.*

2558 Lucem minimam dici, quæ si diuidi intelligatur, non habebit amplius actum lucis. *Vitel. l. 2. def. 5.*

2559 Radialem lineam dici, per quam fit diffusio luminis, & specierum visibilium. *Vitel. l. 2. def. 7.*

2560 Lineam refractam dici, cuius partes angulum continent. *Vitel. l. 2. def. 8.*

2561 Pyramidem radialem dici, cuius basis est in superficie corporis suam formam diffundentis, & vertex in puncto corporis cuiuscunq; *Vitel. l. 2. def. 9.*

2562 Pyramidem illuminationis dici, cuius vertex est in puncto corporis luminosi, & basis in superficie rei illuminatæ. *Vitel. l. 2. def. 10.*

2563 Radios cuiuscunque luminis, & multiplicationes formarum secundum rectas lineas protendi. *Vitel. l. 2. Theor. 1.*

2564 Lumen non impeditum, per totum sibi proportionatum medium in instanti deferri. *Vitel. l. 2. Theor. 2.*

2565 Omnem radium luminosum per medium vnius diaphani trans verticem alicuius corporis vmbrosi protensum, esse lineam vnam rectam. *Vitel. l. 2. Theor. 10.*

2566 Omnia corpora densa non diaphana in partem luminoso corpori aduersam, vmbram proijcere vsque ad incidentiam radij per rei densæ verticem producti. *Vitel. l. 2. Theor. 11.*

2567

2567 Aequalium altitudinum corporũ vmbrosorũ, quod corpori luminoso se altiori propinquius fuerit, vmbram facere breuiorem. *Vitel.l.2.Theor.12.*

2568 Vmbram lineæ rectæ perpendiculariter corpori luminoso oppositæ, infixæ superficiei corporis densi nullam esse: eleuatæ vero esse linearem: apparere autem punctualem. *Vitel.l.2.Theor.13.*

2569 Omnem punctum corporis luminosi eã partem corporis vmbrosi illuminare, ad quam ab eodem puncto rectas lineas possibile est produci. *Vitel.l.2.Theor.19.*

2570 A puncto cuiuslibet corporis luminosi lumen diffundi secundum omnem rectam lineã, quæ ab illo puncto ad oppositam superficiem duci potest: vna tantum linea perpendiculariter superficiei obiecti corporis incidente. Quare lux cuiuslibet puncti corporis luminosi secundum pyramidem illuminationis diffunditur. *Vitel.l.2.Theor.20.*

2571 Corporis vmbrosi partem, cui à pluribus partibus corporis luminosi lumen incidit, plus illuminari, quam pars, cui à paucioribus. quare vnumquodque vmbrosum circa radium sibi perpendiculariter incidentem plus illuminatur. *Vitel.l.2.Theor.21.*

2572 Omne corpus vmbrosum corpori luminoso propinquius, illuminari ab illo puncto fusius corpore plus distante. *Vitel.l.2.Theor.22.*

2573 Puncto remotiori à corpore luminoso incidere radios à pluribus punctis corporis luminosi, quam puncto propinquiori. *Vitel.l.2. Theor.23.*

2574 Diametro corporis luminosi sphærici existente æquali diametro corporis illuminandi: tantum eius medietatem illuminari: & vmbram fieri æqualem rei vmbrosæ in infinitum protensam. *Aristar. Sam. in l. de magnit. & interual. Solis, & Lunæ. Vitel. l. 2. theor. 26.*

2575 Diametro corporis luminosi sphærici existēte maiore diametro corporis sphærici illuminandi: plus medietate corporis illuminari: & basin vmbrę esse minorem maximo circulo corporis illuminati, concurrentem ad punctū vnum retro corpus. *Aristar. Sam. sup. Vitel. sup. theor. 27.*

2576 Diametro corporis luminosi sphærici existente minore diametro corporis illuminandi sphærici: minus medietate illuminari: & esse vmbram multò maiorem corpore illuminato in infinitum protensam. *Vitel. l. 2. theor. 28.*

2577 Lumine incidente per foramen super corpus oppositum solidum: fore luminis perimetrum ampliorem perimetro fenestræ. *Vitel. l. 2. theor. 36.*

2578 Omne lumen per foramina angularia incidens rotundari. A puncto enim corporis luminosi lumen diffunditur secundum omnem lineam. *Vitel. l. 2. theor. 39.*

2579 Radium perpendicularem per medium diaphani densioris, & rarioris à corpore luminoso ad superficiem obiecti corporis penetrantem, penetrare irrefractum. *Vitel. l. 2. theo. 42. 44.*

h *Ex Vitel. opt. l. 3.*

2580 *b* Inter quodlibet punctum superficiei rei visibilis, & aliquod punctum superficiei visus duci posse rectas lineas necesse esse, vt res actu videatur. Solum enim in oppositione rei visæ ad visum fit visio. *Vitel. l. 3. theor. 2.*

2581

2581 Corpore visibili existente similis diaphaneitatis cum medio, visionem non fieri. *Alhaz.*4.2.*n.*1. *Vitel.l.*3.*theor.*14.

2582 Visionem distinctam solum fieri secundum perpendiculares lineas à punctis rei visæ ad oculi superficiem productas. *Alhazen* 5.18. *n.*1. *Vitel.l.*3.*theor.*17.43.44.

2583 Necessarium esse axes pyramidum visualium amborum visuum transeuntes per centra foraminum vueæ, semper coniungi in vno puncto superficiei rei visę, etiam motis visibus super rem visam. Operatio enim amborum visuum est vniformis, i vt supra dictum est. *Alhaz.*2.*n.*3. *Vitel.l.*3.*theor.*32. i *Diff.* 4. *def.*1731.

2584 Nullum visorum simul totum æquè distinctè videri. Distinctior enim, & certior visio fit, quatenus actio visualium specierum est vehementior. Vehementior autem est secundũ lineam perpendicularem. Perpendicularis autem vna solum est, nempe axis pyramidis visualis. *Eucl. in præfat.* & 1.*theor.opt. Alhaz.*1.6.*n.*3. *Vitel.l.*3. *theor.*48.

2585 Impossibile esse plura simul æqualiter videri. *Vitel.l.*3.*theor.*49.

2586 Visum nõ posse comprehendere veram formam rei visæ primo aspectu simplici, sed post diligentem intuitionem. *Alhazen* 76.*n.*2. *Vitel. l.*3.*theor.*57.

2587 k Formam, dici directè visibus incidere, à qua producta linea recta super superficiem visus est perpendicularis, incidens ipsi centro foraminis vueæ. *Vitel.l.*4.*def.*1. k *Ex Vitel. opt.l.*4.

2588 Formam dici obliquè visibus incidere, à qua producta recta dicto modo, non est per-

pendicularis. *Vitel.l.4.def.1.*

2589 Lineam directè visui oppositam dici illam, cui axis radialis perpendiculariter incidit secundum aliquod eius punctum. *Vitel.l.4.def.3.*

2590 Lineam obliquatam ad visum dici, cui axis radialis ad nullum sui punctum perpendiculariter potest incidere. *Vitel.l.4.def.4.*

2591 Superficiem directè oppositã dici, cum axis radialis perpendiculariter erigitur super illam. *Vitel.l.4.def.5.*

2592 Superficiem obliquatam ad visum dici, cum axis radialis punctis illius superficiei incidit obliquè. *Vitel.l.4.def.6.*

2593 Complementum directionis in oppositione visus esse, cum axis perpẽdicularis incidit medio superficiei, vel lineæ oppositæ visui. Et quantò magis punctus, cui incidit axis perpendiculariter, fuerit medio superficiei, aut lineæ, propinquior; tantò erit superficies, aut linea maioris directionis in oppositione. *Vitel.l.4.def.7.*

2594 Veram comprehensionem per visum, dici illam, inter quam, & veritatem rei visæ non est diuersitas sensibilis omnino, respectu totius rei visæ. *Vitel.l.4.def.8.*

2595 Remotionem vnius rei ab altera, esse priuationem contactus inter illa. *Vitel.l.4.def.9.*

2596 Ex intemperata proportione circunstantiarum formarum visibilium ad visum fieri deceptionem in visu, non solum secundum se, sed secundum virtutẽ animæ distinctiuam. *Albazen 1.n.3. Vitel.l.4.theor.1.16.*

1 *Dist. 4. de Visu defin. 1698. et seqq.* 2597 Ad perfectam visus visionem esse octo necessaria: Lucem, distantiam visibilis à visu, situs oppositionem, corporis magnitudinem, corpo-

ris soliditatem, seu opacitatem, medij diaphaneitatem, tempus intuitioni faciendæ conueniens, sanitatem visus. *Vitel.l.4.theor.1.*

2598 Æqualium visibilium, quod à propinquiore videtur, sub maiore angulo videri: quod verò à remotiore, sub minore. *Eucl.5.theor.opt. Vitel.l.4.theor.7.*

2599 Vnumquodque visorum longitudinem habere spatij, vltra quod non videtur. *Eucl.3. theor.opt. Vitel.l.4.theor.8.*

2600 Remotionem, seu distantiam rei visæ ab ipso visu, non esse à solo sensu visus comprehensibilem, sed auxilio animæ cognoscentis, & distinguentis. *Alhazen 24.n.2. Vitel.l.4.theor.9.*

2601 Quantitatem remotionis, seu distantiæ, comprehendi à visu auxilio virtutis distinctiuæ, cum remotio respicit corpora ordinata, & continuata. *Alhazen 24.n.2. Vitel.l.4 theor.10.*

2602 Æqualium visibilium inæqualiter à visu distantium æquali intuitu visorum, propinquioris certiorem esse visionem. *Eucl. 2. theor. opt. Alhaz.40.n.2.Vitel.l.4.theor.15.*

2603 Omnia visa sub eodem angulo, quorum distantia ab inuicem non perpenditur, æqualia videri. *Eucl.7.hypoth.opt.Vitel.l.4.Theor.19.*

2604 Omne, quod sub maiore angulo videtur, maius videri, & quod sub minore minus. Ex quo patet idem sub maiore angulo visum apparere maius se ipso sub minore angulo viso: & vniuersaliter secundum proportionem anguli fieri proportionem quantitatis rei directè, vel sub eadem obliquitate visæ. *Eucl.5.& 6.hypoth. opt.Vitel.l.4.theor.20.*

2605 Parallelas lineas secundum remotio-

res à viſu partes quaſi concurrere videri: nunquam tamen videri concurrentes. *Eucl.6.theor. opt. Vitel.l.4.theor.21.*

2606 Omnem lineam, vel ſuperficiem rei viſæ directè viſui oppoſitam, perfectius videri, quam obliquatam: & ſecundum quantitatem obliquationis fieri imperfectionem viſionis. *Alhaz.17.n.3. Vitel.l.4.theor.33.*

2607 Omnium viſibilium ſecundum ſui longitudinem ante oculos extenſorum: quæ ſunt à dextris in ſiniſtram, & quæ in ſiniſtris ad dextram educi videri partem. *Eucl.12. theor. opt. Vitel.l.4. theor.36.*

2608 Superficierum ſub oculo iacentium, remotiores à viſu, altiores videri. *Eucl.10.13. theor.opt.Vitel.l.4.theor.57.*

2609 Superficierum viſui ſuperiacentium remotiores à viſu, decliuiores videri. *Eucl.11. 14.theor.opt. Vitel.l.4.theor.38.*

2610 Centro foraminis vueæ, & circumferentia circuli in eadem ſuperficie exiſtentibus: circumferentiam ad aliquam rectitudinem accedere videri. *Eucl.in præf.& 22.theor.opt.Vitel.l.4.theor.50.*

2611 Sphæræ à remotiſſimo viſæ ſuperficiem conuexam, vel concauam, planam videri. *Eucl. 25.theor.opt.Vitel.l.4.theor.65.*

2612 Viſu ſphæræ illuminatæ conuexæ appropinquante, minus ſuperficiei ſphæræ videri: apparere autem quaſi magis videatur. *Eucl. 24.the.opt.Vitel.l.4.theor.67.*

2613 Centro foraminis vueæ in ſuperficie ſphæræ concauæ illuminatæ exiſtente, totam ſphæræ intrinſecam ſuperficiem videri. *Alhazen*

xen 44. n. 4. Vitel. l. 4. theor. 71.

2614 Rectangulas magnitudines à maiori distantia visas circulares apparere. Eucl. l. 9. th. opt. Vitel. l. 4 theor. 95.

2615 Omnem formam rei visæ intra axes radiales constitutæ, oblique ambobus visibus occurrere: ac proinde semper videri duo. Alhaz. 11. n. 3. Vitel. l. 4. theor. 104.

2616 Oculo, ei, quod videtur, proprius accedente; videri rei visæ quantitatem augmentari. Eucl. 55. theor. opt. Vitel. l. 4. theor. 128.

2617 Augmentatas magnitudines videri oculo appropinquare. Eucl. 58 theor. opt. Vitel. l. 4. theor. 129.

2618 Omnium mobilium æquè velocium super lineas æquidistantes nō proximas visui motorum, remotiora videri tardius moueri. Eucl. 56. theor. opt. Vitel. l. 4. theor. 132.

2619 Pluribus mobilibus non æquè velociter ad eandem partem motis, ad quam mouetur & visus, æquè velocia visui quiescere; tardiora verò contra moueri; celeriora antecedere videri. Eucl. 53. th. opt. Vitel. l. 4. th. 135.

2620 Si aliquibus mobilibus æquè velociter motis visis appareat aliquid immotum: illud visum iri ad partem contrariam alijs mobilibus moueri. Eucl. 54. th. opt. Vitel. l. 4. th. 136.

2621 Puncta signata in re circulariter mota videri circulos; & lineas superficies rotundas. Vitel. l. 4. th. 137.

2622 Diaphaneitatem comprehendi à visu ex comprehensione formæ corporis vltra corpus diaphanum existentis. Vitel. l. 4. th. 142.

2623 Fulgidum mixtum nigro, siue per nigrū

medium, visui colorem præsentare puniceum. *Vitel. l. 4. th. 157.*

2624 Nigredinis in re non nigra apparitionē ex visus defectione prouenire. *Vitel. l. 4. th. 159.*

m *Ex Vitel. opt. l. 5.*

2625 *m* Politionem corporum esse continuitatem partium superficiei politi corporis, sine sensibilitate pororū, vel diuisionis. *Vitel. l. 5. def. 1.*

2626 Speculum dici omne corpus, politum opere artis, vel naturæ. *Vitel. l. 5. def. 2.*

2627 Lineam incidentiæ dici illam, secundum quam forma rei incidit superficiei speculi. *Vitel. l. 5. def. 3.*

2628 Lineam reflexionis dici illam, secūdum quam forma reuerberata propter speculi soliditatem, ad visum reflectitur. *Vitel. l. 5. def. 4.*

2629 Punctum incidentiæ dici terminū lineę incidentiæ in speculi superficiem: ex quo etiam puncto fit reflexio formarum. *Vitel. l. 5. def. 5.*

2630 Imaginem dici formam in speculo comprehensam. *Vitel. l. 5. def. 13.*

2631 Locum imaginis dici locum visionis ipsius formæ, in quo videtur forma. *Vitel. l. 5. def. 14.*

2632 Corporum terrorum politorum, cuiuscunque sint figurę, superficies à quolibet suorum punctorum luces, colores, & formas rerum oppositarum reflectere secundum rectitudinem linearum. *Eucl. 2. hypoth. catopt. Ptolem. 1. & 2. the. 1. catopt. Alhaz. 2. n. 4. Vitel. l. 5. th. 1.*

2633 Ab omni corpore colorato præsente luce, colorem ad corpus oppositum politum mixtim cum lumine mitti: & quandoque totaliter, quandoque partialiter reflecti ab illo, sicut & ipsum lumen. *Ptolem. 3. theor. 1. catopt. Alhaz. 3. n. 4.*

n.4. Vitel.lib.5.theor.2.

2634 Naturam agere in omnibus secundum lineas breuiores. *Eucl. in præfat. opt. Ptolem. 1.lb.1.catopt. Vitel.l.5.th.5.*

2635 In reflexionibus factis à quibuscunque speculis, fieri deceptionem propter intemperantiam lucis, vel propter diuersitatem situs; vel propter remotionem, distantiamque puncti, cuius forma reflectitur, vel etiam centri ipsius visus à superficie cuiuslibet specul orum. *Alhaz.3. n.6. Vitel.l.5.th.7.*

2636 Specula, à quibus regularis fit reflexio, esse omnino septem; vnum planum, cuiuscunque figuræ; tria conuexa sphærica, columnaria, pyramidalia; tria concaua sphærica, columnaria, pyramidalia. *Vitel.l.5.th.8.*

2637 Instrumentum mathematicis esse, in quo modi omnium reflexionum à quibuscũque regularibus speculis instrumentaliter declarantur. *Alhazen 7.n.4. Vitel.l.5.th.9.*

2638 In speculis planis radij obliquè incidentis fieri ad aliam partem reflexionem: semperq; angulum incidentiæ æqualem esse angulo reflexionis. ita enim experimur. *Eucl. 1.th. catopt. Ptolem.4.th.1 catopt. Alhazen 10.n.4. Vitel.l.5. th.10.*

2639 In speculis planis radium perpendiculariter incidentem in seipsum reflecti. *Eucl. 2.th.catopt. Alhazen 11.n.4. Vitel.l.5.th.11.*

2640 Omnem rem visam per speculum quandocunque, sub breuissimis lineis à visu comprehendi. *Ptolem.4.th.catopt. Vitel.l.5.th.18.*

2641 *n* Omnis formæ secundum lineam perpendicularem super superficiem cuiuscunque spe-

n *Charitatis symbolũ, q amor mutuus est, ac nexus, idẽ semper obiectum habẽs Deum.*

speculi incidentis, reflexionem fieri secundum lineam eandem. *Eucl. 2. th. catopt. Alhaz. 11. n. 4. Vitel. l. 5. th. 21.*

2642 Inter puncta formæ superficiei cuiusque speculi incidentis & speculi oppositi superficiem, necesse esse infinitas pyramides figurari, conos, & bases hinc inde mutuas habentes. *Alhazen 14. n. 4. Vitel. l. 5. th. 22.*

2643 Locum imaginis rei visæ in speculis quibuscunque in puncto cocursus lineæ reflexionis cum cathedo, seu perpendiculari incidentiæ esse. *Alhazen 2. 4. 6. 7. 8. n. 5. Vitel. l. 5. th. 37.*

2644 Formam omnis rei visæ comprehensæ per reflexionem à superficie alicuius speculi: figuræ superficiei illius speculi esse necessarium aliquo modo assimilari. *Alhazen 37. n. 6. Vitel. l. 5. th. 38.*

2645 Eandem esse distantiam loci imaginis à superficie speculi plani sub speculo, quę est puncti visi ab eadem superficie super speculum planum existentis. *Eucl. 19. th. catopt. Alhazen 11. n. 5. Vitel. l. 5. th. 49.*

2646 In speculis planis figuram rei visæ, & situm partium secundum quantitatem longitudinis, & latitudinis non mutari. *Eucl. 19. th. catopt. Alhazen 2. n. 6. Vitel. l. 5. th. 52.*

2647 In speculis planis dextra apparere sinistra, & sinistra dextra. *Eucl. 19. th. catopt. Vitel. l. 5. th. 55.*

2648 Possibile esse speculum planum ita fisti, vt intuens propria imagine non visa, videat imaginem rei alterius non visæ. *Ptolem. 9. th. 2. catopt. Vitel. l. 5. th. 56.*

2649 Possibile esse speculum planum in pro-

prio

prio cubiculo ita fisti, vt in ipso videantur ea, quæ geruntur in domo alia, vel in vicis, & plateis. *Ptol.7.theor.2.catopt. Vitel.l.5.th.57.*

2650 Possibile esse speculum è speculis planis compositum cõstrui, in quo videantur soliusrespicientis plures imagines ad modum choreatum. *Ptolem 6 th.2.catopt.Vitel.l.5.th.58.*

2651 Possibile esse speculum è speculis planis compositum construi, in quo aspiciens suam videat imaginem volantem. *Ptolem.6.th.2.catopt.Vitel.l.5.th.59.*

2652 o Diametrum visualem dici lineam à centro visus per centrum speculi sphærici transeuntem; eãdemque dici Cathetum reflexionis, *Vitel.l.6.def.4.* o *Ex Vitel. opt.l.6.*

2653 In speculis sphęricis conuexis minorem esse distantiam imaginis à speculi superficie, quam ipsius rei extra. *Eucl.20.th. catopt.Vitel. l.6.th.37.*

2654 In omni distantia, qua certa quantitas rei à visu potest comprehendi, imaginem cuiuslibet rei visæ in speculo sphærico conuexo minorem videri, quam formam rei extra. *Eucl. 21.th.catopt. Alhazen 5.n.6.Vitel.l.6.th.39.*

2655 In minoribus speculis sphæricis conuexis eiusdem rei apparere Idola minora. *Eucl. 22.th.catopt. Vitel.l.6.th.40.*

2656 In speculis sphæricis conuexis, visu nõ existente in superficie lineæ rectæ æquidistantis speculo, imaginem videri curuam. *Alha.14. n.6.Vitel.l.6.th.49.*

2657 Conuexitatem imaginum quorumlibet arcuum, cum locus ipsarum est intra speculum sphæricum conuexum, vel extra ipsum conuexitati

xitati arcuum fieri contrariam secundum situm. *Vitel. l. 6. th. 59.*

2658 Omnem imaginem in superficie speculi sphærici conuexi visui occurrentem, semper apparere cõuexã. *Eucl. 23. th. catopt. Vitel. l. 6. th. 61.*

2659 Imaginem lineæ curuæ secundum eius concauitatem respicientis superficiem speculi sphærici conuexi, nonnunquam videri rectam. *Alhaz. 23. n. 6. Vitel. l. 6. theor. 62.*

2660 A superficie speculi sphærici conuexi ex diuersis superficiebus sphærarum composita, formas reflexas monstruosæ imaginis videri. *Vitel. l. 6. th. 63.*

p *Ex Vitel. opt. l. 7.* 2661 *p* Possibile esse speculum columnare, vel pyramidale conuexum taliter sisti, vt intuẽs videat in aere extra speculum imaginem rei alterius non visæ. *Vitel. l. 7. th. 60.*

q *Ex Vitel. opt. l. 8.* 2662 *q* Imaginem conuersam dici, quæ totalem situm rei visæ variat: vt si caput intuentis, quod est sursum, videatur deorsum: & secundum hoc totus situs partium imaginis, respectu situs partium rei visæ varietur. *Vitel. l. 8. def. 1.*

2663 Centro visus, vel pũcto rei visæ in centro speculi sphærici concaui existẽte: à quolibet puncto futuram reflexionem in seipsum. Quare in hoc situ visus non comprehendit, nisi se tantum, & punctus rei visæ existens in centro speculi non reflectitur aliqualiter ad visum. *Eucl. 24. th. catopt. Ptolem. 1. th. 2. catopt. Alhaz. 44. n. 4. & 62. n. 5. Vitel. l. 8. th. 4.*

2664 Locum imaginum formarum à speculis sphæricis concauis reflexarum quandoque esse in ipso puncto reflexionis, quandoque vltra speculum, quandoque inter visum, & speculum, quan-

quandoque in superficie ipsius visus, quandoque retro visum. *Alhan.6o.n.5. Vitel.l.8.th.11.*

2665 A speculis sphæricis concauis Soli oppositis possibile esse ignem accendi. *Eucl.31.th. catopt. Vitel.l.8.th.68.*

2666 r Refractionem esse incuruationē lineæ, per quam extenditur forma, ad angulum continendum. *Vitel.l.10.def.2.* r *Ex Vitel. opt.l.10.*

2667 Punctum refractionis esse punctum superficiei corporis diaphani, à quo fit lineæ incidentiæ refractio ad visum. *Vitel.l.10.def.3.*

2668 Lineam refractionis dici lineam à puncto refractionis ad centrum visus extensam. *Vitel.l.10.def.4.*

2669 Cathedum incidentiæ dici lineam à puncto rei visæ super superficiem corporis, in quo est res visa, & à qua fit refractio, perpendiculariter productam. *Vitel.l.10.def.6.*

2670 Superficiem refractionis dici, in qua cōtinentur lineæ incidentiæ, & refractionis. *Vitel. l.10.def.7.*

2671 Angulum incidentiæ dici minorem angulum, quem continet linea incidentiæ cum linea perpendiculari, ducta à puncto refractionis super superficiem corporis, à qua fit illa refractio. *Vitel.l.10 def.8.*

2672 Angulum refractum dici angulum minorem, quem continet linea refracta cum dicta perpendiculari. *Vitel.l.10.def.9.*

2673 Angulum refractionis dici angulum, quem continet linea refractionis cum linea incidentiæ trans corpus diaphanum, à cuius superficie fit refractio, in continuum protracta. *Vitel. l.10.def.10.*

2674 Dici obliquè videri, cum forma rei visę ad visum peruenit refractè. *Vitel. l. 10. def. 12.*

2675 Imaginem refractam dici formam rei visæ obliquè peruenientem ad visum. *Vitel. l. 10. def. 13.*

2676 Centro visus existente vltra medium secundi diaphani: omnes formas obliquè incidentes superficiei secundi diaphani, respectu visus, refractè visui occurrere: perpendiculariter vero incidentes videri directè. *Alhazen 13. n. 7. Vitel. l. 10. th. 3.*

2677 Omnem refractionem formam lucis, & coloris, quæ sunt in re visa, debilius visui repræsentare. *Alhazen 38. n. 7. Vitel. l. 10. th. 10.*

2678 Imaginem refractam rei visibilis nunquam occurrere visui in loco rei visæ, sed semper extra suum locum. *Eucl. 7. hypoth. catopt. Alhazen 17. n. 7. Vitel. l. 10. th. 11.*

2679 In refractione formarum à superficiebus corporum alterius diaphaneitatis ad visum, semper fieri deceptionē in situ. *Vitel. l. 10. th. 17.*

2680 Omnem formam rei visæ per refractionem comprehendi, ac si res illius formæ sit in loco imaginis constituta. *Alhazen 19. n. 7. Vitel. l. 10. th. 18.*

2681 Omne corpus visum in aqua, comprehendi maius, quam sit secundum veritatem. *Alhazen 48. n. 7. Vitel. l. 10. th. 42.*

2682 Chrystallo sphærica Soli oppositā ignē possibile esse accendi in re combustibili, quæ est post illam. *Vitel. l. 10. th. 48.*

2683 Diaphaneitatem corporis cælestis rariorem esse aeris, & ignis diaphaneitate. *Alhazen 16. n. 7. Vitel. l. 10. th. 50.*

2684

2684 Diametros omnium ſtellarũ, & lineas determinantes diſtantias quarumlibet duarum ſtellarum in Zenith capitis, vel circa exiſtentiũ, minores comprehendi per refractionem, quam ſi directè viderentur. *Alhazen 52. n.7. Vitel. l.10.th.52.*

2685 Omnes ſtellas videri rotundas, maiores in Horizonte, quam in medio cæli, niſi quandoque contrarium accidat propter interpoſitos vapores viſibus, & ſtellis. *Alhazen 55.n.7. Vitel.l.10.th.54.*

2686 Radios corporis luminoſi per reflexionem, vel refractionem aggregari. *Vitel.l.10. theor.57.*

2687 Sine oppoſitione corporis denſioris, quam ſit medium proximum radijs corporis luminoſi; ipſorum radiorum reflexionem, vel refractionem, vel maiorem ſenſibilitatem, non contingere. *Vitel.l.10.theor.58.*

2688 Ab aqua, & aere denſo, & vapore roridо, reflexionem radiorum corporis luminoſi contingere. *Vitel.l.10.theor.61.*

2689 A ſuperficie aquæ, & aeris denſi, & vaporis roridi, & ſimilibus, refractionem ad perpendicularem fieri. *Vitel.l.10.theor.62.*

2690 Ex cryſtallo hexagona Soli oppoſita, colores Iridis generari. *Vitel.l.10.theor.83.*

2691 Sub vaſe vitreo rotundo, pleno aqua, Soli expoſito; colores ſimiles iridis coloribus videri. *Vitell.l.10.th.84.*

2692 Speculo quocunque ſub aqua Soli expoſito; figuram Solis videri quaſi duplicatam. *Vitell.l.10.th.85.*

Ex

Ex Musicis. c. 5.

2693 MVsicam disciplinam esse, quę discretæ quantitatis, mensuræque rationem cõtemplatur in sonis. *Dist. 5. n. 12.*

2694 a Consonantiam, esse soni grauis, acutique mixturam suauiter, vniformiterque auribus incidentem, ex multiplici, aut superparticulari ratione perfectam. *Iac. Fab. elem. Music. l. 2.*

2695 Dissonantiam, esse duorum sonorum nõ se natura suauiter miscentium, ad aurem peruenientem, asperam, iniucũdamque percussionem. *Iac. Fab. ibid.*

2696 Tonum esse consonantiæ principium, ex soni ad sonum sesquioctaua proportione proueniens. *Id. ibid.*

2697 Semitonium minus, quod & Diesis dicitur, esse toni partem, qua sesquitertia proportio duobus tonis maior est. *Id. ibid.*

2698 Semitonium maius, quod & Apotome appellatur, esse toni reliquam partem, & qua ipse semitonium minus superat. *Id ibid.*

2699 Comma, esse, quo sesquioctaua proportio duobus semitonijs minoribus maior est. seu, quo Apotome semitonium minus vincit, ac superat. *Id ibid.*

2700 Schisma, esse commatis dimidium. *Id. ibid.*

2701 Diaschisma, esse dimidium semitonij minoris. *Id. ibid.*

2702 Hemisperium, musicum esse instrumentum, per quod aut neruo, aut chordæ vt decet suppo-

a *Musica harmonia, et cælestis, et ecclesiastica Hierarchiæ symbolũ est. Sesquioctaua enim proportio soni ad sonum, quæ nouem cõmata, seu partes suppo nit in sono; nouẽ sacræ Hierarchiæ Chores significat. triplex consonantiæ genus, Diatessaron, Diapente, Diapasõn, tres Hierarchias, seu Hierarchiæ partes signat*

suppositum, semitonia, tonos, consonantias, & consonantiarum particulas, ad sensum peruestigamus. *Id.ibid.*

2703 Æquales sonos, atque similes dici, qui ex eadē interualli proportione nascūtur. *Id.ibid.*

2704 Numerorum, atque interuallorum partem eam maiorem esse, quæ à minore numero denominatur. & minorem, quæ denominatur à maiore. *Id.ibid.*

2705 Multiplicem proportionem maiorem esse, quam maior denominat numerus: & minorem, quæ denominatur à minore. *Id.ibid.*

2706 Superparticularem proportionem maiorem esse, quæ à maiore denominatur parte. minorem autem, quæ denominatur à minore. *Id.ibid.*

2707 Interuallum esse, soni grauis, acutique spatiorum habitudinem. *Iac. Fab. Music.l.1. Pfellius in l. Mus.*

2708 Spatium dici, neruum, chordam, expiratum aerem, & quicquid simile est, à quo sonum elicimus. *Id.ibid.*

2709 Data æquali chorda, quæ spatij ad spatium proportio est, eam esse & soni ad sonum. *Id.ibid.*

2710 Spatium quodlibet in quotlibet æquas partes diuidi posse. *Id.ibid.*

2711 Totum ad suam partem, & laxius ad se tensum, grauiorem sonum reddere. *Id.ibid.*

2712 Sesquitonum esse, qui sonum, ac semitonium minus continet. quem & trihemitonium, & trishemitonium appellant. *Id.l.3.*

2713 Ditonum esse, qui duos tonos complectitur. *Id.ibid.*

2714 Tritonum esse, qui tres tonos complectitur. *Id.ibid.*

2715 Consonantias simplices esse, Diatessaron, Diapente, Diapason. *Id.ibid.*

2716 Compositas consonantias esse, Diapason diapente, Bis diapason. *Id.ibid.*

2717 Diatessaron, esse consonantiam, quæ ex interualli sesquitertia ratione nascitur. *Id.ibid.*

2718 Diapente, esse consonantiam, quę ex interualli sesquialtera ratione nascitur. *Id.ibid.*

2719 Diapason, esse consonantiam, quæ ex interualli dupla ratione nascitur. *Id.ibid.*

2720 Diapason diapente, esse consonantiam, quam ad inuicem iunctæ constituunt Diapason, ac Diapente consonantiæ. *Id.ibid.*

2721 Bis Diapason esse, quam coniungũt duę Diapason consonantiæ. *Id.ibid.*

2722 Sesquitonum, quia inter sesquiquintã, & sesquisextam collocatur, nondum esse consonantiam. *Id.ibid.*

2723 Ditonum, quia inter sesquitertiam, & sesquiquintam est medius, musicam harmoniam non complere. *Id.ibid.*

2724 Consonantiam Diatessaron, duobus tonis, atque semitonio minore constare. Quare sesquitonum tono, & ditonum semitonio minore circa Diatessaron concentum deficit: ac Diatessaron quinque dieses, & duo commata continet. *Id.ibid.*

2725 Consonantiam Diapente tribus tonis, semitonioque minore constare. *Id.ibid.*

2726 Bis diatessaron, aut bis diapente, nullam consonantiam posse componere. *Id.ibid.*

2727 Adiuncto ad consonantiam Diapente tono,

tono, aut ad Diatessaron trishemitonio, nullam consonantiam existere. *Id.ibid.*

2728 Consonantiam Diapason, ex Diatessaron, & Diapente coniungi. seu, quinque tonis, & duobus semitonijs minoribus, quæ totum non complent, perfici. seu, A sex tonis commate distare. *Id.ibid.*

2729 *b* Omnem numerum ternaria progressione ad se adiectum, omnem consonantiam in arithmetica medietate complere. Semel enim numerus ad se adiectus, vt 3.6. fit duplex, estque consonantia Diapason. bis adiectus, vt 3.6.9. fit sesquialter, Diapente. ter additus vt 3.6.9.12. fit sesquitertius, Diatessaron. *Id.ibid.*

2730 Harmonicam Regulam, instrumentum esse, quo cum rationis adhibito iudicio, consonantiæ, consonantiarumque partes in chorda perquiruntur. *Iac. Fab. elem. Musl.* 4.

2731 Melorum tria esse genera, Diatonicum, Chromaticum, enharmonicum. *Id.ibid.*

2732 Diatonicum melos esse, cuius partitio per semitonium minus, & duos tonos continue procedit. *Id.ibid.*

2733 Chromatum melos esse, quod per duo inæqualia semitonia, & trihemitonium coscendit. *Id.ibid.*

2734 Enharmonicum melos esse, quod per duas Dieses concendit, & ditonum. Diesis autem hoc in loco, semitonij minoris medietas est. *Id.ibid.*

b *Ita in sacra Hierarchia ternis cuiusq; Hierarchiæ choris fit progressi⁹ ad omnem à Deo creatam in cœlestibus spiritibus perfectionē, diuinæ perfectio nis imaginē.*

Ex Architectura. c. 6.

c *Ex Vitr.* 2735 c *l.1.*

ARchitecturam artem esse, rationemque magnitudinum secundum mathematicas rationes extruendarum, humanæ vitæ commodis congruentium. *Dist.5.n.15. Vitruuius de Archit.l.1.c.1.*

2736 Mathematicas rationes dici, proportionis, mẽsuræq; rationes. *d.5.n.1.2. Vitruu.l.1.c.1.*

2737 Magnitudinem secundum mathematicas rationes extructam, artificiosam fabricam, ædificiumque nominari. *Vitr.l.1 c.1.*

2738 Artificiosum non esse ædificium, ac sæpè inutile, absque ratione constructum, accepta è mathematicis disciplinis. *Vitr.l.1.c.1.*

2739 Peccata interdum esse in ædificijs contra corporum sanitatem, cum sine physicę, medicinæque ratione constructuntur. *Vitr.l.1.c.1.*

2740 Contra ius aliorum ædificando interdũ peccari, iacique iurgiorum, & litium fundamenta, si absque Iurisprudentiæ ratione ędificia condantur. *Vitr.l.1.c.1.*

2741 Architecturam ordinatione, dispositione, Eurithmia, Symmetria, decore, distributione constare. *Vitr.l.1.c.2.*

2742 Ordinationem esse rudem quandam, ac primam operis faciendi præceptionem: qua confusè præcipitur operis quãtitas, partitio, modus. vt, Extruendam domum esse tantæ altitudinis, tantæ longitudinis, tot cubiculorum, &c. *Vitr. l.1.c.2.*

2743 Dispositionem esse collocationẽ aptam par-

partium, quas ædificiũ est habiturũ. *Vitr.l.1.c.2.*

2744 Disposítionis Ideam triplicem esse, Ichnographiam, Orthographiã, Sciographiam. *Vitr.l.1.c.2.*

2745 Ichnographiam esse descriptionẽ areæ, quam Plantam vocant. *Vitr.l.1.c.2.*

2746 Orthographiam esse, frontis, erectæque magnitudinis quam ædificium est habiturum, descriptionem. *Vitr.l.1.c.2.*

2747 Sciographiam esse frontis, & laterum abscedentium adumbrationem, ad circiniq; centrum omnium linearum respónsum. *Vitr.l.1.c.2.*

2748 Eurithmiam esse in partium compositione venustatem, quæ ex proportione, quam habẽt inter se partes, proficiscitur. vt cum membra operis conuenientia sunt, altitudinis ad latitudinem, latitudinis ad longitudinem. *Vitr.l.1.c.2. & l.6.c.2.*

2749 Symmetriam esse ex ipsius operis membris conuenientem consensum, ex partibusque separatis ad vniuersæ figuræ speciem ratæ partis respónsum. ita in statua ex pedis, aut manus mensura colligitur quanta esse debeat quantitas cæterorum membrorum. *Vitr.l.1.c.2. & l.6.c.2.*

2750 Decorem, seu potius Decorũ esse, ipsius operis decentiam conuenientem personis, loco, tempori, partibus, cæterisque operis circunstantijs. *Vitr.l.1.c.2.*

2751 Distributionem esse, materiæ, loci, sumptuum facultate spectata, extruendi operis designationem. *Vitr.l.1.c.2.*

2752 Architecturæ genera esse tria, Ædificationem, Gnomonicã, Machinationẽ. *Vitr.l.1.c.3.*

2753 Ædificationẽ circa ædificia versari tum

publica, vt sunt mœnia, templa, portus; tum priuata, vt domus. *Vitr. l. 1. c. 3.*

2754 Habendam esse in ædificijs rationem firmitatis, vtilitatis, venustatis. *Vitr. l. 1. c. 3.*

2755 Locum mœnibus extruendis salubrem eligendum esse. Is erit excelsus, non nebulosus, non puinolus, regionesque cæli spectans neque æstuosas, neque frigidas, sed temperatas, deinde si palustris vicinitas euitabitur. *Vitr. l. 1. c. 4.*

2756 Locum mœnibus extruendis eligendum fructibus ad alēdam ciuitatem copiosum, quiq; opportunitates habeat viarum, ac maris, ad res victui necessarias aduehendas. *Vitr. l. 1. c. 5.*

2757 Munienda turribus mœnia in partem exteriorem proiectis, non longo vnius ab altera interuallo disiunctis, rotundis, aut polygonijs: *Vitr. l. 1. c. 5.*

2758 Areas, angiportus, plateas intra mœnia extruendas ita esse, vt ventos excludant: qui si frigidi sunt, lædunt; si calidi, vitiant; si humidi nocent. *Vitr. l. 1. c. 6.*

† *Ex Vitr. l. 2.* 2759 † Faciendos esse lateres ex terra albida, cretosa, siue de rubrica, aut etiam masculo salubone. Hæc enim genera propter leuitatem habēt firmitatem, & non sunt in opere ponderosa; & faciliter aggerantur. *Vitr. l. 2. c. 3.*

2760 Arenæ species tres, fossitiam, fluuialem, marinam. Fossitiam præstare omnibus solere. Debere autem recentem esse. Celeriter enim in structuris ficcescit, & tectoria permanent, & patitur concamerationes. *Vitr. l. 2. c. 4.*

2761 Calcem ex albo saxo, aut silice coquendam esse. è spisso, ac duriore, vtiliorem structuris fore; ex fistuloso, tectorijs. *Vitr. l. 2. c. 5.*

2762

2762 Extinctam calcem arenæ immiscēdam; vnam tribus arenæ fossitiæ mensuris; duabus fluuiaticæ, aut marinæ. *Vitr.l.2.c.5.*

2763 Structuram esse, lapidum in ædificijs calce, & arena aptam, & cohærentem collocationem. *Daniel Barb.in Vitr.l.2.c.8.*

2764 Substructionem fundamentorum, structuram frontium, instructionem esse partium mediarum. *Daniel Bar.in Vitr.l.2.c.8.*

2765 Cubilia in structura esse, lapidum, & laterum sedes. *Dan.Barb.in Vitr.l.2.c.8.*

2766 Reticulatum structuræ genus esse, cum laterculi, vel cæmenta, non iacentia, sed in latus, & in angulum stantia, siue rudia, & vulgaria, siue cæsa, & plana, collocantur. *Dan.Barb.in Vitr. l.2.c.8.*

2767 Incertum structuræ genus esse, cum cæmenta diuersæ figuræ, ac magnitudinis alia super alia sedentia, inter seq; imbricata coagmentantur. *Vitr.l.2.c.8.*

2768 Rimam esse exiguam tabularum in iunctura distantiam. *Dan.Barb.in Vitr.l.2.c.8.*

2769 Ad longissimam structuræ firmitatem valere illam cautionem, ne calcis humidum à cæmentis, vel lateribus exugatur. Humido enim exsiccato structura dehiscit. *Vitr.l.2.c.8.*

2770 Ad longam structuræ conseruationem valere illam cautionem, ne imbrium humor in structurā sese insinuet, eāq; dissoluat. *Vitr.l.2.c.8.*

2771 g Maceriæ cædendæ tempus obseruandum esse: ne facilè arbor cæsa vitietur. *Vitr.l.2. c.9. vid.Dan.Barb.in Vitr.l.2.c.9.*

g *Congerit multa ad interpretationem mysticā aptissima*

2772 Cædi ita oportere, vt incidatur arboris crassitudo ad mediam medullam, & relinquatur,

Daniel Bar. in Vitr. l.2. c.9. in prin. quæ ad abnegationis modũ trãsferri posſũt.

vti per eã exſicceſcat ſtillando ſuccus. Humores enim intra cõcreſcentes putreſcunt. *Vitr.l.2.c.9.*

2773 Non omnem materiam omni ſtructuræ aptam eſſe. *Vitr.l.2.c.9.*

2774 *b* Humani corporis proportionem eam eſſe: Os capitis à mento ad frontem ſummam, & radices imas capilli, decimæ partis eſſe. Tantundem manus palmam ab articulo ad extremum medium digitum. Caput à mento ad ſummum verticem octauæ: tantundem ab ceruicibus imis. A ſummo pectore ad imas radices capillorum, ſextæ; ad ſummum verticem quartæ. Ipſius autem oris altitudinis tertiam partẽ eſſe ab imo mento ad imas nares: tantundem naſum ab imis naribus ad finem medium ſuperciliorum: tantundem ab eo fine ad imas radices capilli, vbi frons efficitur. Pedem altitudinis corporis ſextæ. cubitum quartæ. pectus quartæ. *Vitr.l.2.c.1.*

h Ex Vitr. l.3.

2775 Humani corporis centrum medium eſſe vmbilicum: tantumque ſpatium eſſe ab imis pedibus ad ſummum caput, quantum manibus paſſis à ſummis vnius ad alterius manus digitos ſummos. *Vitr.l.3.c.1.*

2776 Prototypum eſſe corporis humani fabricam ad cuiuſuis fabricæ Ideam, methodum, ſymetriamque formandam. *Vitr.l.3.c.1.*

2777 Ædificiorum fundamenta eſſe firma debere. vt autem firma ſint, ſolum eſſe ſolidum, oportet, atque ita excauari, vt ſolidum inueniatur. Latiores etiam eſſe oportet ſubſtructiones, & ampliorem locum occupare, quàm quæ ſupra terram ſtruuntur. *Vitr.l.3.c.3.*

i Ex Vitr. l.6.

2778 *i* Sub Septentrione ædificia teſtudinata, & maximè concluſa, & non patentia, ſed conuer

ſa

sa ad calidas partes videri extruenda: contra autem sub impetu Solis, meridianis regionibus, quod premuntur à calore, patentiora, conuersaque ad Aquilonem; ita reliquis regionibus ad eundem modum temperari, quemadmodũ cœlum est ad inclinationem mundi collocatum. *Vitr.l.6.c.1.*

2779 Aliam, atque aliam symmetriarum rationem quærere loci naturam. Loca enim aut proximè ad oculos, & in promptu sunt, aut excelsa, & remota, aut concluſa, obscuraque, aut patentia, & aperta: ea locorum diuersitas, aliam, atque aliam symmetriæ rationem quærit, vt decens ædificij species appareat. *Vitr.l.6.c.2.*

2780 Perpetuam firmitatem habere ædificia non posse: si in pendentibus onera fuerint, parietum, aut columnarum. *Vitr.l.6.c.11.*

2781 Obseruandum esse, vti omnes structuræ perpendiculo respondeant, neque habeant in vlla parte proclinationes. *Vitr.l.6.c.11.*

2782 Omnium operum probationes, à subtili opificis exactione, à magnificentia, à dispositione, symmetriaque desumi. *Vitr.l.6.c.11.*

2783 k Primas partes inter ædificiorum expolitiones, Ruderationes, & Pauimenta tenere. *Dan.Barb.in Vitr.l.7.c.1.* k *Ex Vitr. l.7.*

2784 Antequam ad Pauimentum, id est, ad summam, vltimamque Soli superficiem expolitam veniatur; primo statuminandum, id est, pauimentorum primum stratum, ac fulcimentum ponendum ex grandioribus saxis; deinde ruderandum, id est, lapides contusos, & calce admixtos sternendos esse; tum nucleum inducendum, id est, crustam, siue corium, quod medium est inter

ter ruderationem,& pauimentum;poſtremo pauimentum ſtruendum. *Vitr.l.7.c.1.*

2785 Curandum ne pauimẽtum rimas faciat. Cauentur autem rimæ, ſi oſſa, quibus pauimentum ſuſtinetur,viribus ſint valida,ſi æqualia inter ſe, ſi lignorum eiuſdem generis, ſi axes tenuiores, & ſubtiliores cubris clauis contineantur,ne ſe torquendo angulos excitent. *Vitr.l.7.c.1.*

l *Ex Vitr. l.8.*

2786 *l* Perducẽdarum, & librandarum aquarum artem eſſe,ac inſtrumenta. *Vitr.l.8.c.6.7.*

2787 Ad tempus,horaſque metiendas artem eſſe, ac inſtrumenta horologiorum variorum. *Vitr.l.9.c.8.9.*

m *Ex Vitr. l.10.*

2788 *m* Machinam eſſe continentem,perpetuamque ex materia coniunctionem; quæ maximas vires habet ad onera mouẽda. *Vitr.l.10.c.1.*

2789 Principium, ac formam omnium machinationum eſſe motum circularem. *Vitr.l.10 t.1.Ariſt.l.de qq.Mechan.*

2790 Triplex machinarum genus eſſe: Scanſorium,quo ſignis ſtatutis, & tranſuerſarijs colligatis, ad altitudinem ſcanditur. Spiritale,quo ſpiritus expreſſionibus,impulſus, & plagæ, voceſque organicè exprimuntur. Tractorium,quo onera pertrahuntur, aut ad altitudinem ſublata collocantur. *Vitr.l.10.c.1.*

2791 Eſſe inter machinas, & organa differẽtiam. quod machinæ pluribus operibus, aut vi maiore coguntur effectus habere; vt baliſtæ, vt torcularium præla. organa vnius opere prudenti tractu perficiunt quod propoſitum eſt; vt Scorpionis, ſeu anitocyclorum verſationes. *Vitr.l.10.c.1.*

2792 Machinarum,organorumque inuentione

ne ad imitationem naturæ, hominum neceſſitatibus mentis ſolertia proſpectum eſſe. *Vitr. l.10.c.1.*

2793 *n* Radij aſtronomici, geometricique vſum eſſe ad longitudines, latitudines, altitudines, diſtantiaſque metiendas. *Gem.Friſ.l.de Radio aſtron.Io. Dryan.l.de vſu Ann.Aſtron.*

n *Ex varijs Auctoribus.*

2794 Rerum altitudinem, latitudinem, vel rotunditatem, Annulo ſphærico, Cylindro, Quadrante, Baculo quem vocant Iacobi, menſurari. *Lib. de vſu Annuli Aſtron. ex varijs Auctorib. D.Burchard l.de Annuli ſphær. vſu. Clauius in l.de Geometria Pract.*

2795 Annuli aſtronomici vſum eſſe, ad aſtrorum & altitudinem, & locum, & ortum, & declinationes indagandas; ad loci latitudinem inueniendam, ad horas inueſtigandas, ad meridianam lineam plano inſcribendam, ad alia hiſce ſimilia. *l.de vſu Annuli Aſtron. ex varijs Auctor.Io. Dryan.c.18.*

2796 Quam res alta, profunda, aut lata ſit, quantoue interuallo diſtet; noto menſuræ genere aliquoties ſumpto Mathematicos indicare, *l.de vſu Schalæ Geom.ex varijs Auctor.Io.Dryan. l.de vſu Ann.Aſtron.*

2797 Aſtrolabium, ſeu Planiſphærium inſtrumentum mathematicum eſſe cæli ſphæram, repræſentans, ad cæleſtium corporum quantitatē, & motum, aliaque menſurandum. *M.Ignat. Dant.de vſu Aſtrolabij.*

2798 Alia eſſe Mathematicorum inſtrumenta ad longitudinem, magnitudinem, profunditatem, motus, aliaque quantorum genera metienda: Inſtrumentum partium, Torquetum aſtronomicum,

micum, magnam Regulam Ptolomęi, Dioptram, Gnomonem geometricũ, Anemoscopium, alia. *M. Ignat. Dant. Clauius in l. Geom. Pract.*

2799 Mechanicæ partes esse instrumenta mathematica fabricari, ad vsum rectè mensurandi accommodata. *Vid. Clau. l. de Geom. Pract. M. Ignat. Dant. alios.*

De Ponderibus, ac Mensuris. c. 7.

2800 AD dimetiendum quanta ad humanum conuictum spectantia tria esse instrumenta, Regulã, Pondus, Mensuram. Regula enim agros, domos, prædia, interualla, pannos discernimus æqua ne sint, maiora, vel minora. Pondere, stateraque aurum, argentum, æs, medicamenta, hisque similia conferimus, & examinamus. Vinum, oleum, liquores alios; frumentum, hordeum, fruges alias diiudicamus Mensura. *Villalp. in Appar. l. 2. d. 1. c. 3.*

2801 Libram dici instrumentum illud, quod duas habet vtrinque lances, quibus æque constitutis, vel earum alterutra depressa, aut eleuata, iustum rerum pondus deprehenditur. *Cic. in Tuscul.*

2802 Libram, & Assem, & Pondo, dici certũ, firmumque Romanorum pondus, duodecim vnciarum, quo omnia ponderanda librabantur. *Varr. l. 4. de ling. lat.*

2803 Dupondium dici, quod duas libras, siue duos asses, continet. *Instit. lib. 2. de hæred. instit. §. & si plures.*

2804 Semunciam, vnciæ dimidium dici.

Fann.

Fann.S.Iſid.16. Orig.c.24.

2805 Seſquiunciam, vnam vnciam, ac ſemis, ſeu tres ſemiuncias denotare. *Iſid.16 Orig.c.24. Fannius.*

2806 Sextulam dici ſextam vnciæ partem. *Varr.l.4.de ling.lat.*

2807 Sicilicum, quartam vnciæ partem dictum eſſe, quòd Semunciam ſecet. *Feſtus.*

2808 Duellas, ſingulas è tribus partibus, in quas vnciam diuidebant, appellatas. *L.Pet.l.5. de ponder.*

2809 Drachmam, octauam vnciæ partẽ eſſe. *Fannius, Dioſcor.l.de Ponder.Galen.l.6.de comp. medic.ſecund gen.*

2810 Continere vnciam ſcripulos, ſeu Gramata vigintiquatuor. Scripulum in duos obolos diuidi, ſemiobolos quatuor, ſiliquas ſex, lentes, ſeu lupinos octo. *Fann.Galen.l.de Pond.*

2811 Denarium Drachmæ atticæ æqualem pondere olim fuiſſe. *Plin.l.20.c.vlt.& l.21.c.34. Tit.Liu.l.34.Bud.l.5.de Aſſe.*

2812 Denarium olim decem libras, ſeu æris aſſes habuiſſe: deinde aſſibus vncialibus factis, ſeu ſextantarijs, ſexdecim aſſibus permutatum. *Plin.l.33.c.3.*

2813 Quinarium olim pro quinque libris æris; Sextertium pro dipondio, ac ſemiſſe, id eſt, pro tribus æris libris fuiſſe: deinde aſſibus imminutis, Quinarium octonis, Sextertium quaternis aſſibus permutatum. *Plin.l.33.c.3. Cic.l.5. in Verr.*

2814 Vnciam apud antiquos eandem fuiſſe, quæ nunc eſt. Congius enim Romæ repertus, cui erat inſcriptio P.X. id eſt, Pondo decem, ſeu

libræ

libræ decem; aqua plenus respondit ex æquo decem Romanis libris, vt nunc sunt. *Alciat. lib. de Ponder. & mensur. Villalp. Appar. lib. 2. d. 2. c. 11.*

2815 Nummum, ac Numisma, omne monetarum genus appellari. *Villalp. Appar. l. 2. d. 2. cap. 15.*

2816 Drachmam atticam sex obolos effecisse, obolum decem chalcos. *Plin. lib. 20. c. vlt.*

2817 Chalcum, seu æreolum, minuta alijs septem, Hebræis octo effecisse. *Villalp. Appar. par. 2. de ponderib. lib. 2. d. 3. cap. 17. ex Mar. 12. 41, 42.*

2818 Quadrantem duo minuta effecisse. *Ex Mar. 12. 41, 42.*

2819 Atticam Minam vncias habuisse duodecim, & dimidiam, drachmas centum, scripula trecenta, obolos sexcentos, lupinos nongentos, siliquas mille octingentas, æreola tria millia sexcenta. *Cleop. l. de Mundit. Plin. l. 21. c. vlt.*

2820 Atticam Minam triplicem è scriptoribus colligi: Minimam Drachmarum quinque, & septuaginta, hoc est, vnciarum nouem cum drachmis tribus; mediam drachmarum centum, vnciarum duodecim semis: maximam drachmarum centum viginti octo, vnciarum sexdecim, cuius est vsus multis extra Italiam locis. *Villalp. de pond. & numis. l. 2. d. 3. c. 18.*

2821 Talentum nō semper pro certo aliquo vel pondere, vel numero accipi, sed plerunque pro indefinito, atque incerto. *Villalp. sup. c. 19.*

2822 Talentum atticum sex millium denarium, seu drachmarum atticarum fuisse; Babylonicum septem millium; Æginæum decem millium;

lium ; Syrium mille, & quingẽtarum. *Iulius Pollux l.9.Onom. Pomp. Feſt. Villalp. ſupra.*

2823 Staterẽ quatuor drachmis atticis æqualem fuiſſe. *Villalp. ſupra d.4. cap.22. ex Matt. 17.24.*

2824 Siclum, ac Staterem idem eſſe: vtrumq; viginti obolos habere, drachmas quatuor atticas, ſemunciam romanam. *Hieron. in Hierem. 72. & in Ezech.4.10. Ioſeph.3. Antiq.c.9. Villalp. ſup.c.28.*

2825 Siclum prima ſui inſtitutione videtur certum pondus fuiſſe apud Hebræos, quo cætera menſurarentur. *Villalp. ſup.c.23. ex Num.7. 13,14,19,20,84.*

2826 Argenteos, aureos, pro Siclis argẽteis, aureis ſumi ſolere. *Villalp. ſupra c.30. ex Chald. parapb. Gen.37.29.*

2827 Semiſiclum hebr. * *bèkabbb*, ſeu Didrachma, Hebræis fuiſſe; qui quotannis viritim templo pendebatur. *Villalp. ſupra c.31. ex Exod. 30.11, & ſeq. Ioſeph. Antiq. lib. 18. cap.12.* * בקע

2828 Didrachmum à lxx. Interpret. Siclum appellari; Semiſiclum Drachmam. *Villalp. ſupra.*

2829 Minam apud Hebræos tam multiplicẽ vſum habere, vt certum aliquod pondus, aut eſtimatio illi dari vix poſſit. *Villalp ſup.c.32.*

2830 Talentum Hebræorum * tria continere ſiclorum millia, libras centum viginti quinque. *Villalp. ſup.c.33. ex Exod.38.24, & ſeq.* * ככר

2831 Duodecuplam auri ad argentum proportionem fuiſſe apud Hebræos. *Villalp. ſupra c.34. ex 2. Paral.21,24,25.*

2832

2832 Amphoram, seu Quadrantal, fuisse Romanis vas ansatum, ad liquores metiendum, pedis quadrati, cubique, id est, sex lateribus æquali latitudine planitierum quadrati, octo, & quadraginta sextarios capientis. *Sex. Pomp. Fest. Fannius, Isid. lib. 16. Orig. c. 25. Villalp. Appar. p. 2. l. 3. c. 1.*

2833 Amphoram in binas vrnas diuidi, vrnã in quatuor Cangios, Cangium in sex sextarios, Sextarium in cyathos duodecim. *Villalp. supra c. 23. Fannius, Sex. Pomp.*

2834 Amphoram ad fruges metiendas acceptam, in tres æquas partes diuidi, quas Modios vocant: Modium in sextarios sexdecim. *Villalp. supra, Fannius.*

2835 Culleum maximam Romanorum mensuram fuisse, ex denis amphoris. *Fannius, Villalp. sup c. 3. Colum. 3. de Re rust. c. 3.*

2836 Heminam, seu Cotylem, Sextarium bifariam diuidere. *Fannius. Villalp. sup. c. 7.*

2837 Quartarium Heminæ dimidium, sextarij partem quartam fuisse, tribus constantem cyathis. *Villalp. sup. c. 3.*

2838 Acetabulum sextarij partem octauam, sesquicyathum capiens. *Villalp. supra.*

2839 Cochlear, & Ligulam mensurarum minimam esse. *Fannius, Villalp. supra.*

2840 Medimnum Amphoræ duplum fuisse. *Fannius. Villalp. sup. c. 4.*

2841 Quamuis Metreta commune sit interdum mensuræ nomen: esse tamen proprium sextariorum duorum & septuaginta, seu vrnarum trium. *Fannius. Villalp. sup. c. 5.*

2842 Amphoreum metretæ dimidium continere,

nere; ſeu ſextarios ſex & triginta. *Cleopatra, Villalp.ſupra.*

2843 Cotylarum ſex & nonaginta ſextarios continere. *Cleopatra, Villalp. ſup.*

2844 Cadum, Hebr. * *càd* vas eſſe, modo magnum, modo paruum. *Villalp. ſupra.* * כד

2845 Chum, vt Congium, ſextarios ſenos habere; Chænicem quatuor. *Fannius, Villalp. ſupra c.6.7.*

2846 Videri Caph Hebræorum, Cotyli reſpondiſſe. *Villalp. ſup.c.7.*

2847 Demenſum dici quaternos modios in menſem ſeruis datos, & quaternos, vel quinos panes, ſeu chænicem in ſingulos dies. *Villalp. ſup.c.7.*

2848 Batum Hebræis ad liquida menſuranda duplicem fuiſſe; Minorem, metretæ æqualem, duorum, & ſeptuaginta ſextariorum; Maiorem, qui ſeſquialtera proportione minorem excedebat. *Villalp. ſupra c.8. ex verſione lxx. Interpr. & Ioſepho.*

2849 Corum * *Còr* liquidorum, ac frugum menſuram Hebræis fuiſſe, decem batorum, Medimnorum atticorum decem. *Exech. 45.11. Villalp. ſupra cap.9. Ioſeph. 13. Antiq. c.12.* * כר

2850 Ephi b *Ephà* frugum menſuram Hebræis fuiſſe, æqualem bato, decimam Cori partem. *Exech.45.11. Villalp. ſup.* b אֵיפָה

2851 Satum c *Seà* Hebræis tertiam Ephi partem fuiſſe, vnum, & dimidium Modium italicum continentem. *Hieron. in Matth. 13. lib.2. Ioſeph. 9. Antiquit. cap. 2. Villalp. ſupra c.10.* c סאה

2852 Artabam Ægyptiam tres modios, & tertiam modij partem habuisse. *Hieron. Dan. 11. Fannius, Villalp. supra c. 11.*

לתך d 2853 d *Lèthech* dimidiam Cori partem putari. *Os. 3. 2. Villalp. supra.*

עמר e 2854 Gomor e *Hhòmer* & f *Assaron* decimam Ephi partem fuisse, sextariorum septem cum quinta insuper sextarij parte. *Exod. 16. 34, 36. Epiph. lib. de mens. & pond. Villalp. supra c. 12.*

עשרון f

2855 Cabum Hebræis quatuor sextariorum fuisse, frugum mensuram. *B. Arias Mont. lib. de Sato, Agric. lib. 1. de exter. mens. R. Salom. in Leuit. 14. Epiph. lib. de mensur. Villalp. supra c. 13.*

לוג g 2856 g *Log* Romano sextario æqualem fuisse. *Leu. 14. 10, 15, 21, 24. Villalp. supra c. 14. B. Arias Mont. l. de Sato.*

2857 Ouum certam antiquorum mensuram fuisse, in quinque partes quasi vnciolas diuidi solitum. *B. Arias Mont. lib. de Sato, Villalp. supra.*

הין h 2858 h *Hin* Hebræis duos choas atticos, seu duos Congios, seu duodecim sextarios, ac logos, continuisse. *Ioseph. 3. Antiq. c. 10, 11. Arias Mon. de Bato, Villalp. sup.*

2859 Esse Mathematicis granũ hordei mensurarum omnium minimam, atque principium. *Clau. in sphær. c. 1.*

2860 Digitum grana 4 habere secundum latitudinem dispositа. *Clau. in sphær. c. 1. Villalp. in Appar. l. 3. c. 16.*

2861 Palmum digitos 4 continere, seu grana 16. *Clau. sup.*

2862

2862 Palmum eſſe Maiorem, ex tribus minoribus palmis, id eſt, digitis duodecim. *Plinius lib.36. cap.14. Villalp. in Appar. lib.3. cap.17.*

2863 Pedem palmos 4 continere, ſeu digitos 16. *Clau.in ſpbær.c.1.*

2864 Cubitum paruum, ſecundum Vitruuium continere pedes * ſeu palmos 6. *Clau. in ſph. c.1.* * $1\frac{1}{2}$

2865 Communem cubitum, qui & vlna communis, pedes 4 complecti, ſeu palmos 16. *Clau. in ſpbær.c.1.*

2866 Cubitum magnum conſtare pedibus 9, ſeu palmis 36. *Clau. in ſpbær.c.1.*

2867 Paſſum ſimplicem primæ differentiæ pedes habere 2. ſeu palmos 8. *Clauius in ſpbær.c.1.*

2868 Paſſum duplicem primæ differentiæ pedes habere 4. ſeu palmos 16. *Clauius in ſpbær.c.1.*

2869 Paſſum ſimplicem ſecundæ differentiæ pedes continere * ſeu palmos 10. *Clau. in ſpbær.c.1.* * $2\frac{1}{2}$

2870 Paſsum duplicem ſecundæ differentiæ, qui Geometricus dicitur, pedes habere 5. ſeu palmos 20. *Clau.in ſph.c.1.*

2871 Paſſum ſimplicem tertiæ differentiæ, pedes habere 3. ſeu palmos 12. *Clauius in ſpbær.c.1.*

2872 Paſſum duplicem tertiæ differentiæ, conſtare pedibus 6. ſeu palmis 24. *Clauius in ſpbær.c.1.*

2873 Vlnam cõmunem complecti pedes 4. ſeu palmos 16. *Clau.in ſpbær.c.1.*

2874 Vlnam agrestem constare pedibus 6. seu palmis 24. *Clau. in sphær. c. 1.*

2875 Perticam pedes complecti 10. seu palmos 40. *Clau. in sphær. c. 1.*

2876 Stadium habere geometricos passus 125. seu pedes 625. *Clau. in sphær. c. 1.*

2877 Milliarium continere stadia 8. seu Passus geometricos 1000. *Clauius in sphær. cap. 1.*

2878 Leucam Gallicam, siue Hispanicam milliaria continere * vel Passus geometricos 1500. *Clau. in sph. c. 1.*

1
* 1 1/2

2879 Leucam Germanicam cõmunem, habere milliaria 4. vel Passus geometricos 4000. *Clau. in sphær. c. 1.*

2880 Leucam Sueuicã omniũ maximam, habere milliaria 5. vel passus geometricos 5000. *Clau. in sph. c. 1.*

2881 Gradum ab Astronomis appellari particulam vnam cuiusuis circuli diuisi in partes 360. In tot enim partes quemlibet circulum partiuntur Astronomi. *Clauius in sphær. c. 1. Io. de Sac. bosc. c. 2.*

2882 Quemlibet gradum ab Astronomis in Minuta 60 diuidi. *Io. de Sacro bosc. in sphær. cap. 2.*

2883 Quodlibet Minutum ab Astronomis in 60 Secunda; quodlibet Secundum in 60 Tertia; & sic deinceps vsque ad Decima, diuidi. *Io. de Sacr. bosc. in sphær. c. 2.*

2884 Assem dici Totum quodcunque: quod in duodecim æquales partes diuiditur. quarum vndecim, dicuntur Deunx; decem, Dextanx; nouem, Dodranx; octo, Bes, vel Bessis; septem,

Sep-

Septunx; ſex, hoc eſt, dimidiata pars totius, Semis, vel Semiſſis; quinque, Quincunx; quatuor, Triens; tres, Quadrans; duæ, Sextans; vna, Vncia. *Budæus de Aſſe, Clau. in ſphær. c. 2. Inſtit. lib. 2. de hæred. inſtit. §. Hæreditas.*

2885 Æquinoctialem circulum eſſe menſuram, & regulam primi motus. Oſtendit enim, primum Mobile circumuolui ſpatio 24 horarum. nam ſingulis horis, 15 gradus circuli Æquinoctialis, in primo mobili deſcripti, eleuantur vniformiter ſupra Horizontem; vt obſeruationes Aſtronomorum docent. *Io. de Sac. boſc. & Clau. in ſphær. c. 2.*

2886 Primi mobilis motum omnis temporis menſuram eſſe. Eſt enim ille motus & maximè notus, & maximè regularis ſimul & breuiſſimus. *Clau. in ſphær. c. 2.*

2887 Zodiaci circulum eſſe menſuram, & regulam ſecundi motus: quo tum Planetæ, tum ſtellæ fixæ ab occaſu in ortum circumuoluuntur. *Clau. in ſphær. c. 2.*

2888 Cuiuſque diei, noctiſque artificialis quantitatem penes Horizontem deſumi. Dies enim artificialis, eſt mora Solis ſupra Horizontem: Nox verò artificialis, eſt mora eiuſdem infra Horizontem. *Clau. in ſphær. c. 2.*

2889 Æquatoris ſupra Horizontem aſcenſionem, & eiuſdem deſcenſum infra Horizontem, eſſe menſuram ortus, & occaſus cuiuſque ſigni. Oriri enim, vel occidere ſignum aliquod, eſt illam partem Æquinoctialis oriri, quæ oritur cum illo ſigno oriente, ſeu aſcendente ſupra Horizontem: vel illam partem Æquinoctialis occidere, quæ occidit cū illo ſigno occidente,

seu tendente ad occasum sub Horizonte. *Io. de Sac. bosc. c. 3.*

2890 Ad longitudinis, latitudinis, profunditatis, cognitionem habendam, mensuram omnium optimam lineam perpendicularem esse. Mensura enim debet esse maximè certa, ac determinata. sola autem linea perpendicularis inter lineas alias certam, determinatamq; longitudinem habet. *Clau. in sphær. c. 1.*

DISTINCTIO SEXTA.

DE METAPHYSICIS.

siue
De Ente.

1 QVoniam spiritus est animus noster; non solum ad spiritualia contemplandum est aptus, sed ipsa quoque corporata, immersa in materiam, affectaq; quantitate, ad modum spiritualium apprehēdit, abstracta, seiunctaq; ab rationibus, quæ sub sensum cadunt. Ita rationes entis, ac substantiæ considerat in corporibus; quæ vt in corporibus sunt, corporatæ ipsæ quidē sunt: consideratæ tamen vt entia, vt substantiæ, nihil corporati in his rationibus includunt; habentq; se vt rationes spirituales. & veræ illæ quidem rationes sunt, quamuis spirituales non sint. sunt enim corpora, è quibus ea abstrahuntur, vera entia, veræ substantiæ. Has rationes ad modum spiritualium apprehensas, cogi-

Metaphysicæ ratio.

seu tendente ad occasum sub Horizonte. *Io. de Sac. bosc. c. 3.*

2890 Ad longitudinis, latitudinis, profunditatis, cognitionem habendam, mensuram, omnium optimam lineam perpendicularem, esse. Mensura enim debet esse maximè certa, ac determinata. sola autem linea perpendicularis inter lineas alias certam, determinatamq; longitudinem habet. *Clau. in sphær. c. 1.*

DE METAPHYSICIS.

siue
De Ente.

1 QVoniam spiritus est animus noster; non solum ad spiritualia contemplandum est aptus, sed ipsa quoque corporata, immersa in materiam, affectaq; quantitate, ad modum spiritualium apprehēdit, abstracta, seiunctaq; ab rationibus, quæ sub sensum cadunt. Ita rationes entis, ac substantiæ considerat in corporibus; quæ vt in corporibus sunt, corporatæ ipsæ quidē sunt: consideratæ tamen vt entia, vt substantiæ, nihil corporati in his rationibus includunt; habentq; se vt rationes spirituales. & veræ illæ quidem rationes sunt, quamuis spirituales non sint. sunt enim corpora, è quibus ea abstrahuntur, vera entia, veræ substantiæ. Has rationes ad modum spiritualium apprehensas, cogi-

Metaphysicæ ratio.

tatione ab omni materia segregatas, & ipsa entia spiritualia, vt Deum, vt Intelligentias, re à materia seiuncta; *a* doctrina Metaphysica contemplatur. Ob idque Metaphysica dicitur; quia quæ ipsa considerat; sunt considerationibus physicis superiora. Physicæ enim doctrinæ limites sunt entia materialia, & corporata.

a Arist. 4. Met. c. 1. 2. & 6. Met. c. 1. & l. 11. c. 3.

2

b Quoniam autem eę rationes à sensibilibus abstractę, quas Metaphysica inquirit, vniuersales rationes sunt, omnibus entibus cõuenientes: inde fit, vt Metaphysica vniuersalissima scientia sit. ad eã proinde spectat & obiecta, & proprietates obiectorum, & principia cuique scientiæ distinguere. Habet enim illa obiectũ vniuersalissimum ens; ad cuius genera non possunt aliarum scientiarum obiecta non pertinere. Dum ergo Metaphysica quasi per gradus ad inferiora sui obiecti genera cognoscenda descendit; cui quodque entis genus scientiæ sit attribuendum agnoscit.

b Leg. Arist. 4. Met. à c. 3. l. 7.

3

Metaphysicæ obiectum.

Vt ergo Oeconomiam, methodumq; omnẽ Metaphysicæ doctrinæ quasi oculis intueamur: abstrahamus ab omnibus rebus, quotquot intellectu apprehendere possumus, rationem aliquam omnibus communem. Ratio illa erit entis ratio. quæque enim res, ens est. ea ratio est primum Metaphysicæ obiectum.

4

Iam

Entis primæ proprietates.

5 c Iam si proprietates eius primi obiecti, ab eo distinctas, velimus indagare; nullas omnino reperiemus. Quicquid enim cogitaueris, ens est: proinde in eius primi obiecti, nempe entis, ratione inclusum. d Non habet ergo Ens proprietates propriè dictas, à se distinctas. Possumus tamen in ente quosdam quasi respectus, æquè ac ipsum vniuersales cōsiderare: quos enti proprietatum loco
6 tribuere licebit. e Habet enim quodlibet ens quendam quasi respectum ad seipsum, seipsum respiciens vt quid indiuisum à se, & non aliud, aliud tamen quid à quolibet alio ente. quam entis rationem, Vnum, appellamus. dicimus enim vnum, quicquid est indiuisum à
7 se, ac diuisum à quolibet alio. f Alium præterea primum quendam respectum
11 habet quodlibet ens ad quālibet potentiā cognoscentem; quatenus à nulla potentia cognoscente cognosci verè potest aliud quid ipsum esse, quàm quod est. cuius respectus rationem, Verum, vocamus. Verū enim ens est, vt verus Deus, verus lapis, quod exigit, vt à quocunque cognoscatur, vt Deus, vt lapis cognoscatur.
8 Alius primus cuiusque entis respectus est ad sui naturalem propēsionem, & appetitum: quatenus quodque ens est id, quod ipsius entis natura exigit.

c *Leg. Soar. in Met. d. 3. Arist. 4. Metaph. t. 3. & l. 10. t. 8.*

d *S. Th. 1. p. q. 5. a. 1.*

e *Arist. 10. Met. t. 7.*

f *S. Th. 1. p. q. 16. a. 3.*

Ens

g Arist. 1. Eth. c. 6.

g Ens cum eo ad suam naturalem exigẽtiam, seu propẽsionem, respectu, Bonũ, vocatur. Eadẽ enim est ratio Boni, quæ ratio conuenientis, & cõgruẽtis. Neque verò vllæ aliæ primæ rationes ad quodq; ens spectantes, quæ vt entis cuiusq; proprietates haberi possint, videntur excogitari posse, præter illas tres, Vnum, Verum, Bonum. Si quæ sunt aliæ rationes æquè vniuersales ac ratio entis, vel ad eas tres reducuntur; vel primæ non sunt, sed ab illis tribus deriuantur. 9

Entis prima genera.

Porrò prima illa entis ratio in duas diuiditur primas, summasque rationes: h in ens à se, qui est Deus; & in ens ab alio, quod est quicquid à Deo procreatũ est: illud infinitum ens, omnem entium perfectionem complectens, principium omnium: hoc finitum, certis perfectionis terminis circumscriptum. Entis autem finiti decem sunt prima summa genera. Genera autem summa appellamus eas rerum procreatarum rationes, quę secundum eam rationem, qua à nobis apprehenduntur, vna aliam non includit. quare Ratio entis non est ratio generis, quia à qualibet ratione includitur. omnis enim ratio, quæ à nobis cogitari potest, ens est, si rei ratio est. Neque ratio Accidentis, seu entis in alio, ratio generis esse potest. in plurimis 10 11

h Aug. l. de cognit. ver. vitæ c. 7.

enim

enim rationibus ratio Accidentis includitur. nam qualitas, quantitas, relatio, accidentia sunt. Sunt ergo summa, primaque rerum genera omnino decem: quoniam decem omnino rationes, quarum nulla aliam includit, format mens nostra primas, ac summas, ad distinguẽdas res inter se, vt commodè rerũ scientiam habere possit. eæ sunt: Substantia, Quantitas, Qualitas, Relatio, Actio, Pas-
12 sio, Vbi, Quando, Situs, Habitus. Nõ est autem necessarium ad certum entis genus constituendum, vt quælibet harum decem rationũ sit re ipsa ab alijs rationibus distincta. satis est ea distinctio, quã noster intellectus facit, quatenus vnam rationem concipere solet, nõ concepta alia. quare animæ potentiæ secundum conceptus, rationesque metaphysicas, ad genus qualitatis spectant; etiam si, vt aliqui opinantur, animæ potentiæ ab ipsa animæ substantia non distinguantur. satis enim est distinctio rationis, ad genus metaphysicum constituendum.
13 Neque vero ad vnitatem rationis, generisque metaphysici constituendã requiritur vt ea ratio, quæ à nobis vno simplici conceptu concipitur, sit re ipsa simplex, aut partibus inter se vnitis composita. multa enim summa rerum genera complexa quædam entia sunt, & cõno-

tata

tata ex partibus non vnitis. ita Actio est effectus causam agentem connotans à se distinctam: Vbi est locatum connotans locum circumstantem: Habitus est quid adiacens connotãs id, cui adiacet. Vt autem qua ratione Relatio peculiare entis genus constituat ab alijs generibus distinctum, intelligamus: sciendum est relationes, seu respectus, esse eas rerum rationes, quæ neque esse, neque intelligi possunt sine aliquo alio ab ipsis distincto. vt Paternitas, est relatio: quia neque esse Paternitas potest, neque intelligi sine filio. Relationum autem aliquæ ita se habent vt in ipso conceptu relationis cõceptum etiam alterius generis includant. vt scientia, rationem habet relationis ad scibile, cũ tamen ipsa species quędam qualitatis sit, ad qualitatis genus pertinens. eiusmodi relationes transcẽdentales appellantur: quoniam in alia prædicamenta, generaque transcendũt; & non habent relationis rationem ab omni ratione alterius generis absolutã, & ad solum summum genus relationis spectantem. Aliquæ autem relationes ab omni alia ratione liberæ sunt, solãq; respectus rationem in formali suo conceptu includũt, vt Paternitas, Similitudo, Æqualitas. hæ proinde ad peculiare Relationis genus spectant. Quid autem 14

eæ

eæ sint è relationibus diuinis auspicandū est; quas & esse, & veras relationes esse certò scimus. Relationes diuinæ termini quidā videntur esse diuinæ substantiæ dicentes rationē exigētiæ in diuina substantia. Paternitas enim, Filiatio, Spiratio actiua, Spiratio passiua, quatuor diuinæ substātię relationes, sese necessariò inuicē exigunt, ob diuinæ substātiæ fœcunditatē infinitam; quę ne imperfecta sit, id est, ne sit vnquā in potentia ad se cōmunicandū infinito modo, exigit esse semper in actu suę communicationis; ob id est semper in actu cū terminis duorū modorū, quibus cōmunicare se potest, nempe per intellectum generādo Filium, & per voluntatē producēdo Spiritū sanctū. Quatuor ergo terminis ūt in diuina substātia, duo à quo, & actiui, Paternitas, & Spiratio actiua; duo ad quē, & passiui, Filiatio, & Spiratio passiua. Qui termini ad diuinā substantiā, quę vna, eadēq; est, simplex, ac indiuidua in tribus personis, distinctionis rationē addunt, & exigētię; id est, rationē relationis, quæ distinctionē dicit, & exigentiam inter ea, quæ inuicem referūtur, vt supra dictum est. Relationes antē diuinę nullo modo re ipsa distinguntur à diuina substantia, quę summam simplicitatē habet. Exijs, quæ de diuinis Relationibus dicta sunt, intelligimus esse quiddam simile in

omni-

omnibus entibus creatis: quod nō ex infinita fęcūditate oritur, quæ in ipſis nō eſt;
i S. Thom. 1. p. q. 6. a. 2. ad 1. *i* ſed ex finitudine, ac limitatione, quam habent. Entitatis ſuę terminū, ac limitem habet quodlibet ens creatū: qui quatenus finitus eſt, non habēs omnē perfectionē, fieri nullo modo poteſt, quin entibus alijs indigeat, ac proinde exigat alia entia, per quæ perfectionem aliquā accipiat ſiue ſecundum eſſe, ſiue ſecundū operationem. Omnes ergo termini eſsēdi in rebus creatis rationes relationū ſunt; ſiue ſubſtātiales ſint, vt eſt cuiuſq; ſubſtātię ſubſiſtētia; ſiue accidētales, vt eſt cuiuſque accidentis inhęrentia. Iam cum ea ratio termini, ac finitudinis, non ſolū negationē dicat perfectionū, quę nō ſunt in quaque re creata; ſed rationē etiā poſitiuā in re creata, quatenus eius entitas verè in ſe terminum, & finitudinē habet, exigentē alia entia tum ad eſſe, tum ad operandum: verè ea ratio termini, ratio entis eſt. ſpectat ergo ad aliquod genus entis creati. non ad alia nouē genera, prēter relationē. Tum quia ratio termini, & finitudinis neq; ſubſtantię rationē dicit, neq; quātitatis, neque qualitatis, neque aliud vllū aliorū generū, prēter rationē exigētiæ, quę ratio relationis eſt. Tū quia ea ratio, vltima quędā ratio eſt, ſpectans ad creatarum rerū exiſtentiam, quatenus illā limitat. Exiſtentia autē vltimus

mus creatarũ rerũ terminus est. cõstituit ergo ea ratio termini peculiare genus entis, id est, genus Relationis. Ex quo intelligimus negari nullo modo posse Relationes, peculiare genus entis, ac prædicamentũ cõstituentes: k & eas nõ distingui à fundamẽtis suis, subiectisq;, vt neq; ipsa rei existẽtia distinguitur, vt infra dicetur; & tria esse relationũ genera, pro triplici ratione, quã accidit ab ipsis terminis connotari. Ratio enim cur ens finitũ alia entia exigit, ac proinde ordinem habet ad illa, ea est; quod nõ habet in se perfectionem illorũ, vt supra explicatũ est. Perfectio autẽ vnius ad alterũ tribus modis potest cõparari. vel vt quid eiusdẽ, aut diuersę naturæ cũ altero: eaq; comparationis, & cõnotationis ratio, est relatio similitudinis, ac dissimilitudinis. vel vt quid eiusdem, aut diuersę quantitatis cum altero; estq; ea comparatio relatio æqualitatis, aut inæqualitatis. vel vt quid agens in alterũ, aut patiẽs ab altero: eaq; ratio comparãdi est relatio agentis, aut passi; cuius generis sunt Paternitas, & Filiatio.

k S.Th. 1.p. q.45.a.3.

15

16 Porrò singula entis creati genera suos gradus habẽt, quos Metaphysicos appellant. l Sunt autem gradus metaphysici rationes, quas nostra mens in quaque re cõtemplatur, vna alia superiores, ac vniuersaliores, m sese inuicẽ nõ includentes.

Gradus Metaphysici.

l Vid. S.Th. 1. cõt. g. c. 25 & 1.p. q.76. a.3. ad 4.

Cum

Soar. in Metaphys. d. 6. sect. 9.

m *Arist. 3. Met. t. 3. 10. & l. 7. t. 42. & 6. Topic. t. 3.*

Cum enim mens nostra non habeat proprias rerũ species cum ipsa congenitas, vt habent Angeli: conatur cognitionẽ rerũ acquirere comparando vnã rem cum altera. vt per conuenientiam, quam habet vna res cũ alijs rebus, & per differentiam ab illis; quoquo modo rerũ essentias aucupetur, ex genere cõstantes, & differentia; id est, ex rationibus, quæ communes sunt alijs rebus; & ex ijs, quę sunt cuique rei proprię. quò rationes cõuenientię pluribus rebus communes sunt, eò sunt superiores alijs cõuenientię rationibus; eæq; genera, & gradus superiores appellãtur. infimi gradus sunt rationes differẽtiarũ, quæ pluribus quidẽ rebus cõmunes sunt, non sunt tamen infra illas vllæ rationes pluribus rebus cõmunes, sed tantum ipsi termini singulares rerũ, & rationũ subiecta, ac fundamenta: quæ rationes indiuiduales appellantur, & hęcceitates; cũ vltima, infimaq; ratio conuenientiæ, species dicatur. Ita Hominis essentiã definimus, Substantiam, corpoream, animatã, sensibilẽ, rationalem; quinque gradibus metaphysicis. conuenit enim homo nõ solum cum corporatis rebus, sed etiã cum spiritualibus in ratione substãtiæ: sed differt à spiritualibus in ratione corporei, in quo cum omnibus corporibus conuenit: sed differt à multis corporatis in ratione ani-

animati: & rursum à multis animatis, vt à plantis, differt in ratione sensibilis; & à plurimis sensibilibus differt in ratione rationalis: quę est vltima conuenientia, quâ homo cum multis habet: infra quâ sunt rationes indiuiduales, & subiecta, vt Petrus, Paulus, Socrates. Rationes autem indiuiduales mens nostra nõ cõsectatur. infinitũ enim negotium esset, ac difficile inquirere singularium scientiam; cum singulariũ nec numerus sit certus; neque nobis sit in promptu modus ad eorum rationes cognoscendas, nisi quatenus sub sensus cadunt. ad sensibiles autẽ rationes cognoscendas satis sunt ipsi sensus, & experientia. Non debẽt autem gradus metaphysici sese inuicem includere: ne rerũ scientia sit confusa. Cum enim mens nostra ob id pluribus rationibus singulas res quasi partibus diuidat; vt ex quibus ea res rationibus constet, intelligat: confusa esset intelligentia, si pars vlla aliam partem in sua ratione complecteretur.

17 *n* Porrò cum graduum metaphysicorum distinctio sit quædam nostræ mentis industria ad rerũ cognitionem distinctius aucupandam: *o* nemo sibi persuadeat ita in re quaque rationes esse distinctas, vt nostra mens apprehendit; nisi alium indicium, efficaxque argumentum distin-

18 ctionem in re ipsa probet. Metaphysi-

n *Arist.* 2. *Phys.* 1. 18.

o *Soar. in Met. d.* 6. *sect.* 3. *S. Th.* 1. *p. q.* 76. *a.* 3. *ad* 4.

corum autem graduū in singulis entium generibus distinctio, ac ordo ad metaphysicam cōsiderationem attinet. Cum enim Metaphysicæ contemplatio sit circa ens: debent & entis genera ab eadem cognosci. & ea quidem, quæ à sensibilibus abstrahunt, peculiari ratione ad ipsam spectant.

Abstrahunt autem à sensibilibus tum Deus, tum supremę entis creati rationes, tum Intelligentiæ, quas Angelos appellamus. De his ergo agendum nobis est in hac metaphysica distinctione definitionibus isagogicis. De Deo, & Angelis, cum etiam in prima Parte dictum sit, conabimur ea solum in hāc distinctionem conijcere, quæ ibi vt minus theologica, sunt omissa. facient autem hęc ad eorum maiorem intelligentiam. Cum autem verborum significatio, quibus tum Scholastici in doctrina theologica explicanda, tum Scripturales in diuinis libris interpretandis vtuntur; plurimum conferat ad perfectam sacræ doctrinæ cognitionem hauriendam, ad quam introducimus: conabimur, adiuuante Deo, ea verba, quos terminos vocant, quantum fieri cōmodè poterit inter hęc metaphysica explicare. Quāquam magnā eorum partem in superioribus distinctionibus, præsertim in prima, iam explicauimus.

DE-

De Ente, & essentia. c. 1.

2891 ENs dici quicquid esse habet. Hanc enim de ente rationē omnes mente concipimus, cum ens audimus, aut cogitamus. *S. Th. de ent. & ess. c. 1.*

2892 Ens, quamquā impropriè, dici de quo verè aliquid affirmatur, vel negatur, etiam si nihil sit in re. ita dicimus esse cæcitatem in oculo. *S. Th. supra.*

2893 Ens aliud actu, aliud potentia. Quæ enim esse quidem possunt, sed nondum sunt, entia sunt non actu, sed potentia. *Arist. 5. Met. c. 7. t. 4. & toto l. 9.*

2894 Ens per essentiam dici, de cuius essentia, primaque ratione, est existentia. vt est Deus, vt infra dicetur. *Def. de Deo.*

2895 Ens à se, esse quod non habet esse ab alio. Id solus Deus est. *Par. 1. d. 1. n. 2.*

2896 Ens ab alio, dici, quod non est à se, sed ab alio habet vt sit. cuius generis est quicquid est, præter Deum, aut esse potest. *Par. 1. d. 1. n. 2.*

2897 Ens Per se, dici, quod necessarium est vt sit. vt Deus respectu omnium: vt in quaque re essentia, quam aliæ rerum rationes supponunt: vt substantia, cui nituntur accidentia. *Soar. in Met. d. 4. sect. 3. Arist. 5. Met. t. 14.*

2898 Ens per accidens, dici, quod ad alterius

rationem essentialem integrandam non est necessarium. vt accidentia respectu substantiæ, ac essentiæ. *Soar. d. 4. sect. 3. Arist. 5. Met. t. 13.*

2899 Ens quoque per accidens dici, quod non habet causam certam, ac præter agentis intentionem accidit. vt sunt effecta casualia, ac fortuita. *Arist. 11. Met. c. 8.*

2900 Ens rationis dici, quicquid cogitatur à nobis quasi ens sit, cum tamen esse nullo modo possit. est enim figmentum quoddam rationis, quod non habet alio modo esse, quam quatenus à ratione, mēteque nostra cogitatur. *Dist. 4. n. 9.*

2901 Ens abusiuum dici Negationes, & Priuationes, quatenus abutitur illis intellectus, propositiones circa illas formando, ac si entia essent. *S. Th. de ente, & ess. opusc. 30.*

2902 Ens reale dici quicquid est, aut potest esse. *Dist. 4. n. 9.*

2903 Ens in alio, dici, quod necessariò aliud exigit vt subiectum, in quo sit. *DD.*

2904 Ens physicum dici omne corporatum, quodque cadere sub sensus potest. *Dist. 2. n. 1.*

2905 Ens physicum etiam dici omne ens reale, quatenus ita mente concipitur, vt se habet in re. *Dist. 4. n. 9.*

2906 Ens metaphysicum dici, quod vel re ipsa à rationibus corporatis, ac sensibilibus est abstractum; vel solum ratione siue à sensibilibus, siue etiam ab incorporeis seiunctū. vt Deus, intelligentiæ, ens, accidens, substātia. *Dist. 6. n. 1.*

2907 Materiam physicam dicimentis corporati partem illam à forma physica distinctam, quæ re ipsa diuidi potest in plures partes eiusdem rationis. *S. Th. opusc. 30. de ente, & ess. c. 2.*

2908

2908 Ens materiale dici, quod physicè diuidi potest in partes eiusdem rationis. *DD.*

2909 Ens morale dici, quod pertinet ad naturam intellectualem vt intellectualis est; id est, vt est agens per voluntatem cum aduertentia rationis. *Pár.1.d.10.à n.11.*

2910 Ens quoque Morale dici quamcunque rationem, quatenus talis secundum rectam hominum æstimationem putatur. Ita talis, vel talis cibi mensura iusta moraliter dicitur, quatenus à recta ratione iusta existimatur. *DD.*

2911 Ens possibile dici, tum quod non implicat esse, siue sit, siue nondum sit; siue necessariò, siue cõtingenter existat: tum solum id omne, quòd contingenter est, aut esse potest. *Soar.in Met.d.30.sect.13.*

2912 Ens necessarium dici, quod non potest nõ esse. siue simpliciter sit necessarium, vt Deus. siue ex suppositione, nempe posito alio, ad quod necessario consequitur: vt posito diuino decreto necessarium est Deum hominem esse. *DD.*

2913 Nihil dici, tum quicquid non est, tum quicquid esse nullo modo potest. *Arist. 4. Met. t.4.*

2914 Actum dici rationem existendi extra nihil. quæ etiam Actus entitatiuus appellatur. *S.Th.1.p.q.3.a.4.*

2915 Potentiam dici, tum ipsam actus negationem respectu rei, quę potest esse: qua ratione, quæ nondum sunt, dicuntur esse in potentia. tum vim illam, quæ potest actum ponere extra nihil; vt est diuina omnipotentia, & qualitates, ac formæ productiuæ. *DD.*

2916 Actum omnem, formam; & formã om-

nem, actum dici solere. *DD.*

2917 Actum purum dici; qui non habet potentiam ad vllius perfectionis rationem seu, qui nullius perfectionis negationem habet: qualis solus Deus est. *DD.*

2918 Ens in potentia dici, essentiam cum negatione existentiæ. *S.Th.1.p.q.3.a.4.*

2919 Ens in actu dici, essentiam cum existentia. *S.Th.1.p.q.3.a.4.*

2920 Entitatem dici Rem ipsam existentem, seu, Rationem abstractam ab ente, solum ratione ratiocinante ab ipso differentem. *DD.*

2921 Actum virtualem dici, qui virtute, siue eminenter continet effectum, quē producit. *DD.*

2922 Potentiam formalem dici id, quod est in potentia ad recipiendum actum formalem. est enim formaliter potentia respectu actus formalis, quo caret. *DD.*

2923 Actum primum dici omne ens, quatenus est aptum vt ad illud aliud ens consequatur. ita ignis antequam comburat dicitur esse in actu primo ad comburendum. *DD.*

2924 Actum secundum dici ens illud, quod ad actum primum consequitur. vt combustio respectu ignis. *DD.*

2925 Rem lata significatione dici, quamlibet entis rationem. *DD.*

2926 Rem stricta significatione dici, id, quod per se existit; quod accidentibus subsstat; & alijs rationibus, quæ de eo considerantur, quasi supponitur. *S.Th.1.p.q.29.a.2.*

2927 Existentiam dici rationem actu essendi extra nihil. *DD.*

2928 Essentiam dici Primam cuiusque rei ratio-

tionem, diſtinguentem rem illam ab omni alia re.vt,Animal rationale,reſpectu Hominis. quæ Quidditas, & Eſſentia metaphyſica dicitur, & Quodquid erat eſſe; ex genere conſtans, & differentia. *Diſt.6. n.16. S.Th. opuſc.30. de ente, & eſſ.*

2929 Eſſentiam dici, Primũ,ac radicale principium in quaque re: à quo rei proprietates, ac operationes promanãt. vt,Compoſitum ex anima rationali,& corpore,reſpectu Hominis.quæ Natura,& Eſſentia phyſica dicitur, quatenus nõ habet reſpectum ad noſtrum intellectum abſtrahentem è re rationem, quæ diſtinguit eam rem ab omni alia re: ſed primam rei rationem ſumit vt eſt prima in ipſa re;ad quam conſequũtur aliæ rationes,ab ea diſtinctæ non ratione,ſed re ipſa. *S.Th.de ente, & eſſ.opuſc.30.*

2930 Ens, eſſentiamque omnem eſſe propter operationem. Nam cum Deus ſit primum principium omnium, neceſſe eſt eſſe operatiuum. Cętera autem omnia Dei participationes ſunt. rationem igitur operatiui participant. *DD.*

2931 Non poſſe perfectam entis,eſſentiæque rationem habere,quod nullo modo,aut non ſine alio, primum principium operationis eſt. ens enim omne propter operationem eſt. Quare nec materia ſine forma,nec accidẽtia ſine ſubiecto,perfectæ eſſentiæ rationem habent ob idque accidentia, non abſolutè entia, ſed entis entia nominantur. *S.Th.de ente, & eſſ.opuſc.30.c.1.*

2932 Eſſentias alias ſimplices,alias compoſitas eſſe:quatenus ad primum principium operationum,vnum quid ſimplex ſatis eſt,aut compoſitio ex pluribus partibus requiritur. *S.Th.opuſc.*

30. de ente, & ess. c. 1.

2933 Omnes, etiam simplices, essentias, præter diuinam, compositionem habere metaphysicam ex genere, ac differentia. In omni enim ente creato duplex est ratio, altera conuenientiæ, ac similitudinibus cum alijs entibus, quæ ratio generica est; altera differentiæ ab illis, quæ rationem specificam constituit. Primum autem, ac summum ens Deus: cum ens illimitatum sit, nullam rationem genericam habere potest; secundū quam, cum alijs entibus vniuocam, eiusdemque rationis conuenientiam habere possit. *S. Thom. 1. p. q. 3. a. 5.*

2934 Esse receptum, dici Tum esse ab alio acceptum. qua ratione omne ens creatum, Esse receptum habet. Tum esse in alio, vt in subiecto. qua ratione accidens cum in subiecto inhæret, esse receptum habet. *DD.*

2935 Rationem specificatiuam dici, quę rem in determinata specie constituit, eamque ab omni alia specie distinguit. vt Rationalitas respectu Hominis; vt obiecta respectu potentiarum, & actuum, qui circa illa versantur. *DD.*

2936 Omne ens finitum esse physicè compositum è substantia, & accidentibus. Cum enim omne ens finitum sit limitatæ perfectionis; est proinde intrinsecè capax alterius perfectionis, vt magis perficiatur. Quicquid autem enti in sua essentia constituto aduenit, accidens est respectu essentiæ. Ne ergo vllum ens sit sine actu aliquo ex ijs, ad quos potentiam, & inclinationem habet vt perfectibile ad perfectiuum, semper debet cum aliquo accidente esse. *Coniect.*

2937 De diuinæ essentiæ ratione existentiā

esse.

eſſe. De ratione enim diuinæ eſſentiæ eſt eſſe primum principium omnium. neceſſarium autē eſt primum principium ſemper eſſe. *Infr.def. de Deo.*

2938 Non eſſe de ratione metaphyſica eſſentiæ vllius entis creati exiſtentiam. Cum enim quodlibet ens creatum poſſit eſſe, & non eſſe; poteſt perfecta ratio conſtituendi eſſentiam cuiuslibet entis creati differentem à quolibet alio ente, concipi ſine ratione exiſtendi, ſeu ſine actu eſſendi extra nihil. quare quodlibet ens creatum eſt metaphyſicè compoſitum ex eſſe, & potentia; id eſt, ex ratione eſſentię, quæ vt ſic eſt in potentia ad actum exiſtentiæ; & ex ratione exiſtētiæ, quæ vt ſic habet ſe vt actus reſpectu rationis eſſentiæ. S.*Tb.1.p.q.3.a.4.*

2939 Rationem eſſentiæ in entibus creatis nihil omnino eſſe antequam exiſtat. Non enim eſt ens à ſe: cum ſolus Deus ſit ens à ſe, ac proinde ſemper exiſtens. neque ens ab alio; cum non ſit à Deo, niſi cum accipit exiſtentiam. Habet ergo omnis eſſentia creata antequam exiſtat ſolum eſſe obiectiuum reſpectu tum potentiæ, tū cognitionis diuinę; quatenus poteſt à diuina potentia produci; & quatenus à diuina cognitione cognoſcitur vt poſſibilis, ſeu potens produci. Poſſe autem produci, & cognoſci, nihil ponunt in ipſis rebus, obiectiſque, præter eſſe obiectiuū: quod eſt tantum extrinſeca denominatio; in qua nihil eſt reale, præter potentiam, & cognitionem denominantem. Nulla autem eſt, aut eſſe poteſt ratio aliud ſuadens. *Diſt.4.n.8.9.10.*

2940 Rationem exiſtentiæ nullo modo à ratione eſſentiæ diſtingui, niſi ratione. Quantum-

uis enim rationem existentiæ à ratione essentiæ distinguas: cum essentia sine existentia nihil sit, vt paullo ante dictum est; quatenus essentia est extra nihil, cum actu est, ipsa sibi est ratio existentiæ. est enim ratio existentiæ, ratio essendi extra nihil. aut existentia cum nihilo essentiæ coniungitur: quod nec esse, nec intelligi potest. Præterea essentia non per aliud immediatè distinguitur à suo nihilo, quam per se ipsam: idem ergo est esse extra nihil, & essentia. *Alens. Aureolus, Durandus, Gabr. Heru. Greg. alij apud Soar. in Met. d. 31. sect. 1.*

2941 De ratione physica essentiæ creatæ existentiam esse. est enim de ratione physica cuiusuis essentiæ quicquid ab essentia non distinguitur re ipsa. non distinguitur autem in re ipsa essentia ab existentia, vt paullo ante dictum est. *Sup. def. 2929.*

2942 Finitum quendam terminum esse cuiusque entis creati, modumque limitatum, existentiam. Essentia enim quatenus non existit, cum nihil sit, nullum terminum habet. est ergo eius terminus existentia. quæ cum non omnis entis, sed certi, finitique terminus sit; non finitus esse non potest. *S. Th. 1. 2. q 49. a. 2. ex Aug. 4. de Gen. ad litt. c. 53 tom. 3.*

2943 Essentias dici necessarias, tum quatenus habent esse obiectiuum necessarium respectu diuinæ potentiæ, cognitionisque; quatenus impossibile est, quin sint possibiles; cum impossibile sit, quin Deus sit participabilis à creaturis. tum quatenus rationes essentiarum necessariam connexionem habét cum rebus, quarum sunt essentiæ: sunt enim eædem cum rebus ipsis, vt su-

pra

pra dictum est. *Dist.4.n.8.9.10.*

2944 Existentiam rerum creatarum dici, essequè contingentem: quatenus res creatæ quælibet, possunt non esse; nullaque eorum est necessariò. *DD.*

De Ente rationis.

2945 ENs rationis non esse simulacrum illud, modum habens sensibilē, quod sibi intellectus semper proponit loco eius obiecti, ad quod eius cognitio terminatur: sed id, quod intendit per simulacrum illud sibi significare; si id, quod sibi significat, & ad quod vltimo intellectus cognitio terminatur, esse nullo modo potest. vt chimæra, relatio visi, cogniti, & similia. Quicquid enim modum habet sensibile, esse potest; vt experientia docet in omnibus, quæ vt sensibilia menti obijciuntur. at non omnia, quæ per sensibilia simulacra apprehendimus, possunt esse. *Dist.4.n.9,10.*

2946 Non potse entia rationis, seu ficta, ab vllo sensu neque interno, neq; externo formari. Sensus enim non sunt reflexiui, vt possint fingere, aut à corporeis abstrahere. quare possibile est, quicquid cognitionis sensitiuæ terminus est. *Dist.4.n.10.*

2947 Non posse entia rationis, seu ficta, ab appetitu formari, neque sensitiuo, neque intellectiuo. Appetitus enim non fertur in vllū obiectum, nisi apprehensum à potentijs cognoscitiuis. non ergo potest appetitus vllum obiectum ipse formare; sed semper inuenit iam formatum. *Dist.4.n.10.*

2948

2948 Non esse ens rationis id, quod apprehenditur ab intellectu eo modo, quo non posset apprehendi; modo quod apprehenditur, ens reale sit: sed id, quod quoquo modo apprehendatur, vt quid reale apprehenditur, cum reale non sit. Deus enim, & alia spiritualia non ob id entia rationis sunt, quia ea nos nen possumus alio modo apprehendere, quam per simulacra corporea. Est autem Hircoceruus ens rationis, quia vt vnam essentiam apprehendimus Hirci, & Cerui essentiam, cum vna non sint. sunt entia rationis relationis visi, cogniti, negationes, priuationes, quatenus eas ac si sint rationes reales, apprehendimus. *Disp.4.n.9,10.*

2949 Non esse entia rationis priuationes, & negationes, quantumuis per modum realiū formarum apprehendantur; modo non vt formæ reales, sed vt priuationes, & negationes formarum realium apprehendantur. Non enim simulacrum, quo vtitur intellectus ad obiecta apprehendenda, ens rationis est, vt supra dictum est: sed obiectum ipsum, si intellectui quasi ens proponatur, cum ens non sit. *Disp.4.n.9,10.*

2950 Entia rationis ab intellectu diuino nō formari: quamuis cognoscat Deus omne ens rationis, quod ab intellectu nostro potest effici. Propriè enim efficere ens rationis est, intelligendo tribuere esse obiecto, quod habere non potest esse. Deus autem, quia falli non potest in cognoscendo, omniaque cognoscat vt sunt; non potest intelligere vt ens, quod non est ens. quāquam intelligit nos intelligere multa vt entia, cum entia non sint. *Disp.4.n.8,9,10.*

De Denominationibus intrinsecis, & extrinsecis.

2951 ESse in quoque ente denominationes, desumptas à rationibus, quæ in illo sunt. vt Deus à Deitate denominatur, album ab albedine, Homo ab humanitate. *DD.*

2952 Esse in entibus denominationes ab extrinsecis aliorum entium rationibus acceptas. vt Paries visus denominatur à visione, quæ est in oculo; Deus à nobis volitus à volitione nostra. *DD.*

2953 Denominationis rationem esse, Habitudinem formæ, vel quasi formæ ad subiectum, vel quasi subiectum. vt, Esse animatum est Animæ forma habēs vnionem cum subiecto: esse visum, est visio connotans obiectum. *DD.*

2954 Pro varietate formarum, vel quasi formarum, varia denominationū genera esse. *DD.*

2955 Denominationes rationis esse à formis, quæ sunt entia rationis. vt si quis rationem generis putet constitui per relationem ad inferiora, Animal genus denominabitur denominatione rationis. *DD.*

De entis abstractione, ac analogia.

2956 ENs physicè abstractum, esse, formam, vel quasi formam, re ipsa ab aliquo subiecto separatam. vt cum animus à corpore separatur. *Soar. in Met. d.2.*

2957 Ens metaphysicè abstractum, esse, Rationem aliquam ad modum formæ conceptam,

à re

à re ipsa, entitateque determinata, quasi à subiecto, per intellectum separatam: quatenus intellectus vna cognitione nō adæquat omnes rationes, secundum quas res aliqua intelligibilis est, sed rationem aliquam considerat in re, non consideratis alijs rationibus. vt cum in Homine solam rationalitatem consideramus. *Dist.6.n.16. Soar.in Met.d.2.sect.2.*

2958 Ens concretum dici, formam, seu quasi formam in subiecto, seu quasi subiecto. *S.Th. de ente, & ess.c.2.*

2959 Subiectum metaphysicum, esse tū Genus respectu formæ, seu differentiæ specificæ. tum Rem ipsam, respectu rationum siue re, siue ratione abstrahentium ab ipsa. *S.Th. de ent. & ess.c.2.*

1960 Subiectum aliud materiale esse, seu extensum, & habens partes eiusdem rationis: aliud spirituale, & nullas habens partes. *S.Th. de ente, & ess.c.2.*

2961 Omnem metaphysicam abstractionem abstractionis physicè imitationem esse. Vt enim in abstractione physica semper duæ rationes sunt, quarum vna se habet vt forma, altera vt subiectum illius: ita in abstractione metaphysica contingit, imitante intellectu in intelligendo suum essendi modum. est enim animus noster, quo intelligimus, corporis humani forma. *Arist. 2. Phys.t.18. Soar.in Met.d.15.sect.11.*

2962 Ad veram, perfectamque abstractionē, si ea metaphysica sit, satis esse vnam rei rationē considerare, non consideratis alijs. Id enim propriè est abstrahere per intellectum, vnum sine altero considerare. *Soar.in Met.d.6.sect.3.*

2963

2963 Videri rationem Entis à substantia, & accidente, eorumque differentijs abstractâ, Per se, & In alio; perfectam abstractionem habere. Perfecta enim est entis ratio, quæ est ratio essẽdi, etiam si modus non consideratur, quo res est: vt perfecta est ratio animalitatis, etiam si non consideretur modus, quo in re animalitas est, *Soar. in Met. d.2. sect.1. & 2. Scot. & alij apud Soarium*.

2964 *a* Nullam entis differentiam ab entis ratione abstrahere. Est enim ea ratio propriè per intellectum abstracta, quæ reperiri potest re ipsa sine eo, à quo abstrahit: vt ratio Animalitatis, quæ abstrahitur ab Homine, reperiri in alijs subiectis contingit, nempe in equo, in leone. at nulla entis differentia reperiri sine entis ratione potest, ne nihil, sed ratio realis sit. *Arist.3.Met. t.10, S.Th.1.con.gen.c.25.26.*

a *Soar. in Met. d. 2. sect.3.*

2965 Rationem entis respectu differentiarũ, à quibus abstrahit, rationem quandam confusam esse. vt cum duo alba à longe vt vnum albũ cernimus, non videntes distinctionem inter illa. *Soar.in Met.d.2.sect.6.*

2966 Rationem entis esse vninocam nõ posse, neq; proinde definitionibus, seu distinctis rerum cognitionibus, gradibusque metaphysicis deseruire. Est enim ratio vniuoca, quę à subiectis abstrahit, & viciſſim subiecta abstrahunt ab ipsa. at ratio entis, licet ipsa à suis subiectis abstrahat, eius tamen subiecta non abstrahunt ab ipsa; *d.6.n.16. S.Th.1.con.gen.c.25.26.*

2967 Entis Analogiam esse, quatenus entis prima genera, seu differentiæ, A se, & Ab alio, seu ens increatum, & creatum; Per se, & In alio,

seu

seu Substantia, & Accidens; attributionem, ac dependentiam dicunt inter se, creatum ad increatum, accidens ad substantiam. *Arist. 1. Eth. c. 6. & 4. Met. c. 2.*

2968 Dependentiam, & attributionem esse, Relationem ad aliud, & exigentiam illius. *Dist. 6. n. 14. 15.*

De Entis principijs, ac passionibus.

2969 ENs vt ens principia non habere. Abstrahit enim ab ente A se, & ab ente Ab alio, id est, à Deo, & à creaturis. Dei autem nullum est principium: ergo nec Rationi entis abstrahentis, communisque tum Deo, tum creaturis. *DD.*

2970 Esse enti principia secundum cognitionem respectu nostri intellectus; quamuis secundum rem principia non sint. vt enim entis rationem percipiamus, & proprietatum illius, principijs multis vtimur, è quibus ad rerum cognitionem deuenitur. *Arist. 11. Met. c. 5.*

2971 Principium primum ad quodlibet cognoscendum esse illud: Non posse quicquam simul esse, & non esse. seu, Idem simul inesse, & non inesse eidem, & secundum idem, impossibile esse. *Arist. 4. Met. c. 3. t. 9. & l. 11. c. 5.*

2972 Principium, ac Axioma vniuersale ad quicquid intelligendum esse: Nihil temere, ac sine ratione sentiendum, aut enunciandum. Est enim de quoque ratio afferenda, siue ab auctoritate, siue ab inductione, siue à Causis, siue ab effectis ducta. *Arist. 8. Phys. t. 15. Soar. in Met. d. 7. sect. 2.*

2973 Principium, ac Axioma vulueríale ad quicquid intelligendum eſse: Nihil in rebus à Deo, naturaque fruſtra eſse. *Soar.in Met.d.7. ſect.2.*

2974 Paſsiones propriè dictas in ente communiſsimè ſumpto nullas eſse. *d.6.n.5.S.Th.& alij apud Soar.in Met.d.3.ſect.1.*

2975 Paſſiones impropriè dictas, primas quidem, in ente communiſſimè ſumpto tres eſſe. vnum, verum, bonum. *d.6.n.6.7.8.9.S.Th de verit.q.1.a.1. & q.21.a.1.*

2976 Præter Vnum, Verum, Bonum, omnes alij conceptus, qui tribui poſſunt enti communiſſimè ſumpto; aut ſunt ſynonymi cum ipſo, aut cũ Vno, Vero, Bono; aut reducuntur ad hæc, aut has rationes ſupponunt, aut includunt, aut non competunt omnibus entibus. *Soar.in Met.d.2.3.*

2977 Rem, eſſentiam, quidditatemque realem ſignificare. *Soar.in Met.d.2.ſect.4. & d.3. ſect.2.*

2978 Aliquid dici, quod quidditatem aliquã habet. &, Quod eſt aliud quid. *Soar.ſupra.*

De Vno.

2979 VNum dici tum quod natura continuum eſt, vt quantitas; tum quod natura totum eſt habẽs aliquam formam, vt Homo; tum ſingulare, vt hic homo; tum vniuerſale, vt Animal. *Ariſt.10.Met.t.1.*

2980 Vnum eſſe, Ens quatenus indiuiſum. *Quid ſit.*

b Vnum enim multitudini opponitur: at multa dicuntur, quæ inter ſe diuiſa ſunt. vt Plures quãtitates, cum vna quantitas in plures partes diui-

b *Ariſt. 4. Met.t.4. & l.10. à t.9.*

sa est. *Soar. in Met. d. 4. sect. 1. Arist. 5. Met. c. 6. t. 11. & l. 10. t. 2.*

2981 Nihil esse aliud vnitatem, præter diuisionis negationem in entitate. Præciso enim per intellectum quolibet positiuo, siue re, siue ratione ab ente distincto; in reliquo entis conceptu intelligitur quicquid necessarium est ad vnitatem. Signum igitur est, nihil positiui, neque ratione, præscindi ab ente, quo ens vnum sit. *Arist. 5. Met. t. 11. & l. 4. t. 3. S. Th. 1. p. q. 11. a. 1. Soar. supra.*

2982 Negationem diuisionis, quę re ipsa nullo intellectu cogitante vnitatem constituit primam entis passionem; esse Negationem diuisionis in se; id est, Diuisionis, quæ esse potest, vel cõcipi inter ens, & rationes ipsum integrantes; seu inter ipsas rationes. Omnes enim aliæ rationes Negationem diuisionis dicentes, aut fictæ sunt, aut posteriores negatione diuisionis in se. *Soar. supra, Arist. 4. Met. t. 4.*

2983 Negationem cuiuslibet alterius entitatis, quæ est Diuisio à quolibet alio; rationem esse consequentem ad negationem diuisionis in se. Ideo enim vnum ens diuiditur ab omni alio, quia in se indiuisum est. *Soar. supra.*

2984 Vnum, solere dici, quod solitarium, seu vnicum est. vt Deus. *Soar. supra.*

2985 Vnum esse principium numeri. tũ quatenus ab vnitate incipimus, quando numeramus. tum quatenus vnitatem vsurpamus ad mensurãdum: mensurare autem est quoddam numerare. tum quatenus vnum diuidere solemus, cum aliquid multiplicamus, id est, in partes diuidimus; quod est ex vno multa, numerumque facere. *Arist.*

Arist.5.Met.c.6.t.12.& l.10.t.2.3.

2986 Mensuræ rationem vnum habere. Debet enim mensura esse maximè indiuisibilis, id est, vna, minimaque: vt sit maximè certa, & nota. *Arist.5.Met.c.6.t.12.& l.10.t.2.3.*

2987 c Idem, dici, quod nō est diuersum, seu distinctum ab aliquo. Quare dicitur Idem specie, Idem genere; quod non est diuersum specie, vel genere. *Arist.10.Met. c.3.à t.9.* c *Soar. in Met. d.7. sect.3.*

2988 Vnum, aliud simplex, aliud compositū; aliud Per se, seu Simpliciter, aliud Per accidens, seu Secundum quid; aliud Formale, aliud Singulare: pro diuersa entis ratione, secundum quam vnum ens dicitur, indiuisum in se nullo intellectu cogitante. S.*Tb.1.p.q.11.a.1.* *Quotuplex sit.*

2989 Vnum per se, esse propriè tum ens simplex, tum compositū ex partibus primò requisitis necessariò ad rei integritatem, perfectionēq;. Ens enim per se est, in quo entis rationes necessariò insunt. insunt autē entis rationes necessariò tū in ente simplici, cum non possint diuidi; tum in ente cōposito, cum essentiam constituunt primum operationum principium. *Arist.5.Met. c.6.t.8.* *De Vno per se.*

2990 Vnum per accidens dici, tum ens, cuius partes nullam non modo identitatem, sed nec vnionem physicam habent inter se; vt Aceruus tritici, vt Respublica, vt Ædificia. Tum ens, cuius partes ita se habent, vt vna non requiratur ad integritatem essentialem alterius, licet vnionem physicam habeat cum illa, quatenus requiritur ad integritatem entitatiuam, & completā perfectionem illius; vt se habent accidentia physica respectu subſtantiæ. *Arist. supra.* *De Vno per accidens.*

De Vnitate formali.

2991 VNitatem formalem esse, quæ in formali rerũ ratione fundatur. *Def. seq.*

2992 Formalem rei rationẽ esse, quæ respectu cuiusque rei se habet vt forma specificans rẽ, & illam ab alijs rebus distinguens. *Def. seq.*

2993 Formam vltimò specificantem esse, vltra quam non est in re ratio vlla nisi materialis, aut accidentalis. vt est Humanitas respectu Petri, Pauli, & aliorum indiuiduorum humanorum. *DD.*

2994 Rationem propriè materialem esse, quę vna cum sit, potest in plura diuidi eiusdem rationis; & plura si sit, potest in vnum eiusdem rationis coire. vt sunt duæ partes quantitatis, aut materiæ primæ. *S. Th. opusc. de ente, & ess. c. 3.*

De vnitate numerica, et indiuiduali.

2995 VNitatem numericam dici partem indiuisam, vt palmum, aptum componere quantitatem continuum, vt bipalmarem. Hoc modo vnitas numerica in sola quantitate continua reperitur. *DD.*

2996 Vnitatem numericam transcendentalem, id est ad rem omnem attinentem, esse Rationem illam indiuisionis, quæ ad quamque rem consequitur, quatenus singularis est, ac determinatæ entitatis. Ex qua vnitate quæque entia singularia, Indiuidua nominantur; quatenus in se indiuisa sunt, ac diuisa à quolibet alio. *S. Th. 1. p. q. 29. a. 4.*

2997

2997 Singulare, ac determinatum esse ens omne à parte rei. Quicquid enim est, illud ipsum est determinatè, non aliud. *Soar. in Met. d.6.sect.3.*

2998 *d* Non posse rationem Singularitatis ab vlla rei ratione formali plus, quam ratione, distingui. Quæcunque enim entis ratio, quatenus à parte rei est, determinatum quid, ac singulare est. Ex quo sequitur Singularitatem nihil aliud esse, quam ipsam rei entitatem. *Soar. in Met.d.5.sect.2. S.Th.1.p.q.76.a.3.ad 4.*

d *Vide Arist. 7. Met. t.28. c.8. & l.8. t.7.*

2999 Singularitates materialiter inter se differre, id est, tanquam partem & partem eiusdem rationis, si possint illæ vnam singularitatem efficere. vt sunt omnia entia corporea sublunaria; experimur enim in elementorum, & mixtorum generatione, omnem materiam sublunarē posse cum qualibet materia sublunari vniri: vt cum ex aqua fit ignis, ex alimento viuentia. *S.Th.opusc. de ente, & ess.c.3.*

3000 Singularitates specificè inter se differre, siue formaliter; cum sunt spirituales. Spiritus enim, cum sint indiuisibiles, non possunt vnum inter se facere; ac proinde non possunt habere se inter se vt partem & partem eiusdem rationis. ergo non habent inter se tantam conuenientiam, & similitudinem; quin specie inter se secūdum vltimam rationem differant. Ita se habet quicunque Angelus respectu Angeli cuiuscunque. *S.Th.opusc.de ent. & ess.c.3.*

3001 Formas spirituales, si sint formæ corporum, posse materialiter inter se differre. Tum quia, quamuis formaliter sint indiuisibiles, sunt tamen virtualiter diuisibiles, cum coextendan-

tur materiæ diuisibili, cuius sunt formæ. Tum quia quatenus sunt formæ corporum eiusdem rationis, eodemque modo dispositorum; habent relationem transcendentalem eiusdem rationis ad corpora. conueniunt ergo inter se secundum eam vltimam rationem. solum ergo materialiter secundum eam rationem differunt inter se. *S. Th. opusc. de ent. & ess. c. 3.*

3002 Principium intrinsecum cuiusque Singularitatis, ac Indiuiduationis, esse ipsam rei entitatem. Singularis enim, & hæc, quælibet res est, quia talis entitas est. *DD.*

3003 Principium intrinsecum ad multiplicãda in rebus corporatis indiuidua, esse materiam. Nam per materiæ diuisionem multiplicantur in rebus corporatis indiuidua. vt cum Homo hominem generat. *S. Th. opusc. 30. c. 3.*

3004 Principium extrinsecum cuiusque creatæ singularitatis Deum esse. Deus enim producendo tribuit determinatam cuique rei entitatem. *Par. 1. d. 1. à n. 31.*

3005 Non videri Indiuiduum vllum esse, quod ordinem transcendentalem habeat existẽtiæ ad agens vllum creatum, aut ad formam vllam, aut ad subiectum. Non posset enim illud neque per Dei potentiam existere absque coexistentia eius, ad quod transcendentalem existentiæ ordinem habet. At hoc non videtur diuinæ potentiæ consonum; nec experientiæ, quã docet Christiana Fides de speciebus, seu accidentibus Eucharisticis, quæ diuina potentia existunt sine proprio subiecto. Quamuis ergo multa transcẽdentalem essentiæ ordinem dicant siue ad agẽs, vt actus vitales ad potentiam vitalem; siue ad

ma-

materiam, vt formæ; siue ad formas, vt materia; siue ad subiectum vt accidentia: nullum tamen existentiæ transcendentalem ordinem dicit ad vllum creatum. *Coniect.*

3006 Non videri Indiuiduum vllũ esse, quod transcendentalem, neque essentiæ, ordinem dicat ad Indiuiduum vllum creatum. Experimur enim in corporatis quodlibet in quodlibet trãsmutari. ergo materia est indifferens ad quamlibet formam; erit proinde quælibet forma indifferens respectu cuiusuis materiæ, ac dispositionis, seu accidentis sibi congruentis. eadem igitur indifferentia in cæteris putanda est. *Coniect.*

3007 Materiam singularem, & determinatã, quæ proinde determinatam quantitatem habet, ac dispositiones ad formam determinatam; Materiam signatã appellari. *S.Th.de ente, & ess.c.*1.

De Vnitate vniuersali.

3008 VNum vniuersale esse, quod vnum cum sit, est multis subiectis cõmune, actu in eis existens, aut aptum in illis esse, ac proinde aptum dici, prædicarique de illis. vt Animal, est quid Homini, ac Leoni commune. homo enim animal est, & leo est animal. *S.Th. de ent. & ess.c.*1.

3009 Non posse vllam rationem ita vniuersalem esse, vt re ipsa singularis, & indiuidua non sit. Quicquid enim est, singulare, ac determinatum est, vt supra dictum est. Quare ratio Animalitatis in homine, ac leone, & quolibet alio animali, singularis quædam entis ratio est à parte rei. Ex quo intelligitur nullam esse rationem

vniuersalem, atque communem à parte rei. *Soar. in Met. d. 6. sect. 2. S. Th. de ent. & ess. c. 1.*

3010 Ex ijs rationibus, quæ de multis prædicantur, nullam esse, quæ eadem numero sit à parte rei in eis subiectis, de quibus prædicatur. Animal enim, & Homo, & Sentire, & Intelligere, prædicantur de Petro, Paulo, Sorte, Ioanne: cum tamen nemo experiatur eũdem se sensum, & intelligentiam habere, quam alius habet; simulque eadem omnes sentire, & intelligere. Præterea, cum supra dictum sit, singularitatem ab alijs rerum rationibus à parte rei non distingui: sequeretur omnes homines esse vnum hominem singularem, ac proinde homines non distingui inter se naturis singularibus, sed tantum Personis: quod qua ratione fieri possit, nisi in ente infinito, qualis est solus Deus, intelligi nullo modo potest. *S. Th. 1. p. q. 39. a. 4. ad 3. Arist. 3. Met. c. 4. t. 12.*

• *S. Thom. opusc. de ent. & ess.*

3011 *e* Rationum realium vnitatem vniuersalem, esse ab intellectu. Quatenus enim intellectus conuenientiam illam considerat, & similitudinem, quam res plures habent inter se, non consideratis differentijs; rationes format vniuersales, id est, aptas esse secundum eandem rationẽ in pluribus. vt, Homo, est ratio cõmunis, & vniuersalis respectu Petri, & Pauli; quia consideratur sola conuenientia, quam habent Petrus & Paulus in sentiendo, ac intelligendo, non consideratis rationibus singularibus Petri, & Pauli. Cum autem rationes communes experiamur esse; eæque non sint à parte rei, vt supra dictum est: oportet illas ab intellectu esse. *S. Th. opusc. de ent. & ess. & 1. p. q. 39. a. 4. ad 3. Arist. 3. Met. c. 4. t. 12.*

3012 Quamuis non à parte rei, sed ab intellectu sint rationes vniuersales: verè tamen, nō falsò, neque fictè, dici de rebus ipsis. Cum enim dico; Petrus est homo, Paulus est homo; verè hoc dico. est enim verè homo Petrus, & verè homo Paulus. Falsò dicerem, si de Petro, & Paulo vnitatem vniuersalem prædicarem: Petrus est ratio hominis abstracta, Paulus eadem ratio. Non prædico autem Hominem cum abstractione, sed vt meæ abstractioni subest. quod nihil includit falsi. *Arist.*2.*Phys.*1.18.

3013 Vt intellectus perfectā vniuersalis rationem formet, nempè rationem vnam aptam esse in multis; non esse opus in ea ratione considerare ordinem, seu relationem rationis ad inferiora, de quibus ratio illa potest prædicari. Verè enim nullo intellectu talem ordinem cogitante, ratio abstracta vt abstracta, est apta esse in multis. nam verè Petrus est homo, & Paulus est homo. *Exper.*

3014 Rationes vniuersales, denominationes extrinsecas esse. Fit enim conuenientia rerum, apta esse in multis, per cognitionem abstrahentem; quæ ad conuenientiam solam terminatur, non ad differentiam. terminare autem cognitionem, est à cognitione denominari, id est, limitari ad solam conuenientiam; quia cognitio limitata est, solam rei conuenientiam apprehendens. *Sup.def.*3011.

3015 Rationem vniuersalem ens rationis esse; si postquam ab intellectu abstrahitur, rursum ab intellectu vt limitata cogitetur, seu vt forma à re distincta, seu vt quid vnum cōmune multis. Non enim est, nec esse potest à parte rei ratio

illa

illa secundum eum modum, quo cogitatur. *Dist 4.n.9.*

3016 Rationum vniuersaliũ genera esse omnino quinque: Genus, Differentiam, Speciẽ, Proprium, Accidẽs. Rationes enim, quæ cõcipiũtur communes multis; aut sunt essentiales subiectis, à quibus abstrahũtur, aut accidẽtales: rursum aut ad totam rei essentiam pertinent, aut solum ad partem illius. Ratio, quæ totam rei essentiam comprehendit, Species est. pars essentiæ, quæ materialis est, id est, alijs essentijs communis, est Genus. pars essentiæ, qua differt vna essentia ab alijs, & ad modum formæ concipitur; est Differentia. Ratio autem, quæ non est de rei essentia, sed tamen connaturaliter fluit ab illa; Accidens proprium est. Omnis alia ratio, extraneum accidens est. *Dist. 6. nu. 16. Soar. in Met. d. 6. sect. 8.*

3017 Prædicationes rationum vniuersalium de suis inferioribus ideo veras esse; quia rationes vniuersales non concipiuntur vt præcisè à suis inferioribus, sed vt quid totum, & vnum quid cum illis, dicens illas confusè, & rationem vniuersalem explicitè, ac distinctè. vt Animal, non dicit animalitatem tantum, sed etiam quicquid est animalitas à parte rei; quamquam non dicit explicitè quicquid est à parte rei, sed tantũ rationem animalitatis: verum ergo est Hominẽ esse animal; quia à parte rei idem, quod homo est, est simul animal; etiam si rationalitas non sit animalitas. *S. Th. de ent. & ess. c. 1. 2.*

De Multitudine, siue Distinctione.

3018 DIstinctum dici, quod non est idem cũ aliquo. *Soar.in Met.d.7.sect.3.*

3019 Diuersum dici, quod, cum non sit idem cum aliquo, dissimilitudinem etiam habet cum illo. *Soar.d.7.sect.3.*

3020 Differre illa dici, quæ in aliquo conueniunt, in aliquo distinguuntur. *Arist.* 5.*Met.*9. & *l.*10.*c.*5.

3021 Multitudinem esse plures vnitates. *Arist.*10.*Met.c.*6.*t.*20.

3022 Multitudinem vnitate mensurari. *Arist.* 10.*Met.t.*21.

3023 Distinctionem, esse vnitatis negationẽ. Distingui enim inter se dicimus, quæ vnum non sunt, id est, quæ siue simplicitatem, siue vnionẽ, non habent. *Soar.in Met.d.*4.*sect.*6.& 7.*Arist.* 4.*Met.t.*4. & *l.*5.*t.*11.

3024 Distinctionem aliam realem esse, aliam rationis. Aliqua enim re ipsa distingũtur; aliqua vnum re ipsa sunt, solũ ratione, siue intellectus abstractione, distincta. *Soar.in Met.d.*7.*sect.*1.

3025 Distinctionem realem duplicem esse, Realem strictè sumptam, & Modalem. *Soar.sup.*

3026 Realem distinctionem strictè sumptam esse, quæ inter duas rationes intercedit, quarum vtraque vel est; vel esse, saltem per Dei potentiam, potest ab altera separata. qualis distinctio inter partes quantitatis; inter materiam, & formam; inter animam, & suas potentias physicas, actusque vitales, intercedit. *Soar.in Met.d.*7. *sect.*1.2. *Arist.* 7.*Topic.cap.*1.*lo.*16. *Aug.* 6.*de*

Tri-

Trinitate c.3. Mag.in 1.d.8.

3027 Modalem distinctionem esse, quæ inter duas rationes intercedit; quæ re ipsa idem sunt inter se; contingit tamen vnam ab altera separari, cum tamen hæc ab illa separari, neque per Dei potentiam, possit. Ita se habet quantitas respectu suæ figuræ. potest enim omnis quantitas mutare figuram, remanente eadem quantitate; figura tamen non potest ab ipsa quantitate separari. *DD.*

3028 Modum dici terminum intrinsecũ cuiusque rei. qui terminus in rebus creatis finitus est, ac limitatus. *S.Thom.1.2.q.49.a.2. ex Aug. 4.de Gen.ad litt.c.33.t.3.*

3029 Non posse modum vllum separatum existere. Non enim habet aliam existentiam, vel entitatem, præter entitatem, & existentiam sui subiecti. *DD.*

3030 Multa esse, quæ non possunt separata existere à modo, quem habent: quæ proinde habere distinctionem à suo modo realem non possunt, sed tantum rationis. ita se habet essentia respectu existentiæ. *Def.3027.*

3031 Modos, terminosq; illimitatos, & infinitos esse; si infinita sit entitas, in qua sunt. Tres enim diuinarum personarum subsistentię infinitę sunt: quia diuina substantia est infinita. *DD. Theologi.*

3032 Distinctionem rationis esse: cum duæ rationes reales, quæ distincto conceptu apprehenduntur, nullam habent distinctionem in re. vt de distinctione inter essentiam, & existẽtiam in entibus creatis dictum est. *DD. Metaphysici.*

3033 Rationis ratiocinatæ distinctionẽ esse: cum

cum duæ rationes, quæ solo intellectu distingũtur, ita se habent, vt altera quatenus vno conceptu apprehenditur, nihil, aut non totum includit, quod includitur ab altera quatenus alio conceptu apprehenditur. Ita distinguitur ratio Animalitatis in homine à ratione Rationalitatis; & Humanitatis ratio à ratione Animalitatis. *DD. Metaph.*

3034 Rationis ratiocinantis distinctionẽ esse: cum eadem est rei ratio, quæ diuersis conceptibus apprehenditur, licet modi, quibus apprehenditur, sint diuersi. vt Homo, & Animal rationale, non nisi ratione ratiocinante distinguntur: quamquam Homo conceptu confuso, Animal rationale distincto conceptu apprehenditur. *DD. Metaph.*

3035 Nullam esse distinctionem, quæ vel realis, vel modalis, vel rationis, nõ sit. Omnia enim distinctionum genera ad illa tria reuocantur. vt Distinctio formalis ad illa tria reuocatur; quatenus forma vel realiter, vel modaliter, vel solum ratione distinguitur à re, cuius est forma. *Soar. in Met.d.7.sect.1.*

3036 Non esse necessarium, vt ea, quæ distinguntur secundum intellectum, sint distincta in rebus. quoniam intellectus non apprehendit res secundum modum rerum, sed secũdum modum suum. *Dist.6.n.16.S.Th.1.p.q.50.a.2.*

3037 Motiuum nostræ mentis ad distinguendum in rebus rationes ratiocinatas, illud esse: quod videt vnam rationem, quæ est in vna re cũ alia ratione coniuncta, in alia re sine illa ratione reperiri; quare fundamentum habet, ac motiuum ad distinguendum in eadem re vnam rationem

ab

ab alia. vt in Homine distinguimus rationem animalis à ratione rationalis; quia videmus in brutis esse rationem animalis sine ratione rationalis. *S.Th.1.p.q.50.a.2.*

De Vero.

3038 VEritatem dici Conformitatem, quæ inter cognitionem, cognitionisque obiectum intercedit. *Disp.6.n.7. S.Th.1.p.q.16. a.1. Arist.9.Met.t.21.*

3039 Conformitatem, quam res habet ad cognitionem, per quam apprehensibilis est vt ipsa est; veritatem transcendentalem dici. Transcendit enim in omnia entia: quatenus quodlibet ens est intelligibile; ac proinde apprehensibile ita vt ipsum est. *Disp.6.n.7. S.Th.1.p.q.16.a.1. Ansel. in dial.de verit.c.12.*

3040 Conformitatem, quam cognitio habet ad suum obiectum, cum illud apprehendit vt ipsum est; veritatem cognitionis dici. Distinguitur enim à veritate transcendentali; quatenus in sola cognitione reperitur. *Arist.in Præd.c.de Substantia. S.Th.1.p.q.16.a.1. Aug.l.de ver.relig. c.36.t.1.*

3041 Veritatem obiectiuam, ac formalē, dici conformitatem inter cognitionem, & suum obiectum: quatenus ea conformitas alterius cognitionis obiectum est, super illam reflectentis. vt cum dico: Vera est hæc cognitio, seu propositio, Homo est animal. veritatem enim eius propositionis mei dicti obiectum facio. *S.Th.1.p.q.16. a.2. Soar.in Met.d.8.sect.4.6.*

3042 Omnem actum Iudicij veritatem obiectiuam

ctiuam implicitè continere. Cum enim hoc iudicium formo, Homo est animal; implicitè, ac exercitè dico: vera est ea cognitio, qua Homo vt animal apprehenditur; seu, Hominis cognoscibilitas animalitatem includit. *S.Th.1.p.q.16.a.2.*

3043 Nullam simplicem apprehensionem, quantumuis veram, veritatem obiectiuam includere. Nam, neque explicitè, neque implicitè simplex apprehensio habet pro obiecto veritatis rationem, sed tantum rationem eius entis, quod apprehendit. vt cum Hominem apprehendo, nihil de illo affirmans, neque negans. *Arist.6.Met.t.8.*

3044 *f* Omnem simplicem apprehensionem veram esse. Cum enim omnis simplex apprehensio sit obiecti, quod sibi proponit repræsentatio: non potest non conformitatem habere cum eo obiecto. *S.Th.1.p.q.16.a.2.* f *Soar. d.8. sect.3.*

3045 Non omnem actum Iudicij verum esse. vt, Homo est lapis, falsum iudiciũ est. Cum enim actus Iudicij, non solum sit sui obiecti repræsentatio; sed etiam implicita comparatio obiecti cũ cognitione: si intellectus comparando fallatur, dicatq; obiectum repręsentari a cognitione, quę eius obiecti repræsentatio non est, sed alterius; Iudicij actus verus nõ est. Idem enim est dicere, Homo est lapis; ac dicere, Homo per lapidis cognitionem repræsentatur. *S.Th.1.p.q.16.a.2.*

3046 Veritatem Motiuam esse: cũ ad aliquid enunciandum, ac iudicandum, adest motiuum, seu ratio, cui actus enunciationis conformatur. vt cum dico, Christi corpus est in Eucharistia, quia Deus reuelauit. vel, Cras pluet, quia sunt signa futuræ pluuiæ. *DD.*

3047 Nostras enunciationes de futuris con-

tin-

tingentibus, à Dei, vel aliorum libera voluntate pendentibus; quo ad veritatem Motiuam, neque veras determinatè, neque falsas esse. Nullũ enim adest Motiuum ad eas enunciandas, & cui illæ, vt à nobis sunt, conformentur. Quamquam determinatè veræ, aut falsæ sunt respectu intellectus diuini, qui futura omnia videt vt futura sunt. vt, Petrus saluabitur. *DD. Theologi.*

3048 Omnes enunciationes de futuris contingentibus à libera volũtate pẽdentibus, quo ad veritatem obiectiuã, determinatè veras, aut falsas esse. Cum enim eæ enunciationes non sint de præsenti, sed de futuro: si obiectum erit, vt enunciatur; enunciatio vera est determinatè, vt determinatè erit omnino obiectum: sin autem obiectum non erit, enunciatio determinatè falsa est, quatenus obiectum omnino non erit, & enũciationi nunquam respondebit. *DD. Theologi.*

3049 Rei veritatem, & intelligibilitatem, idem esse. Nihil enim aliud est esse aliquid intelligibile, quam esse conformabile cognitioni repræsentanti illud vt illud est. Ratio autem veritatis est ratio conformitatis ad cognitionẽ, vt supra dictum est. *d. 6. n. 7. S. Th. 1. p. q. 16. a. 3. ad 3.*

g Soar. in Met. d. 8. sect. 1.

3050 *g* Veritatem cognitionis nihil addere ad ipsam cognitionem præter ordinem transcẽdentalem ipsius cognitionis ad obiectum, per quem ordinem connotatur obiectum. veram enim conformitatem habet cognitio cum obiecto per ordinem illum. Quicquid ergo addideris, ad veritatis rationem non attinebit. *Arist. 6. Met. t. 8. & in Prædic. c. de substantia. S. Th. 1. p. q. 16. a. 1. 2. 8. & 1. con. gent. c. 59. 60.*

3051

3051 Transcendentalem rerum veritatem nihil addere ad res ipsas, præter denominationem extrinsecam, seu ordinem transcendentalem cognitionis, qua res apprehensibiles sunt vt ipsæ sunt. veram enim conformitatem habent res cũ cognitione sibi respondente, si eas cognitio repræsentet, vt ipsæ exigunt repræsentari. Quicquid addideris aut veritati transcendentali posterius erit, aut incongruum. *Dist.6.n.9.Arist. 6.Met.t.8.Soar.in Met.d.8.sect.7.8.*

3052 Veritatis omnis transcendentalis mensuram, regulamque primam esse intellectum diuinum. *Dist.4.n.9.10.S.Th.1.p.q.16. a.1.Aug. l.de ver.rel.g.36.*

De Falsitate.

3053 *b* FAlsitatem esse difformitatem inter rem, & cognitionem, quæ rem non repræsentat, & exprimit vllo modo ex ijs, quibus ipsa exigit repræsentari. Omnes enim putãt falsitatem esse veritati contrariam. oppositio ergo modo se habet falsitas ad veritatem. *S.Th. 1.p. q.17. a.1.4. Arist. 2.Periher. c.vlt. & 5. Met.c.29.*

h *Soar. in Met.d.9.*

3054 Nullam esse posse falsitatem in rebus. Non potest enim fieri, quin quæque res conformitatem habeat cum ea cognitione, quam ipsæ exigunt, vt repræsententur. *S.Th.1.p.q.17.a.1. Arist.6.Met.c.3.t.8.*

3055 In cognitione sensitiua, & in simplici intellectus apprehensione falsitatẽ propriè nullam esse. Semper enim hæ cognitiones conformes sunt obiectis, quorum sunt imagines, & ex-

pressiones. *S.Th.1.p.q.17.a.2.3.Arist.6.Met.t.8.*

3056 In enunciationibus, ac iudicijs falsitatē obiectiuam contingere. enunciationes enim, & iudicia includunt implicitè, vt supra dictum est, comparationem inter cognitionem, & obiectū. Si quis ergo affirmet rem aliquam exprimi, vel exprimibilem esse per cognitionem, per quam non illa res, sed alia exprimitur; aut si neget rem aliquam exprimi per cognitionem, per quā verè exprimitur: falsitas contingit veritati cōtraria, ea autem comparatio implicitè fit in enunciationibus, ac iudicijs falsis; vt, Homo est lapis, Homo non est animal. Nam, quia ens, & verum, idem sunt; dum dico Hominem idem ens esse cū lapide: implicitè, & consequenter dico, cognitionem exprimentem hominem, exprimere etiā lapidem; seu Homini, & lapidi eandem cognitionem respondere repræsentatiuam ipsorum; quod est, veritatem transcendentalem hominis eandem esse cum veritate transcendentali lapidis; & veritatem formalem hominis esse eandē cum veritate formali lapidis. *S.Th.1.p.q.17.a.3.Arist.6.Met.c.3.t.8.*

3057 Apprehensiones simplices, & cognitiones sensitiuas, falsas interdum solere dici; non quod verè falsæ sint: sed quod, cum deberet potentia aliquod obiectum apprehendere, ac cognoscere; aliud apprehendit; aut non eum obiecti modum, quem habet, sed modum alium. vt cum ob defectum specierum visualium, aut variationem, Sol à visu vt quātum palmare apprehenditur, & remus fractus, & album subnigrū. *S.Th.1.p.q.17.a.2.3.Arist.5.Met.t.34.c.29.*

3058 Res ipsas interdum falsas dici. nō quod

falsæ

falsæ sint: sed quod sua specie, externisque accidentibus, occasionem præbent potentiæ cognoscenti, vt circa illas cognitionem formet, nō ipsas, sed aliud obiectum, exprimentem. Ita falsum aurum dicitur aurichalcum. Falsæ ergo res dicuntur, non in se ipsis, sed per denominationem extrinsecam, & comparationem ad cognitionē, quæ ipsarum cognitio, expressioque non est. *August.l.2.Soliloq.c.6.t.1.Arist.5.Met.c.29.t.34. S.Th.1.p.q.17.a.1.*

De Bono.

3059 BOnum dici, quod omnia appetunt. seu, Ad quod omnia propensionem habent. *Arist.1.Eth.c.1.*

3060 *i* Primam boni rationem, omni enti cōgruentem, esse Ipsam cuiusque entis rationem, quatenus ea suæ ipsius naturali propensioni conuenit. Primam enim naturalem propensionem quæque res habet ad ens suum. Habet autem propensionem ad ens suum: quia illud sibi maximè conuenit. Ratio ergo Boni, rationem habet conuenientiæ. *Dist.6.n.8.*

i Soar. in Met.d.10.

3061 Bonum per essentiam dici, quod est ens per essentiam. Idem enim est Bonum, & ens. *Sup.def.2894.*

3062 Perfectum esse, quod habet quicquid sibi conueniens est. Ita corpus humanum perfectum dicitur, cum habet omnes partes, & organa, quæ sibi congruunt. *Arist.5.Met.c.16.*

3063 Rationem Boni, conuenientisque esse Rationem perfectiui, & communicatiui. Bonum enim non est, quod non perficit id, cui bonū est.

non perficit autem, nisi sui communicatione. S.Th. 1.p.q.5.a.1.

3064 Perfectiuum esse, quod est eius, quod alicui conuenit, collatiuum, & communicatiuū. *Def præced.*

3065 Communicatiuum esse, quod est promptum ad largiendum id, quo ipsum bonum, ac perfectum est. *Deff. præced.*

3066 Rationem bonitatis nihil præterea esse, præter rationem conuenientiæ: quæ ratio nihil addit ad ens, præter rationem proportionis connotantis id, cui conuenit, ac proportionatur. Proportio autem entis, non est ab ente ipso, nisi ratione ratiocinãte, distincta. Quantumuis enim abstrahas ens à ratione conuenientiæ, adhuc ea ratio entis abstracta rationem habet conueniẽtiæ ad seipsam. *Dist.6.n.8.9.*

3067 Bonorum prima genera esse omnino tria, Honestum, Vtile, Iucundum. Omnes enim bonorum rationes ad hæc tria genera reducuntur. *Arist.2.Eth.c.3.& l.8.c.2.S.Th.1.p.q.5.a.6.*

3068 Idem videri Bonum honestum esse, ac bonum transcendentale, seu naturale cuiusque rei; primam boni rationem, ad omne ens pertinentem: quatenus vnumquodque ens sibi conueniens est. Habet autem ea honesti ratio rationem perfecti, ac termini, siue finis. Quatenus enim quid sibi conueniens est, non ordinatur ad aliud. *Arist.supra.Sum.Eth.d.1.q.1.def.5.S.Th. 1.p.q.5.a.1.ad 1.& a.2.ad 1.& a.4.*

3069 Habere bonum vtile rationem medij. Non enim propter se appetitur bonum vtile, sed propter aliud, cui vtile est. Terminus autem boni vtilis est bonum honestum. *Arist. supra.*

Summ.

*Summ.Ethic.d.*1.*q.*1.*def.*5.

3070 Bonum iucundum dici, quod delectationem parit potentijs sensitiuis, & intellectiuis. Delectatio autem,& iucunditas proprietas quędam est,& effectus honesti boni ad sensum,mentemque pertinentis. *Sum.Eth.d.*1.*q.*1.*def.*5.

3071 Pulchra dici, quæ debitam proportionem habent. *S.Th.*1.*p q.*5.*a.*4.*ad* 1.

3072 Bonum morale esse,quod naturæ intellectuali congruum est vt agenti per voluntatem cum aduertentia rationis. *Sum. Eth. d.*1.*q.* 1. *def.*6. *&* *q.*3.*prop.*4.

3073 Denominationem esse extrinsecam Bonitatem moralem à dictamine rectæ rationis. Bona enim moraliter dicuntur, quæ voluntariè secundum rationis regulam fiunt. Est ergo Bonitas moralis, rerum volitarum conformitas ad rectam rationem. Esse autem volitum,& regulam habere rationem rectam; denominationes quædam sunt ab actu voluntatis,& à recta ratione. Quicquid autem aliud morali bonitati tribueris, vel incongruum ei est,vel ipsa posterius. *Sum.Eth.d.*1.*q.*3.

3074 Boni proprium,esse appetibile.Inclinat enim quodque in bonum sibi. *Arist.* 1.*Eth.c.*1. *S.Thom.*1.*p.q.*5.*a.*1.

3075 Modum, speciem, & ordinem habere bonum quodque. Modum quidem,quatenus determinatum quid est quicquid est. Speciem autem, quatenus per suum esse à quolibet alio distinguitur. Ordinem autem, quatenus propensionem aliquam habet quicquid est. *Aug.lib.de nat.boni, S.Th.*1.*p.q.*5.*a.*5.

De Malo.

k *Soar. in Met. d. 11.*

3076 k MAlum boni negationem esse. Malum enim bono opponi omnes putant. Bonum autem est ratio entis, quatenus conueniens est sibi. ergo malum est ratio nō entis. quod proinde nulli cōueniens esse potest. *Dion. 4. de Diu. Nom. Aug. de Nat. bon. c. 3. 4.*

3077 Nullum ens, quatenus ens, mali rationem habere. Omne enim ens, quatenus ens boni rationem habet, vt supra dictum est. *S. Th. 1. p. q. 48. a. 1.*

3078 Aliqua entia mala dici; quatenus perfectionis sibi debitæ negationem habent, atque defectum. *S. Th. 1. p. q. 48. a. 2. 3.*

3079 Aliqua entia mala dici; quatenus ab alijs entibus perfectionem illis debitam remouent, contrariamque in ea negationem inducunt. *S. Th. 1. p. q. 49. a. 1.*

3080 Malitiam, seu Malum morale esse, recessum, seu defectum ab intellectualium entium fine, seu à ratione recta, & à diuina voluntate, quæ actionum regula sunt; volitum aliquo modo à voluntate cum aduertentia rationis. Hunc enim defectum Philosophi, Theologique omnes malū morale appellant. *Soar. in Met. d. 11. sect. 2.*

3081 Peccatum à Philosophis, Theologisq; dici, Malum morale. *DD.*

3082 Peccatum interdum appellari malum naturale. *DD.*

3083 Peccatum à Theologis dici recessum ab Amicitia diuina, gratiæque corruptionem. *DD. Theol.*

3084

3084 Peccatum omissionis esse defectū actionis debitæ, in natura intellectuali. *DD. Theol.*

3085 Peccatum commissionis esse defectum perfectionis debitæ in actione agentis intellectualis. *DD. Theol.*

3086 Specificari peccata, diuersæque rationis esse inter sese, pro diuersa ratione perfectionum, atque virtutum, quas tollūt, corrūpuntque. Mala enim, peccataque sunt, quia bona corrūpunt, ac remouent. ergo huius, vel illius rationis peccata sunt, quia hanc, vel illam boni rationem tollunt. *DD. Theol.*

3087 Malum pœnæ esse substractionem boni contrariam voluntati. *S. Th. 1. p. q. 48. a. 5.*

3088 Malum culpæ esse defectum actionis voluntarium cum aduertentia rationis. *S. Th. 1. p. q. 48. a. 5.*

3089 / Mali causam per se nullam esse. Omnis enim causa, vt inductione probatur, quandocunque actu causat, in effectum, ac terminū realem tendit, suique communicationem. Malum autem omne realis termini negatio est. *S. Th. 1. p. q. 49. a. 1. 3.*

/ *Vid. Soar. in Metaph. d. 11. sect. 3, à §. 11.*

3090 Bonum mali causam per accidens esse posse. Potest enim accidere, vt ex positione alicuius effectus in aliquo subiecto, perfectio aliqua ei subiecto congruens remoueatur. Remotio autem perfectionis congruentis, malum est. *S. Th. 1. p. q. 49. a. 1.*

3091 Quamuis malitia moralis finitum quid sit, & non ens, quatenus est negatio boni finiti: infert tamen Deo iniuriam moraliter infinitam; quatenus, quantum est ex parte sua, aufert à Deo rationem vltimi finis, & summi Principis; auer-

tendo se à Deo,& contra eius voluntatem agendo. Ratio autem vltimi finis,& summi Principis in Deo, rationes sunt infinitæ bonitatis, ac valoris. *Par.1.d.3.n.22.23.*

3092 Non posse per vllum actum puræ creaturæ satisfieri adæquatè Deo pro iniuria illata. Satisfactio enim sumit suum valorem ex valore doni,quod præbet persona læsæ ad compensandum iniuriam. Omnis autem actio puræ creaturæ est donum finitum; quia & ipsa per se est finita,& persona, quæ illam offert. neque quicquam, ex affectu, & moraliter potest ponere in Deo, quod non sit Deo alijs rationibus omnino debitum;vt ratione amoris,qui infinitus debetur bono infinito;& ratione reuerentiæ,quæ infinita debetur infinitæ maiestati,ac sanctitati. *Par.1. d.3.n.22.23.*

3093 Non videri culpam tolli posse sine aliquo positiuo, quod voluntarium aliquo modo sit in ipso reo. est enim culpa negatio. negatio autem non nisi per positiuum tollitur. vt autem ea negatio fuit voluntaria, ita & eius oppositum voluntarium esse debet. quamquam fortasse satis est voluntarium superioris, vt Dei, quod censetur voluntarium subditi:vt si Deus infundat gratiam peccatori non complacenti in actu malo. *Coniect.*

3094 Videri iniuriam remitti posse,nullo positiuo posito in ipso reo: dūmodo reus retractet actum, quo fecit iniuriam: quid enim impedit, quin id facere possit Deus? *Coniect.*

3095 Videri redire priora merita, cum quis remissa iniuria redit in gratiam cum Deo. Hoc enim accidere solet inter homines: restitui solet

in

in gradum pristinum, qui in gratiam redeunt cum suo Principe. quantò magis qui in gratiam redeunt cum Deo, qui infinitâ habet bonitatem? *Coniect. & DD.*

De summis Entis generibus. c. 2.

3096 SVmma entis genera esse eas entis rationes, quę vniuersaliſſimæ sunt, vna alteram non includentes, & in suarum differentiarum rationibus non inclusæ. *m* Nam ideo ratio entis non putatur Genus: quia omnes entis differentiæ illam includunt. *n* Ideo ratio Accidentis, seu In alio, non putatur genus: quia in sua ratione, conceptuque, subſtantiæ, entisque Per se rationem includit. idem enim est accidēs, ac entis ens; seu ens attributionem habens ad aliud ens, nempè ad Per se. *Disp.6. n.16. Soar. in Met. d.37.sect.2.§.15.*

m *Arist.3. Met. c. 3. t.10. & l.7. c.1.*

n *Arist. 7. Met.c.1. & 4. t. 12. & c.5.t.19.*

3097 Summa entis genera esse omnino decē. Sunt enim decem rationes vniuersaliſſimæ, quæ in quaque re creata considerari possunt; quæ nec in suis differentijs includuntur, & quarum nulla alteram includit: Subſtantia, Quantitas, Qualitas, Relatio, Actio, Passio, Vbi, Quando, Situs, Habere. In quaque enim re creata est prima quædam ratio, quæ cæterarum rationum principium, ac fundamentum est; Subſtantiaque nominatur. ea ratio in rebus corporatis extensa est, & quanta: quare in rebus corporatis ratio quātitatis est. Porrò quæcunque res creata præter subſtantiam accidens aliquod habet, quo intrinsecè perficitur, ac mutatur. ea accidentis ratio

Qua-

Qualitas dicitur. Habet etiam quæcunque res creata rationem realem, qua quatenus determinata res est, & finita, exigentiam habet aliorum. ea exigentia Relatio est. Rursus res creata quatenus est ab alio, rationem Actionis habet. quatenus est Ratio in alia ratione recepta vt in subiecto, Passio nominatur. est autem omnis res creata in aliquo loco. coexistentia Rei cum loco dicitur vbi. Coexistentia Rei cum tempore, quo mensuratur, Quando appellatur. Ordo partium, cum Res habet partes quantas, Situs est. Coexistentia Rei quantæ cum alio quanto, quo ambitur, præter locum, in quo est; Habitus est, & Habere. Si quæ verò sunt aliæ rationes, quæ æqualem his vniuersalitatem habere videntur, ad has reuocantur. *Soar. d. 39 sect. 1. & 2. S. Th. 5. Met. lect. 7. Arist. 8. Met. t. vlt. & l. 10. c. 5. & 1. Post. c. 11. Damasc. in Dialect. c. 36.*

3098 Ad distinguenda inter se decem summa entis genera, distinctionem rationis satis esse. Nam ea genera ideo à Philosophis distinguntur, vt distincta rerum cognitio habeatur. ad rationes autem rerum distinctè cognoscendas satis est inter ipsas rationes distinctionem rationis intercedere. *Soar. in Met. d. 39 sect. 2. §. 22. S. Thom. 1. p. q. 50. a. 2.*

3099 Summa rerum genera, & eorum gradus, coordinationemq; à Metaphysicis ideo distingui: vt redactis ad certa quædam capita rationibus omnium entium, eæ facilè, atque distinctè percipiantur. Vt ad quod genus entis quæque res pertineat, expeditius intelligatur, percurrendo singula summa genera, quæ certa sunt, & numero non multa. Vt cognito cuiusque entis genere, per-

perſpicuè tota eius quidditas, & eſſentia cognoſcatur; à ſummo genere per intermedia prædicata vſque ad vltimam differentiam deſcendendo. Vt perſpectis cuiuſque ſummi generis rationibus tum vniuerſalioribus, tum medijs, tum minimè vniuerſalibus; nō fallamur in iudicijs formandis, præpoſtero vtentes ordine; ſed quæ vniuerſaliora ſunt, de minus vniuerſalibus prædicemus. Vt ſingularum rerum rationibus certis in ſedibus, atque gradibus cōſtitutis, habeamus in promptu medios terminos ad diſcurſus efformandos, & ad rectè vnam rationem ex alia colligendam. *Diſt. 6. n. 16.*

3100 Rationem entis cōmunem entibus omnibus, videri abſtractam verè eſſe per intellectū; quamuis generis rationē non habeat. Verè enim ratio entis rationem differentiarum, id eſt, rationem Subſtantię, & Accidentis, ſeu rationē Per ſe, & In alio, non dicit in ſuo conceptu. Nam ratio entis non eſt aliud formaliter, quàm quod noſtrę cognitioni obijcitur. noſtræ autē cognitioni non ſentimus vllo modo obijci differentias. Neque verò neceſſariū eſt in ratione entis includi differentias, vt in quaque ratione differentiarum includitur ratio entis. Quoniam Subſtantia ita eſt ens, vt non ſit accidens; & accidens ita eſt ens, vt nō ſit ſubſtantia. Poteſt ergo inadæquatè concipi ratio entis neque ſubſtantiam dicens, neque accidens; vt inadæquatè cōcipitur animal neque rationale dicēs, neque irrationale. par enim eſt ratio ſecundum noſtrum concipiendi modum. Non poteſt autem ita dici de entis differentijs reſpectu entis. nam Subſtantia non ita eſt per ſe, vt non ſit ens; nec Accidens ita eſt in alio, vt non

ſit

sit ens. Includitur ergo ratio entis in entis differentijs, quatenus illæ, non nihil, sed differentiæ reales sunt. *DD. plurimi.*

De Substantia.

o *Soar. in Met. d. 33.*

3101 o SVbstantiam esse ens per se, id est, ens per se existens, nec alio ente indigens vt subiecto, à quo sustentetur. *Aug. l. 7. Trin. c. 4. in fin. Isid. l. 1. differ. c. 4. Arist. in Prædicam. c. de Substan. & 5. Met. c. 8. & t. 15. & 1. Phys. t. 62.*

3102 In vnaquaque re rationem esse Substantiæ. Habet enim vnaquaque res, vt inductione ostenditur, subiectum aliquod primum, in quo cætera, quæ sunt in ea re, sustentantur, cū ipsum à nullo alio subiecto sustentetur. *Arist. 5. Met. c. 8. t. 15.*

3103 Substantias primas dici, ipsas substantias determinatas, ac singulares; quales re ipsa sunt nullo intellectu considerante. vt Petrus, vt Bucephalus. *Arist. in Prædic. c. de Subst. Boet. l. de duabus nat. S. Thom. q. 9. de potent. a. 1. ad 4. Soar. in Met. d. 34. sect. 1. §. 7.*

3104 Secundas substantias appellari rationes substantiales, pluribus substantijs communes, ac vniuersales: quæ per intellectum à substātijs singularibus abstrahuntur, vt supra de vnitate vniuersali dictum est. vt Homo, vt Equus. *Arist. in prædic. c. de Substan. Boet. l. de duabus nat. S. Th. in 1. d. 23. q. 1. a. 1. ad 2.*

3105 Substantiæ genus in duo prima genera dividi, in substantiam corpoream, seu materialē; & in Incorpoream, seu spiritualem. Omne enim subiectum primum, id est, omnis substantia, aut

ex

ex natura sua exigit extendi, ac dimensionem in se habere, vt elementa, vt Homo: aut non exigit, vt Deus, vt Angeli. nec vllum aliud primũ subiectum est, quod præter hæc duo genera sit. Horũ autem alterum corpoream, alterũ incorpoream rationem constituit. *Soar. in Met. d.35.s.6.*

3106 Omnem substãtiam principium alicuius operationis esse. Deus enim cum sit omnium principium, est secundum suum esse, communicatiuus sui. ergo quæcunque à Deo sunt, sui communicatiua sunt, quatenus participationes sunt esse diuini. *Coniect.*

3107 Substantiæ rationem maximè habere materiam primam. Est enim ea in compositis naturalibus subiectum primum. *Arist.7.Met.c.3. t.8. & l.8.t.3.4.*

3108 Formas illas, quæ primum in quaque re principium operationum complent, ad substantiæ rationem pertinere, formasque substantiales esse; etiam si per se ipsæ nõ subsistant, sed in alio sustententur vt in subiecto. Quicquid enim alterius rationem complet intrinsecè, ad eandem rationem pertinet, estq; eiusdem rationis. ita substantiæ sunt primæ formæ materiales, vt forma aquæ, forma equi, etiam si à materia prima sustententur. *Soar. in Met. d.34.sect.5. à §.42. Arist.1.Phys.c.3. & 6. & 9.Top.c.3. & 5.Met. c.8.t.15. & l.8.d.t.5.*

3109 Substantiam completam dici, quæ habet quicquid necessarium est ad completum esse substantiale: siue ea simplex sit, siue composita, vt Angelus, vt Homo. *Soar. in Met.d.33.sect.1.*

3110 Substantiam incompletam dici, quæ pars physica, vel metaphysica est substantiæ cõpletæ,

vt

vt Materia, vt Forma. vt Rationale. *Soar. in Met. d. 33. sect. 1.*

3111 Quicquid aduenit primo operationum principio in ratione primi principij iam completo; accidens esse, & substantiæ rationem non habere; etiam si intrinsecum sit primo principio, eique inhæreat. Accidens enim putatur à Philosophis esse quicquid est in re præter primi principij rationem completam. quia non per se requiritur ad primi principij rationem, sed accidit illi. *DD.*

3112 Eam rationem, qua vnaquæque substantia per se subsistit, Subsistentiam appellari. *Soar. in Met. d. 34. sect. 4. S. Th. 1. p. q. 29. a. 2.*

3113 Non videri subsistentiam esse entitatem à substantia, cuius est subsistentia, distinctam. Nullum enim est distinctionis indicium: & satis per se habet rationem subsistendi quælibet substantia ex eo, quod substantia est. *Soar. in Met. d. 34. sect. 4. à §. 18.*

3114 Videri subsistentiam modum quendam esse. quatenus subsistentia terminus quidam est, quo quælibet substantia per se subsistit, nec ad aliud subiectum tendit, à quo sustentetur. *Soar. in Met. d. 34. sect. 4 à §. 24. 33. & sect. 6. §. 28.*

3115 Posse à substantijs creatis proprium subsistendi modum tolli, eisq; alterius subsistentiam communicari. Potest enim Deus à substantijs creatis substrahere partem eius influxus, quo eas ipse cõseruat, & sustentat efficienter; ac efficere vt ea pars influxus ab altera substantia suppleatur, supponendo illam vt terminum sustentantem. Nam simile quid cernimus in accidentibus, quæ non subsistunt per se, sed à subiecto

sustẽ-

sustentantur; quatenus Deus, vt eorum natura exigit, non præbet eis influxum totalem ad subsistendum. *p* Ita videtur accidisse Humanitati sanctissimæ Christi Domini, quæ à diuino Verbo sustentatur. *Soar. in Met. d. 34. sect. 4. à §. 14.*

p *Cõc. Eph. can. 13. S. Th. in 3. d. 1. q. 1. a. 1. Scotus ibid. et §. ad arg. ad 2. Durandus.*

3116 Non posse substantiam, quæ per se, suaq; subsistentia subsistit, aliena simul subsistentia subsistere. Esset enim simul secundum idem esse, eandemque substantiæ rationem dependens, ac nõ dependens ab alia substantia. quod implicat, vt rectitudo, & curuitas in eadem linea. *DD.*

3117 Substantiam, subsistentiamque rei, quæ per miraculum alterius rei subsistentiam supplet eius rei substantiam sustentando; non subiecti, sed termini rationem habere. Ratio enim subiecti est ratio entis incõpleti, & imperfecti, exigentis formam, quam subiectet, vt ab ea perficiatur. at & substantia, quæ ponitur sustentare, & substantia, quæ sustentatur; non habent se inuicẽ vt partes ad sese perficiendũ ordinatæ. *DD.*

3118 Entia subsistentia alio nomine Supposita, græca voce Hypostases appellari. *Soar. in Met. d. 34. sect. 1. §. 9. & 14. Damasc. in Dialect. c. 29. S. Th. 1. p q. 29. a. 2.*

3119 Entia subsistentia, si naturam habeant intellectualem, Personas appellari. Nomen enim Personæ, non de inanimis, non de brutis dicitur; sed de Hominibus, de Angelis, de Deo. *Boet. l. de duabus nat. S. Th. 1. p. q. 29. a. 1. & 2.*

3120 Præter rationes substantiales, quæ à singularibus abstrahunt, & secundæ substantiæ appellantur; esse aliquas, quæ etiam abstrahunt à suppositis. vt, Petreitas, est substantialis ratio singularis, quæ à Petri supposito abstrahit, quod

Petrus

Petrus dicitur. *Soar. in Met. d. 34. sect. 8.*

3121 Nullam substãtiam creatam esse supernaturalem posse. Supernaturalis enim substantia dicitur, cui connaturaliter competit visio actus puri, qui Deus est. nulli autem, quòd nõ est actus purus, potest connaturaliter competere visio actus puri, vt supra dictum est. Neque vero potest vlli substantiæ creatæ competere connaturaliter visio actus puri vt instrumẽto. cum enim omnis substantia rationem habeat primi principij respectu suarum operationum, vt supra dictũ est: si visio actus puri connaturalis operatio sit respectu substantiæ creatæ; substantia creata respectu eius operationis habebit se vt agens principale, quod esse non potest. Omne ergo, cui cõnaturaliter competit visio actus puri vt instrumento, accidens est, quod defectum supplet substantiæ creatæ: vt est lumen gloriæ respectu beatorum. *DD.*

3122 Actiones omnes suppositis esse tribuendas: ideo Philosophi, ac *q* Theologi aiunt Actiones esse suppositorum. Operatio enim sequitur ad esse. esse autem, quod est primum principium omnium operationum, quæ sunt à quaque re, est substantia. substantia autem vlla non est sine subsistentia, per quam subsistit, ac terminatur in esse suo. Substantia autem ita terminata Suppositum est. Supposito igitur, vt primo principio, sunt actiones tribuendæ. *Soar. in Met. d. 34. sect. 7.*

q Ioannes Episc. in Cõcil. Florent. sess. 18. non longe à fine.

3123 Rationem subsistentiæ non esse ratione principij productiui. vt enim aliquid sit principium productiuum, debet formaliter, vel eminenter habere in se id, quod producitur. at subsistentia vt subsistentia, cum non dicat nisi ratione

termini,

termini, non habet in se vllam rationem ex ijs, quæ productibiles sunt. Habet autem eas rationes suppositum quatenus substantia est. *Soar.in Met.d.34.sect.7.*

3124 Substantiæ nihil esse contrarium. Nec enim Sorti, nec Homini, nec Animali est aliquid contrarium; vt calori frigus contrarium est. *Arist.in Præd.c.de subst.*

3125 Non suscipere substãtiam magis, & minus. Quamuis enim primæ substantiæ sint magis substantiæ, quam secundæ; quia maiorem rationem habent subiecti primi: nulla tamen substãtia recipit magis, & minus. Homo enim non erit magis, & minus homo, neque ipse se ipso, neque alter altero: vt album potest magis, & minus album esse. *Arist.in Prædic.c.de substantia.*

3126 Substantiæ proprium, cum vna eademque numero sit, susceptiuam contrariorum esse. vt quidam homo, quandoque albus, quandoque niger fit. *Arist.in Præd.c.de substan.*

3127 Quidditatis rationem propriè, ac absolutè de substantia dicis de cæteris entibus analogicè. Nam de substantia propriè, ac absolutè entis ratio dicitur. *Arist.7.Met.c.4.t.14.*

De Accidente.

3128 ACcidens esse ens in alio: quod non existit per se, sed subiecto indiget, cui inhæret, & à quo sustentatur: vt albedo respectu lactis. *Soar.in Met.d.37.sect.2.*

3129 Accidens respectu cuiusque rei dici, quicquid est in re, præter primam illam rei rationem, per quam res ab alijs distinguitur, &

in subſtantia immediatè inhæreant, ſiue in quantitate; ſuo ſubiecto coextenduntur, vt ſingulæ qualitatis partes ſingulis ſubiecti partibus reſpondeant. habent ergo partes extenſas. quantitatem igitur ſuam habent. *Soar. in Met. d.40. ſect.4.*

3139 Quantitatem aliam continuam, aliam diſcretam eſſe. Quantitatem enim, & extenſionem habent tum vnumquodque quantum, tum quanta inter ſe diuiſa, ac ſeparata. Vnumquodque autem quantum, continuum quantum eſt; quanta diuiſa, quanta diſcreta ſunt. *Soar. in Met. d.41. ſect.1. Ariſt. in Prædic. c. de Quant.*

3140 Numerorum ſpecies eſſe infinitas. Infinitis enim modis rerum vnitates poſſunt ordinari; pro rerum multitudine, quæ eſſe poteſt in infinitum. *Soar. in Met. d.41. ſect.4.*

3141 Magnitudinis, ſeu Continuæ quantitatis genera tria eſſe, Longitudinem, Latitudinem, Profunditatem. *Ariſt. 5. Met. c.13.*

3142 Longitudinem eſſe quantitatem continuam ſecundum vnum. ſeu, Magnitudinem dimenſionem vnam habentem. *Ariſt. 5. Met. c.13.*

3143 Magnitudinem ſecundum duas dimenſiones, Latitudinem eſſe. *Ariſt. 5. Met. c.13.*

3144 Magnitudinem ſecundum tres dimenſiones, eſſe Profunditatem. *Ariſt. 5. Met. c.13.*

3145 Quanti paſſiones quaſdam, & habitus eſſe: Multum, & paucum; Longum, & breue; latum, & ſtrictum; profundum, & humile; graue, & leue; & cætera hiſce ſimilia. *Ariſt. 5. Met. c.13. & in Prædic. c. de Quanto.*

3146 Quanto nihil eſſe contrarium. Bicubito enim, tricubito, ſuperficiei, ac cæteris, quæ quan-

ta

ta sunt,nihil est contrarium. *Arist.in Prædic.c. de Quanto.*

3147 Non videri quantum suscipere magis, & minus.Bicubitum enim fieri magis bicubitum non potest; neque Quinque magis Quinque. Maior autem quantitas respectiuè dicitur comparata ad minorem. *Arist.in Prædic.c.de Quant.*

De Qualitate.

3148 QValitatem accidens esse intrinsecũ rei; quæ rem in ratione substantiæ perfectè constitutam, modificat,ornat, & perficit tum in essendo,tum in agendo. Hæc enim ratio intelligetur esse in omni genere qualitatis; si singula qualitatis genera consideremus. *Soar.in Met.d.*42.*sect.*1.S.*Tb.*1.2.*q.*49.*a.*2.

3149 Qualitatis genera esse quatuor: Habitum, & dispositionem; Naturalem potentiam, & impotentiam; Passionem, & passiuam qualitatem;Figuram,& Formam. Tot enim sunt,quæ substantiæ in esse substantiæ constitutæ accidunt intrinsecè,illamque modificant,& perficiunt,& alteram,qualemque faciunt. *Arist.in Prædic. c.de qualit.*S.*Tb.*1.2.*q.*49.*a.*2.

3150 Habitum, primum qualitatis genus,esse formam, quæ confert potentiæ promptitudinem ad operandum. Quæ forma,cum firma est, ac stabilis,vt solent esse scientiæ,ac virtutes,Habitus dicitur: cum secus se habet, estque facilè mobilis, Dispositionis nomen habet. *t* De Habitu in 4.dist. dictum est. *Soar. in Met. d.*42. *Arist.in Præd. c.de Qualit.*

t Dist. 4. *à def.*1988.

3151 Naturalem potentiam secundum Qua-

litatis genus, esse accidens, quo res quæque fit potens ad operandum, aut ad operationem recipiendum. vt sunt intellectus, & voluntas respectu animæ intellectiuæ. quæ Potentia, si ita sit imperfecta, vt per eam res, nisi amplius perficiatur, operari non possit; Impotentia nominatur. *Soar. in Met. d. 42. Arist. in Prædic. c. de Qualit.*

3152 Potentiam aliam actiuam, aliam passiuam esse. Potentia enim est quidam actus primus dicens ordinem ad actum secundum. omnis autem actus secundus dependet ab alio, id est, ab actu primo, vel vt à principio, à quo est; vel vt à subiecto, ex quo fit. est enim omnis actus secundus aut actio quædam, aut passio. ergo omnis actus primus, id est, omnis potentia ad actum secundum, aut actiua est, aut passiua. *Arist. 5. Met. c. 12. & l. 9. t. 2. Soar. in Met. d. 43. sect. 1.*

3153 Passionem tertium qualitatis genus, esse actum accidentalem à potentia quaque siue intrinseca, siue extrinseca promanantem, & intrinsecè afficientem subiectum. Qui cum permanens est, vt Calor, vt albedo; Passibilis, seu Passiuæ qualitatis nomen habet: cum autem est cito transiens, vt rubor in erubescentis vultu; Passio nominatur. *Soar. in Met. d. 42. Arist. in Prædic. c. de qualit.*

3154 Figuram quartum qualitatis genus, esse modum, terminumque rei quantæ, secundum superficiem. qui modus etiam Forma nominatur; præsertim si ex partium quantarum proportione accedat aliqua pulchritudo. *Soar. in Met. d. 42. sect. 3. §. 15. Arist. in Prædic. c. de qualit. S. Th. 1. 2. q. 49. a. 2.*

3155

3155 Aliquarum qualitatum proprium esse, habere contrarietatem strictè sumptam. Ratio enim contrarietatis potissima ea est, cum duæ formæ positiuæ ita se habent, vt vtraque sub eodem genere sit immediatè, vt Calor, & frigus sub genere Passibilis qualitatis; & ab eodem tamen subiecto sese inuicem formaliter expellât; vt in eo vtraque simul esse in gradu summo nõ possit, sed quantum vna intenditur, tantum altera remittatur. ea cõtrarietatis ratio in solis qualitatibus reperitur; quamquam nec in omnibus. *Soar. in Met. d.45. Arist. 10. Met. c.6. & in Prædic. c. de qualit.*

3156 Intensionem, & remissionem propriè dictam, quæ fit per additionem, & detractionẽ graduum eiusdem formæ in eadem parte subiectis; vt cum frigus in aqua intenditur. & remittitur: in solis qualitatibus reperiri, nec tamen omnibus. Id enim docet experientia. *Soar. in Met. d.46. Arist. in Prædic. c. de qualit.*

3157 Contingere inter contrarias aliquas qualitates medium esse; quod ex ipsis contrarijs proficiscitur, existitque ex quadam contrariorũ admixtione. vt inter album, & nigrum, fuscũ est; quod ex albo, nigroq; constat. *Arist. 10. Met. c.6.*

3158 Proprium esse qualitatis, secundum eã simile, vel dissimile dici. *Arist. in Prædic. c. de qualit.*

3159 Rationes differentiarum etiam substãtialium, vt Corporeum, Animatum, Sensibile, Rationale, ad modum qualitatum à nobis concipi, quasi ornamenta, & perfectiones subiectorum, in quibus sunt: ideo habere prædicationem in quale quid. Noster enim imperfectus concipiendi

piendi modus è sensibilibus sumitur; qualia sunt qualitates, vt albedo. Eodem ergo modo, quo albedinem, & colorem; ita & perfectiones rerũ etiam substantiales, concipimus. *Arist. in Præd. cap. de substantia, & in Met. lib. 7. c. 13. à t. 44. S. Thom. 1. 2. q. 49. a. 2.*

De Relatione.

3160 RElatiua dici, quorũ esse est ad aliud. id est, quæ in sua ratione ordinem includũt, & respectum ad aliquid à se distinctũ. vt, Pater ordinem dicit, & respectum ad filium. *Arist. 5. Met. c. 15. & in Prædic. c. de ad aliquid.*

3161 Relationem, seu respectum, & ordinẽ, esse Rationem entis dicentis intrinsecè exigentiam alterius entis. vt intelligi, & concipi sine alterius entis conceptu non possit, ad quod terminatur. vt Paternitas intelligi sine filio non potest. *Dist. 6. n. 14.*

3162 Relationem aliam transcendentalem, aliã prædicamentalem esse. Prædicamentalis dicitur, quæ Prædicamentum, genusque summum constituit à cæteribus summis generibus, ac Prædicamentis distinctum. Transcendentalis autem appellatur, quæ in alia etiam prædicamenta transcendit. reperitur enim vera relationis ratio etiã in alijs prædicamentis; vt supra dictum est. *Dist. 6. n. 14.*

3163 Relationem prædicamentalem esse rationem exigentię, qua res singulares, ac determinatæ exigunt alia quatenus singulares, ac determinatę sunt, & finitam in sua entitate perfectionem habent. Ex ea enim finitudine prouenit, vt,

cum

cum in se omnem perfectionem non habeant, necessariò alia exigant, à quibus perficiantur vel agendo, vel recipiendo. Perficitur autem res nõ solum recipiendo in se perfectionem, vt partem sui esse, vt cum materia formam recipit: sed etiã cum aliquid producit. non solum enim posse se communicare, sed actualis etiam cõmunicatio, perfectionis est. *Dist.6. n.14. S.Thom.1.p.q.6. a.2. ad 1.*

3164 Relationem prædicamentalem à relatione transcendẽtali in eo differre: quod relatio prædicamẽtalis respicit suum terminum vt purè terminus est, id est, vt aliud quid est, & alia quædam perfectio, quæ nec formaliter, nec eminenter continetur in eo, à quo respicitur. at relatio transcendentalis respicit suum terminum, non solum vt terminum, & aliud quid; sed sub alia etiam aliqua ratione, nempe vel vt suũ effectum, vel vt suam causam, vel vt suum obiectum. ita materia respicit formam vt causam formalem, cognitio respicit suum obiectum vt specificativum sui. *Dist.6.n.14.*

3165 In omni re, quæ transcendentaliter refertur ad aliud, esse etiam relationem prædicamentalem, qua refertur ad idẽ vt purè terminus, & aliud quid est. In omni enim re, quæ transcendentaliter refertur ad aliud, non solum est ratio specifica, secundum quam transcendentaliter refertur: sed etiam ratio numerica, & singularis; quæ est ratio relationis prædicamentalis, vt supra dictum est. *Dist.6.n.14.*

3166 Non esse necessarium, vt terminus relationis relatiuus, ac respectiuus sit respectu eius relationis, quæ ad ipsum refertur. Nam omnes

crea-

creaturæ relationem dicunt ad Deum vt ad primum principium: cum tamen Deus nullam relationem dicat ad vllam creaturam: esse enim diuinum nullam exigit creaturam, cum omnem in se perfectionem habeat. Cognitio transcendentaliter refertur ad suum obiectum, à quo specificatur: cum tamen obiectum nulla relatione referatur ad suam cognitionem vt cognitio ipsius est. Obiectum enim vt specificatiuum non exigit cognitionem, sed ipsa cognitio obiectum. *Arist. in Prædic. c. de his, quæ ad aliquid.*

3167 Aliqua correlatiua esse, vt Materia, & forma; Pater, & filius. Hæc enim, & his similia sese exigũt inuicẽ. *Arist. in Præd. c. de ad aliquid.*

3168 Natura priorem esse terminum relatione, quæ ad ipsum terminatur. Potest enim esse terminus sine relatione, quæ ad ipsum terminatur. non potest autem intelligi relatio sine termino. ita potest esse scibile sine scientia, non autem scientia absque scibili. *Arist. in Prædic. c. de ad aliquid.*

3169 Correlatiua esse simul natura. Neutrum enim correlatiuum vt correlatiuum est, potest esse, nec intelligi sine altero suo correlatiuo. ita se habent Pater, & Filius. *Arist. in Prædic. c. de ad aliquid.*

3170 Non omnia, quæ ad aliud dicuntur esse simul natura. Scibile enim dicitur ad scientiam, nec tamẽ est simul natura cum scientia, sed prius scientia. potest enim esse scibile, & scientia non esse. *Arist. in Prædic. c. de aliquid. & in Met. l. 5. c. 15.*

3171 Fundamentum relationis dici ipsum subiectum, in quo relatio est. vt potentia generatiua,

tiua, quæ est in Patre, fundamentum est relationis Paternitatis. *DD.*

3172 Rationem fundandi relationem dici id, quod est causa vt relatio hunc, vel illum terminum actu connotet. vt Generatio est ratio fundãdi relationem Paternitatis; quia est causa cur is, qui Pater dicitur, actu Filium, seu genitum connotet; quem sine ratione fundandi solum potentia connotabat. *DD.*

3173 A diuersa ratione fundandi diuersa relationum genera specificari. Si enim rationes fundandi subtrahas; omnes relationes prædicamentales eiusdem sunt rationis: quatenus omnes sunt puri respectus respicientes quemcunque terminum, vt purè terminum, vt supra explicatum est. at si ratio fundandi accedat, vt Sorti generatio: purus respectus, qui est Sortis singularitas, Paternitas erit: purus terminus, qui est Titij entitas, geniti ratione habebit. Quare perfectę, completæque relationum prædicamentaliũ rationes connotata quædam sunt ex respectu, termino, & ratione fundandi. *Disp.6.n.*14.

3174 Tria esse prima relationum prædicamentalium genera pro triplici rationũ relationes fundandi genere. Aliæ enim relationes sunt actionis, & passionis, vt Paternitas, vt Filiatio; aliæ similitudinis, ac dissimilitudinis, seu Identitatis, ac diuersitatis; aliæ æqualitatis, ac inæqualitatis. Nam quicquid ab alio connotatur, illius respectum terminando: vel connotatur vt agens, aut effectus; vel vt quid illi idem, aut diuersum, simile, aut dissimile; vel vt ei æquale, vel inæquale. *Arist.*5.*Met.c.*15.

3175 Esse aliqua, quæ relatiua videntur esse, cum

primum suarum operationum principium constituitur. vt est in Homine quicquid rationi Animalis rationalis; vel Rationi corporis anima rationali informati, aduenit: vt est Risibilitas, albedo, primæ qualitates. *Soar. in Met. d.37. sect.2. Arist.5.Met.c.30.t.35.*

3130 Accidens physicum dici, quod re ipsa distinguitur à substatia. *Soar.in Met.d.37.sect.2.*

3131 Accidens metaphysicũ appellari, quod ratione tantum à re distinguitur, & subiecto, in quo est. *Soar.in Met.d.37.sect.2.*

3132 Eam rationem, qua accidens in alio vt in subiecto est, Inhærentiam appellari. *Soar.in Met.d.37.sect.2.*

3133 Non videri inhærentiam esse entitatem ab entitate accidentis distinctam. Inhærere enim est esse in alio, & non per se. Se ipso ergo inhæret quicquid non per se, sed in alio est. *Soar. in Met.d.37.sect.2.*

3134 Videri actualem inhærentiam Modum esse. quatenus inhærentia terminus quidam est, quo accidens est. quo accidens subiecto nititur, vt sit: cum per se non sit. *Soar.in Met.d.37.sect.2.*

3135 Posse accidentis inhærentiam ab accidente separari. Potest enim Deus efficienter supplere per suum influxum, eum influxum, quem subiectum exhibet accidenti, illud sustentando. ita videtur accidere accidentibus, quæ sunt in Eucharistia. *Soar.in Met.d.37.sect.2.*

3136 Non omnia accidentia habere modum inhærentiæ; sed ea tantum, quæ sunt entitates à parte rei distinctæ ab entitate subiecti. Nam ea accidentia, quæ sunt modi suorum subiectorum, vt figura respectu quantitatis; non habent aliũ

ter-

terminum essendi, præter terminum sui subiecti: quia non habent aliam entitatẽ ab entitate subiecti. Multò autem minus habent alium terminum essendi ea accidentia, quæ non nisi ratione distinguntur ab entitate suorum subiectorum. *Soar. in Met. d.37.sect.2.*

De Quantitate.

3137 DE ratione quantitatis esse Habere partes eiusdem rationis, ac extensas. ex quo sequitur, vt si vna pars ab altera separetur, non vt pars remaneat, sed vt vnum per se. Omnes enim quantitatis partes eiusdem sunt rationis. *Arist.5.Met.c.13. Soar. in Met. d.40. sect.1.*

3138 Videri in vnoquoque quanto duplicẽ quantitatis rationem esse, alteram physicam, à parte rei distinctam à substantia, & qualitatibus materialibus, cum quibus est, & partes habẽtem impenetrabiles inter se: alteram metaphysicam, & penetrabilem, ratione tantum distinctã à substantia materiali, & qualitatibus eius. 1 Esse enim alteram illam impenetrabilem dist.2. probatum est. esse autem & alteram penetrabilem in substantia materiali ex impenetrabili colligimus. Cum enim quantitas impenetrabilis accidens sit, quod vt sic dependet à suo subiecto; in priori naturæ supponit subiectum, in quo sit: cũ autem ipsa sit secundum suum esse quanta, & extensa: ergo quantum, & extensum supponit suũ subiectum. ergo quædam ratio quantitatis est in substantia materiali distincta à quantitate impenetrabili. Rursus qualitates materiales, siue

Dist. 2. n.13.

in subſtantia immediatè inhæreant, ſiue in quantitate; ſuo ſubiecto coextenduntur, vt ſingulæ qualitatis partes ſingulis ſubiecti partibus reſpondeant. habent ergo partes extenſas. quantitatem igitur ſuam habent. *Soar. in Met. d.40. ſect.4.*

3139 Quantitatem aliam continuam, aliam diſcretam eſſe. Quantitatem enim, & extenſionem habent tum vnumquodque quantum, tum quanta inter ſe diuiſa, ac ſeparata. Vnumquodque autem quantum, continuum quantum eſt; quanta diuiſa, quanta diſcreta ſunt. *Soar. in Met. d.41. ſect.1. Ariſt. in Prædic. c. de Quant.*

3140 Numerorum ſpecies eſſe infinitas. Infinitis enim modis rerum vnitates poſſunt ordinari; pro rerum multitudine, quæ eſſe poteſt in infinitum. *Soar. in Met. d.41. ſect.4.*

3141 Magnitudinis, ſeu Continuæ quantitatis genera tria eſſe, Longitudinem, Latitudinem, Profunditatem. *Ariſt. 5. Met. c.13.*

3142 Longitudinem eſſe quantitatem continuam ſecundum vnum: ſeu, Magnitudinem dimenſionem vnam habentem. *Ariſt. 5. Met. c.13.*

3143 Magnitudinem ſecundum duas dimenſiones, Latitudinem eſſe. *Ariſt. 5. Met. c.13.*

3144 Magnitudinem ſecundum tres dimenſiones, eſſe Profunditatem. *Ariſt. 5. Met. c.13.*

3145 Quanti paſſiones quaſdam, & habitus eſſe: Multum, & paucum; Longum, & breue; latum, & ſtrictum; profundum, & humile; graue, & leue; & cætera hiſce ſimilia. *Ariſt. 5. Met. c.13. & in Prædic. c. de Quanto.*

3146 Quanto nihil eſſe contrarium. Bicubito enim, tricubito, ſuperficiei, ac cæteris, quæ quan-

ta sunt,nihil est contrarium. *Arist.in Prædic.c. de Quanto.*

3147 Non videri quantum susceipere magis, & minus.Bicubitum enim fieri magis bicubitum non potest; neque Quinque magis Quinque. Maior autem quantitas respectiuè dicitur comparata ad minorem. *Arist.in Prædic.c.de Quant.*

De Qualitate.

3148 QValitatem accidens esse intrinsecũ rei; quæ rem in ratione substantiæ perfectè constitutam, modificat,ornat, & perficit tum in essendo,tum in agendo. Hæc enim ratio intelligetur esse in omni genere qualitatis; si singula qualitatis genera consideremus. *Soar.in Met.d.*42.*sect.*1.S.*Tb.*1.2.*q.*49.*a.*2.

3149 Qualitatis genera esse quatuor: Habitum, & dispositionem; Naturalem potentiam, & impotentiam; Passionem, & passiuam qualitatem;Figuram,& Formam. Tot enim sunt,quæ substantiæ in esse substantiæ constitutæ accidunt intrinsecè,illamque modificant,& perficiunt,& alteram,qualemque faciunt. *Arist.in Prædic. c.de qualit.*S.*Tb.*1.2.*q.*49.*a.*2.

3150 Habitum, primum qualitatis genus,esse formam, quæ confert potentiæ promptitudinem ad operandum. Quæ forma,cum firma est, ac stabilis,vt solent esse scientiæ,ac virtutes,Habitus dicitur: cum secus se habet, estque facilè mobilis, Dispositionis nomen habet. *t* De Habitu in 4.dist. dictum est. *Soar. in Met. d.*42. *Arist.in Præd. c.de Qualit.*

t Dist. 4. *à def.*1988.

3151 Naturalem potentiam secundum Qua-

litatis genus, esse accidens, quo res quæque sit potens ad operandum, aut ad operationem recipiendum. vt sunt intellectus, & voluntas respectu animæ intellectiuæ. quæ Potentia, si ita sit imperfecta, vt per eam res, nisi amplius perficiatur, operari non possit; Impotentia nominatur. *Soar. in Met. d. 42. Arist. in Prædic. c. de Qualit.*

3152 Potentiam aliam actiuam, aliam passiuam esse. Potentia enim est quidam actus primus dicens ordinem ad actum secundum. omnis autem actus secundus dependet ab alio, id est, ab actu primo, vel vt à principio, à quo est; vel vt à subiecto, ex quo fit. est enim omnis actus secundus aut actio quædam, aut passio. ergo omnis actus primus, id est, omnis potētia ad actum secundum, aut actiua est, aut passiua. *Arist. 5. Met. c. 12. & l. 9. t. 2. Soar. in Met. d. 43. sect. 1.*

3153 Passionem tertium qualitatis genus, esse actum accidentalem à potentia quaque siue intrinseca, siue extrinseca promanantem, & intrinsecè afficientem subiectum. Qui cum permanens est, vt Calor, vt albedo; Passibilis, seu Passiuæ qualitatis nomen habet: cum autem est cito transiens, vt rubor in erubescentis vultu; Passio nominatur. *Soar. in Met. d. 42. Arist. in Prædic. c. de qualit.*

3154 Figuram quartum qualitatis genus, esse modum, terminumque rei quantæ, secundum superficiem. qui modus etiam Forma nominatur; præsertim si ex partium quantarum proportione accedat aliqua pulchritudo. *Soar. in Met. d. 42. sect. 3. §. 15. Arist. in Prædic. c. de qualit. S. Th. 1. 2. q. 49. a. 2.*

3155

3155 Aliquarum qualitatum proprium esse, habere contrarietatem strictè sumptam. Ratio enim contrarietatis potissima ea est, cum duæ formæ positiuæ ita se habent, vt vtraque sub eodem genere sit immediatè, vt Calor, & frigus sub genere Passibilis qualitatis; & ab eodem tamen subiecto sese inuicem formaliter expellãt; vt in eo vtraque simul esse in gradu summo nõ possit, sed quantum vna intenditur, tantum altera remittatur. ea cõtrarietatis ratio in solis qualitatibus reperitur; quamquam nec in omnibus. *Soar. in Met. d.45. Arist.10. Met.c.6. & in Prædic. c. de qualit.*

3156 Intensionem, & remissionem propriè dictam, quæ fit per additionem, & detractionẽ graduum eiusdem formæ in eadem parte subiectis vt cum frigus in aqua intenditur. & remittitur: in solis qualitatibus reperiri, nec tamen omnibus. Id enim docet experientia. *Soar. in Met. d.46. Arist. in Prædic. c. de qualit.*

3157 Contingere inter contrarias aliquas qualitates medium esse; quod ex ipsis contrarijs proficiscitur, exístitque ex quadam contrariorũ admixtione. vt inter album, & nigrum, fuscũ est; quod ex albo, nigroq; constat. *Arist.10. Met. c.6.*

3158 Proprium esse qualitatis, secundum eã simile, vel dissimile dici. *Arist. in Prædic. c. de qualit.*

3159 Rationes differentiarum etiam substãtialium, vt Corporeum, Animatum, Sensibile, Rationale, ad modum qualitatum à nobis concipi, quasi ornamenta, & perfectiones subiectorum, in quibus sunt: ideo habere prædicationem in quale quid. Noster enim imperfectus conci-

piendi modus è sensibilibus sumitur; qualia sunt qualitates, vt albedo. Eodem ergo modo, quo albedinem, & colorem; ita & perfectiones rerũ etiam substantiales, concipimus. *Arist. in Præd. cap. de substantia, & in Met. lib. 7. c. 13. à t. 44. S. Thom. 1. 2. q. 49. a. 2.*

De Relatione.

3160 Relatiua dici, quorũ esse est ad aliud. id est, quæ in sua ratione ordinem includũt, & respectum ad aliquid à se distinctũ. vt, Pater ordinem dicit, & respectum ad filium. *Arist. 5. Met. c. 15. & in Prædic. c. de ad aliquid.*

3161 Relationem, seu respectum, & ordinẽ, esse Rationem entis dicentis intrinsecè exigentiam alterius entis. vt intelligi, & concipi sine alterius entis conceptu non possit, ad quod terminatur. vt Paternitas intelligi sine filio non potest. *Dist. 6. n. 14.*

3162 Relationem aliam transcendentalem, aliã prædicamentalem esse. Prædicamentalis dicitur, quæ Prædicamentum, genusque summum constituit à cæteribus summis generibus, ac Prędicamentis distinctum. Transcendentalis autem appellatur, quæ in alia etiam prædicamenta transcendit. reperitur enim vera relationis ratio etiã in alijs prædicamentis; vt supra dictum est. *Dist. 6. n. 14.*

3163 Relationem prædicamentalem esse rationem exigentię, qua res singulares, ac determinatæ exigunt alia quatenus singulares, ac determinatę sunt, & finitam in sua entitate perfectionem habent. Ex ea enim finitudine prouenit, vt,

cum

cum in se omnem perfectionem non habeant, necessariò alia exigant, à quibus perficiantur vel agendo, vel recipiendo. Perficitur autem res nō solum recipiendo in se perfectionem, vt partem sui esse, vt cum materia formam recipit: sed etiā cum aliquid producit. non solum enim posse se communicare, sed actualis etiam cōmunicatio, perfectionis est. *Dist.6. n.*14. *S.Thom.*1.*p.q.*6. *a.*2. *ad* 1.

3164 Relationem prædicamentalem à relatione transcendētali in eo differre: quod relatio prædicamētalis respicit suum terminum vt purè terminus est, id est, vt aliud quid est, & alia quædam perfectio, quæ nec formaliter, nec eminenter continetur in eo, à quo respicitur. at relatio transcendentalis respicit suum terminum, non solum vt terminum, & aliud quid; sed sub alia etiam aliqua ratione, nempe vel vt suū effectum, vel vt suam causam, vel vt suum obiectum. ita materia respicit formam vt causam formalem, cognitio respicit suum obiectum vt specificativum sui. *Dist.6.n.*14.

3165 In omni re, quæ transcendentaliter refertur ad aliud, esse etiam relationem prædicamentalem, qua refertur ad idē vt purè terminus, & aliud quid est. In omni enim re, quæ transcendentaliter refertur ad aliud, non solum est ratio specifica, secundum quam transcendentaliter refertur: sed etiam ratio numerica, & singularis; quæ est ratio relationis prædicamentalis, vt supra dictum est. *Dist.6.n.*14.

3166 Non esse necessarium, vt terminus relationis relatiuus, ac respectiuus sit respectu eius relationis, quæ ad ipsum refertur. Nam omnes

crea-

creaturæ relationem dicunt ad Deum vt ad primum principium: cum tamen Deus nullam relationem dicat ad vllam creaturam: esse enim diuinum nullam exigit creaturam, cum omnem in se perfectionem habeat. Cognitio transcendentaliter refertur ad suum obiectum, à quo specificatur: cum tamen obiectum nulla relatione referatur ad suam cognitionem vt cognitio ipsius est. Obiectum enim vt specificatiuum non exigit cognitionem, sed ipsa cognitio obiectum. *Arist. in Prædic. c. de his, quæ ad aliquid.*

3167 Aliqua correlatiua esse, vt Materia, & forma; Pater, & filius. Hæc enim, & his similia se exigũt inuicẽ. *Arist. in Præd. c. de ad aliquid.*

3168 Natura priorem esse terminum relatione, quæ ad ipsum terminatur. Potest enim esse terminus sine relatione, quæ ad ipsum terminatur. non potest autem intelligi relatio sine termino. ita potest esse scibile sine scientia, non autem scientia absque scibili. *Arist. in Prædic. c. de ad aliquid.*

3169 Correlatiua esse simul natura. Neutrum enim correlatiuum vt correlatiuum est, potest esse, nec intelligi sine altero suo correlatiuo. ita se habent Pater, & Filius. *Arist. in Prædic. c. de ad aliquid.*

3170 Non omnia, quæ ad aliud dicuntur esse simul natura. Scibile enim dicitur ad scientiam, nec tamẽ est simul natura cum scientia, sed prius scientia. potest enim esse scibile, & scientia non esse. *Arist. in Prædic. c. de aliquid. & in Met. l. 5. c. 15.*

3171 Fundamentum relationis dici ipsum subiectum, in quo relatio est. vt potentia generatiua,

tiua, quæ est in Patre, fundamentum est relationis Paternitatis. *DD.*

3172 Rationem fundandi relationem dici id, quod est causa vt relatio hunc, vel illum terminum actu connotet. vt Generatio est ratio fundãdi relationem Paternitatis; quia est causa cur is, qui Pater dicitur, actu Filium, seu genitum connotet; quem sine ratione fundandi solum potentia connotabat. *DD.*

3173 A diuersa ratione fundandi diuersa relationum genera specificari. Si enim rationes fundandi subtrahas; omnes relationes prædicamentales eiusdem sunt rationis: quatenus omnes sunt puri respectus respicientes quemcunque terminum, vt purè terminum, vt supra explicatum est. at si ratio fundandi accedat, vt Sorti generatio: purus respectus, qui est Sortis singularitas, Paternitas erit: purus terminus, qui est Titij entitas, geniti ratione habebit. Quare perfectę, completæque relationum prædicamentaliũ rationes connotata quædam sunt ex respectu, termino, & ratione fundandi. *Diß. 6. n. 14.*

3174 Tria esse prima relationum prædicamentalium genera pro triplici rationũ relationes fundandi genere. Aliæ enim relationes sunt actionis, & passionis, vt Paternitas, vt Filiatio; aliæ similitudinis, ac dissimilitudinis, seu Identitatis, ac diuersitatis; aliæ æqualitatis, ac inæqualitatis. Nam quicquid ab alio connotatur, illius respectum terminando: vel connotatur vt agens, aut effectus; vel vt quid illi idem, aut diuersum, simile, aut dissimile; vel vt ei æquale, vel inæquale. *Ariß. 5. Met. c. 15.*

3175 Esse aliqua, quæ relatiua videntur esse, cum

cum tamen relatiua non sint. Ea relatiua dicuntur secundum dici; quia ad modum relatiuorum dicuntur. Dicuntur autem eo modo, non ab intrinseca aliqua relatione, sed ab extrinseca denominatione. vt dexter, siniſter, intelligibile, visibile, Creator. *Soar.in Met.d.47.sect.3. S.Th.1.p. q.13.a.7.*

De Actione.

3176 ACtionem, connotatum quoddam esse ex effectu, & agente: quatenus effectus ab agente dependet. vt in 2. Dist. dictum est. *Def.706.877.*

3177 Actionum alias subſtantiales, alias accidentales esse: quatenus termini, qui per actiones producuntur vel subſtantia, vel accidens sunt. *Soar.d.48. sect.6.*

3178 Actionum alias transeuntes, alias immanentes esse. quatenus termini, qui per actiones producuntur, vel in externo subiecto recipi exigunt, vel in eadem potentia actiua, à qua producuntur. *Dist.2. Soar.in Met.d.48. sect.6.*

De Passione.

3179 PAssionem, rationem quādam esse effectus vt in subiecto recepti. vt supra dictum est. *Def.875.*

3180 Non esse necessarium ad rationem passionis distingui à parte rei effectum à subiecto, in quo recipi concipitur. Satis enim est vt quid dicatur habere esse receptum, si à se non sit, sed ab alio; etiam si quod recipitur, in seipsum recipiatur. Quoniam verè in creaturis est fundamentum,

tum,quatenus non semper sunt,ad cõcipiendum rationem existentiæ distinctam à ratione essentiæ,eâq; in essentia recipi,quasi in subiecto. *DD.*

3181 Passionum tot esse genera,quot effectorum,quæ producuntur. Id enim colligitur ex ante dictis. *Def. præcedd.*

De Quando.

3182 SVmmi generis,ac Prædicamẽti Quando rationem esse, Rei coexistentiam cum tempore, quo eius duratio,seu existentia, mensuratur. Id enim intelligimus, cum quando quid factum fuerit interrogamus. *Def.* 1101.

3183 Rei durationem videri ad prædicamẽtum Quando pertinere. Id enim videtur esse, Durare: Reali,vel imaginario tempori tanto,vel tãto coexistere. Sin id dicas esse Durare,Sui met immediatè ante existentis connotationem: ea ratio ita simpliciter sumpta eadem est cum ratione entis seipsum connotantis. ratio autem entis rationem generis non constituit. *Soar. in Met.d.*50. *sect.*1.2.

3184 Quando; seu Duratio creata alia successiua,quale est Tempus. alia tota simul; cuius duo sunt genera, Æuum, & Instans temporis discreti. *Disp.*2. *def.*1096. *& seqq.*

De Vbi.

3185 SVmmi generis, ac Prædicamenti Vbi rationem esse: Rei coexistentiam cũ loco. Eam enim coexistẽtiam intelligimus,cum vbi quid sit interrogamus. *Def.*840.

3186

3186 Videri Locum ad Prædicamentum Vbi pertinere. Ratio enim loci est ratio spatij continentis, aut continere valentis aliquid. est ergo locus connotatum ex spatio, & re contenta; vt Vbi connotatum quoddam est ex re, quæ continetur, & spatio, à quo continetur. *Def.* 841.

3187 Vbi, genera tot esse, quot locorum in vniuerso. *Def.* 1123. 1164.

De Situ.

3188 SVmmi generis, ac Prædicamẽti Situs rationem esse: Ordinem, ac dispositionem partium in re quãta, & extensa. Id enim intelligimus, cum de corporis humani sedentis, vel stantis, vel procumbentis situ, de Mundi, vrbiumque situ, loquimur. *Def.* 855. *Arist. in Met. l.* 5. *c.* 19.

3189 Situs ratione à figuræ ratione differre. Figura enim qualitatis rationem habet, quatenus superficiei terminũ dicens, quasi accidens quoddam se habet adiacens rei quantæ, & extensæ. Situs autem ipsas rei quantæ partes dicit ordinem habentes inter se. *Def.* 855. 856.

3190 Situs, tot esse genera, quot corporum, diuersum suarum partium ordinem, ac dispositionem per se exigentium. *Soar. in Met. d.* 52.

De Habere, ac Habitu.

3191 SVmmi generis, ac prædicamẽti Habere, siue Habitus, ratione esse: Connotatione ex veste, reiue alterius quantæ ad modum vestis se habentis; & ex re quauis, quæ à veste ambiatur.

tur.est autem in rerum vniuersitate ea connotationis ratio,à cæteris connotationibus, ac rationibus diuersa. Distinctum igitur Prædicamentum constituit. *Arist.5.Met.c.20.*

3192 Differre Habitum à Loco,& Vbi: quàuis vt vestis rem,quam vestit; ita locus rem,quã continet,ambiat. Locus enim ita rem ambit,vt respectu illius sit immobilis, nec ad eius motum per se moueatur. quare & continere illam dicitur.at vestis ita rem ambit,vt ad rei motum moueatur; & habeatur potius à re, quam ipsa rem habeat;ob idque Habitus dicatur;& is, qui eam habet, Habere. *Arist.5.Met.c.23.*

De Ente primo, ac Summo.

siue,

De Deo. c.3.

3193 PVtari vulgò Deum, summum quoddam ens esse, colendum,ac venerandum. *Par.1.d.1.n.1. Aug.1. Doctr. Christ.c.7. Dion. Cæl. Hier.c.2.*

3194 Esse vnum ens summum, principiũ omnium,ratione naturali deprehendi. *Par.1.d.1. n.2.Arist.12.Met.*

3195 Rationem diuini esse tribus modis à nobis inuestigari posse. 1.Negãdo de Deo quidquid imperfectionis est in creaturis. 2. A posteriori ex effectibus,& creaturis arguendo perfectiones in Deo. 3. A priori, ex ratione primi principij, diuinas perfectiones deducendo.

S.Th.

S. Th. 1. p. q. 4. a. 2. Dion. Cæl. Hier. c. 2.

3196 Metaphysicam Dei rationem, & quasi definitionem essentiæ diuinæ metaphysicæ, illam videri optimam: Intelligentiam puram, seu infinitam, seu, Intelligentiam omnium. Nam ea est prima ratio, cæterarum, quæ in Deo sunt, rationum quasi principium, quæ rationem diuinam à cæteris rationibus explicatè distinguit. Quamuis enim diuinam rationem primò distinguant & illæ, Actus purus, ens infinitum: confusæ tamē illæ sunt, nisi addatur, Intelligentia, explicans quis actus Deus sit, quod ens; nempè Actus intelligentiæ, ens intelligens. Et vero cum Deus sit ens nobilissimum; nullum autem sit intellectiuo nobilius; intellectiuum autem nobilissimum sit, quod in nulla potentia est ad intelligendum, sed omnino actu intelligens est: non videtur melius à nobis posse Dei essentia metaphysicè explicari, quam per rationem Intelligentiæ infinitæ. Accedit, quod per eam rationem melius intelligimus cur Verbum sit propriè Filius, non Spiritus sanctus: nempè quia propriè Filius est, viuēs, quod procedit à viuente secundum similitudinē naturæ; Verbum autē in diuinis, quatenus ratio Verbi dicit rationem Intelligentiæ passiuæ, ac receptæ, procedit secundum similitudinem naturæ, quæ est in Patre, quatenus ponitur ratio essentiæ diuinæ esse Intelligentia. Porrò est à parte rei fundamentum ad rationem essentiæ metaphysicæ ponendam in Deo: quatenus singulæ diuinæ personæ eandem habent indiuiduam essentiam; cum tamen inter se realiter distinguantur. illa ergo ratio, secundum quam non distinguntur; rationem habet essentiæ metaphysicæ.

Par.

*Par.*1.*d.*1.*n.*41. *Arist.*12.*Met.t.*30.35.39. *Aug.* 15.*Trin.c.*5. *cot. quodl.*1.*q.*1.*Fasol.q.*4.*a.*2.*dub.* 7.*Dion.Cæl.Hier.c.*2.

3197 Rationem Intelligentiæ infinitæ, secũdum nostrum intelligendi modum, tres quasi metaphysicos diuinæ essentiæ gradus implicitè continere, æquè ac ipsa patentes, & solum ratione ratiocinante ab ipsa distinctos: ens à se, Substantiam infinitam, vitam perfectissimam. Nam ratio entis à se perfectionem dicit infinitam, vt infra dicetur: perfectionem quoque infinitam dicunt, vt nemo non videt, & substantia infinita, & vita perfectissima, & intelligentia omnium. Ratio autẽ perfectionis infinitæ vna ratio semper est, quibusuis modis explicetur. *Par.*1. *d.*1.*n.*12. *& seqq.*

3198 Primam illam entis a se rationem, existentiæ rationem includere: ac proinde, esse de diuina essentia existentiam; seu, Esse Deum ens per essentiã. Necessarium enim est, vt ens, quod à nullo est, sed à se ipso; semper existat; præsertim cum nullum aliud debeat, nec possit esse principium aliorum entium, præter ipsum, vt in 1.par. dictum est. Non potest ergo ab ente à se abstrahi vlla ratio essentiæ à ratione existentiæ, vt abstrahimus à creaturis, quia esse contingens habent, & ab alio, vt supra explicatũ est. Est igitur in ente à se eadem ratio essentiæ, ac existentiæ. *Supra def.*2894.2937.*Par.*1.*d.*1.*n.*2.3.

3199 Rationem metaphysicam diuinæ substantiæ rationem includere subsistentiæ absolutæ, diuinis personis communicabilis. Ratio enim diuinæ substantiæ potest metaphysicè intelligi sine conceptu trium personarum, quæ per subsi-

stentias relatiuas constituuntur. Est autem ea ratio substantiæ ratio perfectissima. perfecta autem ratio substantiæ non est sine subsistentia. *Soar. in Met. d. 34. sect. 1. & alij apud ipsum.*

a *Dist. 2. def. 1047.*

3200 *a* Rationem entis à se perfectionem dicere simpliciter infinitam. Quod enim non est simpliciter infinitum, necessariò ab alio pendet, ac est. nam quatenus finitum est, capax est maioris perfectionis. ergo secundum illam ab eo est, à quo illam recipit. Datur autem in mundo aliquod primum ens, vt in 1. Par. dist. 1. probatū est: à quo procedunt entia in infinitum, vt experimur: quod proinde necessariò est infinitum. Hoc igitur ens primum, & infinitum potest cuique enti finito addere quamcunque perfectionem, ac proinde potest quamcunque perfectionem ab eo tollere. omne igitur aliud ens ab eo ente primo pendet: proinde nullum aliud ens, præter vnum illud primum, est ens à se. ergo ens à se dicit perfectionem simpliciter infinitam. *Par. 1. d. 1. à n. 2. Arist. 12. Met.*

3201 Rationem entis à se Intelligentiæ rationem esse. Nullum enim cogitari ens potest perfectius intellectiuo; quippe quod ad omne intelligibile extendi cognitione potest. ne ergo ens à se finitum sit, debet actu esse intelligentia omnium intelligibilium; ne ei vllius cognitionis additio fieri possit. *Arist. 12. Met. tex. 39. & 51.*

3202 Sui ipsius intelligentiam Deum esse. Est enim Deus intelligentia omnium. *S. Th. 1. p. q. 14. a. 4. Arist. supra.*

3203 Diuinam sui esse intelligentiam in Deo à seipsam esse, à nullo pendere. Est enim actus

purus,

purus, intelligentia perfectissima. *S.Th.*1.*p.* *q.*14.*a.*4.

3204 Esse Deum intelligentiam omniũ possibilium, etiam contingentium, & actuum à libera creaturarum voluntate pendentium, & futurorum; *b* etiam liberorum, & conditionalium. est enim Deus intelligentia infinitè perfecta. ergo ad omne intelligibile terminatur, ne vlla ei perfectio vnquam desit. intelligibilia autem sunt omnia, quæ numerauimus. *S.Th.*1.*p.* *q.*14.*a.*5.6.13.

b *Bellar.l.*2. *de amiss.gratiæ c.*17. *Valent.*1.*p.* *q.*14. *Fonsec. l.*6. *Met. c.* 2. *q.*4. *Molin.* 1.*p.* *disp.*17. *Vasq.* *d.*67. *Soar. l.*2. *de scien. Dei.*

3205 Intelligere Deum possibilia omnium generum: tum quatenus diuinam potentiã comprehendit, quæ primum est omnium possibilium principium. tum quatenus ipse per se est omniũ intelligentia, ac Idea. *Sup.def.*3201. *& d.*4.*n.*12. *Vasq.disp.*60.*c.*3. *Thomistæ. Anselm.in Monol.* *c.*33.34.35. *Aug.l.*83.*qq.q.*46. *S.Th.*1.*p.q.*14.*a.*5. *& 1.cont.gent.c.*53.

S.Th. 3.*p.* *q.*1. *a.*6. *& a.*5. *ad* 2.

3206 Esse tum Potentiam, tum intellectionẽ diuinam quasi speculum quoddam, & speciem, in qua & ab ipso Deo, & à beatis, possibilia videri queunt perfectissimè. Diuina enim potentia, cum sit assimilatiua sibi creaturarum; est perfectissima similitudo creaturarum. & diuina cognitio, cum non sit in potentia ad vllam perfectionẽ; est proinde perfectissima expressio, & imago eorum, quæ cognoscit. *Ex Doctoribus paullo ante cit. Aug. de fid. & symb. c.*2.

3207 Videri & Potentiam, & Cognitionem diuinam cum tanta simplicitate repræsentare possibilia: vt non quasi per partes, sed tota simul fit repræsentatio singulorũ possibilium. Id enim summa Dei simplicitas videtur exigere. *Coniect.*

3208 Cur hæc, vel illa possibilia beati in Deo videant rationem eam videri esse: quod hoc, vel illud lumen; is, vel ille concursus, à Deo beatis communicatur ad videndum Deum. Is enim modus videtur facilis ad hoc intelligēdum. *Conicct.*

3209 Possibilia, in esse possibili constitui non ex se, sed ex diuina potentia, quæ potest ea producere. seu, Diuinam potentiam, non ideo posse possibilia producere, quia ea possibilia sunt: sed ideo ea possibilia esse, quia potest diuina potentia ea producere. Non enim exigit vllum obiectū diuina potentia, cum perfectissima sit; sed cætera illam exigunt, vt esse possint. Proinde non dicit diuina potentia vllum ordinem transcendentalē ad creaturas: licet à nobis per modum ordinis concipiatur, & relationis transcendentalis. *Anſel. in Monol. c. 33. 34. 35. Dion. de Diu. Nom. cap. 5.*

3210 Possibilia vt possibilia in esse obiectiuo, id est, possibili, perfectè constitui per diuinā cognitionem, seu Ideam, quatenus diuina Idea, ad ea terminatur dum ad diuinam potentiam, terminatur, quæ continet eminenter omnem, possibilem perfectionem. Potentia enim actiua in agentibus per artem, & cognitionem; per artem, & cognitionem fit perfectè potens. opera enim artificiata pendent quoad formam suam, ab Idea, quæ est in artificis mente. omnia autem possibilia sunt opera artificiata respectu Dei. *Dist. 4. n. 9. Anſelm. in Monol. cap. 33. 34. 35. Dion. de Diu. Nom. c. 5.*

3211 Intelligere Deum futura vt futura sunt, quatenus ea perfectè intelligit vt possibilia, & simul in se ipse sentit suam volūtatem ad eorum exi-

existẽtiam propendere. Hoc enim est posſibilia existere, esse diuinæ voluntatis influxum. sunt autem diuinæ voluntatis influxus, quatenus diuina voluntas ad illa efficaciter propẽdet. ab æterno autem diuina voluntas propendet efficaciter ad existendum in certis temporum differentijs ea posſibilia, quæ ipsa vult existentiam in ijs differentijs temporum habere. Ex quo intelligitur respectu diuinę cognitionis nihil addere futuritionem ad rerum posſibilitatem, præter diuinæ voluntatis efficacem propensionem. quæ propensio quatenus efficax nihil addit ad diuinam volitionem præter connotationem effectorum in aliqua temporis differẽtia existentium, vt in 1. Par. dictum est. Omnes autem temporis differentiæ præsentes sunt diuinæ æternitati, quatenus diuina æternitas est tota simul, & simplicissima. Vt enim omnia spatia tum realia, tum imaginaria eidem simplicissimæ, ac indiuisibili diuinæ Immensitati coexistunt, etiam si ea ab inuicem valde distent: ita omnes durationes coexistunt eidem indiuisibili diuinæ æternitati; etiam si nó coexistant ipsæ sibi. & vt species visiuæ, cum multiplicantur repræsentant obiectum distans quasi propinquum: ita cognitio infinita repræsentat futura vt præsentia. *S.Th. 1.p.q.57.a.3. & q.14.a.13. Scot.in 1.d.39.§.Viso. Riccard.d.38. a.1.q.5. Dur.q.3.n.9.*

3212 Intelligere Deum futura conditionalia: quatenus ea suam entitatem habent posſibilem, ac proinde veritatem, ac intelligibilitatem. Diuinæ autem scientiæ perspicacitas, cum sit infinita ad omne intelligibile pertingit, etiam liberum, & sub conditione futurum. Si enim nos

conijcimus quid alter liberè facturus sit: quantò magis id sciet diuinus intellectus perspicax infinitè? *Rat. ex Euang.*

3213 Non posse vllam rationem genericam assignari respectu Dei; quod est, Deum non esse sub vllo genere. De ratione enim rationis genericæ est, vt non includatur in suis differentijs. at ratio perfectionis infinitæ, quæ Dei quasi differentia est, omnem imbibit perfectionem. includit ergo omnem entis ratiouem. *Soar. in Met. d.30.sect.4. S.Th.1.p.q.3.a.5.& 1.con.gen.c.25.*

c *Aug. 6.de Trin.c.7.& lib.7.c.1. & l.15.c.5.6. Bern. 5. de Consid.*

3214 c Non posse vllam rationem accidentis assignari respectu diuinæ substantiæ, neque physici, neque metaphysici. Non physici; quia cum diuina substantia sit perfectissima, est proinde simplicissima: proinde nihil in se habere potest physicè distinctum. Non metaphysici: quia cum diuina substantia sit perfectionis infinitę, omnem rationem perfectionis includit in sua ratione; ac proinde nulla perfectio mente cõcipi potest, quæ rationi diuinæ substantiæ superaddatur. *Arist. Patres apud Soar. in Met.d.30.sect.5.& 6. S.Th.1.p.q.3.a.6.*

3215 Quamuis ratio diuinæ essentiæ, etiam metaphysicè, & inadæquato cõceptu conceptæ, omnem perfectionem includat & absolutam, & relatiuã, quatenus diuina, & infinita est, vt paullo ante dictum est: possunt tamẽ in ea perfectiones limitatè, & modificatè cõcipi; qui cõceptus, cum omnis infinitudinis ratione in sua formali ratione nõ habeant, quasi proprietates quædam accidentales se habent respectu diuinæ substãtiæ secundum nostrum concipiendi modum. Eas Attributa Theologi nominant: quia diuinæ substantiæ

stantiæ attribuũtur. Ita se habẽt Vnitas, Veritas, Bonitas, Æternitas, Immensitas, & similia. *Soar.in Met.d.30.sect.6. Capreol.d.8.q.4.ad 15. S.Th.1 p.q.13.a.4.*

3216 Diuina Attributa, quatenus concipiuntur vt diuina, id est, vt infinita, implicitè singula omnem perfectionem includere, ac proinde nõ differre inter se, nisi ratione ratiocinante. *Soar. in Met.d.30.sect.6.*

3217 Quamuis nihil potentiale in Deo sit: aliquæ tamen perfectiones in Deo per modum potentiarum cõcipiuntur secundum nostrum intelligendi modum; quo ex creaturis, quas videmus, ad Dei perfectiones aucupandas, quem non videmus, progredimur. Ita rationem Intellectus, & voluntatis in Deo concipimus; quatenus verè Deus eas perfectiones habet, quatenus ens est intellectuale; licet non habeat ad modum potentiarum, quo nos concipimus. *Soar.in Met.d.30.*

3218 Voluntatem summi boni esse in Deo. Perfectio enim est, velle summum bonum, nullã imperfectionẽ includẽs. Est ergo ea perfectio in ente summè perfecto: ne vlla ei perfectio desit. *Soar.in Met.d.30 sect.16. Arist.12.Met.t.37.*

3219 Potentiam productiuam esse in Deo. Est enim Deus primum principium omnium. *Par.1.d.1.n.2. Arist.12.Met.c.26.*

3220 Videri ratione Potẽtiæ productiuæ creaturarum in Deo eandem esse secundum nostrum concipiendi modum, cũm ratione volendi creaturas; Ad concipiendum enim diuinæ essentiæ rationem cum potentia ad se communicandum; satis est eam concipere vt Intelligentiam cum propensione ad se communicandum. cum ergo

ratio Intelligentiæ, sit ratio diuinæ essentiæ, vt supra dictum est: restat vt ratio Propensionis sit ratio potentiæ. Eadem autem est ratio Propensionis, ac volitionis. nihil enim est aliud volitio, quàm propensio in bonum: quæ si possit bonum efficere, ad quod propendet, vt potest diuina volitio; potentia est. *S. Tb. 1. p. q. 19. & q. 25. a. 5. ad 1. Caiet. 1. p. q. 25. a. 1. Leo. Pa. ser. 2. de Natiu.*

3221 Rationem diuinam physicam, id est, vt est à parte rei, omnes, quæ sunt in ente diuino, rationes comprehendere tum absolutas, tum respectiuas; eamque posse ita describi: Rationem infinitam, substãtia vnam, personis trinam. Cum enim Deus sit ens simplicissimum, nihilq; in diuina substantia sit, quod non sit à parte rei idem cum diuina substãtia: prima physica diuinæ substantiæ ratio omnes diuinæ substantiæ rationes complectitur; & nihil habere potest, quod rationem accidẽtis physici possit habere ad diuinam substantiam comparatum. *Soar. in Met. d. 30. sect. 1. Mag. in 1. d. 8. & 45. Aug. 15. Trin. c. 6. & l. 7. c. 1. & 6. Ansel. in Monol. c. 15. 16. S. Thom. 1. con. gen. c. 21. & 28. & 1. p. q. 3. a. 4. & q. 13. a. 4. & q. 39. a. 1. & 3. p. q. 2. a. 2.*

3222 Diuinarum Personarum constitutiua, Relationes esse. Exceptis enim rationibus producentis, & producti, omnia in diuinis sunt vnũ, vna substantia. rationes autem producentis, & producti, sunt relationes. Quoniam producens vt producens, & productum vt productum, totũ esse suum habent ad aliud, producens ad productum, & productum ad producens; quod est esse relatiuum. *S. Tb. 1. p. q. 39. a. 1. & q. 28. a. 1.*

3223 De diuinæ substantiæ ratione diuinas

Per-

Personas, ac relationes esse. Cum enim de diuinæ substantiæ ratione sit esse perfectissimam: deesset autem ei aliqua perfectio, si se actu non communicaret infinito modo ea ratione, qua se potest communicare, vt in 1.Par. dist. 1. dictū est: inde fit vt semper in actu infinitæ communicationis ab æterno necessariò sit; ac proinde vt ab æterno, ac necessariò sit cum relationibus oppositis producentis, ac producti, quæ diuinas Personas constituunt. Identificatur ergo diuina substantia maximè vna, & simplicissima, cum tribus Personis inter se realiter distinctis. quod licet à nobis percipi vt se habet, non possit: credi tamē potest; cum ipse Deus reuelauerit, & eius infinita perfectio suadeat. *Par.1. d.1. à n.38. S.Th. 1.p.q.39.a.1.*

3224 De diuinarum relationum physica ratione esse diuinam substantiam, & essentiam. Idem enim à parte rei simplicissime sunt relationes diuinæ cum diuina substantia. *S.Th.1.p. q.28.a.2.*

3225 Non videri de ratione metaphysica diuinarum relationum esse diuinam essentiam neque physicam, neque metaphysicam. Cum enim rationes metaphysicæ diuinarum relationum, quatenus ad aliquid concipiuntur, conceptu limitato concipiantur, vt nomina ipsa indicant Paternitatis, Filiationis, Spirationis actiuæ, Spirationis passiuæ: ex diuinis perfectionibus eas solum videntur includere, quibus inter se opponuntur, ac distinguntur. *S.Th.1.p.q.28.a.2.*

3226 Prima, quæ secundum nostrum concipiendi modum, videtur quasi essentiæ diuinæ metaphysicæ proprietas ab ea profluens; Amor

est;

est; qui est Bonitas, seu propensio, quam habet diuina essentia ad se communicandum. Propendet enim, ac tendit vnumquodque ens in bonũ suum: maximum autem bonum cuiusque est, posse suũ bonum communicare, & alterum se, vel quasi alterum, facere: quæ boni, perfectionisque ratio non debuit à Deo abesse, quod summum bonum, ac perfectissimum est. Est ergo Deus Intelligentia perfectissima ad se communicandum propensa. Est autẽ ratio Amoris natura sua posterior ratione intelligentiæ. tum quia non amatur bonũ, nisi cognoscatur. tum quia ratio obiecti amabilis, est prior amore, quod in ipsum fertur, quatenus præsupponi debet ad amorem. Primum autem diuini amoris obiectum est essentia diuina, quæ in ratione intelligentiæ, seu cognitionis posita est, vt supra dictum est. *Arist. 12. Met. t. 37.*

3227 Amorem Dei efficacẽ in creaturas, non videri aliud addere ad simplicẽ Dei complacentiam de possibilibus, præter connotationem existentiæ possibilium præsentis, vel futuræ, à Deo dependentis. Amor enim diuinus, cum infinitus sit, nihil recipere intrinsecè potest. *Arist. 12. Met. à tex. 30.*

3228 Non videtur posse fieri, vt amor in Deo sit efficax in creaturas, sine vllo eius amoris effectu in ipsis creaturis. Cum enim in Deo nulla possit esse mutatio; necessarium est, vt ea sit in creaturis, cum Deus de non amante creaturas fit amans illas. Quare cum Deus redit in gratiam cum hominibus, ijque de inimicis fiunt amici Deo; aliquid Deus in illis producit, nempe gratię habitum. *Coniect.*

3229 Esse Origines in diuina substantia, idest,

Ra-

Rationes producendi ad intra in ipsa diuina substantia diuinas Personas. Est enim diuina substantia ad se cõmunicandum propensa, vt paullo ante dictum est. Ergo habet rationes communicatiuas ipsius. Ipsa autem est infinita, & simpliciſſima ergo petit infinitè, & simpliciſſimè communicari. communicatio autem infinita, & simpliciſſima esse non potest, nisi ipsamet diuina substantia, quæ sola infinita, & simpliciſſima est, communicetur. communicatio autem eiusdem rei indiuiduæ, non est extra ipsam rem indiuiduam, vt nemo non videt. est ergo talis communicatio ad intra. Sunt igitur rationes producendi ad intra in diuina substantia. *Par.1.d.1.à n.39.*

3230 Origines in diuina substantia duas esse. Quamuis enim summè simplex sit diuina substãtia: duplicem tamen se communicandi rationem habet in ea simplicitate. est enim diuina substantia ens intellectuale, vt supra dictum est. Summæ autem, perfectæque entis intellectualis rationes duæ sunt, Intellectio, & Amor, id est, propensio ad se cõmunicandum. *Arist.12.Met.c.7.t.36.37.*

3231 Ordinem esse, & quasi prioritatem, & posterioritatem inter diuinas origines ex natura ipsarum. Intellectio enim, seu Intelligentia, ex natura sua (ſnmendo in cõmuni, pro ut ex creaturis conceptus elicimus) prior est Volitione, seu Amore, seu Propensione ad se communicandum. Nam inclinatio ad se communicandum, aliquod bonum supponit, quod ad se communicandum inclinat; & Amor bonum amabile supponit, & bonum ipsum iam cognitum, quatenus non est cognoscitiua voluntas, & ferri non potest in incognitum. *S.Th.1.p q.33.a.1. ad 3. & q.42.*

q.42.a.3.Fasol.1.p.q.4.a.2.dub.1.Arist.12.Met. tex.37.

3232 Prioritatem, & posterioritatem, seu, vt melius loquamur, ordinem in diuina substantia quoad Personas, non esse naturæ, neque temporis; sed tantum originis, quatenus altera est ex altera. Prioritas enim naturæ, substantiarum, ac rerum diuisionem, ac dependẽtiam ponit. vt Sol prior est natura suo lumine, quippe entitate à se distincto, & à Sole dependente. Prioritas temporis defectum in suo priori ponit eius perfectionis, quæ tempore posterior est. Rationes autem omnes diuinæ substantiæ vna entitas simplicissima sunt, & æternæ: quoniam perfectissima est diuina substantia. *S.Thom.1.p.q.33.a.1.ad 3. & q.42.a.3.*

3233 Verbi Personam in diuina substantia, per intellectionẽ procedere, Spiritus sancti Personam per amorem. Hoc enim indicant ipsa Personarũ nomina. Nam Verbum dicitur intellectio vt producta, & in termino. Spiritus autem aeris motum significat. amor autem est motus amantis in bonum amatum, & propensio, & tendentia quædam. *S.Th.1.p.q.34.a.1.*

3234 Spiritum sanctum Geniti, Filijq; rationem non habere. Id enim genitum dicitur, ac filius, quod à viuente procedit non solum ei simile in natura, sed etiam modo apto ad assimilandum in natura, & per se ad naturæ similitudinem tendente. quale est, quod à viuente per seminis decisionem producitur. Quare Heua nõ est Adami filia, licet ex Adami substantia fuerit à Deo producta; quia nõ costa, sed semen Adami tendebat ad assimilandum Adamo in natura id, quod ab

Adamo

Adamo procedebat. Naturæ autem diuinæ ratio in intelligentia posita est, non in amore. ideo Origo diuina, quæ per intellectionem est, tendit ad assimilandū productum naturæ producentis; non origo, quæ per amorem est. intellectio enim intellectionis assimilatiua est, amor amoris. Amor autem non ratio essentiæ diuinæ, sed quasi proprietas est. Quia tamen Amor diuinus, qui Spiritui sancto in eius productione ex vi productionis communicatur, idem omnino est cum essentia diuina: ideo cum Amore etiam essentia diuina Spiritui sancto communicatur. ac proinde Spiritus sanctus verus Deus est. 1. *Par. d.* 1. *à n.* 55. *S.Th.* 1. *p.q.*35. *a.*1. 2.

3235 Spiritum sanctum non solum à Patre, sed etiam à Filio, procedere. Prioritate enim originis prior est Filius, quàm Spiritus sanctus, quatenus priorē quandam rationem, *d* eo modo, quo supra explicatum est, habet intellectio, per quam Filius procedit, ad amorem, per quē procedit Spiritus sanctus. Cum ergo in eo priori habeat Filius à Patre diuinam substantiam, quæ non solum est intellectio, sed etiam amor: habet proinde Filius in eo priori rationem producendi Spiritum sanctum. producit ergo Spiritum sanctum simul cum Patre; cum idem numero Amor sit in Filio, & in Patre. *Sup. def.*3231. 3232. *Concil. Ephes. de consecr. d* 5. *c.*39. 40.

d *Def.*3231. 3232.

3236 Verè Spiritum sanctum à Theologis vinculum, nexumque diuinum dici. Est enim terminus illius amoris, qui vnus, idemque est in duabus Personis distinctis Patre, ac Filio; ac proinde vt nexus quidam se habet inter Patrem, ac Filium. *Aug. 6. Trin. c.*5. *Ber. ser.*3. *Pentec.*

S.Th.

S.Th.1.p.q.37.a.2. Soar.de Deo l.11.c.2.

3237 Non fore in diuina substantia Personâ Spiritus sancti distinctam à Filij Persona: si Spiritus sanctus à Filio non procederet. Nam & in diuina substantia simplicissima oportet nullam intercedere distinctionem vbi nulla intercedit producentis,& producti distinctio,& oppositio: & non esset cur Spiritus sanctus produceretur, si non produceretur à Filio. non enim esset cur Pater Spiritum sanctum produceret; cum suæ fœcunditati, & propensioni ad se communicandum,sufficienter satisfecerit, communicando Filio totam diuinâ substantiam,quæ non solum est intellectio,sed etiam amor. at si Spiritus sanctus etiam à Filio procedit,est cur rursum Pater producat Spiritum sanctum per Amoris originem, seque iterum communicet: quia est cur Filius se communicet, cum sit alia Persona à Persona Patris, æquè Deus, & primum principium, ac Pater; & restat adhuc alia ratio, per quam diuina substantia cõmunicari possit, nempè ratio Amoris. Non produceret ergo Pater Spiritum sanctum, nisi per Filium; ac simul ipse cũ Filio produceret; vna eademque Amoris origine existẽte in Filio,& in Patre. *S.Th.1.p.q.36.a.3.*

3238 Vnam esse Relationem Spirationis actiuæ in Patre, & in Filio respectu Spiritus sancti. Non enim est distinctio in diuinis, nisi secundum rationem producẽtis, & producti. Pater autem, & Filius secundum spirationem actiuam nõ habent rationem producentis,& producti; ac proinde non habent oppositionem, seu distinctionẽ secundum eam rationem. *DD.Theologi.*

3239 Relationem spirationis actiuæ non cõ-

stituere

stituere personam quartam in diuinis, distinctã à Personis Patris, & Filij. Nam Personæ Patris, & Filij debent ipsæ spirare, ac producere Spiritum sanctum; cum sint verus Deus habens vim ad producendum Spiritum sanctum. Posito autem quod ipsæ Spiritum sanctum producunt; superflua est ad producendum omnis alia persona. *DD. Theologi*.

3240 Filium per intellectionem procedere; non solum quatenus diuinæ essentiæ, sed etiam quatenus possibilium intellectio est. Non potest enim esse perfecta diuinæ essentiæ, & comprehensiua intellectio, nisi diuina fœcunditas, potentiaque productiua comprehendatur. diuina autem fœcunditas non potest intelligendo cõprehendi, nisi intelligatur potens producere omne possibile. Hoc autem est possibilia omnia intelligere. *DD. Theologi*.

3241 Quamuis diuina intellectio, per quam Filius procedit, sit non solum possibilium, sed etiam futurorum intellectio: non tamen procedit à diuina intellectione Filius, vt ea futurorũ cognitio est. Productio enim Filij est necessaria: possibilia autem existere, & futura esse contingens est, & ex libera Dei voluntate pendens. *DD. Theologi*.

3242 Creare, seu è nullo subiecto entia educere, proprium esse solius Dei. Nam si creare sit ens subsistens producere, non dependens in subsistendo, nisi à causa efficiente, à qua producitur: nullum ens creatũ potest creare; quatenus omne ens creatum est dependens à Deo, ac proinde non potest supplere in effectu, suo rationem subsistendi, quam ipsum non habet. Si verò crea-

re

re sumas pro educere è non subiecto: nullũ ens creatum potest creare; quatenus omne ens creatum est compositum ex esse, & potentia, ac proinde non potest operari nisi adiutum à sua potentia: quælibet autem potentia creata accidés est, habens esse in subiecto: ergo nulli potest dare, vt esse possit extra subiectum. modus enim operandi sequitur modum essendi. *Par. 1. d. 2. à n. 21. & sup. Dist. 4. n. 5.*

De Substantijs spiritualibus creatis, quæ Intelligentiæ nominantur. C. 4.

3243 INtelligentias à Philosophis putari substantias completas incorporeas, experteſq; materia. quos Theologi Angelos vocãt. *Arist. 12. Met. à t. 42.*

3244 Intelligentias esse. Non enim repugnat spiritum esse: cum animus noster spiritus ipse sit, vt in 4. dist. dictum est. Neque vero repugnat esse substantiam spiritualem completam, non indigentem corpore ad operandum. Deus enim est substantia completa incorporea. Ratio autẽ substantiæ completæ incorporeæ potest etiam in ente finito reperiri. Potest enim eius finitudo per accidentia perfici: vt in entibus corporeis cernimus. & congruum est rerum vniuersitati, & Dei propensioni ad procreandum, quantũ fieri potest, sibi similia; entia esse in mundo spiritualia completa: cum sint entia tota corporea, vt elementa, vt mixta; & ex spiritu, corporeque composita, vt Homines. Sunt ergo in rerum vniuer-

 sitate

sitate entia creata, tota spiritualia, Intelligentiæ, *Par.1.d.2. n.7.27. Arist. 12. Met. à t.42. Soar. in Met.d.35. sect.1. S.Th. 1.p.q.50. & 2.con. gen. à c.46. Dion. Cæl. Hier. c.4.*

3245 Intelligentiarum numerum, finitū quidem illum, sed tamen innumerabilem videri. Posset enim quis ita ratiocinari ex entibus corporatis: Entia quò nobiliora, eò quantitate maiora produxit Deus quæ primò produxit. cœli enim multò maiores sunt elementis, quibus sunt longè nobiliores. Principio autem Deus produxit omnes Intelligentias simul, cum Mundū produxit: quia non possunt sese Intelligentiæ propagare, vt in 1. Par. dictum est. Produxit ergo Intelligentias, entia per se indiuidua, quatenus spiritualia, plures numero indiuiduis corporeis principio productis. Par autem est, & rationi consonum, indiuidua corporea sumere pro ijs corporibus, quæ verè indiuidua sunt, id est, naturaliter indiuisibilia; vt Intelligentijs respondeāt, quæ omnino indiuisibiles sunt secundum substantiam. Indiuidua autem corporea ita sumpta, videntur esse ea, quæ Philosophi minima naturalia vocant. Videntur ergo principio procreatæ fuisse à Deo Intelligentię numero multò plures, quam sint minima naturalia in corporibus, quæ sunt infra eum locum, in quo Deus Intelligentias produxit. non enim debet is locus cum Intelligentiarum numero comparari; cum ipse Intelligentias complectatur. e Is autem locus putatur esse Cœlum empyreum. *S.Th.2.con. gen.c.92. & 1.p.q.50.a.3. Theologi in 2.d.2. & 3. Arist. 1. de An.c.5. ex Thalete, & 1. de Par.c.5. ex Eraclito.*

e *S.Th.1.p. q.61.a.4.*

3246 Videri Intelligentias ex natura sua id habere, vt singulæ à singulis specie differentes sint; nec vlla Intelligentia produci possit, quæ cũ vlla Intelligentia sit eiusdem speciei, seu eiusdẽ vltimæ rationis. *f* Nam ea, quæ plura cum sint, eiusdem vltimæ rationis sunt; solum materialiter inter se differunt, nõ in ratione formali: possunt enim & vnum facere inter se, & rursum in plura diuidi: vt ex vno homine fiunt plures homines per seminis diuisionem, & ex vna quantitate plures. At entia spiritualia, cum partes non habeant quatenus spiritualia sunt; nec diuidi in partes eiusdem rationis possunt; nec ita vniri, vt vnum eiusdem rationis efficiant. sunt ergo singula non materialiter, sed formaliter, ac proinde specie, inter se differentia. *Sup. def. 3 000. S. Th. 1. p. q. 50. a. 4.*

f Arist. 10. Met. c. 9. t. 25.

3247 Non videri substantias spirituales esse compositas posse ex materia, & forma. Nulla enim apparet ratio, cur materiã habere possint. Nam necessarius materiæ vsus, ex quo vsus alij promanant, nõ videtur alius esse, quam ad multiplicationem indiuiduorum, & ad formas non subsistentes sustentandum, at spirituales substantiæ multiplicari indiuidualiter non possunt, cum partes non habeant, vt paullo ante dictum est. nec formæ spirituales subiecto indigent, vt sustentẽtur, cum quatenus spirituales sunt, sint eo ipso subsistentes, *g* vt dist. 4. de anima rationali dictum est. *Dion. Diu. Nom. c. 4. S. Th. 1. p. q. 50. a. 2. & q. 51. a. 1.*

g Dist. 4. def. 1870.

3248 Incorruptibiles esse Intelligentias secundum naturam. In substantijs enim immaterialibus nullum apparet corruptionis principiũ,

&

& præterea Intelligentiarum esse est propter intelligere: intellectionis autem obiectum præcipuum Deus est, qui semper est. *Dist.*2.*def.*942. 943 *& Par.*1.*d*5.*n.*1.2.*S.Th.*1.*p.q.*50.*a.*5.

3249 Principio Deum Intelligentijs singulis species omnium existentium indidisse. Principio enim habuerunt Intelligentiæ perfectũ esse quoad substantiam; quatenus indiuisibiles sunt secundum substantiam. esse autem est propter operationem. ergo principio debuerũt Intelligentiæ perfectam operationem habere. operatio autem intelligentiarum propria, est intelligere. quæ operatio ad omne ens extendi potest, vt in 1. Par dictum est. intelligere autem non poterant sine speciebus entia cætera, præter se ipsas, vt in eadem 1. Par dictum est. Accipere autem species à rebus non poterant per ipsarum rerum actionem in ipsas. certum enim est entia corporata non posse agere in spiritualia, cum eorum actio sit corporea, & extensa. Accipere ergo Intelligentiæ debuerunt principio species, saltem corporatorum, à Deo. *Par.*1.*d*2.*à n.*11. *S.Th.*1.*p.q.*55.57.*Dion.*7.*de Diu. Nom.*

3250 Intelligentias, quò natura superiores sunt alijs Intelligentijs, eò habere species magis vniuersales. Quæ enim præstantiora sunt, eò sunt simpliciora. quare Deus simplicissimus est, quia summè perfectus. Non est autem necessarium, vt data Intelligentia, quæ vnam tantum speciem habeat, qua intelligat omnia, quæ potest naturaliter intelligere; non posit alia creari Intelligentia nobilior. Nobilioribus enim Intelligentijs possunt attribui species perfectiores, ac proinde puriores. *S.Th.*1.*p.q.*55.*a.*3.

3251 Non posse Intelligentias cognoscere futura libera, neque supernaturalia mysteria intuitiuè, nisi per Dei reuelationem. Ad naturam enim Intelligentiarum non spectat habere species, nisi eorum, quæ ipsis naturaliter competit cognoscere. non competit autem illis naturaliter supernaturalia cognoscere; neque à libera aliorum voluntate pendentia. *Par. 1. d. 2. n. 17. S. Th. 1. p. q. 57. a. 5.*

3252 Cognoscere Intelligentias omnia singularia intuitiuè cum existunt, quatenus ea per suam coexistentiam, ac præsentiam faciunt quasi vnum cum speciebus Intelligentiarum intellectui congenitis: vt nos cognoscimus singularia materialia intuitiuè; quatenus ea per suas species vniuntur nostræ potentiæ cognoscitiuæ. *S. Th. 1. p. q. 57. a. 2.*

3253 Cognoscere Intelligentias posse ea simul, quæ vna specie repræsentantur. Nihil enim impedit. *S. Th. 1. p. q. 58. a. 2.*

3254 Omnia simplici cognitione Intelligentias cognoscere; non discurrendo, neque componendo, aut diuidendo. Habent enim species omnium naturalium iam infusas; ac proinde repræsentiuas rerum, vt sunt. non oportet ergo ex causis ad affecta, aut ex effectis ad causas cognoscendo deuenire; aut rerum rationes componere, aut diuidere, vt eas clarè cognoscant. *S. Th. 1. p. q. 58. a. 3. 4. Dion. Diu. Nom. c. 7.*

3255 In intellectu Intelligentiarum esse per se falsitatem non posse. Non est enim falsitas in simplici apprehensione, sed in compositione, ac diuisione. Intelligentiæ autem secundum species congenitas non cognoscunt componendo,

ac

ac diuidendo, vt dictum est. sed quia species supernaturalium, ac liberorum non habent: si contingat, vt in Dœmonibus contingit, Intelligentias componere, ac diuidere naturalia cum supernaturalibus, ac à libera Dei voluntate pendentibus: falsitas in Intelligentiarum intellectu poterit esse. S. *Th. 1. p. q.* 58. *a.* 5.

3256 Intelligentiarum multitudinem ordinē aliquem naturalem habere inter se, superiorum, & inferiorem. Cum enim omnes Intelligentiæ diuersæ sint speciei, vt supra dictum est: consonū fuit diuinæ omnipotentiæ magnam in nobilitate diuersitatem in Intelligentijs poni. Nobilitatis autem diuersitas, naturalem superiorum, & inferiorum ordinem ponit. nobiliora enim superiora natura ignobilioribus sunt. *S. Th. 1. p q* 108. *Dion. Cæl. Hier. c.* 6.

3257 Hierarchiam dici, Intelligentiarum, & hominum multitudinem ordinatam, sub vno Principe Deo; eius in se gubernationem recipientem; eiusdemque Dei similitudinem, imitationemque in se ipsa exprimere, eandemque in alijs imprimere, contendentem purgando, illuminando, perficiendo. *Par. 1. d. 1. à n.* 16. *Dion. Cæl. Hier. c.* 3. *S. Th. 1. p. q.* 108 *a.* 1.

3258 Videri inter Intelligentias ordinem politicum esse. Ordo enim politicus est, quatenus spectato fine boni communis, multitudo entium intellectualium consentiens est, vt ad finis affectionem sese inuicem iuuent alij regendo, alij ministrando. Finis autem præcipuus entium intellectualium est cognitio diuinorum. Sunt autem Intelligentiæ quò nobiliores, eò scientia pleniores. Exigit ergo natura Intelligentiarum

vt iuuent seſe inuicem, saltem in intelligendo; partim docendo, partim secundum acceptam scientiam alijs ministrando. *S. Tb. 1.p. q. 108. Dion. Cæl. Hier. à cap. 6.*

3259 Videri ordinem Intelligentiarum politicum tres partes habere, & quamque partem in tres rursus partes tribui. *b* Ratio enim politica ex fine constat, ex medijs ad finem, ex praxi mediorum. Circa finem tres sunt actus, Intentio, seu amor in finem; Finis possessio, qui est ipsa cognitio diuinorum, & contemplatio; Quies in ea possessione, ac delectatio. Circa media est electio. electio autem perfectam actionem spectat, finique congruentem. actio autem optima est, quæ circa præclara est, quæ fortiter agit, quæ suauiter. Praxis autem, prudentiæ actus est. quæ triplex est, Politica, circa totius multitudinis regimen; Oeconomica, circa regimen multitudinis partialis; Ethica, circa regimen vnius singularis personæ. Deus autem primum omnium principium rerum vniuersitatem omnem, & singulas vniuersitatis partes immediatè regit ob sui bonitatem. Diuinæ autem suæ politicæ imaginem quandam in Intelligentijs expressit, quas sibi ex omnibus entibus maximè similes procreauit. Itaque multitudinem Intelligentiarum ita distinxit, vt summa earum pars in tres ordines tribueretur, Seraphinorum (vt tradũt Theologi) Cherubinorum, Thronorum. quorũ primus amore in summum bonum cæteros ordines excederet, secundus excederet cæteros inferiores summi boni contemplatione, tertius fruitione, & conformitate cum eius voluntate. Secundam quoque Intelligentiarum multitudinem in tres ordi-

h Vide S. Thom. 1.p. q. 108. a. 1.

ordines distribuit. quorum primus excellit inuentione mediorum præstantium, secundus electione mediorum efficacium, tertius suauium. Infimam multitudinem tribus ordinibus distinxit. quorum primus excellit arte regendæ totius multitudinis, secundus prudentia Oeconomica, tertius Ethica: omnes autem ordines ad Dei laudes intenti, & ad Deum imitandum pro sua quisque virtute, & ad eius exequendam voluntatẽ. *S.Th.1.p.q.108.a.6. Dion.Cæl.Hier.c.7.8.9.*

3260 Præcipuam Intelligentiarum in alios operationem esse, docere inferiores de diuinis, quorum non est in inferioribus scientia, quatenus vt natura, ita etiam scientia inferiores sunt. Ea vero operatio & Illuminatio dicitur, quatenus scientia lumen quoddam est; & Purgatio, quatenus ab inferioribus ignorationem, quasi quandam maculam, aufert; & Perfectio, quatenus scientia magna entium intellectiuorũ perfectio est. *S.Th.1.p.q.106. Dion.de Cæl.Hier.c.4.7.*

3261 Vnam Intelligentiarum operationem esse Motum localem corporum, vt in 1.Par. dictum est. Secundum eam operationem dicuntur Intelligentiæ esse in loco circumscriptiuè: quatenus corpora, à quibus oportet Intelligentias indistantes esse quatenus illa mouent, sunt circũscriptiuè in loco. *Dist.2.def.843. S.Th.1.p.q.52.a.1.*

3262 Motum Intelligẽtiarum in corporibus inanimis, & in viuentibus, & in hominibus ipsis, iuxta ordinem, præscriptumque diuinæ prouidentiæ fieri. Nam nisi contingat interdum aliud à Deo iuberi, sinũt Intelligentiæ quasque causas secundũ suas propẽsiones agere, & homines vti suo arbitrio, & sẽsibilia à sẽsibilibus regi. *Exper.*

De Verborum significatione pro metaphysica intelligentia. c. 5.

De Ente, Vno, Vero, Necessario.

3263 ENs præcipua significatione de substantia dici. Cætera enim ideo entia sunt, ac dicũtur, quia ad substantiam ordinantur, siue vt passiones, siue vt effecta, siue vt via, siue vt causæ, siue vt corruptiones, ac negationes. *Arist. 4. Met. c. 2. t. 2. & l. 7. c. 1.*

3264 Entis absentiam, Negationem appellari. *Arist. 4. Met. t. 4.*

3265 Entis absentiam in ente, quæ illud secundum suam naturam exigit; Priuationem dici. vt est Carentia visus in oculo. *Arist. 4. Met. t. 4.*

3266 Priuationem quoque dici, si quid non habeat aliquid eorum, quæ apta sunt haberi, eriã si ipsum non sit natura aptum habere. vt planta dicitur oculis priuari. *Arist. 5. Met. c. 22.*

3267 Priuationem quoque dici, cum quid non habet aliquid, quod non ipsum, sed eius genus aptum est habere. vt talpa dicitur visu priuata. *Arist. 5. Met. c. 22.*

3268 Priuationem quoque dici violentã cuiusque ablationem. *Arist. 5. Met. c. 22.*

3269 Priuationem quoque dici, formam exiguam, aut ineptam ad operandum; aut non facilè, nec bene operationis susceptiuum. Ita Inuisibile dicimus, quod colorem exiguum habet; Impes, quod pedes debiles habet; Insecabile, quod nõ facilè, nec benè secat. *Arist. 5. Met. c. 22.*

3270 *i* Necessarium dici, sine quo aliquid esse nullo modo, aut difficile potest. vt necessarium est alimentum ad viuendum, & pharmacum sanitati. *Arist.5.Met.c.5.* i *S.Th.1.p. q.82.a.1.& 3.par.q.46. a.1.*

3271 Necessarium quoque dici, quod violētum est, contrarium naturali, ac spontaneo. vt lapidi ferri sursum. *Arist.5.Met.c.5.*

3272 Necessarium quoque dici, quod est libero cōtrarium. vt necessarium intellectui viso vero, non dissentire; & voluntati amare Deum clarè visum, qui est omne bonū. *Arist.5.Met.c.5.*

3273 k Necessarium quoque dici, quod aliter esse nō potest. vt Hominem esse rationalem: Deum semper esse, ac summum bonum esse. *Arist.5.Met.c.5.* k *S.Th.1.p. q.82.a.1.& 3.par.q.46. a.1.*

3274 *l* Necessariū coactionis dici, quod violentum est. est autem huius necessarij principiū semper extrinsecum ei, quod necessitatem, ac violentiam patitur: quoniam contra eius propensionem est. *Sum.Eth.d.1.q.3.prop.1.* l *S.Th.ibid.*

3275 Necessariū determinationis dici, quod opponitur libero. cum principium est intrinsecum, sed determinatum ad vnum. vt contingit in operationibus brutorum, quæ ex appetitu sensitiuo proficiscuntur. sunt enim per principium intrinsecum, ac propensionē brutorū, spontaneę sed non indifferentes, vt agantur, vel non agantur: determinatæ autem ad vnum, vt ad fugam, vel prosecutionem. *Sum Eth.d.1.q.3.Prop.1.*

3276 Necessarium ex hypotesi, seu ex suppositione, dici; quod, licet, ex se necessarium non sit, posito tamen alio quopiam, ponitur necessario. Ita actus hominis liberi, licet contingentes sint, ac liberi, posito tamen quod actu sunt, non

possunt

possunt non esse. quod alio modo dicitur, Necessarium in sensu composito. *DD.*

3277 Necessarium interdum dici, quod ex necessitate præcepti fit, vel ex subiectione quadam seruili, etiam si liberè fiat; præsertim si fiat ex timore. *Soar. in Met. d. 19. sect. 2.*

3278 Vnum secundum accidens, seu per accidens, dici, cum duo, vel plura vnionem habent inter se, sed non necessariam. vt, Coriscus musicus iustus, Animal album. accidit enim Coriſco musicum, & iustum esse; & animali genericè sumpto album esse. *Arist. 5. Met. c. 6. t. 7.*

3279 Vnum per se dici, quæ continua secundum se sunt, id est, quæcunque non tactu vnum sunt. vt vna linea, vt tibia. *Arist. 5. Met. c. 6 t 8.*

3280 Vnum quoque per se dici, quorum forma externa vna est. vt vnum vinum, vna aqua. *Arist. 5. Met. t. 9.*

3281 Vnum quoque per se dici, quorũ subiectum est vnum. vt Homo, canis, bos, vnum dicũtur ratione animalis, quod se habet vt subiectũ, & materia vna, indifferens ad varias differentias recipiendas. *Arist. 5. Met. c. 6. t. 10.*

3282 Vnum quoque per se dici, quorum ratio est vna, ac indiuisibilis secundum eam rationem. Ita Animalitas & Rationalitas sunt vnum secundum Humanitatem in Homine; & plures partes quantitatis digitales sunt vna quantitas palmaris. *Arist. 5. Met. c. 6 t 11. & 1. Phys. t. 16.*

3283 Vnum numero dici, quorum materia vna. *Arist. 5. Met. c. 6. t. 12. & 1. Phys. t. 16.*

3284 Vnum specie dici, quorum ratio vna. *Arist 5. Met. c. 6. t. 12. & 1. Phys. t. 16.*

3285 Esse vnum secundum analogiam, quæcunque

cunque se habent vt ad aliud. *Arist.*5. *Met.t.*12.

3286 Verum dici, quod est. quod autem non est, non verum, sed falsum. *Arist.*5. *Met.t.*14.

3287 Ens dici, tum quod actu est, tam quod est potentia. Sciens enim dicitur & quod vtitur scientia, & quod vti potest. *Arist.*5. *Met.t.*14.

De Substantia.

3288 SVbstantiam, græcè οὐσίαν dici, ipsum vltimum subiectum, quod de alio non dicitur. *Arist.*5. *Met.c.*8.*t.*15. & *l.*7.*c.*3.*t.*7.

3289 Substantiam græcè οὐσίαν dici, cuiusque rei rationē essentialem, & formam, & speciem. *Arist.*5. *Met.c.*8.*tex.*15. & *l.*7.*c.*3.*t.*7. *S.Thom.* 1.*p.q.*29.*a.*2.

3290 Substantiam, secundum quod est subsistens, Suppositum, & Hypostasin, appellari. *S.Thom.*3.*par. q.*2.*a.*2. & 3.

3291 Substantiam intellectualem, secundum quod est subsistens Personam appellari. est enim Persona intellectualis naturæ indiuidua substantia. *Boet.lib.de Du.nat. S.Th.*3.*p.q.*2.*a.*2. & 3.

3292 Subsistentiam dici & rationem per se subsistendi, & rem, ipsam subsistentem. *Concil.V. gener.can.*5. *S.Thom.*3.*p.q.*2.*a.*3.

De Identitate, ac Diuersitate.

3293 EAdem dici secundum accidens, quæ eidem accidunt, aut alterum alteri. vt Album, & musicum idem, quia eidem accidūt; homo, & musicus idem, quia homini accidit musicum esse. *Arist.*5. *Met.c.*9.*t.*16.

3294

3294 Eadem per se, dici, quę materia, aut specie, aut numero, aut substantia, vna sunt. Identitas enim vnitas quædam est, siue plurium inter se; siue quasi plurium, vt cum idem dicitur ipsi mihi. *Arist. 5. Met. c. 9. t. 16.*

3295 Diuersa dici, quorum aut species plures, aut materia, aut ratio substantiæ. Diuersum enim, & Idem oppositè dicuntur. *Arist. 5. Met. c. 9. t. 16.*

3296 Differentia dici, quæ diuersa cum sint, idem tamen quid sunt: modo non sint idem numero, sed aut specie, aut genere, aut proportione. *Arist. 5. Met. c. 9. t. 16.*

3297 Differentia quoque dici, quorum diuersum genus, & contraria, & quæcunque diuersitatem in substantia habent. *Arist. 5. Met c. 9. t. 16.*

3298 Similia dici, & quæ idem passa sunt; & quæ plura eadem, quam diuersa, passa sunt; & quorum qualitas vna. *Arist. 5. Met. c. 9. t. 16.*

3299 Oppositè Similibus Dissimilia dici. *Arist. 5. Met. c. 9. t. 16.*

3300 Æqualia propriè de quantis dici, quatenus eandem quantitatem habent secundum rationem materialem, vt quantitatem bicubitã, vel tricubitam. Quibus opponuntur Inæqualia. Metaphoricè autem æqualitas, & inæqualitas de gradibus perfectionis dicitur in quaque re. *Soar. in Met. d. 41. sect. 5.*

3301 Oppositа, lata significatione dici, quæ diuersa, distinctaq; sunt. *Soar. in Met. d. 45 sect. 1.*

3302 Oppositа, propriè dici, quæ extrema habent certa, ac definita ratione inter se repugnantia. *Soar. in Met. d. 45. sect. 1.*

3303 Quæ repugnant inter se, sed non certa

ratione. Disparata nominari. Ita se habent duæ substantiales formæ respectu eiusdem subiecti, ac duæ differentiæ dividentes genus. *Soar. in Met. d.45.sect.1.*

3304 Oppositorum propriè dictorũ quatuor esse genera: Relativa, Cõtraria, Priuativa, Contradictoria. Tot enim sunt, quæ inter se certa lege, ac definita ratione opponuntur; nempe Relatio, & terminus eius; Formæ contrariæ, vt Calor, & frigus; Forma, & eius priuatio; Affirmatio, & negatio ei opposita. *Dist. 1. def. 149. & seqq. Arist. in Postpræd. §. 1. & in Met. l. 5. c. 10.*

3305 Contraria dici, quæ non sub eodem genere sunt, nec possunt simul eidem adesse. *Arist. 5. Met. c. 10. & l. 10. t. 14.*

3306 Contraria quoque dici, quæ cum in eodem genere, aut in eodem susceptiuo, aut sub eadem potentia sint, plurimum differunt. *Arist. 5. Met. c. 10. & l. 10. t. 14. & in Postpradic. c. de oppositis.*

3307 Contraria quoque dici, quorum differentia maxima aut simpliciter, aut secundum genus, aut secundum speciem. *Arist. 5. Met. c. 10. & l. 10. t. 14.*

3308 Contraria quædã dici, quod habent contraria; quædam, quod contrariorũ sunt susceptiua; quædam, quod actiua, aut passiua, aut agẽtia, aut patiẽtia, aut abiectiones, aut sumptiones, aut habitus, aut priuationes sunt cõtrariorum supra numeratorum. *Arist. 5. Met c. 10. & l. 10. t. 15.*

3309 Contraria secundum locum dici, quæ secundum rectam distant plurimum. *Arist. 5. Phys. t. 24.*

3310 Media, seu Inter, dici, quæ extrema non sunt,

sunt, sed participant ex extremis. vt Fuscum ex albo participat, & nigro. Ratio autem medij in solis contrarijs est. *Arist.* 10. *Met. c.* 7. *t.* 22. 23. & *l.* 11. *c. vlt.* & 5. *Phys. t.* 26.

3311 Quæ sub eodem genere specie differũt, contrariorum inter se rationem habere. Habent enim genus vtrique extremo commune, & extremorum differentias positiuas, quarum neutra ex alterius ratione participat: Ita se habent album, & nigrum sub genere colorati; & homo, & equus sub genere animalis. *Arist.* 10. *Met. c.* 8. *t.* 24.

3312 Diuersa specie dici, quæ cum eiusdem sint generis, nõ sunt subalterna. *Arist.* 5. *Met. c.* 10.

3313 Diuersa quoque specie dici, quæcũque, cum in eodem genere sint, differentiam habent. *Arist.* 5. *Met. c.* 10.

3314 Diuersa quoque specie dici, quæcunque in substantia contrarietatem habent. *Arist.* 5. *Met. c.* 10.

3315 Eadem specie dici, quæcunque diuersis specie oppositè dicuntur. *Arist.* 5. *Met. c.* 10.

De Prioritate.

Vid. Dist. 1. def. 55. & seq.

3316 *m* PRiora dici, & Posteriora, per respectũ ad aliquod primũ, ac principiũ. quod enim est ei principio propinquius, siue simpliciter, ac natura, siue secundũ quamuis aliã rationem; prius appellatur. Ita posito aliquo loco, vel tempore, vel motu, aliqua respectu eorum priora alijs dicuntur, aliqua posteriora. *Arist.* 5. *Met. c.* 11. & *in Postpræd. c.* 2.

3317 Priora cognitione secũdum sensum di-

ci,

ci; quæ prius potentiæ cognoscenti obijciuntur. Prius autem obijciuntur singularia, quam vniuersalia; & totum, quam pars. ideo singularia, & totum, priora dicuntur cognitione secundum sensum. *Arist.* 5. *Met. c.* 11.

3318 Priora cognitione secundum rationem dici, quatenus si rei ratio consideretur, exigit prius, quam alia cognosci, vt melius res cognoscatur. Ita secundum rationem quæ vniuersaliora sunt, priora sunt cognitione; & pars prior est cognitione, quam totum. Rem enim quamliber tum rectius, distinctiusque cognoscimus, cum eius genus apprehendimus, ac differentiam: genus autem est quid vniuersale, conueniēs multis; differentia distinguit quamque rem ab alijs rebus. Rursum Totum non potest distinctè cognosci, nisi prius eius partes cognoscantur. *Arist.* 5. *Met. c.* 11.

3319 Proprietates, passioneſque priorū, priores appellari. vt Rectitudo prior dicitur respectu læuitatis. rectitudo enim lineæ passio est, læuitas superficiei. prior autem est linea superficie. *Arist.* 5. *Met. c.* 11.

3320 *n* Priora secundum naturam, ac substantiam, dici, quæcunque cōtingūt absque alijs esse, hæc verò sine illis minimè. vt subiectū prius est secūdum naturam accidentibus, & omnes causæ suis effectibus. Priora secundum naturam alio quoque modo definiuntur: A quibus ad alia non reciprocatur essendi consequentia; aut si recipro cari contingit, vnum alterius causa est. vt, Vnum est prius duobus; quia valet dicere, Duo sunt, ergo vnum; non autem, Est vnum, ergo & duo. Homo est, ergo animal; non autem, Est animal,

n Vide Fonsec. Scot. l. 1. c. 18. 19. 20.

ergo homo. *Arist in Postpraed. c. 2. & 5. Met. c. 11.*

3321 Prioritatem originis esse, quatenus vnũ est, à quo aliud. vt, Pater in diuinis est prior origine Filio, quia à Patre Filius procedit. *Supra Def. 3232.*

3322 Esse priora perfectione, quæ cætera perfectione superant, cum quibus cõferuntur. vt inter animalia prior perfectione Homo est. *Arist. in Postpraed. c. 2.*

3323 Aliqua secundum potentiam, aliqua secundum actum priora dici. vt pars prior est toto secundum potentiam, & materia composito: secundum actum autem pars posterior toto, & materia composito. totum enim in partes, & compositum in materiã resoluitur. *Arist. 5. Met. c. 11.*

De Potentia.

De Potentia vide Soar. in Met. d. 42. sect. 3. Fons. 5. Met. c. 12. Formal. Scoti l. 1.

3324 POtentiam aliquid dici, quatenus vel agere potest, vel pati. *Arist. 5. Met. c. 12. & l. 5. t. 2.*

3325 Principium mouendi, ac transmutandi alterum, potentiam actiuam appellari. *Arist. 5. Met. c. 12. & l. 9. t. 2.*

3326 Principium recipiendi motum ab altero, potentiam passiuam appellari. *Arist. 5. Met. c. 12. & l. 9. t. 2.*

3327 Posse, interdum dici, quæ bene agere, aut pati possunt, non autem quæ malè quæ enim malè ambulant, non dicimus posse ambulare. *Arist. 5. Met. c. 12.*

3328 Potentiam quoque dici de ijs, quæ impassibilia omnino, aut immutabilia sunt, aut nõ facilè ad deterius mobilia. *Arist. 5. Met. c. 12.*

3329

3329 Potens, tot modis, quot Potentia, dici. *Arist.5.Met.c.12.*

3330 Impotentiam potentiæ priuationē esse. Quare tot modis oppositè dicitur Impotentia, quot Potentia; tot Impossibile, quot Possibile. *Arist.5.Met.c.12.*

3331 Impossibile dici, quod esse vnquam non potest. *Arist.1.Cæl.t.111.*

3332 Impossibile etiam dici, quod non facile esse potest, neque citò, aut bene. *Arist.1.Cæl. tex.111.*

3333 Impossibile ex suppositione dici, quod licet simpliciter, & absolutè sit possibile; posito tamen aliquo, fieri non potest. vt, Posito Dei decreto de Christi passione, non erat possibile Christum non pati. *S.Thom.3.p.q.46.a.2.*

3334 Impossibile quoque dici, cuius contrarium necessariò verum est. vt Hominem lapidem esse. *Arist.5.Met.c.12.*

3335 Possibile propriè dici, quod non necessariò est, sed eius contrarium contingere potest, vt Hominem sedere, Hominem esse. *Arist.5.Met. c.12.& l.9.t.8.*

3336 Potentiam Resistitiuam dici, tum Potentiam actiuam, quatenus contrarij vires retundit, agendo contrariè: tum Impotentiam ad aliquid recipiendum; vt incapax est cælum ad recipiendum calorem. *Disp.2.def.1010.& seqq. Soar.in Met.d.43.sect.1.*

3337 Potentiam obiectiuam dici per denominationem extrinsecam; quod actiuæ, aut cognoscitiuæ potentiæ obiectum esse potest. Ita in potentia obiectiua sunt omnia possibilia, quatenus & produci, & cognosci possunt. *Soar.in*

Met. d.43. sect.4.

3338 Potentiam physicam dici potẽtiam realem, quæ re ipsa est. *Soar. in Met. d.42. sect.3. & d.43. sect.4.*

3339 Potẽtiam metaphysicam dici rationem quamlibet ab aliqua re abstractam ab intellectu: quatenus se habet vt potentia passiua ad aliam rationem recipiendam, & quasi quædam materia ad recipiendam formam. Ita se habet genus ad differentiam, & essentia ad existentiam. *Formal. Scot. l.1.*

3340 Potentiam logicam dici omnem cuiusque rei rationem: quatenus potest accipi vt subiectum, de quo aliquid prædicetur. Subiectũ enim respectu prædicati in omni propositione habet se vt materia quædam, & vt potentia passiua respectu suæ formæ. *Formal. Scot. l.1.*

3341 Potentiam neutram dici potentiã passiuam respectu eorum actuum, atque formarum, quas in se recipere potest; cum tamen indifferẽs sit ad recipiendum illa, neque ex inclinatione naturali ea postulet. Ita se habet ignis ad motum circularem recipiendum, & aer ad lumen, & lignum ad formas artificiatas, & anima ad habitum gratiæ. *Scot. in q.1. Prologi, & in 2.d.2.q 6. Soar. in Met. d.43. sect.4. à §.11.*

3342 Potentiam obedientialem dici à Theologis, potentiam rerum naturalium passiuam ad recipiendos actus supernaturales, quos solus Deus potest infundere: ad quos nullam naturalẽ inclinationẽ habet vlla potentia naturalis; exhibet tamen se indifferentem, ac obedientẽ, ad eos ad Dei nutum recipiendos. Ita se habet anima respectu gratiæ, & intellectus creatus respectu

lumi-

luminis gloriæ,& visionis beatificæ. *S.Th.3.con. gen.c.*100.101.102. *Soar. in Met.d.*43.*sect.*4.

3343 Potentiam obedientialem dici à plurimis Theologorum *p* potentiam rerum naturalē actiuam,quatenus præter omnē ordinem naturæ vtitur illa Deus vt instrumento ad formas supernaturales producendas,vt aqua ad producēdum gratiam in Baptismo. Quamuis enim nullum sit agēs creatum principale,quod vti possit entibus naturalibus ad res supernaturales producendas: nihil tamen impedit, quin diuina potentia, supplendo suo influxu supernaturali id, quod creatura facere non potest; vtatur actiuitate rerum naturalium, remittendo ex suo influxu illud tantulum, quod potest in rem supernaturalem res naturalis exhibere. Videtur autem res naturalis posse aliquid in rem supernaturalem influere, quatenus in aliquo cū re supernaturali conuenit; *q* vt Intellectus beatorum conuenit cum supernaturali Dei visione in ratione vitalitatis; & omne ens creatum cum quocunque ente supernaturali in ratione entitatis. Quāquam alio etiā modo potest Deus vti entibus naturalibus,etiam non actiuis,ad supernaturalia producenda: nēpe qualitatem aliquam in entibus naturalibus imprimendo, quando illis vtitur vt instrumentis; per quam entia naturalia influant in rerum supernaturalium productionem. Moueri autē dicuntur, & eleuari à Deo res naturales, cum ad supernaturalia producenda assumuntur.quia motus quidam Dei sunt, tū influxus, quo Deus sibi associat naturalia ad sibi cooperandum; tū qualitas productiua, si quam qualitatem imprimit in rebus naturalibus Deus,cum illa sumit vt instrumenta.

p *S.Th.1.p. q.45.a.5.& q.12.a.5. Capr. in 4. d.49.q.4. Caiet. 1.p. q.45.a.5. Ferrar. 3. c.gen.c.54. ad 1. Sot. in 4. d. 49.q.2. ad 4. Soar. 3. p. tom.1.d.31. sect.5. Vasq. 1.p. d.176.c.3. & 3.par. d. 132.c.3. Aug. l.9. in Genes.c.17. t.3.*

q *S.Th.1.p. q.12.a.5.*

Motus autem naturalium ad supernaturalia, à quibus maximè exceduntur, eleuatio quædà est. *S.Th.3.p.q.62.a.4. & q.7.de Pot.a.7.ad 7. Alens. 4.p.q.5.memb.3.a.5.*

De Quantitate.

3344 COntinua esse, quorum vltima sunt vnum. vt duo semipalmi in quanto palmari. *Arist. 6. Phys.t.1. & lib.5.t.23.26. & 11.Met.c.12.*

3345 Tangentia esse, quorũ vltima sunt simul. vt elementum aquæ, & aeris. *Arist.6. Phs.t.1.& l.5.t.22. & 11.Met.c.12. & 5.Phys.t.25.*

3346 Consequenter esse, inter quæ nihil est eiusdem generis. vt tres deinceps homines. *Arist. 6.Phys.t.1.& 11.Met.c.12.*

3347 Contiguum, siue Attiguum dici, quod consequens tangit. *Arist.11.Met.c.12.& 5.Phys. tex.26.*

3348 Longitudinem Lineam; Latitudinem Superficiem, Profunditatem Corpus appellari. *Arist.5.Met.c.13.*

3349 Continua quædam quanta dici Motum, & tempus. Diuisibilia enim sunt ea, quorum hæc sunt passiones. *Arist. 5.Met.c.13. & in Prædic. c.de quanto.*

De Qualitate.

3350 QValitatem dici, substantiæ, essentiæq; differentiã. vt, Quale animal homo? Rationalis, Bipes. Qualis figura circulus? Absque angulis. *Arist.5.Met.c.14.et in Præd.c.de substan.*

3351

3351 Qualitatem quoque dici passionem, quamcunque, secundum quam substantiæ mouentur intrinsecè, ac alterantur. vt calor, frigus, virtus, vitium. *Arist.* 5. *Met. c.* 14.

3352 Qualitatem stricta significatione dici illud accidens substantiæ perfectiuum, cuius illæ quatuor species sunt, Habitus, Potentia, Passio, Figura. *Sup. c.* 2. *Arist. in Prædic. c. de quali.*

De Relatione.

3353 AD aliquid dici, quæ relatiuè dicuntur, & per comparationẽ ad aliud. seu, Quæcunque hæc ipsa, quæ sunt aliorum esse dicuntur, aut quomodolibet alterum ad alterũ. vt Duplum ad dimidiam, Triplum ad tertiam partem; Multiplex ad multiplicati partem, Excedens ad excessum, Idem ad aliquid eiusdem rationis, Æquale ad æquale, Magnum ad paruũ, Simile ad simile. *Arist.* 5. *Met. c.* 15. *& in Prædic. c. de quanto, & de ad aliquid.*

3354 Solere Ad aliquid, ac relatiuè dici etiã ea, quæ in alijs Prædicamentis sunt. vt, Habitus alicuius habitus dicitur, & scientia alicuius scientia. habitus autem in Prædicamento Habere, scientia in Prædicamento Qualitatis est. *Arist. in Prædic. c. de ad aliquid, & c. de quali.*

3355 Quæ ad aliquid sunt ad conuertentiam dicisi verus terminus assignetur, ad quẽ sunt. vt seruus domini seruus; & Dominus serui dominus esse dicitur. & Duplum dimidij duplum; & Dimidium dupli dimidium. & maius minore maius; & minus maiore minus. *Arist. in Prædic. c. de ad aliquid.*

3356 Rationem, siue habitudinem, qua aliquid ad aliud refertur, Relationem appellari, & Respectum. Habitudo autem est quid latius patens, quam respectus. *Formal. Scot. l. 2. c. 7.*

3357 Id, ad quod relatiuum directè, ac primò refertur, Terminum dici. *Fonsec. l. 5. Met. c. 15. q. 1. sect. 3.*

3358 Terminum dici, cuiusque rei vltimum. *Arist. 5. Met. c. 17. Eucl. l. 1. def. 13.*

3359 Terminum dici id, extra quod in aliqua re nihil eius rei accipi potest, & intra quod omnia eius rei continentur. *Arist. 5. Met. c. 17.*

3360 Magnitudinis figuram, & magnitudinē habentis formam, terminum appellari. *Arist. 5. Met. c. 17.*

3361 Terminum quoque dici cuiusque finē. Tale autem est, ad quod motus, & actus, *Arist. 5. Met. c. 17.*

3362 Terminum quoque dici, à quo est motus. vt cum è ligno, seu è non igne, fit ignis. *Arist. 5. Met. t. 17.*

3363 Terminum quoque dici id, cuius gratiā aliquid fit. *Arist. 5. Met. c. 17.*

3364 Terminum quoque dici, cuiusque rei rationem, seu substantiam, & quidditatem. Ratio enim rei, est quidam terminus ipsius rei, & cognitionis, qua cognoscitur res. *Arist. 5. Met. c. 17.*

3365 Correlatiuum dici quodlibet relatiuū, quatenus relatiuo alteri ex altera parte respondet. vt Pater Filij, & Filius Patris correlatiuum est. *Fons. l. 5. Met. c. 15. q. 1. sect. 3.*

3366 Id, quod à relatione denominatur, extremum appellari; vt Sophroniscus, qui pater; &

& Socrates, qui Filius denominatur. Sæpè tamen extremũ Subiecti nomine appellatur, siue substantia, siue accidens sit. quamquam subiecti nomen substantiæ conuenit proprie. *Fonſ sup.*

3367 Fundamentum relationis dici id, quod extremo, seu subiecto est causa vt referatur. Ita quantitates sunt fundamenta æqualitatis, & inæqualitatis; qualitates similitudinis, & dissimilitudinis; vis gignendi Paternitatis, &c. Sæpè autem fundamenta, & extrema idem sunt, vt duę quantitates æquales, duæ qualitates similes, duę quælibet essentiæ diuersæ; quippe quæ non solũ denominantur à relationibus, sed sibi etiam ipsæ sunt causæ vt referantur. *Fonſ. sup.*

3368 Rationem fundandi, seu Fundamentũ proximum relationis dici conditionem eam, sine qua relatio non sequitur fundamentum. seu, Per quam conuenienter redditur proxima causa, ob quam aliquid habet relationem ad aliud. vt, Vnitas specifica est ratio fundandi relationes æqualitatis inter duas quantitates. nisi enim quãtitates sint vnum secũdum speciem, nullo modo erunt æquales inter se. *Fonſ. sup. Soar. in Met. d. 47. sect. 16.*

3369 Relatiua secundum dici appellari, quæ ea solum ratione in relatorum numero habentur, quod aliorum dicuntur, seu, Quæ concipiũtur, & explicantur per modum respectus, cum in re ipsa verum respectum non habeant. vt est visibile, scibile, & similia. Quamquam relatiua secundum dici ampla significatione dicuntur omnia, quæ relatione ad aliud explicantur, siue in re sint absoluta, siue respectiua. *Fonſ. supra, Soar. in Met. d. 47. sect. 3.*

3370 Relativa secundum esse dici ea, quorũ esse est ad aliud se habere. seu, Quæ re ipsa habent verum respectum ad aliud. *D.D.*

3371 Relationem rationis esse, cuius esse ab intellectus operatione pendet. Quæ enim est nullo intellectu cogitante, relatio realis est. vt si parietem ab oculo visum, concipiamus ordinẽ aliquem ad oculum, ac visionem habere; relationem rationis effingemus. *Fons. supra c. 5.*

3372 Relationes mutuas dici, quæ ex vtraque parte reales sunt, aut ex vtraque parte rationis. vt Paternitas, & Filiatio; Prædicatum, & Subiectum. *Fons. supra.*

3373 Non mutuas relationes dici, quæ ex altera parte reales, ex altera rationis sunt, aut denominationes extrinsecæ. vt sunt relationes inter scientiam, & scibile. *Fons. supra.*

3374 Relationes æquiparantiæ dici, quæ æqualis comparationis, seu eiusdem appellationis sunt. ita se habet æquale ad æquale, simile ad simile. *Fons. in Instit. l. 2. c. 13.*

3375 Relationes Disquiparantiæ dici, quæ inæqualis comparationis, siue diuersæ appellationis sunt. vt Seruus, & Dominus. *Fons. in Instit. l. 2. c. 13.*

3376 Relationes Maioris cõparationis, seu Superpositionis appellari, quarum extrema digniora sunt ijs, ad quæ referuntur, vt Dominus. *Fons. supra.*

3377 Relationes Minoris cõparationis, seu Suppositionis dici, quæ ex altera parte relationibus superpositionis respondent. seu, Quarum extrema minus digna sunt ijs, cum quibus conferuntur. vt Seruus. *Fons. supra.*

3378

3378 Absolutum dici, quod ad aliud formaliter non refertur. &, quod nō dependet ab alio; neque indicat aliud. *Formal. Scot. l.2.c.7.*

3379 Respectiuum dici, quod est formaliter ad aliud. *Formal. Scot. supra.*

De Dispositione, ac Situ.

3380 DIspositionem dici ordinem habentis partes aut secundum locum, aut secundum virtutem, seu potentiam, aut secundū formam, seu figuram. Positionem enim quandā esse oportet, sicut ipsum dispositionis nomen indicat. Ita Rhetores Dispositionem orationis vocant collocationem partium eius; &. Dialectici syllogizandi figuram terminorum dispositionem appellant; & in humano corpore conueniens partium, aut humorū collocatio, aut proportio, bona corporis dispositio dicitur. *Arist. 5. Met. c. 19.*

3381 Ordinem dici relationem, quæ consurgit inter partes alicuius totius ex eo, quod vnaquæque suo in loco sit constituta. *Soar. in Met. d.42. sect.3.*

3382 Ordinem dici ipsas met partes suis in locis constitutas; seu partium constitutionē, quatenus ex earum suis in locis collocatione quædam veluti forma consurgit. *Soar. supra.*

3383 Ordinem, seu dispositionem secūdum locum, Situm dici. vt in Domo fundamentum est in infimo loco, tectum in supremo, parietes in medio. *Soar. supra.*

3384 Ordinem, seu dispositionem secundū virtutem, & potentiam dici, Tum quatenus potentiæ, r *Explicari per hāc de*

finitionē potest dispositio uirtutū à Deo infusarum: & ordo charitatis; ad interpretandū illud Cant. 6. 9. Terribilis ut castrorū acies ordinata. & illud Cant. 2. 4. Ordinauit in me charitatem.

tentiæ, quales sunt in anima, ordinem quendam habent inter se, vt actio vnius ad alterius actionem consequatur: potentiæ enim appetitiuæ cognitionem in potentijs cognoscitiuis supponūt, cum agunt; & potentiæ intellectuales in homine operationem potentiarum sensitiuarum supponunt. Tum quatenus quædam qualitates actiuæ, vt sunt habitus, & species intentionales: ex multis partialibus qualitatibus actiuis compositæ sunt; vt vnus habitus ex multis habitibus, & aggregatum specierum ex multis speciebus: quarū vna ordinem habet ad aliam excitans per suam operationem animum ad vtendum alio habitu, ac specie ad cognitionem, vel appetitionē aliorum; vt in 4. dist. explicatum est. Tum quatenus animæ potentiæ virtualem quendam ordinem habent in actibus producendis, vt vnum actum non producant, nisi prius alterum actum produxerint. vt intellectus non producit actum iudicij, nisi prius actū simplicis apprehensionis formauerit; nec actum discursus ante actum iudicij; nec actum sententiæ ante actum deliberationis; nec actum imperij ante actum sententiæ, ac iudicij. Tum quatenus quædam qualitates actiuæ ordinem habēt ad sua effecta, & ad alias formas. vt temperamentum primarum qualitatum tale, vel tale, ordinem habet ad talem, vel talem formam substantialem: ideo dispositiones dicuntur respectu talis, vel talis formæ. & intensionis gradus remissi ordinem habent ad gradus intensiores vsque ad octauum gradum. *Soar supra.*

3385 Ordinem, ac dispositionem secundum figuram dici terminum totius alicuius quanti; vt Trianguli, Quadrati, Circuli, Globi, Cubi, ac simi-

similium. Ordinem enim habent inter se singulæ partes extremorum in figuris: ex quo ordine figura existit, & ad hanc dispositionis rationem attinet Pulchritudo: quæ est forma resultans ex debito ordine partium secundum se. Potest etiã secundum hanc rationem Sanitas dispositionis nomen habere: quia ex debita partium, & humorum collocatione, ac proportione resultat. *Soar. supra.*

3386 Dispositionem quoque dici Rationem ordinis rerum in finem. quæ alio nomine Prouidentia appellatur. *S.Thom. 1.p.q.22.a.1.*

De Passione.

3387 PAssionem vniuersè dici quamcũque mutationem, vel receptionem alicuius rei, quæ actu fit in aliquo subiecto. *d.2. nu.26. Soar. in Met. d.42. sect.3. S.Thom. 1.2. q.22.a.1.*

3388 Passionem dici receptionem alicuius contrarij, ac nociui; ratione cuius priuatur subiectum perfectione aliqua sibi debita. Tunc enim maximè dicimur pati. *Arist.5.Met.c.21.S.Th. 1.2.q.22.a.1.*

3389 Passionem maximè dici receptionem alicuius, quod dolorem; ac tristitiam infert. *Arist.5.Met.c.21.S.Th.1.2.q.22.a.1.*

3390 Calamitatum, ac tristium magnitudines, Passiones, dici. *Arist.5.Met.c.21.*

3391 Passiones dici affectus animi, actusque appetitus sensitiui, vt amor, odium, tristitia, & similes. Quoniam per eos actus contingit animal perturbari, & à connaturali sibi statu dimoueri.

Sum.

Sum. Eth. d. 3. q. 1. Prop. 2. Arist. 5. Met. c. 21. S. Th. 1. 2. q. 22. a. 1.

3392 Passiones dici alterationes sensibiles. Per illas enim subiectum mutatur, & alteratur. vt cum fit album, nigrum, dulce, amarum, graue. *Arist. 5. Met. c. 21.*

3393 Passionem dici alterationem, & qualitatem, quæ cito transit; vt rubor in facie à verecundia. quatenus à passiua qualitate distinguitur, quæ permanens est: vt nigredo in æthiope. Passio enim magis videtur significare rem in fieri, quam in facto esse. *Arist. in Prædic. c. de qualit.*

3394 Passiuam qualitatem dici alterationem diuturnam, ac permanentem. Siue quia diuturna, ac habitualis quædam passio est siue quia magis nata est passionem in alio efficere. *Arist. in Prædic. c. de qualit.*

3395 Passiones solere dici rerum proprietates. vt Passiones entis dicuntur esse vnum, verũ, bonum; Passiones corporis naturalis, motus, & quantitas. Posita enim in quaque re ratione essentiali, quasi subiecto primo; proprietates, & accidentia illi accidunt; & in ea recipiuntur, aut recipi concipiuntur. *DD.*

De Habere.

3396 Habere dici, quod dominium, iusq; habet in aliquam rem, aut possessionem illius. Ita dicitur quis habere pecuniam, habere domum, habere vxorem, virum, & similia. *Arist. 5. Met. c. 23. & in Postpræd. c. 5. Soar. S. Th. 1. 2. in Met. d. 42. sect. 3. q. 49. a. 1.*

s *De Habere, ac Habitu vid. Soar. in Met. d. 42. sect. 3. & Fos. 5. Met. cap. 23. &*

3397

3397 Habere quoque dici, quod propensè agit in aliud. Ita dicitur febris ægrotum habere. *Arist.5.Met.c.23.*

3398 Habere interdum sumi pro affici. Ita dicimur qualitatem aliquem habere, vt disciplinam; aut quantum aliquod, vt magnitudinem tricubitam, vel quadricubitam. *Arist. in Postprædic.c.5.*

3399 Habere interdum sumi pro induci. Ita dicimur vestem, ac tunicam habere in corpore; Annulum in digito. *Arist. in Postprædic.c.5.*

3400 Habere interdum sumi pro continere, atque complecti. vt Amphora dicitur vinum habere: Modium triticum. *Arist.in Postpræd.c.5. & 5.Met.c.23.*

3401 Habere interdum nos dici, quod nobis coniunctum est vt pars nostri. Ita dicimur Corpus habere, & animam, & caput, & manum. *Arist. in Postpræd.c.5.*

3402 Habere interdum dici aliquid id, quod in se suscipit vt in subiecto. Ita æs dicitur statuæ formam habere, & corpus ægritudinem. *Arist. 5.Met.c.23.*

3403 Habere interdum sumi pro Impedire ne quid pro sua inclinatione moueatur, & agat. Ita columnæ dicuntur habere pondera superposita, & vas liquorem. *Arist.5.Met.c.23.*

De Habitu.

3404 HAbitum dici quamcunque dispositionem, aut modum se habendi. Ita quælibet forma, præsertim qualitas dicitur habitus. ita loci, ortisque habitum appellamus; &

bonum,

bonum, ac malum corporis habitum dicimus, secundum hanc habitus significationem dicunt Philosophi à Priuatione ad habitum non dari regressum; id est, non redire secundum ordinem naturæ eandem numero formam, postquam est corrupta; & sæpè neque eandem specie, in subiecto, in quo est corrupta, vt visum in oculo cæco. *Arist. 5. Met. c. 20. & in Prædic. c. de oppositis.*

3405 Habitum etiam dici ipsam habitionē, seu actum habendi aliquid. estque Habitus quid medium inter habentem, & id, quod habetur; seu, Connotatū quoddam ex habente, & id, quod habetur. eo modo Indutum esse, calceatum, & similia, sunt habitus quidam. *Arist. 5. Met. c. 20. t. 25. Soar. in Met. d. 42. sect. 3. Fons. 5. Met. c. 20.*

3406 Habitum vulgo sumi pro ipsa veste; quæ est vt forma quædam in Connotato ex habente vestem, & ipsa veste. *Soar. in Met. d. 42. sect. 3.*

3407 Habitum stricta significatione dici qualitatem firmam, quæ confert potentiæ facilitatē in operando. Non enim censetur haberi, quod nō habetur perfecto modo. perfecto autem modo habetur qualitas, quæ firmiter habetur, perfecteque operatur, conferens facilitatem potētiæ ad operandum. *Arist. in Prædic. c. de quali. Soar supra.*

De Perfecto.

3408 PErfectum dici, cui nullum in vllo genere bonum deest. seu, Quod non habet in vllo genere excessum in bono, nec est quicquam extra ea ratione solus Deus perfectus est,

est, qui omnem simpliciter perfectionem habet. *Arist.*5. *Met. c.*16. *& l.*10. *c.*4. *t.*13.

3409 Perfectum dici, quod omnino in suo genere excessum non habet, nec quicquam est extra. Ita dicitur perfectus musicus, perfecta virtus, perfectus finis. *Arist.* 5. *Met. c.*16. *& 3. Phys. t.*64.

3410 Perfectum metaphoricè etiam in malis dici. Dicimus enim perfectum calumniatorem, perfectum furem, perfectè interemptum, corruptionem, ac malitiam perfectam. *Arist.*5. *Met. cap.*16.

3411 Perfectum non dici, quod finem non habet, id est, terminum. *Arist.*3. *Phys. t.*64.

3412 Maximum dici, cuius non est excessus. *Arist.*10. *Met. c.*4. *t.*13.

3413 Perfectionem dici quamcunque entis, seu boni rationem. Imperfecta enim dicuntur, quibus aliqua entis, seu boni ratio deest. *Sum. Eth. d.*1. *q.*1. *def.*5.

3414 Perfectionem intensiuam dici, quæ sub vna individua entitate, ac ratione, plures eiusdē generis rationes cōtinet, quatenus eis æquiualet, vt Deus omnes omnium entium perfectiones cōtinet intensiuè. *DD.*

3415 Perfectionem extēsiuam dici per respectum ad intensiuam; quatenus nihil secundum rationem perfectionis formaliter addit ad perfectionem intensiuam; sed materialiter tantum. Ita se habent omnes perfectiones creatæ respectu diuinæ perfectionis. *DD.*

3416 Perfectionem simpliciter, dici eam, quæ omnem omnino perfectionem includit. qualis est Dei perfectio. cui respondet Perfectio secun-

dum

dum quid, quæ ex parte perfectio est, ac per participationem; quales sunt perfectiones creaturarum. *Sum. Eth. d. 1. q. 1. def. 5.*

3417 Perfectionem simpliciter, alia significatione dici, quæ omnem indeterminato genere perfectionē includit, talis dicitur perfectio substantiæ creatæ, cum nulla ei deest ex ijs, quæ illi congruunt, siue substantialibus, siue accidentalibus rationibus. Cui perfectioni respondet perfectio secundum quid, quæ aliquid perfectionis debitæ habet, aliquid non habet. *Soar. in Met. d. 10. sect. 2. & d. 30. sect. 2.*

3418 Perfectionem simpliciter, seu simpliciter simplicē dici, quæ in vnoquoque melior est ipsa, quàm non ipsa. id est, quæ in individuo entis, seu in latitudine entis melior est ipsa, quā quælibet illi repugnans. seu, quæ in genere entis talē perfectionem dicit, vt nullam maiorem, vel æqualē perfectionem excludat. ita se habet ratio intellectiui, volitiui, sapiētiæ, amoris, & aliæ rationes hisce similes. Potest enim in eo subiecto, in quo est sapientia, esse simul & omnipotentia, & immensitas, & immortalitas. Cui respondet perfectio secundum quid, quæ cum alia maiore, vel æquali repugnat, vel imperfectionem aliquam habet admixtam: vt sunt perfectiones omnes creaturarum vt in eis sunt. Non potest enim cū humanitate esse angeleitas; nec cum angeleitate omnipotentia. *Soar. supra. Anseh. in Monol. c. 14. Scot. in 1. d. 8. q. 1. ad 1.*

3419 Perfectionem formalem dici eam rationem, quæ in re ita est, vt concipitur. vt, Humanitas in homine, Sapientia in Deo, Calor in igne. *Soar. in Met. d. 30. sect. 1.*

3420

3420 Perfectionem eminentialem dici per comparationem ad alias perfectiones, quæ continet ipsa quidem, sed non formaliter. Contineri autem eminenter aliquid in alio colligimus ex eo, quod potest illud producere. vt contineri omnes creaturas in Deo eminenter colligimus ex eo, quod Deus in productione omnium creaturarum influit. non enim potest quicquam alteri communicare perfectionem, quam non habet. Quare non hoc ipso, quod aliquid est nobilius alio, continet illud eminenter; nisi possit illud producere. *Soar.in Met.d.30.sect.1.*

3421 Perfectionem virtualem dici eam in quaque re rationem, quæ vim habet ad producendum. Quare dicimus aliqua contineri in alio virtualiter, quamuis non formaliter; quatenus vim illud habet ad ea producenda. Ita in semine dicimus esse virtualem perfectionem ad plantã producendam; & in illo contineri plantam virtualiter. *Soar.in Met.d.30.sect.1.*

De Simul.

3422 SImul, simpliciter, ac proprijssimè dici ea, quorum generatio in eodẽ est tempore. Neutrum enim eorum neque prius, neque posterius est. Simul autem secundum tempus ea dicuntur. *Arist.in Antepræd.c.3. Tolet.ibid.*

3423 Simul natura dici ea, quæ secundũ consequentiam conuertuntur, & nõ est vnum alteri causa vt sit. vt duplum, ac dimidium, seu magnũ, & paruum, sunt simul natura. nam cũ magnũ sit, paruũ est; & cũ paruum sit, magnum est. sed neutrum alteri causa est vt sit. *Arist.in Antepræd.c.3.*

3424 Simul natura dici etiã ea, quæ ex æquo diuidunt aliquod genus. vt volatile, grestibile, aquatile, simul natura sunt; quia ex æquo diuidunt Animal. non enim vnum est superius altero, vt genus respectu speciei; nec vnum dependentiam habet ab alio, vt effectus à sua causa. *Arist. in Antepræd. c. 3.*

3425 Simul secundum locum esse dici, quæ in vno loco primo sunt. *Arist. 11. Met. c. 12. & 5. Phys. t. 21.*

3426 Separatim dici esse, quæcunque in altero loco sunt. *Arist. 5. Phys. t. 21.*

De Motu.

3427 MOtus nomen, generationi, corruptioni, augmento, diminutioni, alterationi, & secũdum locum mutationi, tribui. Horum enim vnumquodque mutationem aliquã affert subiecto, in quo fit. *Arist. in Antepræd. c. 4.*

3428 Mutationem de subiecto in subiectum dici mutationem secundum substantiam; vt cum ex aqua fit aer. substantia enim rationem habet subiecti. *Arist. 11. Met. c. 11.*

3429 Mutationem per se, mutationẽ substantialem dici. substantia enim est per se. *Arist. 11. Met. c. 11.*

3430 Ingenerabile, siue Ingenitum, seu Improductum dici, si aliquid fit nunc, quod prius non erat, & tamen sine vllius entis de nouo producti mutatione fiat. vt in multorum opinione est Tactus, & motus localis. *Arist. 1. Cæl. t. 111.*

3431 Ingenitum quoque, seu improductum dici, quod potest fieri, aut factum esse: non est tamen.

tamen. vt Antichristus hoc tempore ingenitus dici potest. *Arist.1.Cæl.t.111.*

3432 Ingenerabile quoque,ac improducibile dici,quod est,fierique non potest vt modo sit, modo non sit. *Arist.1.Cæl.t.111.*

3433 Generabile tot modis dici, quod Ingenerabile; Totidem quoque Corruptibile, & Incorruptibile. *Arist. 1.Cæl.t.*112.113.114.

3434 Immobile, ac immutabile dici, quod omnino moueri non potest. vt est Deus. *Arist. 5.Phys t.*26.

3435 Immobile quoque dici, quod tardè moueri incipit; quod dicitur ægrè mobile. *Arist.supra.*

3436 Immobile quoque dici, quod moueri aptum est,ac moueri potest: nō mouetur autem tunc,cū aptum natura est, & vbi, & quomodo. Priuationem ergo habet motus,id est, quiescit. Quies enim motus priuatio est. *Arist.supra.*

De t *Secundum quod.*

t *Latinè Quatenus, vulgò In quantum.*

3437 SEcundum quod de rei substantia,causaque formali,dici. vt,Homo discurrit secundum quod, seu quatenus rationalis est. *Arist.5.Met.c.*18.

3438 Secundum quod de subiecto, ac materia dici. vt Opacum secundum superficiem illuminatur: Mortalis est homo secundum corpus. *Arist.5.Met.c.*18.

3439 Secundum quod dici quoque de causa efficiente. vt,omne ens bonum secundum quod est à Deo. *Arist.5.Met.c.*18.

3440 Secundum quod dici quoque de causa

finali. vt, Meremur per actus temperantiæ secundum quod fiit propter Deum. *Arist. 5. Met. c. 18.*

3441 Secundum quod dici quoque de positione. vt, Secundum quod stetit, secundum quod vadit. Hæc enim positionem, & locum significant. *Arist. 5. Met. c. 18.*

De Secundum se, seu Per se.

3442 SEcundum se, seu Per se dici vno modo de rei substantia, ac essentia. vt, Homo secundum se, id est, secundum suam essentiam, est animal rationale. *Arist. 5. Met. c. 18.*

3443 Secundum se alio modo dici de ijs, quę rei quidditati, ac essentiæ insunt. vt Homo secúdum se animal est. in hominis enim ratione animal ineſt. *Arist. 5. Met. c. 18.*

3444 Secundum se alio modo dici, si in se ipso primo suscepit, aut in aliquo sui. vt, Superficies alba secundum se, & Homo secundum se viuens. anima enim pars quædam hominis est, in qua prima ipsũ viuere est. *Arist. 5. Met. c. 18.*

3445 Secundum se alio modo dici, cuius nõ est aliqua alia causa. vt, Homo secundum se est homo. non est autẽ albus secundum se, & quatenus homo; sed quatenus temperamentum habet tale primarum qualitatum. *Arist. 5. Met. c. 18.*

3446 Secundum se alio modo dici, quod nõ indiget alterius societate, vel adiumento, vt Anima rationalis secundum se exiſtit. potest enim exiſtere separata. non ita exiſtunt secundum se formæ materiales, quæ subiecto indigent sustentante. *Arist. 5. Met. c. 18.*

3447 Per se, seu secundum se dici esse, quæ in rebus

rebus sunt necessariò. vt Per se homo est animal rationale. Ita Per se esse dicuntur essentia respectu rei; rationes essentiales respectu essentiæ; causæ necessariæ respectu suorum effectorum; subiectum respectu suarum proprietatum; effecta necessaria, & proprietates respectu causarum, & subiectorũ suorum. *Arist.1.Post.c.4.t.9.*

3448 Per se dici subiectum primum, ac substantiam; quatenus non est in alio. *Arist.1.Post. c.4.t.9.*

De Ex aliquo.

3449 EX aliquo dici esse aliquid, vno modo vt ex materia. vt omnia liquabilia ex aqua; statua ex ære. *Arist.5.Met c.24.*

3450 Alio modo Ex aliquo dici esse aliquid vt ex Motiuo, seu ratione mouente. vt, Ex quo pugna? ex conuicio. *Arist.5.Met.c.24.*

3451 Alio modo Ex aliquo dici esse aliquid vt ex Composito. vt Partes ex toto, lapides ex domo, versus ex Iliade. *Arist.5.Met.c.24.*

3452 Alio modo Ex aliquo dici esse aliquid vt ex parte, ex qua componitur. vt syllaba ex elemento. *Arist.5.Met.c.24.*

3453 Alio modo Ex aliquo dici esse aliquid, quia secundum aliquam eius partem est, ex eo acceptam. vt Ex patre, ac matre proles; ex terra plantæ. *Arist.5.Met.c.24.*

3454 Alio modo Ex aliquo dici esse aliquid, quia ad illud consequitur, estque tempore post illud. vt, Ex die nox, ex sereno tẽpestas, ex æquinoctio nauigatio, è Dominica Trinitatis festum Corporis Christi. *Arist.5.Met.c.24.*

De Parte.

3455 PArtem vno modo dici, in quod quoquo modo quantum diuidi potest. Quicquid enim à quanto vt quanto aufertur, pars illius dicitur. vt Duo pars trium. *Arist. 5. Met. c. 25.*

3456 Partem Mathematicis dici eam, quæ maius quantum metitur. Ita duo pars est respectu sex, quia senarium numerum metitur, nō est autem pars respectu trium. *Arist. 5. Met. c. 25. Euclid. elem. 7. def. 3.*

3457 Partes etiam dici, in quas forma, quæ non est quanta diuidi potest. vt sunt species respectu generis. Diuiditur enim genus in species, quæ & subiectæ generi sunt. *Arist. 5. Met. c. 25.*

3458 Partes etiam dici ea, in quæ quodlibet totum diuiditur, aut ex quibus componitur. vt Partes compositi naturalis sunt materia, & forma. *Arist. 5. Met. c. 25.*

3459 Partes quoque dici rationes, quæ sunt in re. vt Partes speciei, seu essentiæ sunt genus, & differentia. *Arist. 5. Met. c. 25.*

De Toto, & Omni.

3460 TOtum dici, à quo nulla pars abest earum, quæ natura ei congruunt, ac ratione quarum totum dicitur, vt cum dicimus corpus alicuius, vt Sortis, esse totum, id est, integrum. *Arist. 4. Met. c. 26. & 3. Phys. t. 63.*

3461 Totum quoque dici id, quod ita continet contenta, vt vnum quid illa sint vnitate vniuersali.

uersali. vt Animal quoddam totum dicitur, quia in animalis ratione vnum quid sunt homo, leo, bos. *Arist.5.Met.c.26.*

3462 Totum quoque dici id, quod ita continet contenta, vt vnum quid illa sint vnitate compositionis. vt anima, & corpus sunt vnum compositum. *Arist.5.Met.c.26.*

3463 Totum quoque dici id, quod ita continet contenta, vt vnum quid illa sint vnitate continuationis, & potentia plura vna; quatenus plura vna fiunt, si à toto separentur. ita se habent partes quanti, quæ singulæ fiunt vnum quantum, si separentur. *Arist.5.Met.c.26.*

3464 Quantum illud, cuius partes quocũque modo ponantur, non faciunt vllam in eo differentiam; omne dici. vt omnis aqua, omnis numerus. semper enim eadem aquæ figura seruatur in vase, & idem numerus, quocunque modo partes mutentur, ac situ transferantur. Quæ huiusmodi sunt non dicuntur Tota, nisi translatè. *Arist.5.Met.c.26.*

3465 Quantum illud, cuius partes si positionem mutent, differentiam in eo faciunt; Totum appellari. vt, Totum caput, tota manus; non omnis manus. *Arist.5.Met.c.26.*

3466 Quantum illud, cuius partes eiusdé rationis sunt, sed mutatæ faciũt in toto formæ differentiam; Totum, & omne, dici. vt Cera, & vestis tota, & omnis. *Arist.5.Met.c.26.*

3467 Omnia dici, de quibus omne tanquam de vno, & rursum de ipsis omnia tanquam de diuisis, dicimus. vt Omnis hic numerus, omnes hæ vnitates. *Arist.5.Met.c.26.*

De Mutilo.

3468 MVtilum dici quantũ illud, quod totũ quoddã est; & diuisibile; & quod ablata parte, secundũ cuius priuationẽ mutilũ dicitur, remanet adhuc eiusdem rationis, vt calix adhuc calix est sublata ansa; & quod secundum suam rationem, seu substantiam, positionem habet, non enim mutila dicitur aqua, vel ignis; & quod est continuum, quia harmonia mutila non dicitur; & quod priuationem patiatur secũdum partes extremas, vt vas secundum ansam, homo secundum manus, vel pedes. non enim dicuntur mutila, quæ aliquam ex partibus internis amittunt, vt si calix perforetur, aut si carnis pars ex homine decidatur. & pars, quæ deciditur ita se habere debet, vt tota sublata generationem non habeat, vt cũ deciditur manus. *Arist. 5. Met. c. 27.*

De Genere.

3469 GEnus dici generationem continuã eorum, quæ eandem speciem habẽt, ab vno generante deductam. vt Græcorum, Italorum genus, hominum genus. *Arist. 5. Met. cap. 28.*

3470 Genus quoque dici Materiam varijs differentijs subiectam. Ita dicimus triangulum, quadratum, circulum esse ex genere, seu genera superficierum; globum, cubum, ex genere, seu genera solidorum. *Arist. 5. Met. c. 28.*

3471 Genus quoque dici in rerum rationibus, ac definitionibus, rationem illam primam, quæ

quæ communis pluribus rebus est, quam differentiæ ad varias species contrahunt. vt in Hominis definitione Animal est genus. *Arist.* 5.*Met.c.*28.

3472 Diuersa genere dici, quæ resolui non possunt in aliquod primum, quod rationem habeat generis respectu eorum. *Arist.*5.*Met.c.*28.

De Accidente.

3473 ACcidens dici, quod inest alicui, sed non necessariò; & quod verum est dicere, sed non vt plurimum. vt fodienti prò plāta serenda thesaurum inuenire; & Musico album esse. *Arist.*5.*Met.c.*30.

3474 Accidens quoque dici quicquid in aliquo est, præter eius substantiam. *Def.*3129.& *Dist.*1.*def.*120. *Arist.*5.*Met.c.*30.

3475 Per accidens moueri, est non moueri per se, ac ratione sui; qua ratione mouentur secundum locum substantiæ: sed moueri vt accidens in subiecto, quod localiter mouetur; quod mouetur ratione subiecti. *Arist.* 4.*Phys.t.*32.

3476 Dici quoque moueri motu per accidēs, quod mouetur, ac mutat terminum localiter, nō ratione loci, in quo est subiectum, sed ratione partium, quæ sunt in subiecto. Mouetur enim ad modum accidentis, si accidens posset migrare de vna parte subiecti in aliam. Ita per accidens mouetur nauta in naui, mouente se naui versus oriē tem, & nauta contrario motu versus occidentem. *DD.*

3477 Dici quoque moueri per accidēs, quod non secundum substantiam mutatur, vt cum ex

aere

aere fit ignis: sed secundum qualitatem, aut locũ: vt cum aqua ex frigida fit calida, & Sol ex oriente in occasum migrat. *Arist. 11. Met. c. 11.*

De Esse in alio.

3478 DIci esse aliquid in aliquo, si sit vt pars in toto. Dicitur enim digitus esse in manu, & caput in corpore. *Arist. 4. Phys. t. 23.*

3479 Dici aliquid esse in aliquo, si sit vt totum in partibus. Non est enim præter partes totum. Ita domus est in fundamẽtis, parietibus, ac tecto. *Arist. 4. Phys. t. 23.*

3480 Dici aliquid esse in aliquo identicè, si sit vt species in genere. vt Homo in animali. *Arist. 4. Phys. t. 23.*

3481 Dici aliquid esse in aliquo identicè, si sit vt genus in specie, & omnino vt pars speciei in speciei ratione. vt animal est in homine; hinnibilitas in equo. *Arist. 4. Phys. t. 23.*

3482 Dici aliquid esse in aliquo, vt forma in materia. Ita sanitas dicitur esse in calidis, & frigidis, id est, in temperamento primarum qualitatum. *Arist. 4. Phys. t. 23.*

3483 Dici aliquid esse in aliquo, vt in primo mouente. vt in Rege res, ac bonum commune. *Arist. 4. Phys. t. 23.*

3484 Dici maximè propriè aliquid esse in aliquo vt in vase, ac omnino vt in loco. vt oleum in dolio, pisces in mari. *Arist. 4. Phys. t. 23.*

De Diuinis nominibus. c. 6.

3485 ABstracta, concretaque nomina eandem in Deo significationē habere. vt Deus, & Deitas. Abstracta enim nomina rei rationem, siue essentiam significare solent; vt Humanitas, hominis essentiam significat. Nomina autem contracta significare rem totam solēt, seu quicquid est in re vt existente. Distinguitur autem in rebus creatis essentia ab existentia, vt supra explicatum est; quatenus res creatæ, quæ sunt, possunt non esse. distinguitur etiam ab accidentibus, & à supposito: & ratio specifica à singularitate; quatenus ea ratio potest in alijs suppositis, & cum alijs accidentibus, & in alijs individuis reperiri. At omnis ratio diuina est cum omni ratione diuina simplicissimum quid, ac necessarium; quæ proinde non potest, neque intelligi, non esse eadem cum omni ratione diuina; nisi quatenus producentis, ac producti oppositio intercedit. Idem ergo significat in Deo nomen abstractum, ac concretum. Magis autem propriè de diuina simplicitate dicuntur abstracta nomina, quam concreta. concreta enim vsurpamus in Deo, quatenus Dei cognitionem ex rebus compositis accipimus. *S.Th.1.p.q.3.a.3.& q.29.a.6.& 3.p.q.17.a.1.*

3486 Nomina abstracta nullam imperfectionem includentia, esse nomina diuina. vt veritas, vita, sapientia. Significant enim perfectionem illimitatam: qualis est solius Dei. *S.Th.1.p.q.13. a.2.& q.20.a.1.ad 2.*

3487

3487 Nomina Deo ab eius effectis imponi. Nomina enim rebus imponuntur ad significandum eorum naturam, & proprietates. Esse autem diuinum est ineffabile, & dum sumus in hac vita cognoscere Deum non possumus, nisi per eius effecta, quæ sunt participationes quædã diuinæ perfectionis. Quare nomina, quibus vtitur tum naturalis, tũ reuelata doctrina ad Dei perfectiones significandas, à Dei effectis accipiuntur. *S.Th.1.p.q.13.a.8. & q.33. a.1.ad 3. Dion. de Diu.Nom.c.1.*

3488 Nullum diuinum nomen significare Deum vt est, quamuis significet quod est. Imponuntur enim in sacris libris nomina ad significãdum nobis perfectiones, quæ verè sunt in Deo; vt diuinitatem, prouidentiam, sapiẽtiam, vitam. sed quia Deum non videmus, non possumus cõcipere diuinas perfectiones vt sunt. nomina autẽ imponimus rebus pro vt eas cognoscimus. ergo diuina nomina nõ significant Deum vt Deus est.

a *Supra def. 3972.* a Immo neque si Deum videremus, possemus imponere nomen, quod significet Deum vt est. nullum enim signum esse potest ita expressiuum diuinæ perfectionis, vt ex eo, tanquam è specie, seu similitudine in qua, deueniri possit in Dei cognitionem vt est, vt 4. dist dictum est. *S.Th.1.p. q.13.a.1.2 & q.12.a.2. Dion.de Diu.Nom.c.1.*

3489 Nomina, quæ absolutè, & affirmatiuè de Deo dicuntur, vt bonus, sapiens, & huiusmodi; quamuis à creaturis desumantur, ac proinde imperfectè diuinam substantiam significent: nullum tamen significare ordinem ad creaturas. Cum enim audimus Deum bonum, non concipimus Deum esse causam bonitatis, sed habere ia

se perfectissimam bonitatem. alioquin possemus Deum appellare corpus, quia est causa corporũ: & sequeretur omnia nomina, quæ de Deo dicũtur, per posterius dici de Deo, per prius de creaturis. *S.Th.1.p.q.13.a.2.Dion. Diu. Nom.c.1.*

3490 Nomina, quæ relatiuè dicuntur de Deo respectu creaturarum, vt Creator, Principium; non per relationem vllam ipsius ad creaturas, sed dici per relationem creaturarum ad ipsum. Non enim exigit Deus creaturas, sed creaturæ exigunt Deum. *S.Th.1.p.q.13.a.2.*

3491 Nomina, quæ negatiuè de Deo dicuntur; non significare vllam negationem perfectionis in Deo; sed negationem, seu remotionem imperfectionis ab ipso. Ita dicitur Deus vnus, quatenus ab eo remouetur diuisio: dicitur immensus, quatenus eius existentia terminum non habet: inuisibilis, quatenus eius intelligibilitas non est limitata: immortalis, quatenus non habet potentiam ad vllam mutationem. *S.Thom. 1.p.q.13.a.2. & q.11.a.3. ad 2. Dionys.de Diu. Nom.c.1.*

3492 Aliqua nomina dici propriè de Deo; vt omnipotens, bonus, sapiẽs, primum principium. Est enim in Deo formaliter ea perfectio, quam ea nomina significant; quamuis non secundum eum modum, quo significant: quem à creaturis accipimus. *S.Th.1.p.q.13.a.3.*

3493 Aliqua nomina dici metaphoricè de Deo; vt leo, sol, lux. Non enim est in Deo formaliter ea perfectio, ad quam significandam ea nomina primò imposita sunt. sed translata sunt ad significandam diuinam perfectionem, quæ eminenter continet omnem perfectionem creatura-

turarum; quatenus creaturarum perfectiones quandam similitudinem habent cum diuina perfectione, vt effecta, & participationes illius. *S.Th. 1.p.q.13.a.3. ad 1. & 3. Dion. Diu. Nom. c.1. in fin. & l. de Myst. Theol.*

3494 Non omnia nomina, quæ de Deo dicuntur, esse synonyma, id est, diuinam perfectionem sub vna ratione significantia. Nam secundum cõceptus mentis nostræ sunt rationes obiectiuæ eis conceptibus respondentes. Formamus autem de diuina perfectione conceptus limitatos, secundum quod illos accipimus ex creaturis, quæ limitatæ sunt. rationes ergo obiectiuæ sunt limitatæ, ac proinde diuersæ rationis. Non igitur sunt synonyma ea nomina, quibus illæ rationes significantur: quamuis illis respõdeat vna simplex perfectio diuina infinita. *S. Thom. 1.p. q.13.a.4.*

3495 Esse analoga ea nomina, quæ de Deo dicuntur, & creaturis. Analoga enim nomina dicuntur, quorum significatio partim eadem est, partim diuersa, *b* vt in 1. Dist. dictum est. Bonus autem, sapiens, potens, ac similia nomina, quibus Deus nominatur, etiam creaturis conueniunt, quatenus diuinas participationes participant, & similitudinem quandam habent cum perfectione diuina, vt cum principio, à quo sunt. Sunt ergo ea nomina secundum eam similitudinem eadem. Sed rursum diuersa sunt: nam perfectio, quæ per illa nomina significatur, quatenus est in creaturis est limitata; quatenus in Deo, infinita. *S.Th. 1.p.q.13.a.5.*

b Def. 126.

3496 Nomina, quæ de Deo metaphoricè dicuntur, dici per prius de creaturis, quam de Deo.

Signi-

Significat enim primò perfectionem limitatam; à qua significatione deinde ad perfectionem illimitatam significandam transferuntur. *S.Th.1.p. q.13.a.6.*

3497 Nomina, quæ diuinas perfectiones propriè significant; per prius significare diuinas perfectiones, & posterius perfectiones creaturarũ. Prius enim significant id, cui congruentius conueniunt. conueniunt autẽ congruentius ei, quod est magis illa perfectio, quam significant. magis autem perfectæ sunt diuinæ perfectiones, quàm creatæ, infinito interuallo. quamquam secundum modum, quo ea nomina diuinas perfectiones significant; per prius de creaturis dicuntur, quàm de Deo. quia modus ille, cum sit limitatus, & à creaturis acceptus, magis propriè creatas perfectiones significat, quàm increatas. *S.Th.1.p.q.13. a.6.& q.33.a.2. ad 4.*

3498 Diuina nomina relationem ad creaturas præseferentia, ex tempore de Deo dici, non ab æterno. Dicuntur enim ea nomina relatiuè, non quatenus dicat Deus vllam relationem ad creaturas, sed quatenus creaturæ relationem dicunt ad Deum, à quo sunt. sunt autem omnes creaturæ in tempore. *S.Th.1.p.q.13.a.7.*

3499 Nomina, quæ indiuiduam Dei naturam significant, vt nomen Deus; non esse creaturis communicabilia secũdum proprietatem, sed secundum aliquam similitudinem. Perfectio enim, quæ per illa nomina significatur, vnica est, & singularis. vna enim simpliciter est diuina natura, nõ potens indiuidualiter multiplicari. Siue ergo nomen Deus θεὸς, à videndo dicatur, quatenus Deus est visio, & intelligentia omnium; siue à viden-

videndo, id est, prouidendo, quatenus Deus habet de omnibus prouidentiam: quia diuinam naturam significat; non potest propriè alteri communicari. secundum autem quandam similitudinem, potest: quatenus etiam alij exercent aliquam prouidentiam. Potest etiam de alijs dici secundum opinionem. putantur enim aliqui Dij, qui verè Dij non sunt. *S.Th. 1.p.q.13.a.8.9.10. & q.39.a.3,4.5.*

3500 Ab eorum nominum significatione, quę à quacunque creaturæ perfectione sumpta Deo attribuuntur, segregãdum esse omne illud, quod ad imperfectum modum pertinet, qui creaturæ congruit. *S.Th. 1.p.q.14.a.1.ad 1.2. c.Damnamus De Sum. Trin. & fid.Cath.*

3501 Dici de Deo metaphoricè nomina illa, quorum significatio non solum secundum modum, sed etiam secundum ipsam rationem significatam, imperfectionem importat. vt Desiderium, quod est boni non habiti; Tristitia, quæ est mali habiti; Ira, quæ tristitiam supponit. *S.Th. 1.p. q.20. a.1. ad 2. & q.21. a.1. ad 1. & q.59. a.4. ad 3.*

3502 Nomina, quæ diuinam essentiam significant substantiuè, singulariter de tribus Personis dici, non pluraliter. Substantia enim est præcipua ratio, vnde habent suppositа vt subsistant. Est autem in diuinis vna ratio substantiæ in tribus Personis. Quicquid igitur de diuinis Personis dicitur per modum substantiæ, seu substantiuè, singulariter dicitur; si diuinam essentiam significant, non Personas ipsas, aut proprietates Personarum. Ita dicimus, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum esse vnum Deum, vnam substan-

substantiam; non tres Deos, tres substantias. *S.Th. 1.p.q.29.a.3. Dion.de Diu.Nom.c.2.*

3503 Diuina nomina essentialia in abstracto significata, vt Deitas, sapientia, essentia; nō posse propriè supponere pro Persona. Ad veritatem enim locutionum, non solum consideranda est res significata, sed etiam modus significandi. Quamuis ergo secundum rem idem sit Deus, ac Deitas: non tamen est idem modus significandi. Nam, Deus, secundum modum significandi, significat diuinam essentiam vt in habente. quare habet vt possit supponere pro Persona. Essentia autem, & similia nomina, quia significant diuinas perfectiones per modum formæ abstractæ; non habent ex modo significationis, vt pro Persona supponant. Potest ergo dici, Deus generat, Deus genitus; non tamen, Essentia generat, vel generatur. *S.Th.1.p.q.39.a.4.5.*

3504 Posse nomina transcendentia & singulariter de Deo dici, & pluraliter de tribus Personis. vt, Trinitas quædam summa res est: Res, quibus fruendum est, sunt Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. *Aug.1.de Doctr.Christ.c.5. S.Th. 1.p.q.39.a.3.ad 3.*

3505 Appropriationem à Theologis dici, manifestationem diuinarum personarum per essentialia attributa. vt cum nomine sapientiæ, quæ est attributum essentiale, Filium significamus. *S.Th.1.p.q.39.a.7.8.*

3506 Diuina nomina essentialia solere Personis appropriari. Vt enim licet ex Dei effectis nomina imponere ad diuinas perfectiones significandas, è quibus ea effecta procedunt: quia non habemus quo alio modo diuinas perfectio-

nes significemus. ita etiam, quia non habemus quo alio modo diuinarum Personarum proprietates explicemus; licebit ipsis nominibus essentialibus à creaturis acceptis siue per similitudinem, siue per dissimilitudinem, quam creaturæ habent cum Deo, vti ad Personarum proprietates exprimendas, eisque appropriare. Quare per viam similitudinis, quia Filius procedit per modum intellectus, vt Verbum; Verbi nomen ei imponimus, & Potentiam Patri appropriamus per viam dissimilitudinis, quia apud nos patres solent esse propter senectutem infirmi; ne tale aliquid suspicemur in Deo. vel per viam similitudinis, quia Pater est principium originum diuinarum, * & quasi fons omnis potentiæ. *S.Tb.1.p. q.39.a.7.8.*

* *Dion. Diu. Nom.c.2.*

3507 Solere multa nomina, quæ respectu primæ impositionis metaphorica sunt, accipi in diuinis, aliisq; spiritualibus vt propria. Visio enim prima impositione dictus est actus sensus visus: sed propter certitudinem, ac dignitatem huius sensus, extensum est hoc nomen secundum vsum loquentium ad omnem cognitionem significandam, etiam eam, qua ipse Deus, ac beati cernunt diuinam essentiam. ita etiam nomini lucis accidit, & nominibus hisce similibus. *S.Thom. 1.p. q.67.a.1.*

3508 Deum, singularem naturam significare; summum ens, principium omnium. Θεὸς dictus à θεωρέω contemplor, video, specto: siue quia summa Intelligentia Deus est, omnia cognoscens; siue quia summa prouidentia, omnibus prospiciens. *S.Th.1.p.q.13.a.8.9.10.*

3509 Deum ex modo significandi habere, vt

sup-

supponere possit pro Persona. Significat enim Deus diuinam essentiam, vt in habente ipsam, vt Homo humanitatem significat in supposito. Modo ergo supponit pro vna Persona, vt cum dicitur, Deus generat; modo pro duabus, vt cū dicitur, Deus spirat; modo pro tribus, Deus creat. *S.Th.*1.*p.q.*39.*a.*4.

3510 Ea nomina, Ens, Qui est, c Iehouà, Deū ipsum significare, quatenus est ens per essentiā, summè necessarium, semper existens, immutabile. *S.Th.*1.*p.q.*13.*a.*11. *Aug.*5.*Trin.c.*2.*t.*3.*& l.*83.*qq.q.*17.*t.*4. *Damasc.l.*1. *Orthod.fid. c.*10. *Dion. de Diu.Nom.c.*2.

c יהוה

3511 *d* Elohìm, nomen hebræū, quod Deos sonat, diuinarum Personarum Trinitatem significare: vt apud Græcos hypostasis pro persona sumitur, quamuis substantiam significet. *S.Th.* 1.*p.q.*29.*a.*3.*ad* 2.

d אלהים

3512 Personam, ac Hypostasim dici, intellectualis naturæ individuam, & alteri personæ incommunicabilem substantiam: *e* vt in 1.Par. explicatum est. Singularis autem, individuaque substantia, quatenus est persona, nō est alteri personę communicabilis, id est, vnibilis vnione personali. Quod enim alteri personaliter vnitur vel vnitur vt ipsum per alterum subsistat, vel vt alterum subsistat per ipsum. De ratione autē personæ est perfectè subsistere, & non indigere altero ad subsistendum. Implicat ergo duas personas vniri ad subsistendum, si in vtraque maneat ratio personæ. *Sup. deff.*3115. 3116. *Boet. l. de duabus nat.* S.Th.1.*p.q.*29.*a.*1.2.3.

e 1.*Par.d.*1. *n.*38.48.

3513 Suppositi nomen nō dici de diuina substantia, subsistentiaque, quatenus est communi-

nes significemus. ita etiam, quia non habemus quo alio modo diuinarum Personarum proprietates explicemus; licebit ipsis nominibus essentialibus à creaturis acceptis siue per similitudinem, siue per dissimilitudinem, quam creaturæ habent cum Deo, vti ad Personarum proprietates exprimendas, eisque appropriare. Quare per viam similitudinis, quia Filius procedit per modum intellectus, vt Verbum, Verbi nomen ei imponimus. & Potentiam Patri appropriamus per viam dissimilitudinis, quia apud nos patres solent esse propter senectutem infirmi, ne tale aliquid suspicemur in Deo. vel per viam similitudinis, quia Pater est principium originum diuinarum, * & quasi fons omnis potentiæ. *S.Tho.1.p. q.39.a.7.8.*

* *Dion. Diu. Nom.c.2.*

3507 Solere multa nomina, quæ respectu primæ impositionis metaphorica sunt, accipi in diuinis, alijsq; spiritualibus vt propria. Visio enim prima impositione dicta est actus sensus visus: sed propter certitudinem, ac dignitatem huius sensus, extensum est hoc nomen secundum vsum loquentium ad omnem cognitionem significandam, etiam eam, qua ipse Deus, ac beati cernunt diuinam essentiam. ita etiam nomini lucis accidit, & nominibus hisce similibus. *S.Thom. 1.p. q.67.a.1.*

3508 Deum, singularem naturam significare, summum ens, principium omnium. Θεὸς dictus à θεωρῶ contemplor, video, specto: siue quia summa Intelligentia Deus est, omnia cognoscens; siue quia summa prouidentia, omnibus prospiciens. *S.Tho.1.p.q.13.a.8.9.10.*

3509 Deum ex modo significandi habere, vt

sup-

supponere possit pro Persona. Significat enim Deus diuinam essentiam, vt in habente ipsam, vt Homo humanitatem significat in supposito. Modo ergo supponit pro vna Persona, vt cum dicitur, Deus generat; modo pro duabus, vt cũ dicitur, Deus spirat; modo pro tribus, Deus creat. *S.Th.*1.*p.q.*39.*a.*4.

3510 Ea nomina, Ens, Qui est, *c* Iehouà, Deũ ipsum significare, quatenus est ens per essentiã, summè necessarium, semper existens, immutabile. *S.Th.*1.*p.q.*13.*a.*11. *Aug.*5.*Trin.c.*2.*t.*3.*& l.*83.*qq.q.*17.*t.*4. *Damasc.l.*1. *Orthod.fid. c.*10. *Dion. de Diu.Nom.c.*2. c יהוה

3511 *d* Elohîm, nomen hebræũ, quod Deos sonat, diuinarum Personarum Trinitatem significare: vt apud Græcos hypostasis pro persona sumitur, quamuis substantiam significet. *S.Th.* 1.*p.q.*29.*a.*3.*ad* 2. d אלהית

3512 Personam, ac Hypostasim dici, intellectualis naturæ individuam, & alteri personæ incommunicabilem substantiam: *e* vt in 1.Par. explicatum est. Singularis autem, individuaque substantia, quatenus est persona, nõ est alteri personę communicabilis, id est, vnibilis vnione personali. Quod enim alteri personaliter vnitur vel vnitur vt ipsum per alterum subsistat, vel vt alterum subsistat per ipsum. De ratione autẽ personæ est perfectè subsistere, & non indigere altero ad subsistendum. Implicat ergo duas personas vniri ad subsistendum, si in vtraque maneat ratio personæ. *Sup. deff.*3115.3116. *Boet.l.de duabus nat.*S.*Th.*1.*p.q.*29.*a.*1.*&* 2.*&* 3. e 1.*Par.d.*1. *n.*38.48.

3513 Suppositi nomen nõ dici de diuina substantia, subsistentiaque, quatenus est communi-

cabilis tribus personis. vsus enim vocis suppositi est, vt significet substantiam non vlterius terminabilem. *Soar. in Met. d. 34. sect. 1.*

3514 Personam in diuinis, substantiam, essentiamque diuinam significare relatione terminatam. Sunt enim in diuinis tres Personæ, quæ vna
f *Def. 3222.* substantia sunt. *f* cum ergo ratio, qua Personæ diuinæ constituuntur, ac distinguntur, sint relationes: fit, vt Persona in diuinis nō solum substantiam indiuiduam significet, sed etiam relationem. S. *Th. 1. p. q. 29. a. 4, c. Damnamus De Sum. Trin. & fid. cath.*

3515 Principium dici de diuinis Personis, à quibus procedit alia Persona. Principium enim dicimus omne id, à quo aliquid quocunque modo procedit. Principium ergo dicitur Pater respectu Filij; & Pater, ac Filius respectu Spiritus sancti. S. *Th. 1. p. q. 33. a. 1.*

3516 Patrem propriè dici in diuinis Primam personam ad Filium Deum comparatam. Processio enim Filij a Patre est vera generatio, vt supra dictum est; nempè processio viuentis à viuente secundum similitudinem naturæ, & secūdum modum ad eam similitudinem tendente. ergo vera Paternitas est relatio, qua Prima persona à secunda distinguitur. *S. Th. 1. p. q. 33. a. 2. 3. & q. 41. a. 3. Dion. Diu. Nom. c. 2.*

g *Iob 38.* 3517 *g* Patrem dici Deum respectu omnium creaturarum. Habent enim creaturæ quandam rationem Filiationis, licet maximè imperfectā; quatenus procedunt à Deo secundum similitudinem vestigij, & diuinas aliquo modo perfectiones imitantur; *S. Th. 1. p. q. 33. a. 3.*

h *Deut. 32.* 3518 *h* Patrem dici Deum respectu creaturarum

rarum intellectualium. Habent enim creaturæ intellectuales peculiarem quandam similitudinem cum diuina natura: quatenus intelligentiæ participes sunt. est autem diuina natura summa Intelligentia, vt supra dictum est. *S.Th.1.p.q.33.a.3.*

3519 *i* Patrem dici peculiari ratione Deum respectu eorum, qui supernaturalem gratiæ habitum habent. Habent enim fundamentum, ac ius ad maximam similitudinem cum Deo; quæ est visio beatifica, qua videtur Deus sicuti est. est autem diuina natura sui ipsius visio comprehensiua. *S.Th.1.p.q.33.a.3.& q.41.a.3.* *i* *Rom.5. & 8.*

3520 Filium propriè dici in diuinis secũdam Personam respectu Primæ. Procedit enim secunda Persona à prima secundum similitudinem diuinæ naturæ indiuiduæ, & secundum modum ad eam similitudinem tendente. In rebus enim creatis, à quibus nomina sumimus ad explicãdũ diuina, non dicitur Filius, nisi qui est viuens, à viuente procedens secundum similitudinem naturæ, & modo ad eam similitudinem tendente. *1.Par.d.1.à n.55.& sup.def.3234.S.Th.1.p.q.33.a.3.& q.41.a.3.& 3.p.q.31.a.3.*

3521 Verbi nomen propriè in diuinis dici de secunda Persona. Verbum enim secundum communem Philosophorum acceptionem significat conceptum mentis ab intellectu, menteque procedentem. Procedit autem, vt supra dictum est, secunda Persona in diuinis à Prima persona, nempe à Patre vt intelligente. *1.Par.d.1.à n.55. sup.def.3233.S.Th.1.p.q 34.a.1.2.*

3522 De solo Patre in diuinis propriè dici verbum, Dicere. Nihil est enim aliud dicere,

quam proferre verbum. Verbum autem propriè de Filio dicitur, ergo Dicere de Patre dicitur propriè, *S. Th. 1. p. q. 34. a. 1. ad 3.*

3523 Soli secundæ Personæ Splendoris nomē propriè attribui in diuinis. Intellectio enim lucis rationem habet, *k* vt supra dictum est. Splendor autem est lux de luce. Secunda autem Persona in diuinis per intellectionem procedit. *S. Th. 1. p. q. 34. a. 2. ad 3.*

k Dist. 4. à def. 1893.

3524 Soli secundæ Personæ Imaginis nomen propriè attribui in diuinis. Imago enim relationem transcendentalem dicit similitudinis ad suum exemplar. Sola autem secunda Persona relationem dicit similitudinis ad primam Personam, à qua procedit; quia modo assimilatiuo procedit, quatenus procedit vt Verbum; vt supra dictum est. *1. Par. d. 1. à n. 55. S. Th. 1. p. q. 34. a. 2. ad 3. & q. 35. a. 1. 2.*

3525 Spiritus sancti nomen in diuinis rectè attribui tertiæ Personæ. Nomen enim spiritus in rebus corporeis impulsionem, ac motionem significare videtur corporis tenuis. *l* Amor autem impulsio quædam, ac motus est in obiectū, quod amatur. Cum ergo tertia Persona in diuinis per amorem procedat, rectè Spiritus appellatur. cumque sit actus purissimus, congrue Sanctus nominatur. *S. Th. 1. p. q. 36. a. 1.*

l S. Th. 1. p. q. 81. a. 1.

3526 Notionis nomen in diuinis significare proprietatem in abstracto cuiusque personæ propriam, per quam distinguitur vna Persona ab alia Persona; & qua oppositas relationes significamus. Quare notiones diuinæ sunt, Paternitas, Innascibilitas, generatio actiua, generatio passiua, spiratio actiua, spiratio passiua.

S. Thom.

S.Thom.1.p.q.32.a.2.3. & q.41.a.1.

3527 Actus notionales appellari, actus ad intra diuinarum Personarum vt producentium, & vt productarum. vt sunt, generatio, & spiratio actiua, generatio, & spiratio passiua. *S.Th.supra.*

3528 Origines in diuinis significare, Rationes producendi ad intra, & ipsas diuinas productiones, quatenus altera est ex altera. *S.Th.1.p.q.33.a.1.& q.42.a.3. & q.40.a.2. & q.41.a.1.ad.1.*

3529 Processionem in diuinis significare actū notionalem passiuum cum habitudine ad principium, à quo procedit. *S.Th.1.p.q.43.a.2.*

3530 Processionē, & exitum in diuinis, præter actum notionalem passiuum, & habitudinē ad principium, à quo procedit, connotare etiam terminum temporalem alicuius effectus producti. Secundum hanc significationem dixit Christus, Exiui à Patre, & veni in mundum. *S.Th.1.p.q.43.a.2.*

3531 Generationem passiuam in diuinis esse processionem secundum similitudinem naturæ, modum habentem assimilatiuum. *S.Th.1.p.q.43.a.2.*

3532 Spirationem passiuam in diuinis esse processionem per amorem, habentem rationē impulsus. *Sup.def.*3525. *S.Th.1.p.q.43.a.2.*

3533 Circuminsessionem à Theologis dici Mutuam diuinarum Personarum immanētiam: quatenus quælibet diuina Persona est in alijs duabus ratione diuinæ naturæ, in qua omnes diuinæ Personæ vnum sunt. *Fulgent. de Fid. ad Petr.c.1. Soar.de Trin.l.4.c.16.*

3534 Missionem in diuinis, esse processionē

diuinam connotantem terminum, effectumque temporalem. Ita Christus dicitur missus à Patre, quatenus à Patre procedens ab æterno vt Deus, in tempore factus est homo. & Spiritus sanctus dicitur & à Patre missus, & à Filio; quatenus ab æterno à Patre, Filioque procedens, in tempore diuina nobis dona largitus est. *S.Th. 1.p. q.43. a.2.5.*

3535 Dici diuinam Personã nobis dari, quatenus præter ordinem consuetum naturæ, supernaturalem gratiæ effectum operatur in nobis. *1.Par.d.1.n.62.63.S.Th.1.p.q.43.a.2.3.*

3536 Dici diuinam Personã habitare in nobis, ac manere: quatenus extra ordinem consuetum naturæ, gratiæ habitum nobis infundit, quo ius habemus ad Dei visionem, ac fruitionẽ ęternam, secundũ quos actus est Deus in nobis obiectiuè vt est, præter consuetos essendi modos per essentiam, potentiam, præsentiam. *S.Th.1.p. q.43.a.3.*

3537 Dici diuinam Personam ad nos venire: quatenus nouum gratiæ effectum operatur in nobis, vt supra dictum est. Cum enim diuinæ personæ sint vbique, neque terminum à quo, neque terminum ad quem habent respectu vllius loci, vt dici possint venire. dicuntur ergo venire ratione effectus extraordinarij, quem operantur. *S.Th.1.p.q.43.a.2.3.5.*

3538 Scientiam simplicis intelligentiæ dici diuinam cognitionem, quatenus absolutè intelligit possibilia. *S.Th.in Add.q.92.a.3.*

3539 Scientiam visionis dici diuinam cognitionem, quatenus terminatur ad res vt existentes, siue sint, siue fuerint, siue futuræ sint. *S.Thom.*

in Add. quæst.92. a.3.

3540 Scientiam conditionalium dici diuinam cognitionem, quatenus terminatur ad possibilia, non vt absolutè futura, sed quæ futura sunt, si aliquæ conditiones ponantur. Vt cognouit Christus futurum fuisse vt Tyrij, ac Sidonij in ipsum crederent, si eius miracula vidissent. *Matt.11.21.*

3541 Voluntatem antecedentem dici diuinam voluntatem, qua nobis bonum aliquod vult absolutè consideratis; cum nullo adiuncto meritorum, vel demeritorum. *S.Th.1.p.q.19. a.6.ad 1.*

3542 Voluntatem consequentem, & voluntatem simpliciter, dici diuinam voluntatem, qua nobis aliquid vult, siue præmium, siue pœnam, positis nostris meritis, vel demeritis, vel alijs medijs respectu salutis æternæ. *S.Thom.1.p.q.19. a.6. ad 1.*

3543 Voluntatem diuinam dici voluntatem beneplaciti, quatenus propriè ea voluntas in Deo est. vt Deus voluntate beneplaciti vult nostram salutem, quia propriè talis voluntas in Deo est. *S.Th.1.p.q.19.a.11.*

3544 Voluntatem signi dici eam voluntatem respectu Dei, quæ licet in Deo aliquo modo sit, non tamen ita est, vt esse significatur. Significatur autem illa esse in Deo per signa quædam, quæ quinque sunt, Præceptum, permissio respectu malorum culpæ, prohibitio, consilium, operatio. Plerunque enim non est voluntas in Deo vt significatur esse; sed signum voluntatis voluntas dicitur. Voluntas ergo signi metaphoricè voluntas dicitur respectu Dei. *S.Th.1.p.q.19.a.12.*

3545

3545 Misericordiam de Deo dici, quatenus eius bonitas è rebus defectum expellit. *S. Thom. 1.p.q.21.a.3.*

3546 Iustitiam de Deo dici, non solum quatenus vnicuique secundum opera præmium, vel pœnas tribuit; sed etiam quatenus operatur in rebus secundum naturalem exigentiam illarum. *S.Th.1.p.q.21.a.1. & 4.*

3547 Prouidentiam dici de Deo, quatenus in diuina mente est ratio ordinis rerum in finem. *S.Th.1.p.q.22.a.1.*

m *Ephes.1.* 3548 *m* Consilium in Deo dici ipsam rationem rerum agendarum; non propter inquisitionem, sed propter certitudinem cognitionis, ad quam cõsiliantes inquirendo perueniunt. *S.Th. 1.p.q.22.a.1.ad 1.*

3549 Prædestinationem in Deo esse ipsam circa electos prouidentiam: quatenus Deus aliquas ex creaturis intellectualibus in finem efficaciter ordinat vitæ æternæ. *Par.1.d.1.n.15. & d.6.n.23. S.Th.1.p.q.23.a.1.*

3550 Reprobationem in Deo esse voluntatẽ permittendi aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationis pœnam pro culpa. *Par.1. d.6.n.23. S.Th.1.p.q.23.a.3.*

3551 Librum vitæ metaphoricè in Deo dici ipsam electorum in vitam æternam in mente diuina destinationem. Est enim ea destinatio quasi quædam in libro conscriptio. *S.Th.1.p.q.24.a.1.*

3552 Potentiam Dei absolutam dici, potentiam diuinam secundum se consideratam. quæ extenditur ad omne ens. *S.Th.1.p.q.25.a.5.ad 1.*

3553 Potentiam Dei ordinatam dici potentiam diuinam, quatenus facit id, quod Deus se

facturum decreuit, ac præsciuit. S.*Th.1.p.q.23. a.5.ad 1.*

3554 *n* Relationes in diuinis significare diuinas processiones, quatenus ad aliquid sunt, seu exigunt aliquid, nempè Personam producẽtem, & productam. S.*Th.1.p.q.28.a.1.*

n *Vide sup. De Relatione à defin. 3160.*

3555 Trinitatem in diuinis, non diuisionem substantiæ, sed numerum significare, distinctionemque Personarum. S.*Th.1.p.q.31.a.1.*

3556 Vitanda esse in diuinis nomina diuersitatis, ac differentiæ, ne vnitas tollatur essentiæ. Differentia enim distinctionẽ formæ significat. S.*Th.1.p.q.31.a.2.Hilar.7.de Trin.*

3557 Posse in diuinis distinctionis nomen vsurpari: vt oppositio significetur relatiua. S.*Th.1.p.q.31.a.2.*

3558 Non esse in diuinis separationis, ac diuisionis nomen vsurpandum. ne simplicitas tollatur essentiæ. S.*Thom.1.p.q.31.a.2. Hilar.7.de Trin.*

3559 Non esse in diuinis disparitatis nomine vtendum. ne personarum tollatur æqualitas. S.*Th.supra.*

3560 Non esse in diuinis vsurpandum alieni nomen, & discrepantis. ne similitudo tollatur. S.*Th.supra. Ambr.l.1. de fid.c.2.tom.2. Hilar. 7.de Trin.*

3561 Non esse in diuinis Singularitatis nomine vtendum. Ne diuinæ essentiæ communicabilitas tollatur. S.*Thom.supra, Hilar.7.de Trin.*

3562 Vnicum Filium dici: quia non sunt plures filij in diuinis. S.*Th.supra.*

3563 Vnicum Deum non dici. ne tollatur nu-

numerus personarum, quibus communis est Deitas. S.Th. *supra*, *Hilar. supra.*

3564 Confusi nomen in diuinis vitādum esse. Ne naturæ ordo à personis tollatur. S.Th. *supra. Ambr. 2. de fid.*

3565 Solitarij nomen in diuinis vitandū esse. Ne consortium tollatur trium personarum. S.Th. *supra*, *Hilar. 4. de Trin.*

3566 Nomen Alius, masculine sumptū, posse in diuinis vsurpari; vt dicere, Filium esse alium à Patre. Suppositi enim distinctio significatur. Per neutrum autem significari solet essentia. quare Filius non est aliud à Patre. S. *Thomas supra. c. Damnamus De Summa Trin. & Fide Cathol.*

o *Def.* 39. 3567 Non posse vocem, Solus, *o* categorematicè, id est, per se, non consignificantem cum alia voce, in diuinis vsurpari. significaret enim solitarium. vt si diceres: Deus est solus, Pater est solus. *S.Th. p.q.31.a.3.*

p *Def.* 40. 3568 Posse vocem, Solus, *p* syncategorematicè in diuinis vsurpari; nempe alteri voci adiungi, vt consignificet cum illa. Significaret enim excludi omne aliud à consortio eius prædicati, quod de diuinis dicitur. vt si dicas: Solus Deus est omnipotens, Solus Deus est æternus, Solus Pater generat. Non potest tamen semper absolutè in nominibus diuinis relatiuis ita vsurpari. non enim licet dicere, Solus Pater est Deus: cum etiam Deus sit & Filius, & Spiritus sanctus. *S.Th. 1.p.q.31.a.3.4.*

3569 Iesum Christum dici, Deum hominem factum, Verbum diuinum humanitati coniunctum, hypostaticeque vnitum. *1.Par.d.3.à n.2.*

Dionys.

Dionys. Diuin. Nomin. cap.1. 2.

3570 Hypostaticam vnionem dici, duarum substãtiarum in vnam hypostasim, personamque, vnionem. *1. Par. d.3. à n.2.*

3571 Christum appellari verum Deum, ac hominem Dominum Iesum; quatenus summus est Rex, ac summus Sacerdos, diuinitatis chrismate inunctus. Quatenus enim Verbum diuinũ humanitati Christi se communicauit, sibi eam in vnitatem Personæ assumendo: *q* diuitias suæ bonitatis, id est, Personam suam diuinam quasi vnguentum effudit in humanitatem: & ita eam sua diuinitate consecrauit, vt illum hominem Iesum efficeret Christum, id est, Regem summũ, & summum Sacerdotem, caput omnium. *1. Par. d.3.n.32. S.Th.3.p.q.22. & 26.* q *Psal.44.8*

3572 De eodem Christo & diuina, & humana nomina verè dici. Est enim, vt Ecclesia docet, Christus vna Persona cum duabus naturis, diuina, & humana. Quicquid autem alicui rei vnitur vera vnione, potest de illa re verè dici, ac prædicari: quia est aliquid ad eam rem spectans. r Est autem omnium vnionum maxima, vnio Personalis. De Christo igitur, qui est vna Persona ex Verbo diuino, & humanitate, composita, prædicari possunt & quæ ad diuinitatem, & quæ ad humanitatem attinent. Ideoque Christus idẽ & Homo dicitur, & Deus; & ante sæcula ex Patre, & in tempore genitus ex Virgine; omnipotens, & crucifixus: per Idiomatum communicationem. *1. Par. d.3. à n.2. S. Thom. 3. p. q. 16. a. 4. 5. & q. 17. a. 1.* r *1. Par. d.3. à n.2.*

3573 Idiomatum communicationem à Theologis dici, proprietatum ad diuinam, & humanam

nam Christi naturam spectantium, de eadem Christi Persona prædicationem. Nam ratione vnius Personæ, ad quam spectant, communicationem habent diuinæ, & humanæ naturæ proprietates inter se. *S. Thom. 3. p. q. 16. a. 4. & q. 17. a. 1.*

3574 Abstracta diuinitatis nomina, non posse de abstractis humanitatis nominibus; neque abstracta humanitatis nomina de abstractis diuinitatis nominibus, in Christo prædicari. Prædicatio enim identitatem significat prædicati cum subiecto. Falsum autem est idem esse diuinitatem, & humanitatem in Christo; quamuis vnionem habeant in eadem Persona. Non potest ergo dici, Diuinitas est humanitas, nec Diuinitas est mortua. sed Deus est homo; Deus est mortuus, sumptis nominibus in concreto, nempè in suppositio, ac Persona. Verum enim est idem suppositum, eandemque Personam, quæ est Deus, esse hominem, esse mortuum, ratione humanitatis, quam sibi vniuit in Personæ vnitatem. *S. Thomas 3. par. quæst. 16. a. 1. 2. 5.*

3575 Nomina, quæ Personalem vnionem excludunt, non posse neque in concreto de Christo prædicari. Quare non potest dici, Christus est homo dominicus. significaretur enim humanitatem non habere vnionem personalem cum Verbo, sed aliam esse personam hominis, denominatam dominicam à Domino Deo per aliquem alium respectum, quam per vnionem personalem cum Deo. *S. Thom. 3. p. q. 16. a. 3.*

3576 Nomina, quæ aliquo modo indicant

esse

esse in Christo personam creatam, non posse, neque in concreto de Christo dici. Falsum enim est esse in Christo aliam Personam, quam diuinam Verbi. Quare hæc est falsa; Homo factus est Deus; si homo supponat personaliter. Non enim persona humana iuncta est Deo, sed humanitas. *S. Thom. 3.p. q.16.a.7.*

3577 Non esse de Christo absolutè dicenda nomina illa humana, quæ inducere possunt aliquam suspicionem erroris; sed semper cum addito humanitatis enunciandа. Quare non est absolutè dicendum, Christus est creatura; Hic homo (signando Christum) cæpit esse: ne quis suspicetur diuinum Christi suppositum esse creatum; sed dicendum, Christus secundum humanitatem est creatura, cæpit esse, minor est Patre. Simpliciter autem dici potest Christus passus, mortuus, sepultus: quia nemo suspicari potest diuino supposito ea conuenire secundum ipsum. *S.Th.3.p.q.16. a.8.9.10.11.*

3578 Christum absolutè dicendum esse Filium Dei. Nam nomen Filij est nomen personæ. In Christo autem Persona est diuina; quæ est Filius Dei naturalis, quatenus est viuens à viuente procedens secundum similitudinem naturæ indiuiduæ, vt supra dictum est. quæ similitudo est omnium maxima. ob id competit Christo per excellentiam dici Filius Dei. quo modo dici non possunt homines, nec Angeli: licet dici etiam ipsi possint secundum aliquam rationem filij Dei; & quatenus sunt viuentes intellectuales à prima Intelli-

gentia creati; & quatenus habent gratiam, quæ eos maximè similes reddit Deo, cum sit supernaturalis participatio diuinæ naturæ, cui participationi, vt & ipsi diuinæ naturæ, debetur visio Dei. *S.Th.3.p.q.32.a.3.*

DISTINCTIO SEPTIMA.

DE ETHICIS, POLITICISQVE actionibus.

siue

de Prudentia.

1 T ratione naturali, & diuina fide certum est Hominem à Deo procreatum ad contemplandum diuina. a Hominis enim melior pars est Intellectus, ac mens: mentis autem vltima perfectio, cõtemplatio est. cõtemplatio autem illa optima, quæ circa optimum intelligibile, verũque versatur: quale Deus est. Est autẽ vnumquodque ad sui perfectionem, bonumque vltimum assequendum: vt propensio indicat, quam quodque habet ad bonum suũ. est igitur Homo ad contemplandum Deum. Ad Dei contemplationem habẽdam enitendum homini est, tum eam, quæ in hac mortali vita haberi potest; tum illam beatam, quam ipsius Dei do-

a *Arist. 10. Eth. c. 7. 8.*

no futuram speramus in cœlo. Porrò 2
neque Dei contemplationem quis assequi potest, nisi eam appetat; neque appetere, nisi cognoscat; habeatque præterea quæ necessaria sunt ad viuendum. vita enim corporis necessaria est, vt homo sit. Tria igitur sunt ad contemplationē media: vita corporis, diuini boni cognitio, voluntas eius boni. *b* Vita corporis, cōmodaque eius vitæ conseruatio, aliorum societatem requirit; vt parentum, à quibus corpus progignatur, & alatur; vt ciuium, à quibus vitæ necessaria inuicem exhibeantur. Societatem exigit doctrina, sine qua diuini boni cognitio haberi non potest. Non est autem voluntas, amorque in diuinum bonum, vt par est: vbi voluntas est, & amor erga sensibilia, quæ ad boni diuini assecutionem nō referuntur. corrumpit enim visibiliū amor amorem diuinorum. *c* Neque vero vita corporis degitur, vt necessarium est degi; neque diuini boni cognitio accipitur, vt par est accipi; nisi recta sit hominum, quibus cum viuitur, multitudo, ac societas. Medium igitur ad commodè viuendum, commodèque diuinorum cognitionem accipiendum, est bona societas: *d* mediū ad summi boni amorem habendum, ac retinendum, est bonus affectus. *e* Societatis autem, affectusque bonitas, est rectitudo,

b *Leg. S. Th. 4. de Regim. Princ. c. 2. 3 Arist. 8. Eth. 1. & lib. 10. c. vlt.*

c *S. Aug. de Amic. c. 5. tom. 4. Basilius in Ascet. c. 7. Arist. 8. Eth. c. 1.*

d *S. Ambr. 1. off. c. 24.*

e *Vid. S. Th. 4. de Regim. Princ. c. 23. & Arist. 7. Polit. c. 14. & 15.*

3

tudo, eō formitasque cum recta ratione. Vt enim in rebus sensu carētibus, operationum regula est ea propensio, quam quidque secum natam habet in bonum suum; vtque in viuentibus sensitiuis regula appetendi, ac se mouendi, est eius boni sensitiua cognitio, quod cuique animali congruum est: ita in agentibus per intellectum, quales homines sunt, actionum, appetitusque intellectualis regula, honesti boni cognitio est. vim autem ad cognoscēdum honestum habemus quisque à Deo congenitam in mentibus nostris. vt ergo & vniuersa multitudo, & quilibet è multitudine rectè se habeat, vt hominem decet; conformandus est affectus, ac proinde actiones ex affectu promanantes, cum recta ratione. Recta autē multitudinis, vt multitudo est, ratio, est recta ratio eius, qui multitudinem regit. Nulla enim multitudo rectè se habere sine rectore potest: cui singuli pareant. vt rectè se habere corpus non potest sine capite, à quo motus est, & influxus in singula membra. Rectoris est multitudini bonum commune proponere, atque ad illud singulos dirigere: vt rationis, ac mētis est, in quoque homine bonum cuique prosequendum ostendere, vt ad illud cuiusque actiones referantur. Ea recta ratio, quæ est in Principe ad multitudinem

dirigendam in bonum commune, Prudentia politica nominatur. quæ vero in quoque est ad suas actiones referendas in suum honestum, ethica prudentia est. vltimum autem, optimumque honestū, est diuinorum contemplatio, vt supra dictum est.

Est autem operæpretium actionum § genera cognoscere, quæ ad summum bonum à recta ratione dirigēdæ. valet enim ea cognitio ad inuestiganda præcepta, legesque Prudentiæ. Cum ergo finis hominis sit diuinorum contemplatio; ad eam autem consequendam opus sit medijs; media autem in praxim, vsumque venire debeant: hinc intelligimus tria esse prima actionum genera, circa quæ Prudentia versari debet; vnum circa finem, aliud circa media, tertium circa vsum mediorum. Præcipuę circa finem actiones tres: 6 Ipsa finis cognitio; voluntas in finem cognitum, amor, & intentio illius; Possessio finis, quę quatenus circa vltimum hominis finem versatur, Contemplatio est summi boni. Tres quoque actiones sunt circa media: Inquisitio mediorum apprehendendo fini congruentium; Iudicium de medio maximè cōgruo; Electio, ac voluntas eius medij. Circa vsum mediorum, ac praxim, actiones sunt duę: Imperiū, ad vsum impellens; & vsus ipse.

de

de quarum actionum ratione, naturaq; in Summa Ethicę, & in Prima huius Introductionis parte dictum est. Media porro ad contemplationem summi boni præcipua duo, vt supra dictum est, Societas aliorum, & Corporis vsus. Aliorum societatem corrumpit iniuria; quatenus aliorum ius lędens, amicitiam dirimit, quæ est vinculum societatis. cõseruat autem societatem Iustitia, quatenus iuri vniuscuiusque debitum tribuit. Bonum autem, rectumque corporis vsum, ac sensuum, corrumpere solent duo: Timor temporalis mali, auertens animum à recta ratione, honestique prosecutione; & Concupiscentia temporalium bonorum, impellens animum ad prosequēdum ea, quę rectę rationi contraria sunt. Firmat autem contra immoderatum timorem animum, Fortitudo; cõtra concupiscentiam immoderatam Temperãtia. Vt ergo societas aliorũ, & vsus corporis rectè se habeant, sintque media Honesto congruentia, finique vltimo, qui est summi boni possessio: tres illę actiones, quę circa media sunt, Inquisitio, Iudicium, Electio, debent maximè circa trium illarum virtutum moralium materiam versari, Iustitię, Fortitudinis, Temperantię. Tria igitur illa actionum genera, quę sunt circa media, singula rursum in tria genera

diuiduntur trium illarum virtutum moralium. Sciendum autem finem, alium § vltimum, alium non vltimum esse. Habent enim rationem finis eæ rationes boni, in quas motus, actioneſq; terminãtur. Terminãtur autẽ motus, actioneſq; hominis, vt experimur, nõ ſolum in finem vltimum, qui eſt ſummi boni poſſeſſio; ſed etiam in bona alia, quæ boni ſummi rationem non habent. neque tamen mali ſunt ij motus, & actiones, ſi bona, ad quæ terminantur, ad bonum vltimum referri poſſunt, & hominis animus, qui ad ea tẽdit, non tendat tanquam ad finem vltimum ad illa, aut modo fini vltimo non congruenti. ita nihil ſæpè cogitantes de fine vltimo, multa iuſtè, temperatè, fortiter agimus. eſt ergo recta ratio finis, medij, & vſus, non ſolum reſpectu boni ſummi; ſed etiam reſpectu aliorum bonorũ, quæ bono ſummo congrua ſunt. Septem igitur illa actionum genera, finis cognitio, intentio, poſſeſſio, inquiſitio mediorum, iudicium, electio, imperium, vſus; non ſolum ad bonum ſummum, ſed ad alia quoque bona ſpectant. Quare dum de ijs ſeptem actionum generibus in hac diſtinctione agemus; intelligendi ſumus illas nos ad ſolum boni vltimi explicitũ reſpectum non reſtringere, ſed agere de ijs modo in communi, modo cum reſpectu

ctu explicito ad bonum vltimum; modo cum respectu explicito ad bona non vltima, implicitum tamen ad bonum vltimũ respectum habentia. Est autem earum actionum doctrina duplex, altera speculatiua, altera practica. speculatiua doctrina in Ethicæ summa, primaque huius Introductionis parte tradita est. nunc agẽdum de doctrina practica, quæ Prudentia est. Actiones porrò propriè practicæ sunt Imperium, & Vsus. Iubet enim Imperium actionum praxim, Fac, inquit, Amato, Legito, Contemplator, Eligito, Iubeto. Vsus autem est ipsa praxis, præceptique exercitium. Omnia autem actionum genera, quatenus ad praxim venire debent; sub Imperium cadũt, & ipsemet actus imperij. nam antequam vlla actio ab vlla animi potentia exerceatur; si in vsu rationis sumus, eaque fiat cum deliberatione; semper antecedit actus imperij, quo mens illam iubet fieri: vt ipsa nos docet experientia nostra. Præcepta autẽ, legesque omnes, sunt actus Imperij: eademque Prudentia nominantur. Duplex autem est Prudentia: altera ethica, quæ cuiusque actiones, moresque instituit; altera politica, quæ suis præceptis multitudinem regit. De vtriusque præceptis in hac distinctione dicendum est. Quam in vltimum huius secundæ partis locum re-

tulimus: quoniam opus nostrum est introductio in sacram Doctrinam. Finis autem sacræ doctrinæ Actio est. eò enim refert omnia tum credēda, tum agenda, quæ docet: vt rectè agamus, quò ęternã Dei visionem, ac contemplationem, quę summa felicitas est, cõsequamur. Ex quo intelligimus quanti referat huius Distinctionis methodus ad sacrarum Scripturarum intelligentiam: quę in tradenda salutis Prudentia totę sunt.

Modus autem agendi is erit. Prȩcepta Prudentię in decem, & tria capita distinguemus: tribus, ac decem actionum generibus respondentia, quę sunt: Finis cognitio, Amor, Intentio, Contemplatio, Inquisitio, Iudicium, Electio, Imperium, Vsus, Amicitia, Iustitia, Fortitudo, Temperantia. In quoque autem capite leges erunt tũ ethicę, tum politicę; id est, tũ ad sui cuiusque regimen, tum ad multitudinis directionem spectantes. Cum autem multitudinis regimen aliud spirituale sit, aliud tẽporale: pro vtroque regimine leges tradentur, quas è libris tũ Canonici, & Ecclesiastici, tum Ciuilis Iuris, summatim colligemus. Cum autem leges ciuiles magna ex parte sint in iure contractuum definiendo, dirigendaque iustitia Iudiciorum; sitque id negotium immensum. nos, qui introductionem in sacram

11

12

Do-

Doctrinam, non de Iure ciuili scribimus; ea tantum eius iuris capita prælibabimus, quę ad sacrę Doctrinę intelligẽtiam satis esse arbitrabimur. multa in definitiones de verborũ significatione conijciemus: quę putamus lucem interpretationibus sacris allatura per argumentum à simili, vel dissimili. *f* Nam nihil est, quod non possit nos ad diuinorum cognitionẽ ducere: quatenus quicquid est, Dei perfectionem aliquam refert aliquo modo, Deumque indicat, è cuius infinitę bonitatis fonte secundum suos quęque res limites deriuatur. *f Rom. 1. 20.*

13 Porrò præter præcipuum vsum, ad quẽ hęc scribimus, interpretãdarum Scripturarum; habere hęc septima Distinctio potest vsus alios. Primum, si cui libuerit ad parandam materiam concionibus sacris, in cõmodam methodum colligere sententias omnes de agendis, quę inter legẽdum, aut interpretãdum diuinos libros, aliosue scriptores, occurrerint: habet certos locos, ordine dispositos, huius distinctionis Definitiones; in quos eas sententias conferat; vt ipsi promptę sint ad omnem vsum. Nos quidem secundum harũ definitionum ordinẽ cogitamus, si Deus tempus, & otium dederit, collocare omnes sententias diuinorum librorum. vt singulis definitionibus omnes, quotquot *Vsus.*

in

in diuinis libris deprehenderimus eiusdē intelligentiæ sententias, subscribamus. ita singulæ definitiones omniū sibi subscriptorum eiusdem sententię textuū interpretationes erūt: & omnes eidem definitioni adscripti textus, eam definitionem auctoritate diuina confirmabunt. Quod magnas, vt nemo non videt, commoditates habebit. Ideo nunc à citatione sacrarum Scripturarum abstinemus: ne non citantes omnes, quia nō dum omnes vidimus; ab ea, quam cogitamus, molitione, methodoque deficiamus. Interim totum ius Canonicum, quantum nostra tenuitate potuimus, harum definitionū ordine complexi sumus. vt definitionum sententijs tanti Iuris auctoritas sit: & eius Iuris doctrinam hac nostra methodo distingueremus, ad introducendū via facillima tyrones ad studiū tam vtilis doctrinę; & ad indicandum ordinem, qui nobis visus est non incongruus ad prælegendū, interpretandumque Ius illud. Cæterum, ne eadem ethica, politicaue præcepta, sæpius repeteremus; quāuis aliqua ad plura huius Distinctionis capita attineant; maluimus sub vno tantum capite collocare. Quare si quod præceptum videbitur in aliquo Capite desiderari: illud in alijs capitibus est inquirendum, aut in Prima parte Introductionis in sententijs de virtutum,

tutum, ac vitiorum actionibus.

14 Secundus huius Distinctionis vsus esse posset, ad Collationes habendas de ethicis, politicisq; actionibus. Nam siue Episcopis Clerum, siue Rectoribus regulariū suos religiosos, ad vitam Dei cultoribus, sacrisque Ministris congruam; siue Principibus suos Magistratus, alioſue ad regendum aptos, ad regimen instituere voluntas fuerit: offerimus collationum materiam breui methodo collectam: si hoc opusculo vti, quam alijs maioribus libris, maluerint.

15 Tertius vsus est, ad suggerendum catalogum actionum. Debet enim quisque proponere sibi eas actiones, quas agere oportet & vt homo est, & vt muneri cuicunque prępositus. ne errare contingat, quia ignorat; & ab honesto deficere. esse ergo cuique debet liber aliquis, quasi catalogus agendorum. Congruus ille & exercitationi lectionis spiritualis, & examinandę conscientię, & memorię obligationum sui cuiusque officij renouandę. Nos huius distinctionis definitiones suggerimus, quasi catalogum agendorum. quæ illud habent commodi nō contemnendi, quod in singulis alij libri, auctoresque citantur; qui de eisdem agendis agunt copiosius, & pręclare. Ad eorum librorum lectionem vehementer hortamur.

mur. hauries enim ex ijs veram & Ethicam, & Politicam. nam ferè omnes, Sancti, & Patres in Christi Ecclesia: proinde ad verum finem dirigentes, docentesque rationem veram agendorum. Aristotelē citamus, qui quanquam in Politicorum libris cautè legēdus; minus tamen habet periculi: quia non aliorum traditionem sequi, sed assequi nititur veritatem. Potuisset & Seneca referri, & Epictetus Philosophus, alijq; his similes: sed quia exiles visi sunt, ac abiecti, cum pingui, nobilique catholicorum Patrum doctrina comparati; ab eorum citatione abstinuimus. nam quid ethnicos consectamur; qui tot libros habemus in Christi Ecclesia, sapientia scriptos diuina?

Illud etiam commodum proponendū 16
videtur, quod ex his definitionibus petere quis possit. Quod, si cui statuta, canones, institutiones, leges condere contigerit; earum definitionum lectio laborem minuet. nam & materiam indicant, & nonnullum ordinem, & auctores, quos consulere non est inutile.

DE-

De Ethicarum, ac Politicarum actionum præceptis, & legibus.

Caput Primum.

De Dei, diuinorumque cognitione accipienda.

3579 DEi cognitionem accipiendam esse. *a* Nam finis omniũ est Deus. Finis autẽ est actionum humanarum prima regula; finisque cognitio primum principiũ est in omnibus agendis. Igitur si Dei cognitio non habeatur, intolerabiles in humanis actionibus errores cõtingere necesse est. *Trid. sess. 3. & sess. 23. de Refor. c. 1. PP. de Consecrat. d. 4. à c. 54.*

a 1. *Par. d. 1. n. 37. S. Tho. 1. p. q. 103. a. 2. et 1. 2. q. 1. a. 8. & q. 3. Ambr. 1. off. c. 26. & l. 2. c. 2.*

3580 *b* Primam in puerorũ animis cognitionem esse debere cognitionem Dei. Finis enim cognoscendus est actionum antequam ad actiones aggrediare. Præcognoscendus ergo Deus à pueris est cum primum rationis vsu pollere incipiunt, & agere humano modo. *Def. præced.*

b *S. Carol. Borrom. uit, l. 8. c. 1.*

3581 *c* Esse in omnibus debere curam primam ad synceram Catholicæ Fidei doctrinam accipiendam, tradendamque. Est enim ea doctrina diuina, vt omnia probant argumenta; præstãtissimè sentiens de Deo, deque agendis; & modo fa-

c *S. Carolus Borrom. in vit. l. 8. c. 1. S. Ambros. 1. off. c. 26.*

facillimo prima eruditionis tradens rudimenta ad Deum, agendaque cognoscenda. *Gratianus, Valent. Theod. Imperatores tit. 1. C. de Sum. Trin. & fid. Cath. & sequent. Trid. sess. 2. 3. 4. Pius IIII. in bul. celebr. Concil. Trid. & Trid. sess. 24. de Refor. c. 3. & sess. 25. de Purgat. & Decr. vlt. & Dist. 96. c. 4. & d. 97. c. 1. et Decc. l. 5. tit. 7. De Hæreticis.*

3582 Publicas de fide contentiones arcendas esse. Ne detur in rudibus errorum occasio. *Marcian. Imper. l. 3. C. de sum. Trin. & fid. Cath. & c. Quicunque l. 6. de Hæret. §. Inhibemus.*

3583 Christiani rudes ab infidelium, præsertim Iudæorum, & Hæreticorum commercio cauento, quantum fieri potest. Ne sit erroris periculum. *Decc. l. 5. tit. 6. de Iudæis, & Sar. & tit. 7. De Hæreticis.*

d S. Carol. Borr. vit. l. 8. c. 1.

3584 *d* Publicè fidem profitentor iuxta Ecclesiæ formam omnes Ecclesiæ Ministri, Ludimagistri, Concionatores, Lectores sacrę Scripturæ, ac Theologiæ, Medici, Impressores librorũ, & alij; à quibus periculum esse possit errorum disseminãdorum. Ea enim diligentia multum valet ad illibate conseruandam Catholicam Doctrinam. *Trid. sess. 24. de Refor. c. 1. 12. & sess. 25. de Refor. c. 2. Pius IIII. in Bull. In unctum nobis, &c. Concil. Cartag. IIII. d. 23. c. 2. Tolet. XI. d. 23. c. 6. Pelag. Pap. d. 100. c. 1. & Io. Pap. ibid. c. 4. Greg. 1. q. 7. c. 9.*

e S. Carol. Borr. vit. l. 8. c. 1. S. Ign. p. 4. c. 7. Vid. Basi. in Ascet. c. 15. Arist. 7. Polit. c. 17. & l. 8. c. 1. Iustin. in proœm. ff. §. Illud vero.

3585 Picturis vtitor, & sacris imaginibus ad rudem populum de diuinis mysterijs instruendum. Valent enim ad diuinorum intelligentiam sensibilia. *Trid. sess. 25. de sacris Imag.*

3586 e Primam Principum curam esse debere Ludimagistrorum procurationem, ad inserendam

dam puerorum animis Dei, & agẽdorum cognitionem, aptissimorum. Primã enim pueri eruditionem à Ludimagistris accipiunt: à qua eruditione pendent rectæ virorum actiones; vt intelligitur ex ijs, quæ supra dicta sunt. *Trid.sess.5. de Refor. c.1. & sess.23. c.18. Eugen.II. d.37. can.12. Concil. Later. & PP. in Decc.l.5.tit.5. De Magistris. Vlpian.l.2 ff.de vac.& excus.mun.*

3587 *f* Nullus esto Ludimagister, qui ludum aperiat: quin ante à viris doctissimis, ac sanctissimis coram ipsis Principibus, de doctrinæ synceritate, ac sufficientia, & de morum probitate, testimonium accipiat; fueritque satis instructus, & intelligens in modo tradendi pueris & diuinorum cognitionem, & præcepta morum, & eruditionem litterarum. *Theod. & Valens Impp. l.vnica C.de studijs liber.lib.11.Trid sess.23.c.18. Valent. Imp. l.vn. C.de profess. qui vrb. costant. lib.12. Gordian. Imp. l.2. C.de profess. & Med. lib.10. Iustinian. Imp. l.7. C.eo. Valentin. Imp. l.10.C.eo.*

f S.Carol. Borr. vit. l.8.c.1.

3588 *g* Instructiones scribuntor iussu Principũ, & leges pro Ludimagistris, de ratione tradendæ pueris doctrinæ de Deo, de agendis, de litteris humanis. Id enim, quod tanti interest, non est Ludimagistrorum arbitrio committendum. *c. quia nonnullis, & c. super specula De Magistris.*

g Vide nostrã Instr.5. S. Ign. p. 4. c.7. §.2. & litt.C. Ex Arist.7. Polit. c.17. & lib.8.c.1. & Eth.10. c.9.

3589 Academiæ sunto iussu Principum de actionibus Ludimagistrorum. In quibus præsit doctissimus aliquis, & sanctissimus; qui Ludimagistros collationibus, & tradendæ doctrinæ de Deo, de agendis, de litteris humanis, prælusionibus exerceat, iuxta Principum instructiones ac

le-

leges. Nam tanti momenti magisterium Magistros exercitos exigit. Ad eam diligentiam breui totius Christianæ Reip. reformatio consequeretur. *Ex c. quia nonnullis, & c. super specula De Magistris.*

3590 *h* Doctrinæ Christianæ scholæ sunto in Parochialibus templis, *i* in Cœnobijs, *k* in Scholis litterarijs, in Seminarijs, in Carceribus, in Triremibus, in compitis, in priuatis domibus: ad quas pueri, ac rudes accedere cogantur, ad prima fidei Catholicæ rudimenta percipienda. *Trid sess. 5. de Refor. c. 2. & sess. 24. de Refor. c. 4. 7. Concil. Maticen. c. vt quisque De vit. & hon. cl.*

3591 *l* Instructiones scribuntor de Christianæ Doctrinæ tradēdæ modo iuxta præscriptum Episcoporum: eædem illæ sunto in quaque Diœcesi: deque illis Clericorum, & aliorum operariorum Academiæ habentor; è quibus apti Christianæ Doctrinæ Magistri producantur. *Trid. sess. 24. de Refor. c. 7.*

3592 *m* Sacras ad populum Conciones esse crebras debere. Valent enim ad instruendum populum de diuinis. *Trid. sess. 24. de Refor. c. 4.*

3593 *n* Sacras conciones ad populum credēdorum solum, & agendorum eruditionem habere debere. Cætera enim vana sunt, si finem sacrarum concionum spectes: qui est cognitio diuinorum, & instructio de agendis. *Trid. sess. 5. de Refor. c. 2. & sess. 24. de Refor. c. 4. 7. & Hier. d. 36. c. 3. & d. 37. c. 4. 14.*

3494

h *Bellarm. vit. c. 36. S. Car. Bor. vit. l. 8. c. 1. 6 S. Ignat. p. 5. c. 3. §. 3. & litt. B. Vide nostrā Instr. 17. de modo trad. doct. christ.*

i *S. Ign. ex. c. 4. §. 25. & Par. 3. c. 1. §. 20.*

k *S. Ign. p. 4. c. 7. §. 2. & c. 16. §. 2.*

l *S. Ign. p. 4. c. 8. §. 6. & litt. F. Vid. Bellar. & nostram Instr. 17.*

m *S. Ignat. p. 4. c. 16. §. 3*

n *De modo concionandi vide Instr. nostram 16. & Introduct. Par. 3. d. 8. & Indicem rerum in 1. & 3. Par. Introd. & S. Ign. p. 3. c. 1. litt. S. & p. 4. c. 8. §. 3. & litt. B. C.*

3594 Episcoporum curam esse concionandi,& Concionatores instruendi, & approbandi; & inducendi populum ad audiendum verbum Dei. Facilis autem instruendi concionatores modus est, Instructiones scribere de modo concionandi; & secundum illas collationibus,ac declamationibus exercere concionaturos. *Trid.sess.5. de Refor. c.2.& sess.23. de Refor. c.1. & sess.24. cap.4.7.*

3595 Quorumcunque curam animarum habentium munus esse,plebem sibi commissam pascere verbo Dei. Id enim & salutis necessitas,& muneris ratio exposcit. *Trid.sess.5.de Refor.c.2. & sess.23.c.1.& sess.24. de Refor.c.7.*

3596 *o* Ad concionandum ne accedito indoctus,nec zelum non habens animarum, nec vitio aliquo laborans, *p* nec non callens rectum modum concionandi. A ministerio, si quis secus se habuerit, remouetor. Si quis admonitus non se correxerit,plectitor. Res enim maximi momenti est ad Christianam pietatem verbum Dei. *Trid.sess.5. de Refor. c.2. Isid.d.23.can.3. Petrus 8.q.1.c.12. Benedictus XI. extr.Inter cunctas l.5. de Priuileg.*

o *S.Ign.ex. c.3.§.6.*

p *S.Ign.ex. c.4.§.25.*

3597 *q* Magnam esse oportere in prædicãdo diuino verbo prudentiam. Ne sileas,cum loqui oportet;ne loquaris,cum silendum est;ne non sit sermo cum fructu. *d.43.c.1.& seqq.& d.44.c.1. & d.45.c.18.& 8.q.1.c.12.*

q *Greg.2. Past.c.4. Basilius in Reg.breu. q.208.*

3598 *r* Esse diuinum verbum cum facilitate, ac sermonis simplicitate cõmunicandum.vt populus discat diuina, vt proficiat ad salutẽ. *Greg. 20.Mor.c.1.Hadrianus Pap.d.37.c.6.Trid.sess.5. c.2.de Refor.& sess.24.c.7.& dist.38.c.12.13.15.*

r *1.Cor.3. 2.*

3599 Ad eorum, quæ in prædicatione dicuntur, auctoritatem, non esse eruditionem gentilitiũ afferendam, sed sacram: nisi interdum ad infidelium vanitatem reuincendam. *Aug. d. 37. c. 13.*

s *S. Ignat. Par. 3. c. 1. §. 21. et Ex. c. 4. §. 25. & p. 4. c. 8. §. 3. et p. 10. §. 3.*

3600 s Academiæ sunto Concionatorum. In ijs ars rectè concionandi traditor: & secundum eam Tyrones exercentor, instruuntor, corriguntor. Nam quodcunque quidem ministerium, sed in primis sacrum concionandi munus eam exigit dili gentiam. *Ex Trid. supra def. 3594.*

t *De modo diuina medit. vide nostram Instr. 12.*

3601 t Diuinorum meditationem inducendam in omnes esse. Valet enim diuinorum meditatio ad acutius intelligenda ea, quæ ad Deum spectant, & cognoscendum, & possidendum. *Ex PP. et ipso Arist. 10. Eth. et 7. Polit. c. 3. 14. 15.*

Materiæ habetur variæ in lib. nostr. Medit. pro statu cuiusque.

3602 Statas horas quotidie, u Statos dies singulis annis, esse cuique debere tum Cænobitæ, tum sæculari, ad excolendum, exercendũque animum meditationibus diuinorum. Quod enim maioris momenti negotium esse nobis potest; quam quod est ad Dei, agendorumque cognitionem acquirendam? Meditationum, quas exercitia spiritualia vocant, vsus, quantum hactenus experti sumus, efficax semper fuit ad animorum renouationem remedium cum magna suauitate coniunctum. *Hieron. d. 36. c. 3.*

u *De modo exerc. spirit. vide libr. S. Ignatij Loy. et nost. Inst. 13. & 14.*

3603 Statum tempus quotidie impẽdendum in lectione librorum ad Dei cognitionem, agendorumque directionem facientium. Habentur enim in ijs libris iam inuenta, digestaque, ad quę nos nostra meditatione non nisi longo tempore, ac fortasse nunquam, peruenieremus. *Gelas. Pap. d. 15. c. 3. Hier. d. 36. c. 3. Greg. d. 44. c. 6. Paschalis Pap. 2. q. 7. c. 60.*

3604 *x* Ab impiorum libris de religione disputantium caueto. Periculum enim est erroris, ac falsæ doctrinæ hauriendæ. *Pius IIII.in Bull. Dominici gregis, an.1564.*

x S.Carolus Borr. vitæ l.8.c.1. Vid. Indicē lib.probib.

3605 Videro ne non caute legas libros merè politicos,id est,de prudentia,actionibusque humanis tractantes nullo cum ordine, ad veram religionem,& ad vitam æternam. Ne non assuescas æterna bona intendere, & vilescas in actionibus. *Ex PP.*

3606 *y* Obscænorum, vanorumque lectionē fugito. Illa enim animum ad obscæna pelliciūt: hæc impediunt á contemplatione diuinorum, ad quam conditi sumus: vtraque distrahunt mentē á Dei cognitione,& ab agendis. *Pius* IIII.*supra. Concil. Carthag.4.d.37.c.1.Hieron. ibid.c.2.3.5. Raban.ibid.c.7.Isid.ibid.c.15.*

y S.Carolus Borr.sup. Vid. Indicē lib.probib. S. Ign. p. 4. cap.5. B.& c.13.§.2.

3607 *z* In eam curam incumbendum, vt habeatur regula, & ad bonos, & ad malos, & ad scriptores dubios discernendum. Magni enim interest eam regulam habere. *Vid.Gelasium d.15. can.3.& Indicem Trident. & dist.16.per totum, vbi receptæ ab Ecclesia Synodi numerantur. Augustd.19.c.6.Leo. IIII. d.20.c.1.*

z S.Ign.p.4. c.13.§.1.3.

3608 In eam curam incumbendum, vt libri sacri quam emendatissimè imprimantur. Sunt enim regula & credendorum,& agendorum. *Trid.sess.4.de edit.libb.*

3609 In eam curam incumbendum ne sine auctoris nomine libri de rebus sacris imprimantur. vt caueat quisque à fallendo. *Trid. sess.4.*

a S. Carol. Borr. vit. l. 8. c.1. S. Ign. Par. 3. c.1.§.18. & p.4.c.6. lit.O.& p.7. c.4.§.11.

3610 *a* In eam curam incumbendum, vt quicunque libri examinentur, probenturque ante quam euulgentur. Ne quis in agendis,credēdisve

error emanet in alios. *Trid. sess 4.*

3611 *b* Hæreticorum libri prohibentor. Ne veram Diuinorum cognitionem corrumpant, deprauentque religionem. *Impp. Arcad. & Honorius l.11. C. de Episc. aud. Theod. & Valentin. Impp. l.5. C. de hær. & Man.*

3612 *c* Obscæni, vanique libri prohibentor. Ne morum corruptio, & impedimentum irrepat ad cognoscendum diuina. *c. Legant 37. dist.*

3613 *d* Esto frequens, & attentus auditor verbi rei. Mirum enim quantum valet vox viua ad rerum cognitionem inferendum, & ad animum promouendum. *Aug. l.4. l.1. c.94. Carthag. IIII. de Consecr. d.1. c.63.*

3614 A curiositate abstinendū esse in audiendo verbo Dei. Interrumpit enim, & impedit diuinorum contemplationem, & pietatem erga diuina. *Par. l.d. l.3. n.87.*

3615 Diuini verbi difficultatibus, si quæ inter audiendum occurrerint, ne deterritor: sed auditū præbeto docilem Deo, vt credas; qui nec falli potest, nec fallere. Nisi enim credideris, non intelliges. Intelliges autem, cum credideris, argumenta esse innumera difficultates dissoluentia. *Aug. d.9. can.5.*

3616 *e* Non esse à Ministro verbi Dei proponenda populo, quæ aut vana sunt, & humanum inuentum, aut populi captum superant, aut ingerunt dubia. Ne Dei cognitio aut syncerè non instilletur, aut impediatur in rudibus, aut perturbetur. *Trid. sess. 24. de Refor. c.7. Concil. Nannet. d.24. c.5. Petrus 8. q.1. c.12.*

3617 *f* Non esse vllo modo tolerādos à Principibus fatores errorum. Pessumdedit enim doctrina

b S. Carol. Borr. vita l.8. c.1. S. Ign. p.4. c.5. lit. E. & c.14. §.1. & lit. A.

c S. Carolus Borrom. in vit. l.8. c.1. S. Ignat. p.4. c.5. lit. E. & c.13. §.2.

d S. Ignat. p.4. c.7. §.2. & c.16. §.1.

e S. Gregor. 3. Past. c.5. Caiet. 3. p. q.60. a.5. ad 1.

f Arcad. & Hono. Impp. l.3. C. de bæret. & Manich. Theod. et Valetin. Impp. l.5. C. eo. Gratianus, Valentin. et Theo. Impp. l.2. C. de sū. Trin. & fid. Cath.

ctrina non sana multorum Rerumpublicarum non solum orthodoxam fidem, sed mores etiam, & obseruantiam in Principes, & pacis tranquillitatem. *1.q.7.per totum.& 23.q.4.à c.38.& q.5. c.43.44.& q.7.& Decc.l.5.tit.7. De Hæreticis,& c.Nouerit De sent.excom.& l.6.tit.de Hæreticis. & Clement.l.5.eo.tit.et Extrau.Copiosus De Iud. ac Sarac.& Extrau.Ad certitudinem l.5.de sent. excomm.*

3618 Esse puniendos,&, vt ad fidem redeant, cogendos eos, qui Christianam Fidem cũ Baptismo receptam deseruere. Plectendi enim sunt à suis Principibus facinorum rei. *Tolet. IIII. d.45. c.5. Aug.23.q.4.c.38.& q.6.7.& Decc.l.5.tit.7. De Hæreticis.& l.6.tt.De Hæret.& de Schismat.& Extr.Copiosus De Iud.ac Sarac.*

3619 Qui Christianam Fidē deseruit, non esse ad fidelium communionem recipiēdum, nisi publicè errorē abiurarit. vt ita Ecclesiæ satisfaciat. *1.q.7.c.21.22.& Decc.l.5.tit.7.De Hæreticis.*

3620 Infideles ad fidem conuersos, tuendos, ac fouendos esse. vt ad fidem cæteri alliciantur. *Extrauag.Dignum l.5.de Iudæis,& Paulus III. Extr.Cupientes Iudæos.*

3621 Cauendum à doctrina, quàm Ecclesia Romana non recipit. Nam extra veræ Ecclesiæ doctrinam est, quæ cum Ecclesia Romana doctrina non sentit. *24.q.1.& q.3.c.39.& Decc.l.5. tit.7. De Hæreticis.*

3622 *g* Sunto crebra cũ familiaribus de Deo, diuinisq; colloquia. Iis enim mens nobilior efficitur, & excitatur ad clariorem cognitionē Dei. *44.dist.c.6. Ambr.1.off.c.22.*

g S. Ignat. Par.3.c.1. §.2.& p.4. c.4.§.6.

3623 Animi puritatem procurato. Præcipua

error emanet in alios. *Trid. sess 4.*

3611 *b* Hæreticorum libri prohibentor. Ne veram Diuinorum cognitionem corrumpant, deprauentque religionem. *Impp. Arcad. & Honorius l.11. C. de Episc. aud. Theod. & Valentin. Impp. l.5. C. de bær. & Man.*

3612 *c* Obscæni, vanique libri prohibentor. Ne morum corruptio, & impedimentum irrepat ad cognoscendum diuina. *c. Legant 37. dist.*

3613 *d* Esto frequens, & attentus auditor verbi rei. Mirum enim quantum valet vox viua ad rerum cognitionem inferendum, & ad animum promouendum. *Aug. 1. q. 1. c. 94. Carthag. IIII. de Consecr. d. 1. c. 63.*

3614 A curiositate abstinendũ esse in audiendo verbo Dei. Interrumpit enim, & impedit diuinorum contemplationem, & pietatem erga diuina. *Par. 1. d. 13. n. 87.*

3615 Diuini verbi difficultatibus, si quæ inter audiendum occurrerint, ne deterritor: sed auditũ præbeto docilem Deo, vt credas; qui nec falli potest, nec fallere. Nisi enim credideris, non intelliges. Intelliges autem, cum credideris, argumenta esse innumera difficultates dissoluentia. *Aug. d. 9. can. 5.*

3616 *e* Non esse à Ministro verbi Dei proponenda populo, quæ aut vana sunt, & humanum inuentum, aut populi captum superant, aut ingerunt dubia. Ne Dei cognitio aut syncerè non instilletur, aut impediatur in rudibus, aut perturbetur. *Trid. sess. 24. de Refor. c. 7. Concil. Nannet. d. 24. c. 5. Petrus 8. q. 1. c. 12.*

3617 *f* Non esse vllo modo tolerãdos à Principibus fatores errorum. Pessumdedit enim doctrina

b S. Carol. Borr. vita l. 8. c. 1. S. Ign. p. 4. c. 5. lit. E. & c. 14. §. 1. & lit. A.

c S. Carolus Borrom. in vit. l. 8. c. 1. S. Ignat. p. 4. c. 5. lit. E. & c. 13. §. 2.

d S. Ignat. p. 4. c. 7. §. 2. & c. 16. §. 1.

e S. Gregor. 3. Past. c. 5. Caiet. 3. p. q. 60. a. 5. ad 1.

f Arcad. & Hono. Impp. l. 3. C. de hær. & Manich. Theod. et Valentin. Impp. l. 5. C. eo. Gratianus, Valentin. et Theo. Impp. l. 2. C. de sũ. Trin. & fid. Cath.

ctrina non sana multorum Rerumpublicarum non solum orthodoxam fidem, sed mores etiam, & obseruantiam in Principes, & pacis tranquillitatem. *1.q.7.per totum.& 23.q.4.à c.38.& q.5. c.43.44.& q.7. & Decc.l.5.tit.7. De Hæreticis,& c.Nouerit De sent.excom. & l.6. tit.de Hæreticis. & Clement.l.5.eo.tit.et Extrau.Copiosus De Iud. ac Sarac. & Extrau.Ad certitudinem l.5.de sent. excomm.*

3618 Esse puniendos,&, vt ad fidem redeant, cogendos eos, qui Christianam Fidem cũ Baptismo receptam deseruere. Plectendi enim sunt à suis Principibus facinorum rei. *Tolet. IIII. d.45. c.5. Aug.23.q.4.c.38. & q.6.7. & Decc.l.5. tit.7. De Hæreticis. & l.6.tt.De Hæret. & de Schismat. & Extr.Copiosus De Iud.ac Sarac.*

3619 Qui Christianam Fidē deseruit, non esse ad fidelium communionem recipiēdum, nisi publicè errorē abiurarit. vt ita Ecclesiæ satisfaciat. *1.q.7.c.21.22. & Decc.l.5.tit.7.De Hæreticis.*

3620 Infideles ad fidem conuersos, tuendos, ac fouendos esse. vt ad fidem cæteri alliciantur. *Extrauag.Dignum l.5.de Iudæis, & Paulus III. Extr.Cupientes Iudæos.*

3621 Cauendum à doctrina, quàm Ecclesia Romana non recipit. Nam extra veræ Ecclesiæ doctrinam est, quæ cum Ecclesia Romana doctrina non sentit. *24.q.1.& q.3.c.39.& Decc.l.5. tit.7. De Hæreticis.*

3622 g Sumto crebra cũ familiaribus de Deo, diuinisq; colloquia. Iis enim mens nobilior efficitur, & excitatur ad clariorem cognitionē Dei. *44.dist.c.6. Ambr.1.off.c.22.*

g *S. Ignat. Par.3.c.1. §.2.& p.4. c.4.§.6.*

3623 Animi puritatem procurato. Præcipua

enim est dispositio ad diuinorum, & litterarum cognitionem accipiendam. *S. Ign. p. 4. c. 6. §. 1.*

h S. Ign. p. 4. c. 2. & c. 12. §. 3. & p. 10. §. 3. Vide Amb. 1. off. c. 26. i Rom. 1.

3624 *b* In humanas, ac naturales disciplinas incumbito. Versantur enim illæ in rerum creatarum cognitione. *i* A creaturarũ autem cognitione erigimur in cognitionẽ Dei. nam creaturæ quæque, diuinæ perfectionis effecta, & participationes sunt. *Trid. sess. 23. de Refor. c. 18 & Patres d. 37. à cap. 8. Theod. Imp. l. unica C. de stud. liber. vrb. Rom. lib. 11.*

k Vid. Instr. 6. c. 3. Bellar. opus. de Ascensione ment. in Deum. et in vita c. 38.

3625 *k* Esto quisque diligens, vt siue mente, siue sensibus in creaturarũ cognitione versetur; ipsas creaturas intueatur vt imagines Dei. Mirũ enim quantum ea cogitatio potest ad Dei cognitionem apprehendendam. *Ex Salom. Sap. 13. & Paulo Rom. 1.*

l S. Ign. p. 4. c. 5. §. 1. & c. 6. §. 5. & D. & c. 12. §. 2.

3626 *l* Esto latinæ, græcæ, hebraicæ linguæ studium. *m* His enim potissimum linguis humanarum disciplinarum, ac in primis authentici diuinæ doctrinæ libri cõscripti sunt. Multũ autem interest ad perfectam doctrinarũ intelligẽtiam, probè tenere eã linguam, qua illæ scriptæ à primis scriptoribus fuere; vt in 3. Parte dicetur. *Dist. 37. c. 10. & Clement. inter solicitudines l. 5.*

m Bellarm. vita c. 33.

n S. Ign. p. 4. c. 11. S. Thom. de Reg. Princ. l. 1. c. 13. Arist. 7. Politic. c. 17. et lib. 8. c. 1. & Ethic. l. 10. c. 9.

3627 *n* Magnum esse debere Principũ studiũ in disciplinarum Gymnasijs, & Academijs instituendis, & conseruandis, & honorandis. Magni enim interest Rerumpublicarum habere ciues litteratos. Reguntur enim, & conseruantur Respublicæ consilio, & prouidentia: quæ non sunt in rudibus. Præterquam quod excoluntur animi doctrinis, & barbariem deponunt. Quantus autem splendor est Rerumpublicarum ciues habere humanos, & cultos? *Theod. et Valens Impp. l. unica*

ca C. De studijs liber.lib.11. Trid.sess.23.de Refor. c.18. Eug.11.d.37.c.12. Decc.l.5.tit.5. De Magist.

3628 *o* Seligendos esse doctissimos quosque prudentissimorum iudicio, ac suffragio, in Professores, ac Præfectos Academiarum litterariũ. Vt enim fortes gignuntur fortibus: ita litterati è litteratis prodeũt. *Trid.sess.23. De Refor.c.18.*

3629 *p* Vnus ad litterarũ studia stimulus esto, Nulli magistratum vllum demandare, qui non fuerit in Doctoris, seu Magistri gradũ admissus. *Trid. sess.23.de Refor.c.18. & sess.24.de Refor. c.8.12.16.18.*

3630 *q* Vnus ad litterarũ studia stimulus esto, litteratorum Gradus instituere; nullũque ad maiorum disciplinarum studia, nec ad vllum gradũ admittere, non diligenter de anterioribus disciplinis examinatum, & approbatum. *Itq plur. Academiæ.*

3631 Vnus ad litterarũ studia stimulus esto, nulli beneficium ecclesiasticum vllum conferre: qui non fuerit in Doctoris gradum admissus. *Trid.sess.7.de Refor.c.3. & sess.22.c.4. & sess.23. cap.18.*

3632 Caueto, quantum fas fuerit, ab alijs curis, quo tempore ad studia litterarum incumbẽdum est. Non est enim potens ad hauriendam doctrinam, vt oportet, animus alijs occupationibus intentus. *S.Ignat.4.par.c.6.§.3.*

3633 *r* Prælegẽdi quamque facultatem modus præscribitor iudicio sapientum: quem quisque Professor sequi teneatur. Ne auditores operam perdant, si eam Professori non methodico impenderint. *Iustin.Imp.in procem.ff.§.Et primo quidem.*

o S.Ign.p.4. c.6.§.6. Iustinianus Imp. l.7. C. de professi.& med. lib.10.

p Is apud Sinas vsus. Iustin. Imp. in procem.ff. §. Incipite, & in Procem. Instit.§ fin.

q S. Ignat. p 4.c.6. lit. L. & §.17. & c.15.

r Vide libros studiorũ Societ. Iesu, vbi præclarus prælegẽdi modus, ex S. Ignat. p.4.c.13.

3634 Prima Professorum cura esto in quauis facultate securiorem, & magis approbatam doctrinam sequi, & eos auctores, qui eam docent. Ne periculis errorum sit aditus. *S. Ignat. p.4.c.5.§.4.*

3635 *s* Vna prælegendi ratio esto nunquam omittenda: in prælegendis doctrinis humanis dirigere Auditores ad cognitionem Dei; gradu facto ex humanis ad diuina secundum similitudinem, & analogiam. Finis enim humanarum disciplinarum est cognitio Dei, vt supra dictum est. *Hieron. d.37.can.10.*

3636 *t* Præcepta scholaribus præscribuntor de ratione, modoque studendi: quæ quantum fieri potest, sint pro quaque facultate eadem in omnibus Academijs. Magni enim interest ad eruditionem accipiendam qua Scholaris ratione in studendo vtatur. *Trid. sess.23. de Refor. c.18.*

3637 *u* Interrogando, respondendo, disputando, collationes inter se ineundo, scribendoq; scholares exercentor. His enim excitamentis radices figit in animis rerum cognitio. *Soc. Ies. in lib. stud. per totum.*

3638 *x* Inter præcipuas Principum curas eã esse debere, vt sanctarum Scripturarum, & sacrorum canonum, & Theologiæ studia vigeant. Habetur enim per illa cognitio diuinorum; & ad eam propagandam, ac defendendam, syncereque conseruandam modus. *Trid. sess.5. c.1. de Refor. Tolet. IIII. d.38. c.1.*

3639 *y* Esse magnam Principum curam debere ad remouendos è Rep. modos superstitiosos sciendi. vani enim sunt ij modi, & illiciti. 26. q.5.

s S. Ign. p.4. c.6. §.1. & c.8. litt. A. et c.12. §.1. et p.10. §.3. Vid. Ambr. 1. off. c.26.

t Vid. nostr. Instr. 6. de modo studẽdi. S. Ign. p.4. c.5. §.3. & c.6. §.13.15 & litt. K. L. M. & p.10. §.3. Iustin. Imp. in proœ. ff. per totum.

u S. Ign. p.4. c.6. §.8. & H. I. et §.10. 11. 12. 16. 17. & lit. O. et c.13. §.3.

x S. Ign. p.4. c.5. §.1. & littera B. & c.12. §.1.

y S. Ambr. 1. off. c.26. ex Arist. 8. Polit. c.2.

3640 z Eliguntor consilio sapientum libri doctrinæ solidioris, ac securioris; qui à Professoribus prælegantur. Nam, ne periculum sit doctrinæ non sanæ, non est hoc singulorum arbitrio relinquendum. *Ex Arist.8.Polit.c.2.* z *S.Ign.p.4. c.13.*

3641 Curato quisque Doctor, vt doctrinam communicet sine inuidia. Imitandus enim Deus est, qui vult omnes homines ad sui claram visionem peruenire. Ergo communicanda doctrina eo modo est, vt per nos non stet, quin auditores multò nobis doctiores euadant ad gloriam Dei; quæ syncerè intendenda à docentibus est. *Salomon Sap.7.13.*

3642 Totum Christianum Clerum sacrarum Scripturarum studio esse addicendum. è Clero enim sunt, qui Doctrinam sacram docent, ac docturi semper sunt in populo Christiano. Sacræ ergo doctrinæ ignoratio, quæ contingat esse in Clero, maximum detrimẽtũ faciet in Christiana Republica. Ad Clerum etiã maximè spectat diuinorum contemplatio; qui & dignitate, & religione proximior est Deo. non est autem cõtemplatio sine præuia diuinorum cognitione. *Trid. sess.5.c.1.de Refor.& sess.23.c.18.Isid.d.23.can. 3.& Hier.d.36.c.3.& Dist.38.c.8.9. Honor.III. super specula Ne cler.vel mon.& De Magistris.*

3643 In quoque Clero saltem vnus esto, qui Theologiam Clero, & sacras Scripturas interpretetur. Quam interpretationem totus Clerus siue quotidie, siue semel saltem in singulas hebdomadas audire teneatur. Nulla autem vllum occupatio excuset, quin ad interpretationẽ conueniat. Ea enim præcipua est occupatio Clericorum. *Trident.sess.5.c.1.de Refor.& Honor. III. c.sa-*

c. super specula De Magistris, & Innoc. III. c. quia nullus eo. tit.

3644 Positiuus esto Theologiam prælegendi modus, vbi Clerus est rudior: *a* & positiuus liber, qui explicatur. Rudiorum enim mens argumentorum, & responsionum scholastica concertatione confunditur. & tamen etiam rudioribus Theologiæ cognitio tradenda est, si Clerici sint: vt ex dictis intelligitur. *Trid. sess. 24. de Refor. c. 7. & c. si quis 37. dist.*

a *Positiuus est Catechismus Romanus, & 1. Part. nostr. Introduct.*

3645 *b* Collationes apud rudiorem Clerum sunto saltē semel in singulas hebdomadas, horæ saltem spatio, tum de Scriptura sacra, tum de diuinorum Officiorum, ac Sacramētorum ritibus, modisque sacra *c* prædicationis, doctrinæque christianæ ministeria peragendi, tum de Theologia, tum de Casibus conscientiæ; quarta circiter horæ parte singulis facultatibus tributa; vno legente ex libro quopiam positiuo singulas sententias voce elara, clara, ac distincta ter, quater, pluries, ac omnibus, qui interfunt, sententiam lectā deinceps repetētibus. Is enim Collationum modus videtur omnium facillimus: & induci facilè posset ab Ecclesiasticis Principibus in omnem Clerum, præsertim vbi nullus posset esse supradictarum facultatum professor: & breui magni pareretur in rudiorum Clericorum animis eruditio. *Dist. 38. & c. quia nonnullis De Magistris.*

b *S. Ign. p. 4. c. 6. §. 10. 11. 12.*

c *S. Ign. ex. c. 4. §. 25. & p. 4. c. 8. C.*

3646 Caueto; ne dum ardenter in rerum cognitionem incumbis, intepescat in voluntate pietas, & amor in Deum. Ne cum magis nouers Deum, minus illum glorifices; & euanescas in cogitationibus tuis. *Paulus Rom. 1.*

d *Par. 1. d. 7. à n. 10. & prop. 677. Robert. Bellar. in vita c. 26. S. Car. vita l. 8. c. 6. §. 2.*

3647 *d* Primum medium esse Missiones ad

De Missionibus vide S. Ign. p. 7.

Dei,

Dei, diuinorumque veram, ac synceram cognitionem, præsertim ad infideles populos, propagandam. Fides enim, id est, necessaria ad salutem diuinorum cognitio, ex auditu. Quomodo autē audient sine prædicante? Quomodo vero prædicabunt, nisi mittantur? *Paulus Rom.*10.14,15, 17. *Alex.III. c.quam sit laudabile De Iud.& Sar.*

3648 *e* Congruum esse vt prima Episcoporū, ac aliorum Principum cura de Missionibus sit. Nam sine fide impossibile est placere Deo. Ne ergo tot hominum millia Christi sanguine redēptorum pereant: occurrēdum est mittendis prædicatoribus, & ab ijs, ad quos ex officio mittere spectat; & ab ijs, quos charitas magis vrget, quia magis hoc negotium iuuare possunt & opibus, & auctoritate. Quod autem opus Principe dignius, quam Dei cognitionem, Christianamque Religionem propagare? *Alex. III. supra.*

e *Rob.Bellar. in vita c.26. S.Car. Bor. vita l.8.c.1. in fin. S.Ignat p.5. c.3.§.4.*

3649 *f* Congruum esse à Principibus viris certa vectigalia pro Missionum ministris, certaque stipendia decerni. Qua enim in re magis vtili redditus, præsertim Ecclesiastici, impendi possunt, quam in Dei cognitione, Christianaque fide dilatanda? Id nisi fiat, Missionum opus erit perexiguum. *Ratio.*

f *Rob. Bell. in vit. c.26.*

3650 *g* Congruum esse Congregationem in Christi Ecclesia esse, virorum sapientissimorum, zelo ardētium animarum, & in Missionum opere intelligentium ob experiētiam: quorum cura sit cogitandi de omnibus Missionibus, & deliberandi, & eas, mediaque ad illas obeundas, Summo Pontifici suggerendi: Principum enim maximæ, plurimæque curæ aliæ id auxilij videntur exigere. *Greg.XV.*

g *B.Franc. Borgia in vita.*

3651 Videri fideles omnes ex charitate christiana teneri ad Missionum opus quà precibus, quà sacrificijs, quà eleemosynis, quà consilio, quà opera ipsa, promouendum. Christus enim pro omnibus mortuus est, vultque omnes homines saluos fieri: ministram autem eorum salutis vult Ecclesiam esse, & homines ab hominibus iuuari ad veram Dei cognitionem habendam. Quotquot autem in Ecclesia sumus, ad Ecclesiã pertinemus. Hominibus ergo, præsertim ijs, qui extra Ecclesiam sunt, è sufficientibus ad salutem auxilijs multum deperit, cum fidelium cooperatio, ministeriumque detrahitur. vbi vtilius impẽdant operam suam tot ingenia doctorum hominum, quos alit Ecclesia; quam in hominibus ad Dei cognitionem perducendis? *S. Franc. Xauer. in litt. & Bellar. in vit. c. 26.*

h S. Ign. p. 4. *in Proœm. litt. A. & p. 7. c. 2.*

3652 *b* Qui doctrinæ præstantia, qui vitæ integritate, qui zelo pollent animarum; qui dexteritatem habent in animis iuuandis; qui cupiditate flagrant acerba pro Christo patiendi: horum esto Missionum labor, & opus. Solet enim accidere, vt qui ijs Dei donis carent, multò plus obsint in Missionibus, quam prosint. *Dist. 38. c. 1. & d. 45. & c. Cum ex iniuncto De Hæreticis.*

i S. Ign. p. 7. *c. 2. §. 2.*

3653 *i* Institutiones præscribuntor ijs, qui mittendi sunt, & operi congruentes, & personis, ad quas est eundum, *k* Scribent autem Institutiones expertissimi quique, & in Missionum arte intelligentissimi. Opus enim tanti momenti non est sine directione arbitrio cuiusque cõmittendum. *Soc. Iesu in Reg. Miss. & Clau. Aqu. in Instr.*

k *De Missionũ ratione vide* S. Ign. *in Constit. Societ. par. 7*

3654 Non vi, sed amore infideles esse ad

Christi

Christi Fidem pertrahendos. Nam propriæ mentis conuersione, diuina operante gratia, homo quisque credendo saluatur. *Tolet.*IIII.*d.*45.*c.*5. *& Decc.l.*5.*tit.*6. *De Iudæis, & Sar.*

3655 *l* Ii, quorum institutum est Missiones obire, ab ijs ministerijs remouentor, qui perpetuos, certoque loco addictos Ministros requirunt. Non videntur ergo addicendi Choro, vel certis Ecclesijs, aut curæ Monialium. *Paul.*III. *Iul.*III. *Greg.*XIII. *in bull. confir. Soc. Ies.* l S. *Ign. p.*6. *c.*3. §.4.5.6.

3656 In Missionibus ad terras fidelium, vt Dei, quæ accipitur, cognitio sit perseuerans, vtq; propagetur in posterum: Congregationes instituuntor, ac sodalitia; quorum præcipua cura sit Christianæ Doctrinæ: Collationum quoque in quolibet Clero vsus perpetuus relinquitor de Theologia positiua, de sacra Scriptura, de coscientię casibus; vt supra dictum est. *Deff. præd. & vsus in Missione. Soc. Ies.*

3657 *m* Seminaria sunto adolescentium selectæ indolis, & ad pietatem propensæ, ex infidelium nationibus accitorum. vbi illi ijs disciplinis, eaque pietate, ac moribus informentur: quales decent initiandos Sacerdotio, & mittendos ad Dei cognitionem disseminandam. Sæpè enim accidit aliquibus nationibus, vt ab exteris Sacerdotibus iuuari non possint; siue quia non est eorum copia, siue quia externi non amantur, siue quia ijs latere in persecutionibus non est facile. *Trid. sess.*23. *de Refor. c.*18. *Greg.*XIII. *Romæ.* m S. *Ignat p.*4. *Procem litt. A.*

3658 Esto medium ad diuinorum cognitionē propagandam, editio librorum, ad eum vsum accommodatorum. Sunt autem ei vsui accommodati libri scholastice scripti, pro scholis, ac viris eru-

eruditis: scripti positiuè, pro rudioribus: editis lingua materna, pro illiteratis: schedulæ, formulæque; vt breuiores quædam doctrinæ ad omnes perueniant. *Vsus Ecclesiæ.*

3659 Esto magnus modus, sunto magnæ sententiæ, quibus diuina enunciatur. Est enim Deus magnus, omni nostra enunciatione, intelligentiaque maior. *Ecclesiasticus c.43. in fin.*

n S. Ign. p. 4. c. 12. §. 1. 4. 3660 *n* Cauento Clerici ab earum doctrinarum studio, quæ ad sacros Ecclesiæ Ministros nō pertinent. Doctrina enim sacra, quam habere Ecclesiæ Ministri tenentur, totum hominē requirit, & mentem ab alijs cogitationibus liberam. Abstinendum ergo clericis est à studio iuris ciuilis, quod magnopere occupat studentium mentem, & ad curas temporalium pertrahit, à quibus Clerici debent abhorrere. *Hieron. d. 37. c. 3. & dist. 38. & Alex. III. c. Non magnopere ne cler. vel mon. & Honor. III. c. super specula de Priuil. & Bonif. VIII. c. statutum, & c. vt periculosa l. 6. Ne cler. vel mon.*

o S. Ign. p. 4. c. 5. B. 3661 *o* Præcipuum Sacerdotum studium esto sanctarum Scripturarum, & sacrorum Canonū. In his enim libris sunt ea, quæ docere populum debent de credendis, deque agendis. *Tolet. IIII. d. 38. c. 1. 4. 5. 6. 7.*

p S. Tho. in Add. q. 36. a. 2. Vide Greg. Past. p. 1. c. 1. 3662 *p* Sacerdotes omnes ante quam initientur teneri tantum eruditionis habere, quantum opus est ad sacrificium corporis, & sanguinis Christi conuenienter offerendum Deo. Ad hūc enim finem initiantur. Debent ergo apti esse fini conuenienter consequendo antequam initientur. Omnino autem inepti videntur esse, nisi & ritus nouerint offerendi: & Dei Maiestatem,

cui

cui offertur; & populi necessitates, pro quibus offertur; & diuina dona, pro quorum impetratione, gratiarumque actione peragitur; & ipsa diuinissimi sacrificij mysteria; & oblationis valorem, ac sanctitatem; & principalis offerentis, id est, Iesu Christi, cuius ipsi Ministri sunt, excellentiam. Dedecet enim tantum sacrificium fine horum cognitione peragi. *Dist.36. & dist.38.c.5.*

3663 q Sacerdotes omnes ante quam initiẽtur teneri tantum eruditionis habere, quantum opus est ad instruendum populum de credẽdis, & agendis, vt in gratiam veniat cũ Deo, & æternam salutem consequatur. Ad eum enim finem Sacerdos initiatur, vt per sacrificium mediator sit inter homines, & Deum. Mediatoris autem est scire cũ vtraque parte loqui, easque ad amicitiam trahere. Non potest autem homo in Dei amicitiam venire, nisi noueric & credenda, & agenda pro ea amicitia cõsequenda, & conseruanda. Hæc igitur ipsa nosse Sacerdotes oportet cum initiantur, vt alios docere possint. *Concil. Nannetense d.24.c.5. Hieron.d.36.c.3. Tolet. 4.d.38.c.1. & VII.Syn.d.38.c.6.*

q *S.Th.in Add.q.36. a.2.* *Vide Greg. Past.p.1.c.1.*

3664 r Sacerdotes omnes antequam initientur teneri tantum eruditionis habere, quantum est ad Sacramenta, præsertim pœnitentiæ, ritè, conuenienterque ministranda. Ad hoc enim potestatem accipiunt, cum initiantur. Non decet autem eam potestatem esse otiosam. Iudex autẽ est Sacerdos animarum, & iudicium exercet, cũ Pœnitentiæ Sacramentum ministrat. magna autẽ requiritur in animarum causis iudicandis scientia. *Dist.36. & d.38.c.5.*

r *S. Th. in Add. q.36. a.2.*

3665

3665 Episcoporum opus esse clericorum, antequam Sacerdotes initientur, eruditionem. Ipsi enim sunt Pastores, ipsi in Ecclesiastica Hierarchia Magistri cæterorum. *Trid. sess. 23. de Refor. c. 18. Tolet. IIII. d. 38. c. 2. Carthag. III. d. 38. c. 7. Can. Apost. 57.*

a S. Th. in Add. q. 36. a. 2.

Caput Secundum.

De Amore in bonum summum.

sive

De vltimo fine prosequendo.

3666 Esse Deum diligẽdum super omnia. Obiectum enim amoris est bonum. quò ergo bonum est maius, eò exigit magis amari. Deus autem summum bonum est, ac principium, è quo est quicquid aliquam boni rationẽ habet. Vnde etiam est vt Deus sit omnium finis, ac perfectio. Perficiuntur enim omnia, quatenus aliquod bonum participant. omne autem bonum à Deo est. Quicquid igitur diligit perfectionem, finemque suum; Deum diligat necesse est, vt vltimam perfectionem, ac finem. Deus autem est infinitè perfectus. infinitum ergo amorem postulat. Igitur diligendus super omnia. *Basil. in Asceti. c. 2. & c. charitas est De pœnit. d. 2.*

a S. Carolus Borr. in vit. l. 8. c. 8.

3667 a Liberalem esse debere amorem in Deum. Quid enim retribuas ei, qui suum pro nobis filium verum Deum in fratrem, in prætiũ, in cibum, in præmium largitur? *c. charitas 2. De Panit. c. 2.*

3668

3668 *b* Perpetuum esse debere amorem Dei. Est enim Deus bonum æternum: & nobis tandiu bonum, quãdiu sumus. Nam quod sumus, à Deo sumus. *c.Charitas, & c.Radicata, & c.valida De Pœnit.d.2.*

b *S.Carolus supra.*

3669 *c* Fortem esse debere amorem in Deũ. vt omnem timorem superet, etiam mortis. *c.Charitas 2.de Pœnit.d.2.*

c *S.Carolus Borr.in vit. l.8.c.8.*

3670 *d* Esse omni diligentia procurandam, excitandam, in nobis, in cæteris, voluntatem, & amorem in Deum: eam in omni actione, quantum fieri potest, renouandam. Est enim Deus, qui summum est bonum, vltimus nostrarũ actionum finis: à quo eæ magnam bonitatem recipiunt, si ad eum à nobis referantur: à quo si auertantur, peccatum committitur. Principium autem dirigendi actionem in bonum aliquod, est amor in illud. Facimus enim actiones quascunque facimus, vt bonum aliquod assequamur, aut conseruemus, quod amamus. Amandus ergo Deus, vt perfectæ sint actiones nostræ. *Aug.de Amic.c.11.tom.4.& c.Illa anima, c.Charitas 3.§.hæc est De Pœnit.d.2.*

d *S.Carolus sup.*

3671 *e* Esto desiderium Deo placendi vehemens, insatiabile, solidum, & immotũ. Tale enim desiderium exigit magnificentia, & gloria Dei, & immensa, quæ ab eo accipimus, bona. *Basil. in Reg.breu q.157.*

e *S.Carolus Borr. in vita l.8.c.8.*

3672 Desiderium Deo placendi, intelligenti, & continua magnificentiæ, & gloriæ Dei contemplatione, & cogitationibus tynceris, indesinentique bonorum, quæ à Deo accepimus, memoria, comparari. Non enim fertur voluntas in incognitum. *Basil.in Reg.breu. q.157.172.212.*

3673 Procurandam semper esse, conseruandamque nostrarum voluntatum cum diuina voluntate conformationem. Est enim is actus maxima amoris actio. Quoniam Deus nihil habet maius, ac melius sua voluntate. volumus autem, amamusque diuinam voluntatem, cum ei voluntati nostram voluntatem conformamus. *Basil. in Reg. breu. q. 211. & c. Si enim de Pœnit. d. 2.*

3674 Esse omni conatu in diuinorum præceptorum obseruationem incumbendum. Nam sine ea non potest esse amor in Deum. *Basil. in Reg. br. q. 213.*

f *S. Ignat. in Const. per totum. signatè par. 4. c. 16. §. 4. S. Car. in vita l. 8. c. 8.*

3675 *f* Toto conatu contendendum in diuinam gloriam procurandam, & amplificandam. Est enim diuina gloria quæque diuinæ bonitatis communicatio, præsertim ea, qua Dei ipsius cognitio tribuitur. quæque autem effecta imagines quædam sunt, ac similitudines principiorũ suorum. est igitur diuina gloria quædam diuinæ bonitatis imago, & imitatio, & quasi splendor quidam ab infinita luce promanans. est proinde gloria Dei diuinum bonum. Quisquis autem amat, vult amico bonum ei congruum. Velle igitur debemus Deo gloriam, bonum diuinæ bonitati maximè propriũ. *c. cum sanctam De Pœnit. d. 2.*

3676 In diuinorum morum imitationem incumbendum: nisi haberi velimus non amantes Dei. Amantis enim est, amici in se mores exprimere. Quisquis prototypum amat, non potest non eius imaginem diligere. Iubemur autẽ Dei mores in nobis exprimere. Deum igitur non amat, qui illud in se efficere non amat. *Basil. in Reg. breu. q. 162. & c. similem Dei De Pœnit. d. 2.*

3677 Amandos homines esse, non solum Deum.

Deum. Sunt enim omnes homines imagines quędam Dei, & amicabiles Deo. Qui autem imaginem non amat, & amicum, quem videt: deprehenditur nō amare prototypum, nec amici amicum, quem non videt. *Basil. in Ascet. c. 3. & c. Charitas est §. Corpus De Pœnit. d. 2.*

3678 Regula amoris in alios esto modus, quo nos amamus ipsi. Non enim apparet alia verior, ac certior alios amandi mensura. *Ex Arist. 9. Eth. c. 8.*

3679 Eodem amore, quo nos ipsos, amandos alios esse. Præcipuus enim noster in nos amor est, quatenus sumus imagines, & amicabiles Deo. Imagines autem Dei, & Deo amicabiles omnes homines sunt. *Basil. in Reg. breu. q. 162. 163. & c. Charitas §. proinde De Pœnit. d. 2.*

3680 Ab amore, quo nos amamus vt imagines Dei, Deoque amicabiles, non esse vllum hominem, neque inimicum excludēdum. Est enim etiam qui nobis inimicus sit, imago Dei, Deoque amicabilis. *Basil. in Reg. breu. q. 163. 176. & c. charitas 2. §. Non alii De pœnit. d. 2.*

3681 g Esse in amore nostro ordinē debere. Est enim Deus diligendus ante omnia, tum nos ipsi, tum cæteri; & in cæteris prius ij, qui cum Deo, tum qui nobiscum magis coniuncti sunt. *c. Ita ne 32. q. 5. & c. Valida est De Pœnit. d. 2.*

g *Vide* 1. *Par. Introd. dist. 9. à pr.* 1537.

3682 Inuitamentum ad Deum amandū esto: quamcunque rem intueare, quacunque vtare, eā vt donum, ac beneficium Dei, vt amorē erga te Dei, agnoscere. Verē enim & visibilia omnia, & Angeli, & Christus, & Ecclesia, & Sacramenta, & gratiæ ornamenta, & Deus ipse, dona sunt in nos Dei. *Rom. 8. Matth. 5. Psal. 90. Hebr. 1.*

Deuteronom.32. Corinth.1.

3683 Inuitamentum ad homines amandos esto: eos vt imagines Dei, vt Deo amicabiles, vt Iesu Christi sanguine redemptos intueri. Tales enim verè sunt omnes homines. estque ea consideratio nobilissima, & homine Christiano digna. *Basil.in Reg.breu.q.160. S.Th.2.2.q.95. & c.Non illi de Pœnit.d.2. Leo Pap.c.odio 86.dist.*

3684 Amoris in Deum exercitatio esto: Siue manducamus, siue bibimus, siue aliud quid agimus; omnia in nomine, id est, secundum imitationem Domini nostri Iesu Christi facere. Est enim Iesus Christus Deus homo, auctor diuinæ amicitiæ, ac salutis æternæ, Pater noster. Par est ergo nos eius membra, eius filios, eum in omni nostra actione imitari: hoc est, nos ita in omni actione gerere, ac si Christus essemus; ideoque eam agere, quia Deus homo Iesus Christus egit illam. Manducauit enim Iesus Christus, bibit, dormiuit, ambulauit, cogitauit, locutus est, aliaque hominum actiones egit; acerbâ quoque, laboresq; subiuit. *Basil.in Reg.breu.q.195.196.*

h *Aug. Enchir. c.121. & Tract.7. in 1. Can. Ioan.*

3685 *h* Amoris in Deum exercitatio esto: Siue manducamus, siue bibimus, siue aliud quid agimus; omnia in nomine, id est, in obsequium Domini nostri Iesu Christi facere. Dominus enim Iesus Christus creator noster, & auctor salutis, exigit à nobis eum amorem, vt ei nos redonemus. *Paulus Coloss.3.17.*

i *Leg. S.Ig. in l. exerc. in cõtempl. ad amor. excit. & nostrã Medit. de Arte amandi Deum.*

3686 *i* Ad excitandum in nobis amorẽ Dei, esto crebra de diuinis beneficijs meditatio. Nihil enim magis ad amandum mouet, quam intelligere te amari. intelligimus autẽ nos à Deo amari, ex eius in nos beneficijs, ac donis. *Basil.*

in

in Reg. breu. q.157 172.2:2.

3687 Ad excitandum in nobis amorem Dei, esto crebra de diuinis perfectionibus cõtemplatio. Amatur enim in omnibus pulchritudo, ac species. Deus autem quatenus summè perfectus, pulchritudo est infinita. *Basil. sup.*

3688 k Vt ex Dei pulchritudine amorem in te excites Dei: Dei pulchritudinem vt tuum bonum considerato, quippe cuius visione æterno tempore frueris in cœlo. Radix enim amoris in alia, est amor in nos ipsos. *Sum. Eth. d.2.q.2. Prop.6. de Amic.§.3.* k *Arist. 8. Eth.c.5.*

3689 Vt in te, vt in alijs amorẽ concites Dei: de diuinis in nos beneficijs, deque diuinis perfectionibus esto sermo in conuentibus familiaribus, in cõcionibus ad populum. Quæ enim amorem excitant cum cogitantur, multò magis mouent cum proferuntur voce. *Exper.*

3690 Veritatem, certitudinemque proponito in diuinis perfectionibus, ac beneficijs commemorandis. Non enim mouetur animus ad amandum, quod non videt, nisi certus sit esse bonum illud. & beneficia quantumuis magna non excitant ad amandum, nisi eum, à quo ea deriuari certi sumus. Valet autem maximè ad permouẽdum proponere diuina vt omnino certa diuina fide. *Basil. in Reg. breu. q.172.*

3691 Remoueto speculationem ab ea consideratione, qua tibi Deum ad amãdum proponis. Impedit enim amoris actum speculatio. An quia non ita certò bonũ proponit, vt voluntas exigit, vt illud amet? An quia inquietus actus est speculatio: amor autem quietem requirit, vt fiat nexus cum bono, quod ab intellectu proponitur? An

quia vehemens actus est speculatio: cui dum animus est intentus, non potest simul alium actum formare, nempe amoris? *Exper.*

l S. Ign. ex. c. 3. §. 12.

3692 *l* Remoueto scrupulos ab animo, qui quietem consectaris diuini amoris. Corrumpunt enim cogitationem de diuino in nos amore, scrupuli. Amor autem amorem parit. *Exper.*

3693 Remoueto solicitudines ab animo, & anxias de re quauis cogitationes: si mauis in diuino amore cóquiescere. Curæ enim, præsertim anxiæ, distrahunt ab alijs actibus animum. *Trid. sess. 25. de Regular. c. 2. 3.*

m S. Thom. 2. 2. q. 189. a. 1. Bellar. vit. c. 37.

3694 *m* Impedimentum abigito diuini amoris immoderatam cupiditatem temporalium. Corrumpit enim diuinum amorem immoderata cupiditas, & amor cuiuscunque, quod nó est Deus. *Ambr. 1. offic. c. 47. Basil. in Ascet. c. 8.*

n S. Th. de Reg. Princ. l. 1. à c. 10. Basil. in Ascet. c. 8.

3695 *n* Primam esse debere Rectorũ curam: ne in se, vel in suos immoderata irrepat cupiditas temporalium. Semper enim illa in omni societate amorem pessum dedit & in Deum, & in homines. *Trident. sess. 25. de Regul. & Monac. cap. 1. 2.*

3696 Primam Principum curam esse debere, sibi, suisque diuinum amorẽ inserere, ac augere. Hac enim arte & allicitur Deus ad Reipublicæ fauorem; & inducuntur subditi ad obedientiam; & pax inter illos, iusque seruatur. *Basil. in Ascet. cap. 2.*

o De bon. oper. vide 1. Par. Intr. à prop. 1035.

3697 *o* Agenda esse bona opera, si amas Deũ. Opera enim bona sunt, quæ Deus aut præcipit, aut consulit. Voluntatem ergo diuinam, id est, Deum, non amat, qui bona opera non agit. *Christus Io. 14. 23, 24.*

3698 *p* Agenda esse opera misericordiæ,cum oportet : vt amorem erga homines habeas. Non enim amat alios, qui bonum alijs non vult, cum oportet. Opera autem misericordiæ in hominũ bonum cedunt. *Basil.in Reg.breu.sæpè.*

p *S. Car. Borr.in vit. l.6. c.9. De operibus miser. vide*

3699 Amoris signa in alios semper ostẽdito, etiam cum eos punis,etiam cum ab illis pateris malum. Ita enim Deum imitaris; qui benefacit cum punit,cum iniuriam recipit. *Basil.in Ascet.*

1.Par. Intr. à prop. 1603.

3700 *q* Amoris in alios actionem esse,eorum correctioni cooperari. Vult enim bonum is,qui amat,ei,quem amat.Magnum autem bonum est, probitas morum. *Basil.in Ascet.*

q S. *Ignat. ex. c.4.§.8.*

3701 *r* Correctionis fraternæ modum à lege charitatis petendum esse. Charitas enim docet eum modum. *Par.1.d 9.n.49. S.Th.2.2.q.33.*

r *S. Ignat. Par.3. c.1. §. 15. & litt.N.*

3702 Caueto ne amor tui,rationem aut præcurrat,aut deserat.Periculum enim est,ne si præcurrat, extinguat amorem in Deum : si deserat, ignauus sis in amore diuinorum. Nam amor sui, cum moderatus est,& obediens rationi,amorem diuinorum & excitat,& iuuat. *Ambr.1.off.c.47.*

3703 Tristitiam de aliorum malis,lætitiam de bonis concipito. Nam qui eo modo non afficitur, apertum habet indicium, quod alios non diligat. *Basil.in Reg.breu.*

Caput Tertium.

De veræ, rectæque Intentionis actione.

a *Introd. 1. Par. pr. 1721. S. Ign. p. 3. c. 1. §. 26.*

3704 *a* VEram in omni actione, rectamque intentionem habēdam esse. Est enim Intentio voluntas finis prosequendi. omnis autem actio est alicuius finis prosecutio: nam omnis actio finem aliquem habet, ad quem vel ex se tendit, vel ordinatur ab agente. Finis autem, perficiendi rationem habet: si finem ergo aliquem non verum, aut non rectum intendas; continget actiones, quas ad eum assequendum agis, neque veras, neque rectas esse. *S. Th. de Regim. Princ. l. 1. c. 7.*

b *Arist. 1. Eth. c. 2.*

3705 *b* Finem in omni regimine intendendum, esse Bene viuere, seu Rectam secundum virtutem actionem. Is enim est, cuiusque Reip. seu ciuitatis finis. *Arist. 3. Polit. c. 6. & l. 7. c. 1. 3. & 10. Eth 8.*

c *S. Ignat. in Conflit. per totum. & signate ex. c. 4. §. 1. & p. 3. c. 1. §. 26 et p. 4. c. 16. §. 4. & l. exer. de orat. præpar.*

3706 *c* Esse Deum, id est, Dei gloriam, Dei voluntatem, *d* Dei imitationem, Dei obsequiū, Dei gratiam, & amicitiam, Dei possessionem, in omni actione intendendam. Qui enim Deum secundum aliquam harum, aut similium rationum, non intendit; summo bono priuat actiones suas. modum etiam in agendo ignobilem habere necesse est; & politicum tantum, & humanum, non etiam christianum, ac diuinum. *S. Th. de Reg. Princ. c. 10. 11. S. Basil. in Reg. breu q. 195. 196.*

d *S. Ignat. ex. c. 4. §. 44. & l. exer. de Regno Christi, & de vexillis.*

e *S. Ign. p. 3. c. 1. §. 26.*

3707 *e* Non esse vllum bonum intendendum præ

præ ipso Deo. Fieret enim iniuria Deo, qui summum bonum est, & Princeps summus. *S.Th.de Reg. Princ.c.*10.11.

3708 Non esse à Principibus intendendum bonum vllum Reipublicæ potius, quam ipsum Deum. Est enim Deus magis commune bonum, quam bonum aliud quodcunque. & ipse summus Princeps eam iniuriam vertet in malum & Principum, & Rerumpublicarum. quoniā est iustus. Princeps autem, qui hoc non videt, aut atheus est, aut insanus. *S.Th.supra*.

3709 Primam Principum, etiam sæcularium, intentionem esse debere salutem æternam subditorum. Hoc enim est maximum bonum, quod Principes intendere possunt & sibi, & subditis, si vere se amant, ac subditos. eaque intentio lucem magnam Principibus præferet ad boni regiminis rationem prouidendam. *S.Th.de regim. Princ.l.*1.*c.*8.9.14.

3710 Esse ab omnibus diuinorum contēplationem intendendam. Nam in diuinorum contēplatione summa hominis felicitas est. qua optimo modo, id est, vitali intellectus actione, summum bonum habetur, qui Deus est. quæ vita est omnium iucundissima. ex qua nobilior cæterarū actionū modus deriuatur. *Arist.*10.*Eth.c.*7.8.

3711 *f* Primam ecclesiasticorum Principum intentionem esse debere, diuinum cultum, & religionis conseruationem, ac incrementum. Is enim est finis Sacerdotij. *S.Th. de* Reg. *Princ. l.*1.*c.*14. f *Bellar. in vit.c.*26.

3712 *g* In eam sæculares Principes intentionem incumbere debere vt ipsorum propriam: vt pax sit in Republica, & iuris æquitas, & mores g *S.Th. de Reg. Princ. l.*1.*c.*14.

poli-

politici. In his enim humanum, ac politicum regimen positum est. *Nicol. l. d.* 10. *c.* 8.

3713 Bonum proprium præ communi bono ne intendito. Praua enim hæc intentio corruptiua est publicæ rei. Ideo quisque, Princeps in primis, cohibere debet animum ab immoderata propensione ad commoda, delectationesque sensibiles. *S. Th. de Reg. Princ. l.* 1. *à c.* 7. *Ambr.* 3. *off.* 3. 4.

3714 Boni magis communis intētionem potiorem esse debere, quam boni minus communis; præsertim si magis commune bonum sit spirituale, ac æternum. eò enim intentio præstātior, quò bonum diuinius. Ob id Christiani Principes conspirare sæpè solent ad Christianæ Religionis hostes debellandos, cum suorum regnorum periculo; & nulla habita inimicitiarum, quæ inter ipsos intercedere solent, ratione. *Ratio.*

3715 Ne eduntor; ne leguntor; prohibentor libri, qui de regimine agentes, contra veram intentionem aliquid docent, aut religionem. Corrumpunt enim veram prudentiam. *Vid. Indic. lib. prohib.*

3716 Tranquillitatem conscientiæ, securitatem intendito innocentiæ. In his enim huius vitæ felicitas, & initium futuræ. *Ambr.* 2. *off.* 1.

h 1. *Part. prop.* 1314. 3717 *h* Caueto ne pro bonis operibus temporalem mercedem intendas potius, quam æternam. Vilis enim animi hoc est, & suorum operum nobilitatem contemnentis. *S. Th. de Reg. Princ. l.* 1. *à c.* 7. *Ambr.* 2. *off.* 1.

i Aristot. 1. *Eth. c.* 5. 7. 8. 9. 10. 12. 13. 3718 Diuinorum cognitionem, rectamque actionem intendito. *i* In his enim posita est summa, quæ in hac vita felicitas possit haberi.

Am-

Ambros. 2. off. 2. 3.

3719 In omnis operis principio rectam intentionem renouato. Multum enim hoc interest ad operum honestatem, ac valorem, *Patres.*

3720 Mane cum primum surgis intendito Deum. Ita enim rectè diriges vitam, & opera. *Def. præced.*

3721 Vespere ante somnum, vitæ, operumq; examen esto, An in illis intenderis Deum. Ita enim quicquid in eis peccatum à te fuerit, facile videbis, vt corrigas. *S. Ign. p. 3. c. 1. §. 1. & p. 4. c. 4. §. 3.*

3722 k Perpetuum studium esto, vt Intentio semper rerum magnarum, ac præstantiorum sit: vt Magnæ sanctimoniæ, Innocentis vitæ, Maioris diuinæ gloriæ, Perfectæ imitationis Christi, Boni communis, Reformationis Ecclesiæ, Conuersionis infidelium, Intelligentiæ Scripturatū sanctarum, Pacis vniuersalis, & aliorum hisce similium. Tales enim solent esse actiones, & actionum modi: qualis est agentis intentio. Ideo Christus magna instituit, & præclarum Ecclesiasticæ Hierarchiæ modum; quia magnam Dei gloriam intendebat. *Paulus 1. Cor. 12. 31.*

k *Ita S. Ign. in vit. & in Constit. per totum.*

3723 Caueto ne quid intēdas vnquam, quod turpe sit. Nihil enim homini expetendum, nisi honestum. *Ambr. 3. off. 5. 8. 9.*

Caput quartum.

a De Contemplationis actione.

3724 *b* PRocurandam ab omnibus esse contemplationis actionem. Est enim Contemplatio mentis actus, quo Deum, diuinaque apprehendimus cum quiete, sine motu inquisitionis. *c* Is autē actus nobilissimus est; ac proinde in eo posita est humana felicitas, id est, possessio summi boni. Debet autem quisque procurare sibi bonum tantum. 2. *q.* 7. *c.* 60.

3725 Contemplandi, meditandique diuina modum ex Patribus discito. Ea enim actio diuinam prudentiam requirit, quam Deus tribuit viris sanctis. *Vid. S. Ignat. Loy. in l. exer.*

3726 *d* Singulis diebus tempus aliquod ex cæteris occupationibus detrahito: vt contemplationis bono perfruare. Debet enim occupatio circa bonum summum, ad quod cætera bona ordinantur, primum in actionibus nostris locum habere. Habeat igitur tempus quotidie suum; quantum Dei vocatio dederit. *Ambr. 3. off. c. 1.*

3727 *e* Singulis annis dies aliquot è cæteris occupationibus detrahito: vt contemplationis bono perfruare. Deberetur enim contemplationi omne tempus: si fieri posset. *Vsus Soc. lesu & aliorum.*

3728 Debere totos contemplationi se dedere, qui ab alijs curis remoti vitam degunt solitariam. Id enim exigit summum hominis bonum; ac Dei vocatio ad viuendum solitarie, ac libere

à cu-

a *De sacræ Meditationis ratione, impedimentis, remedijs vide nostr. Instrut. 12. Claud. Aquil. Industr. cap. 3.*

b *S. Car. Borr. vit. l. 8. cap. 5. Arist. 7. Polit. c. 3. 14. 15.*

c *Sum. Eth. disp. 2. q. 1. prop. 3. 4. & Intr. 1. Par. d. 5. nu. 7. S. Th. 2. 2. q. 180. a. 4.*

d *S. Car. Bor. vit. l. 8. c. 5. Bellar. vit. c. 35. & opusc. de Ascens. mētis in Deū. Vid. S. Bernard. de con sid. ad Eug. l. 1. & 5.*

e *Bellarm. vit. c. 35.*

à curis terrenis. *Ex Arist. 7. Polit. c. 3. 14. 15.*

3729 Debere Principem contemplationi statis temporibus vacare. vt per vnionem cũ Deo, qui summus Rector est, lumen, ac vim accipiat ad regimen. *S. Ign. p. 9. c. 2. §. 1.*

3730 *f* Contemplationis locus esto solitudo, ac recessus ab alijs. Solitudinem enim contemplatio requirit, ne perturbetur. *Christus exẽplo.* f *S. Car. Borr. vit. l. 8. c. 5.*

3731 Præparatio ad contemplationem esto Amor, & desiderium in Deum. Contendit enim ad amici præsentiam, qui amat; eaque delectatur, cum est amicus præsens. Deum autem facimus nobis contemplatione præsentem: quamquam nunquam abest ab vnoquoque nostrum. *Vid. Basil. in Reg. breu. q. 157.* *S. Ig. l. exer. Ann. 20.*

3732 Præparatio ad contemplationem esto, pespicua, firma, multoque ante elaborata diuinorum cognitio. Non enim est contemplatio, sed studium litterarium, & meditatio de diuinis; ea diuinorum consideratio, ac speculatio, qua ipsorum diuinorum veritas inquiritur. Contemplatio inquisitionem non habet, sed supponit. Quare in contemplatione à speculatione scholastica cauendum. *Bellar. vit. c. 35.*

3733 Præparatoriam ad contemplãdum cognitionem facito, sermo de diuinis, auditus, lectio, meditatio, studium. Hæc enim sunt media ad diuinorum veritatem inquirendam, quæ præ habenda menti est ad contemplationem accedenti. *Exper.*

3734 *g* Præparatio ad contemplationẽ esto, frænatio cupiditatis, quæ ad visibilia fertur, ac temporalia. Solet enim amor in Deum visibiliũ cupiditate intepescere. Præparatio autem ad con- g *1. Par. prop. 680.*

contemplandum est amor in Deum, vt supra dictum est. *Arist. 7. Polit. c. 14. 15.*

h *S. Ignat. l. exer. Ann. 11. 12. & 1. hebdom. exer. 3. 4. & 2. hebd. contempl. 3. 4. 5.*

3735 *b* In eiusdem materiæ contemplatione persiste diu. Nam & ea magis cogitamus, quæ magis nouimus; & circa magis nota magis afficimur. *Exper.*

i *Par. 1. prop. 680. S. Th. 2. 2. q. 172. a. 4.*

3736 *i* Ab anxijs curis, etiam de diuinis ipsis, caueto. Perturbant enim illæ contéplationis quietem. nec est, cur curas anxias habeamus de vlla re, si sollicitudinē omnē in Deū reijciamus, cui cura de omnibus est. *Christus Matt. 6. 33.*

k *S. Ignat. p. 4. c. 4. litt. C. & l. exer. de trib. mod. oran.*

3737 *k* Contemplationem oratione vocali excitari: Tum quatenus oratione vocali petitur à Deo auxilium ad contemplandum; tum quatenus ipsa verba sacra materia contemplationis sunt. *Exper.*

l *Par. 1. prop. 681. S. Th. 2. 2. q. 180. a. 2. & q. 181. a. 1.*

3738 *l* In virtutum moralium acquisitionem incumbito. Disponunt enim virtutes morales ad contemplationis actionem: quatenus & animi passiones impediunt, & exteriores occupationum tumultus sedant. *Arist. 7. Polit. c. 15.*

3739 Contemplationē sacra lectione iuuari. Tum quatenus sacra lectio colligit animum: tum quatenus materiam præbet ad contemplandum. *Exper.*

3740 Cum contemplationis actione amoris actionem iungito erga Deum, quem contemplaris. Ita enim præclarissimum bonum fit contemplatio. Nam Dei cognitio bonum nostrum est, quatenus per illam vitali modo exprimitur in nobis Deus. amor autem ex nostro affectu bonū est Dei, quatenus per amorem, & complacētiam de Deo, & nos ipsos damus Deo, tendentes affectu in ipsum; & damus Deum ipsum Deo, dum

de

de Deo propter ipsum complacemus. Multò autem præstantius est dare, quam accipere. *Ber. de consid. ad Eug. l.5.*

3741 Attentionem in meditatione, ac oratione facito considerato viuida diuinæ præsentiæ. est enim efficax ad colligendum animum, & ad reuerentiam excitandam. *Basil. in Reg breu. q.157.172.212.*

3742 Attentionem in contemplatione conseruato signorum, imaginumue sacrarum aspectu. Visus enim imaginationem; imaginatio motum mentis fistit absque violentia, ne ad alia vagetur obiecta, quam ad ea, quæ signa, imagines q; proponunt. *Exper.*

3743 Attentionis in contemplatione modus esto. Immoderata enim mentis attentio vitales spiritus absumit supra modum, viresque corporis frangit supra, quam par est. Absumptis autem spiritibus, corporeque; ipsam contemplationem detrimentum pati necesse est: quæ dum hanc vitam viuimus, spirituum, corporisque ministeriũ requirit. *S. Ignat. p.4.c.4.§.1.*

3744 *m* Durationis in contemplatione modus esto. Interponenda enim est contemplatio tum ad vires corporis reficiendas, quæ ipsa contemplatione atteruntur: tum ad charitatis opera exercenda, quæ requirit à nobis amor in homines, & in ipsum Deum. *S. Greg. 2. Past. c.5. Basil. in Ascet. c.37.*

3745 *n* Cauento, quibus contemplationi vacandum est, ne corporis laboribus grauentur nimium. Solet enim nimio labore corporali spiritus obrui. *Basil. in Ascet. c.38.*

3746 *o* Quietem interdum animo tribuendã esse

m *S. Ignat. p.4.c.4.§.2. Arist.7. Polit.c.3.15.*

n *S. Ign. p.3. c.2.§.4.*

o *S. Ign. p.4. c.4. §.1. & c.13. §.5. Arist.7. Polit.15.*

esse à contemplationis, curarumque grauium actione. Resumptis enim viribus vegetior animus ad actionem redit. *Basil. in Ascet. c. 37. §. 4.*

p S. Ign. p. 3. c. 2. 3747 *p* Ad vires defessi animi renouandas, corporis exercitationem valere. exercitatione enim corporali spiritus vitales elaborantur, ex quibus animales existunt, qui imaginationi deseruiunt ad cooporandum animo ad contemplandum. *Basil. in Ascet. c. 37.*

3748 Curato ne ea quies animi, quæ ex amicorum, ac familiarium collocutione sumitur, admittat quicquam, quod sit ipsam contemplationé perturbaturum. Eius generis essent ridicula, curiosa, vana, amicitijs contraria. Hæc enim contemplationem perturbare solent. *Exper.*

q S. Ignat. Par. 3. c. 1. §. 10. 3749 Curato vt ea, quies animi, quæ ex amicorum, ac familiarium collocutione sumitur, eos frequēter sermones habeat, qui & suaues sint ad quietem, & apti ad contemplationem excitandam, augendamque. Eius generis sunt sermones de diuinis. Hi enim mirum in modum contemplationem excitant. *Exper.*

De modo ab illusionibus cauēdi vid. Instr. 12. c. 2. & S. Ig. l. exer. Ann. 11. 12. 13. 14. 18. & in Reg. de discer. spir. 1 Vid. Instr. 15. De bonis can. & S. Ig. p. 4. c. 4. litt. C. & l. exer. De modis orandi.

3750 *q* Ab illusionibus in contemplationis actione cauendum esse. Illudi enim sæpè contingit animum, ac decipi, modo curiositate, ac immoderata cupiditate cognoscendi; modo de diuinarum illustrationum dono superbiēdo; modo immoderata attentione vires corporis plus, quā licet, absumendo; modo debitas charitatis actiones contemplatiuæ suauitatis impedimento prætermittendo. *Ex Exper.*

3751 *r* Cum orationibus vocalibus contemplationis actionem associato. Ita fructus orationis vocalis erit & vberior, & iucundior. *Exper.*

Ca-

Caput quintum.

De Inquisitione, Consultatione, Deliberatione.

3752 *a* INquisitionem esse debere agendorum pro quoque fine assequendo. Cum enim nullum finem attingere possimus sine mediis vt omnes experimur: inquirenda sunt media, quæ ad assequendum finem valent. Media porrò, agendorum nomen habent. Ex quo intelligimus quam malè agant ij, qui negligunt inquirere, atque cognoscere, quæ ad animi salutem, aut ad suũ munus, aut vocationem spectant. *Trid. sess. 2. & 2. q. 1. c. 12.*

a *S. Ign. in Præc. Cõst. litt. A.*

3753 *b* Perpendendum esse quid quodque agendum valeat ad finem assequendum. Ne temerè agamus: ne à fine aberremus. *DD. Morales.*

b *S. Ignat. Par. 1. per totum, & l. exer. in Fundam.*

3754 *c* Considerandas in quoque agẽdo circumstantias esse, vt intelligas quid valeat ad finẽ. Circumstantias autem Philosophi ijs verbis cõprehendunt: *Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando.* Considerandum enim est quis illud agendum, de quo deliberas, acturus sit: quid sit agendum: quo in loco: quibus instrumentis, & adiumentis: ad quem finem: qua actionis ratione, modoque: quo tempore, quandiuque agendum sit. *De Pœnit. d. 1. c. 19.*

c *Sum. Eth. d. 1. q. 5. pr. 1. & q. 4. pr. 7. S. Th. 2. 2. q. 49. a. 7. S. Ign. Par. 2. c. 3. §. 4. & p. 7. c. 2.*

3755 *d* Memoriam esse reuoluendam præteritorum, cum de grauioribus agendis deliberatur. Valent enim plurimum exempla maiorum & ad inuentionem mediorum, & ad formam statuendam agendorum. *S. Th. 2. 2. q. 49. a. 1.*

d *Sum. Eth. d. 1. q. 4. prop. 7. Bellar. in vit. c. 23.*

3756 *e* Curato, vt clarè intelligas, menteque percipias singulare illud, de quo deliberatio est. Quid enim cõsilij des? quid iudices de eo, quod non vides? *Decc. l. 3. tit. 10. De his quæ fiunt, &c.*

3757 *f* Cum quid agendum sit neque sensu cognoscì, nec ratione potest deprehendi: coniecturam adhibeto solertem, vt assequare. Nam etiam coniectura vti prudentis est. *Arist. 6. Eth. c. 9. S. Th. 2. 2. q. 49. a. 4.*

3758 *g* Curato vt ratiocinatio recta sit, cum deliberas. Consultatio enim non est sine ratiocinatione, vt nemo non videt. Cauendum igitur ne ex mala ratiocinatione non verum iudicium enuncies circa agenda. *Arist. 6. Eth. c. 10. S. Th. sup. a. 5.*

3759 *h* Cautionem adhibeto, id est, prouisionem, ac machinationem aduersus mala contraria, quæ obstare bonis consilijs possint. Plerunque enim impediri à malis bona solent; & mala bonorum speciem habere. occurrendum igitur cautione. *S. Bonau. de sex al. Ser. c. 7. S. Th. sup. a. 8.*

3760 Caueto in primis à te ipso. Insidiatur enim semper actionibus rectis amor sui. *Ambr. 1. off. c. 47.*

3761 Ne esto cautus nimium. Multa enim omittes agere, quæ præclarum haberent euentum. multorum vtilem operam perdes; à quibus vano timore caues. *S. Bonau. de sex al. Ser. c. 7.*

3762 Ne esto credulus nimium. Accidet enim à multis cauere cum magno & tui, & communis boni detrimento. accidet & in iudicijs errare sæpissimè. *S. Bonau. de sex al. Seraph.*

3763 *i* Quid quidque ab agendum valeat, inquire experiendo. Multorum enim vtilitas nõ co-

e Sum. Eth. d. 1. q. 4. prop. 7. Bellar. in vit. c. 31. S. Ign. Par. 1. c. 4. §. 1. Arist. 6. Eth. c. 11. S. Th. 2. 2. q. 49. a. 2.

f Sum. Eth. d. 1. q. 4. prop. 7.

g Sum. Eth. d. 1. q. 4. prop. 7.

h Sum. Eth. sup.

i S. Ign. ex. c. 4. à §. 16. & p. 4. c. 8. §. 5. & litt. D. E. & l. exer. in 2. RR. de discer. Spir. n. 3. 6.

cognoscitur, nisi experientia. Ergo experiendo videndum est quid prosit corporis castigatio ad spiritum, quid diuinorum meditatio ad virtutē, quid subditi ad regimen, & ad alia agenda, quid consultationes ad prudentiam; & ita de cæteris. *S.Bonau.de sex al.Ser.*

3764 Ne reijcito quæ tibi ab alijs suggeruntur agenda; quòd tibi nō videatur, aut quod ipse nō dum expertus sis. Nam antequam quicquam prudenter reijcias, tentare prius debes vt experiare quid valeant ad finem. ne, si rectè se habeant, damnum accidat, quod reieceris. *S.Th. 2.2.q.49.a.3.ad 2.*

3765 k Cum primum actiones graues aggrederis, quibus non es assuetus, inquire tecum ipse, postquam egeris, an aliquo modo in agendo deseceris. vt in posterum caueas. *S.Bonau.de sex al. Serapb.c.7.*

3766 Si quid inquirenti Principi respondendum, aut deferendum tibi erit, esto cautus, vt secundum sinceram veritatem, non secundum tuū affectum denuncies. Ne forte ipse decipiaris, & Principem fallas, cum alterius iniuria. *3.q.7.c.4.*

3767 *l* Vbi periculum est errandi, prudentes esse consulendos. Non enim potest vnus omnia videre, & aduertere. Potest etiam quiuis à sua passione decipi. *S.Bonau.de sex al.Serapb.c.7.*

3768 *m* Vt omnino tuis superioribus spiritualibus sis perspectus, curato. Ita enim & meliora in te ab illis consilia proficiscentur, & melius regimen. *Basil.in Ascet.c.26.46.*

3769 *n* Ante quam nouæ vitæ institutum, aut arduum aliquod, magnique momenti agendum aggrediare, pijs commentationibus excolito

k *S.Ign.p.4. c.8.litt.D.*

l *S.Ign. ex. c.4. §.3. & p.4. c.8. litt. B. & p.7. c.2.§.1.& l. exer. Ann. 17.*

m *S.Ign.ex. c.4. à §.34. & Par. 3. c.1.§.12. & l.exer.Ann. 17.& 1.RR. de discer. spir.r.12.*

n *S.Ign.ex. c.4. §.41 & l.exer.Ann. 20. & hebd. 2.per totū.*

mentem, ac præparato; quas exercitia spiritualia vocant: & reuocato animum ab alijs curis. Non enim potest facilè videre quid agendum sit mēs non intelligens, aut alijs cogitationibus, & curis occupata. *Ex Exper.*

o *S. Ignat. Const. Par. 1. c. 1. §. 3. 4.*

3770 *o* Inquisitores, ac examinatores, & in ijs de quibus inquirendum est, prudentes; & animo ab immoderatis passionibus libero esse oportere. Ne in deliberationibus error sit. *Ex Arist. 1. Eth. c. 3.*

p *S. Ignat. l. exer. Annot. 5. 15. & in exer. Fundam.*

3771 *p* Ad omnem deliberationem animo accedito indifferenti; in neutram partem inclinante; promptoque ad volendum, agendumque id, quod est optimum, & secundum voluntatem summi Principis Dei. Talia enim solent esse consilia, qualis animo quisque est. *Ex Arist. 1. Eth. cap. 3.*

q *S. Ignat. l. exer. Ann. 16.*

3772 *q* Curato, cum deliberas, vt si animus ad minus rectum propendeat, inclines illum in partem oppositam. Hac arte videbis quid agendum secundum rectam rationem sit. *DD. Mor.*

3773 Nihil esse desolationis, seu perturbationis tempore deliberandum, aut innouandum circa propositum animi, aut vitæ statum: sed in ijs perseuerandum, quæ fuerint rationabiliter constituta. Non enim rectè videt animus perturbatus. *S. Ign. l. exer. in Regg. pri. de discer. spir. r. 5.*

r *Claud. Aquau. Industr. c. 1. §. 4.*

3774 *r* Rector es aliorum? Curato vt qui vitio aliquo laborat, vitium agnoscat, & inquirat remedia. Ne morbi ignorantia interitus causa sit. *Basil. Reg. breu. resp. 28.*

s *Claud. Aqu. Industr. c. 13.*

3775 *s* Ab inquisitione caueto, cum nō oportet. Multos enim perdidit ea inquisitio. Qualem suggerere aut curiositas solet, vt in obiectis Chri-

Christianæ Fidei; aut carnis prudentia, vt in præceptis maiorum. Cordis simplicitas magnifacienda. Noli plus sapere, quam opus sit. *Cassian. Coll.* 18.*c.*3.

3776 *t* Statuere sibi quemque debere tempus aliquod diebus singulis; vt nocte paullo ante cubitum: in quo & videat quomodo quidque egerit eo die, quid agendũ omiserit; & inquirat quæ in posterum sibi sint agenda, & quo modo. Difficile enim erit rectè te agere, nisi istud egeris. Valet autem ad hoc recte agendum legere catalogum agendorum. *Vid S. Bernar. de consider. ad Eugen. l.*2.3.4.

t *S. Ignat. Par.*3. *c.*1. §.11. *& p.*4. *c.*4. §.3. *Modum exam. vid. apud S. Ign. l. exerc.*

3777 *u* Statuere sibi quemque debere dies aliquot singulis annis: quo tempore à reliquis curis solutus in eam curam incumbat, vt quæ sibi in tota vita agenda sint inquirat, & examinet quam rectè se gesserit, & quid omiserit ex agendis ad vitam, munusque attinentibus, & errores corrigat. In quod enim negotium, quam in istud incumbendum impensius? Agendorum exercitatio est tota vita nostra. Valet autem ad hoc diligenter agendum percurrere catalogum agendorum. *Trid. sess.*25. *de Regular. c.*15.

u *Bellar. in vita c.*35. *S. Car. Bor. vita l.*8. *c.*5. *S. Basil. Ascet. c.* 6. *S. Bern. de consid. ad Eug l.*2.3.4

3778 *x* Statuere sibi debere quemque Principem, Rectoremque aliorum singulis diebus, à cæteris occupationibus otium, saltẽ vnius horę: in quo in illud negotium incumbat, vt inquirat qua ratione sibi prouidendum sit muneribus, negotijsque suæ curæ commissis. Habeat autem catalogum & locorum, & negotiorum, & personarum, *z* & legum ad hæc tria, & ad suum munus pertinentium. & secundum eius catalogi ordinem inspiciat quid sibi agendum sit. Satisface-

x *Leg. Bern. de cõsid. ad Eug. l.*2.3.4

z *Congreg. 6 Societ. Iesu Decr.*36.

re suo regimini non poterit, qui hanc curam neglexerit. *Trid. sess. 25. de Refor. c. 1.*

3779 Communis omnibus ad inquirendum agendorum modum catalogus esto is, qui sumitur ex generibus agendorum. Sunt autem agendorum genera, Cognitio diuinorum, & agendorum, voluntas eorum, intentio recta finis, contẽplatio, deliberatio, electio, imperium, vsus, amicitia, iustitia, fortitudo, temperantia. de quibus agendis, deque eorum praxi agitur in hac distinctione. quare etiam huius distinctionis definitiones catalogus esse poterunt ad inquirendum agendorum modum. *sup. Dist. 7. n 6. 7. 8.*

3780 Communis omnibus ad inquirendum agendorum modum Catalogus esto is, qui habetur in duabus tabulis legis diuinæ. Sunt enim decem diuina præcepta summa genera omnium agendorum. *Instr. 9. c. 5 per totum.*

3781 *a* Catalogum agendorum vitæ, munerique tuo proprium colligito è Codicibus sacrorum Canonum, & Conciliorum, & Iuris ciuilis. & Constitutionibus Principum, & Patrum decretis, & vitis, libriſque sapientum. Hunc tibi proponito ad inquirendum agenda, & agendorum modum. *S. Ign. p. 4. c. 8. lit. D.*

3782 *b* Esto Catalogus, qui Examen dici poterit, è Maiorum legibus, statutisque collectus, ad inquirendum ante electionem siue Rectorum ad regimen, siue clericorum ad ordines, *c* siue nouitiorum ad vitam cœnobiticam. Nam sine eo difficile est non contingere in electione errorem aliquem. *Vsus communis.*

3783 *d* Principum, Rectorumque curã esse debere Inquisitionem in scelera. Ad Principes enim,

a Vid. Diarium S. Car. in fin. vitæ Its nos collegimus catalogum. Definitionũ, quas in hãc 7. dist. coniecimus.

b S. Ignat. Loy. in ex. per totum. Claud Aq. in Form. Informat.

c S. Ignat. Const. P. 1. c. 1. §. 5. & litt. D. & c. 4. litt. D.

d S. Car. Bor. l. 8. c. 1. De ratione inquirendi in hæreses vid. Decc. l. 6. tit. De Hæret.

enim, Rectoresque attinet politicorum morum honestas, vt conseruetur. Ipsi capitis habent munus in Republica: cuius est corporis membra à malis tueri. *Trid. sess.6. de Refor. cc.3.4. & sess.7. c.7. & sess.14. c.4. Pius IIII. in buil. Romanum Pontificem, &c. & 2.q.7. c.46. Decc.l.3.1. c.1. & c.olim 16. De Accusat. c. excommunicamus §. Adijcimus de Hæreticis, & Clem.l.5. De Hæreticis.*

3784 *e* Esse politicorum morum inspectores à Principibus constituendos, viros sagaces, vita integros, puros affectu, communis boni amãtes. Non enim potest solus Princeps cuiusque vitam inspicere: vt prouideat. *Trid. sess.23. de Refor. c.18 & sess.25. de Regular. c.8. Clem. Pap. d.93. c.6. & c.ficut olim De Accusation.*

3785 *f* Esse à Principibus inspectores, quos ipsi cõstituerint, & alios etiam identidem aduocandos; ad interrogandum ecquid in suo populo cõtingat mali. Difficile enim quis audet mala Principibus suggerere, nisi ab ipsis interrogatus. *c.ficut olim De Accusation.*

3786 *g* Non debere Principem vllum, Rectoréque sine Consiliarijs esse. Communi enim curæ, ac prouidentiæ non videtur vnius hominis mens posse, vt par est, satisfacere. *Trid sess.25. de Refor.c.6. & 16.q.7.c.vlt. Decc.l.3.tit.10. De his, quæ fiunt, &c.*

3787 *b* Conuocandos esse identidem à Principibus Consiliarios ad inquirendum, ac decernẽdum de politicis agendis. Valet enim ea Consultatio & ad lumen recipiendum ad regimen;

e S. *Car. Borr. vita l.8.c.1.* S. *Ign. ex. c.4. à §.18. & Par. 3. c.1. §.16. & p.4. c.6. §.15. & c. 10. §.7. & c.17.§.7.*

f *S.Car.Bor. vita l.8.c.1. Congreg. 6. Soc. Iesu Decr. 36. n.7.*

g *S.Basil.in Ascet. c.49. S. Ign. p.4. c.10 §.7. & c.17.§.1. & p.9.c.4.§.4. & c.6.§.10.*

h *S. Car. Bor.vita l.8. c.10.* S. *Basil. in Ascet.c.54. S.Ign. Par. 2. c.3.§.3. & & p.4.c.2. §.2.3. & litt.A. & c.17. §.5.6. & p.7.c.2.§.1. & p.8.c.2. & p.9.c.6. §.10. & litt.F, Arist.3. Polit.c.11.*

& ad maiorem auctoritatem decretorum. *Trid. sess.23. de Refor. c.18. & sess.24.c.2. & sess.25.de Regular. c.8. & de Refor. c.6. Innoc. Pap.d.20. c.3. Decc.l.3.t.10. De his, quæ fiunt, &c. & tit.11. & tit.35.c.7. & l.5.tit.1.c.25.*

3788 Quæ minoris momenti fuerint, non esse in consultationem referenda. Non est enim consultatio necessaria. & consiliariorum auctoritati consulendum est. *S.Ignat. p.8.c.2.*

i S.*Ign.p.8. c.3. vide Ambr.2.off. q.10.11.12. 13. 14. 17. 18.*

3789 *i* Cauendum esse, ne Consiliarij, qui aduocantur, aut non intelligentes sint in eo, de quo est deliberandum; aut vitio aliquo animi, perturbationeue laborent. Non enim videt quid agendum sit, si ignorant. vident autem aliud, quã quod agi debet, si mali sint. Nam qualis quisque est, talis ei videtur finis, id est, agendum: vt auarus auara consulet, quia bonum ei videtur, ad quod eius cupiditas propendet. Melius est ergo sua solius consultatione contentum esse, quam ignorantibus, aut malè affectis consiliarijs vti. *Trid.sess.2.et c. In singulis regnis De statu monach.*

Arist. 3.Polit.c.7.

3790 Sæculares Principes ecclesiasticorum Principum, Sacerdotumque consilio reguntor. Nam ecclesiastici Principes, quatenus Sacerdotes, Rectoresque animarum, sæcularium Principum Rectores sunt. *S.Thom.l.1.de Reg.Princ. c.14.15.*

k *Sum.Eth. d.1.q.5.*

3791 k Esse in consultationibus ad singularia descendendum, & ad executionis modum practicè practicum. Actiones enim circa singularia versantur, id est circa determinatum opus, materiam, tempus, agens, finem, modum. *Arist. 3.Eth.t.1.*

3792 Cum de grauioribus negotijs deliberandum

randum est, ad consultandum ne accedito imparatus. Scire enim oportet prius de qua re sit consultandum, vt rationes præmediteris, quæ in vtramque partem afferri possunt. *Societ. Iesu Reg.5. Consult.*

3793 *l* Conuocandos esse à Principibus, Rectoribusque statis temporibus Consiliarios, ac alios prudentes viros, & aptos regimini: vt inquirant an leges obseruentur, & quæ sint ad obseruationē remedia. Nam ea diligentia & leges conseruātur, & legum cognitio inseritur in ipsis Principibus, ac primatibus; idemque instituuntur ad rectè regendū. Id si à summis Principibus cum summis consiliarijs; ab Episcopis in Diœcesibus; à Proregibus, minoribusque Magistratibus in Prouincijs, in vrbibus; à religiosorum Rectoribus in Cœnobijs; à Præfectis Congregationū, & Academiarum, in suo cœtu, in vium non inducatur; recta cuiusuis Reipublicæ, Congregationisque institutio, corruat necesse est. *Ex Bull. Pauli III. & Iul. III. De congregand. Conc. Trid. & Trid. sess. 18. & sess. 25. Decr. vlt. & Dist. 18. per totum. & c. sicut olim De Accusat.*

l *Basilius in Ascet. c. 54. Congreg. 6. Societ. Iesu Decret. 36. n. 2. 3. 5. 6. 7 Claud. Aq. de super. instruct. c. 1.*

3794 *m* In Consiliariorum cōuentu, qui pro legum obseruatione cogatur, agendi, inquirendique ratio ea vt plurimum esto: Vnus, è codice legum, siue Canonum, siue è Constitutionibus, statutis, regulis tum communibus, tum officiorū proprijs, recitet voce elata, clara, distincta, legē vnam, siue canonem, siue constitutionem, siue statutum, siue regulam: tum Rector interroget vnum, plures, omnes, qui conuenere, vt libuerit; ecquid contra legem illam peccetur: si qua omissio, peccatumve aliud deprehensum fuerit; inquirat

m *Ex Cōgr. 6. Soc. Iesu supra. Claud. Aq. Instr. 4. §. 3.*

quirat ab eisdē Consultoribus remedia. Is enim videtur facilis, ac vtilis modus & ad instituendum multos in modo regiminis, & ad legum obseruantiam conseruandam. *c. Sicut olim De accusationibus.*

Pro scrupulis curandis.

3795 Inquisitio diligentiam moralem habeto: ne esto minuta nimiū, aut scrupulosa, & anxia. Deus enim non exigit à nobis maiorem diligentiam, quam moralem: siue nostra peccata scrutemur; siue defectus aliorum, cum tenemur ex officio; siue media ad occurrendum malis, aut ad bonum aliquod inducendum, vel conseruādum.

n Exhexercit. S. *Ignat. in Reg. de discer. spir.*

n Præterea non tenemur eo modo agere, qui suspicionem habeat falsitatis: anxietas autem, & animi perturbatio falsitatem latere indicat in ea cogitatione, quæ animum perturbat. non enim est obiectum nostræ mentis falsitas, vt in ea mēs conquiescat. Præterea non tenemur eo modo agere, qui per se graue damnum inducat corpori, aut insaniam menti. modus enim noster agendi, etiam in animi salute procuranda, non debet esse contrarius præceptis diuinis. naturale autē, ac diuinum præceptum est de vita conseruanda: quod superius est omni præcepto positiuo, etiā diuino. curæ autem nimis anxiæ, ac scrupulosæ solent & grauia damna in corpus inducere, quatenus spiritus nimium absumunt; & insaniam in mentem, quatenus quæque cogitatio anxia obiecti speciem in animo relinquit: multiplicatis autem nimium eiusdem obiecti speciebus, fit imaginatio, ac proinde intellectus, impotens ad alia cogitanda; quod est vsum perfectum rationis amittere. *S. Bonau. de sex al. Seraph. c. 7.*

3796 Videri melius, cum necessitas non cogit,

git, inquisitiones inter regulares fieri de plano, & absque strepitu iudiciorum. Ne inter eos, quorum vita est cœnobitica, radices figantur odiorũ, ac discordiarum. vtque facilior, suauiorque sit vsus correctionis. *c.olim De Accusationibus. & Greg. XIIII. in Constit. Ecclesiæ Catholicæ.*

3797 *o* Amicos habeto, & Admonitores fideles: à quibus idẽtidem inquiras an rectè agas: ab ijsque petas, vt fidenter tibi suggerant quicquid circa tuas actiones occurrerit, de quo te moneri oporteat. Ni enim ita egeris, in multis te errare oportebit. Notaberis etiam à multis fruſtra, te ignorante. *Dist.38.c.16.& d.84.c.1.*

o *S. Ignat. Par.3. c.1. §.12.p.8.c.1. lit.D. & p. 9.c.4. §.4. S.Bonau. de sex al. Ser. c.7.*

3798 *p* Inquirito idẽtidem à maioribus tuis, & à viris prudentibus, quid tibi agendum sit, qui modus tenendus in agendis, an rectè agas. vtque melius dirigaris, conscientiam illis tuam aperire ne erubescito. Is enim est mos à Spiritu sancto inductus in Ecclesiam; vt homines ab hominibus instruantur, ac dirigantur. Quò ergo magis quis hanc inquirendi viam inierit, eò proficiet magis in agendis, eoque minus errori erit obnoxius. & experientia semper docuit non esse propriæ prudentiæ fidendum. *Dist.38. c.16. & 2.q.7. c.40.41.*

p *S. Ignat. Par.3. c.1. §.11.12.& lit.2. & 1. exer. in RR.1. disc. spir.n.13. Vid. S. Bonau. De sex aliis Ser.c.1.*

3799 *q* Cogendas esse à Regularibus Congregationes ad inspiciendum an aliquid detrimenti regularis obseruantia patiatur; & ad agendorum Regularibus congruentium leges condendas; & ad clariorem totius Religionis informationem tradendam Præpositis summis. Ea enim ratio semper fuit conseruandæ, augendæq; obseruantiæ regularis. *Trid.sess.25. de Regular. c.8.& c. In singulis regnis De statu monach. & sequens*

q *S.Ign.p.8. c.2.3.4.5.7.*

c. ficut olim De Accusationibus.

r S. Carolus Borr. in vita l. 8. c. 6.

3800 r Instituendas esse Congregationes, atque ad consultationem cogendas pro cuiusq; præstantioris operis executione. est enim id medium efficax maximè ad cuiusque boni operis conseruationem, & incrementum. *Soc. Iesu Congr. 6. Decr. 36.*

s S. Carolus in vita l. 8. c. 1.

3801 s Congregãdas esse in Ecclesia Synodos ad inquirendum de Religione, pietateque christiana; & ad quæstiones, quæ contigerint, definiẽdas de credendis, & agẽdis. Is enim est ex primis modis, quibus se tuetur Ecclesia. *Trid. sess. 2. & 3. & 18. Pius IIII. in bull. celeb. Concil. Trident. & Trid. sess. 24. de Reform. c. 2. & sess. 25. de Invoc. Sanct. in fin. & Decr. vlt. PP. d. 18. per totã. Innoc. Pap. d. 20. c. 3. & Can. Apost. 36. & c. ficut olim De Accusat.*

t Iustinian. Imp. l. 4. C. de Summa Trin. et Fide Cath.

3802 t Quæstiones de credendis, & agendis, esse ad Romanum Pontificem Christi Vicarium referẽdas, nec sine eius auctoritate, neque in Generalibus Concilijs, definiẽdas. Ille. n. in Ecclesiæ capitis rationem habet, in quo omnia membra vniuntur, & à quo influxum recipiunt ad vitam, & motum. Ideo Christus Dominus eius auctoritatem esse voluit infallibilem. *Trident. sess. 25. de Invoc. Sanct. in fin. & Decr. vlt. Pius IIII. in bull. confirm. Concil. Trid. & bull. Sicut ad Sacrorum. PP. dist. 17. & 20. per totum. & 3 q. 6. c. 9. & 24. q. 1. c. Damnamus De Sum. Trin. & Fid. Cath. in fi. & c. Significasti De elect. & cap. Cum ex illo 1. de Transl. Episc. & c. In singulis regnis De statu mon. & Io. Pap. l. 4. C. de Sum. Trin. & Fide Cath.*

u S. Ign p. 4. c. 17. §. 5. 6.

3803 u Cogendos interdum esse iussu Rectorum Doctores primarios, ac sapientes, ad inquirendum,

rendum, decernendumque de agendis pro doctrinarum, litterarumque conseruatione, ac incremẽto. Multũ enim Reipublicæ interest rectè ne, an malè se habeant studia litterarum. *Supra c.1. & Trid. sess.23.de Refor.c.18.*

3804 Cogendos interdum esse iussu Principũ opifices primarios, architectosque sapientes, ad inquirendum, decernendumque de agendis in qualibet arte. *x* Ad commodum enim Reipublicæ multum refert, esse artium opifices satis instructos, peritosque. *Ex deff. præced.*

x Theod. & Valẽ. Impp. l.1.C.de exc. artific. l.b.10.

3805 Cogendos interdum esse iussu Principũ Duces primarios, ac milites veteranos, ad inquirendum, decernẽdumque de re bellica, non solũ belli tempore, sed etiam pacis. *y* Multum enim interest Reipublicæ, paratos habere plurimos, ac rectè instructos ad bellum gerendum. *Ex deff. præced.*

y Iustinian. Imp. in Autho. vt neque mil. ne fœder. &c. coll. 8. in princ.

3806 Consiliariorũ esto studium: Vt quisque aliorum auctoritatem apud alios tueatur; vt ne animi auersionem habeat ab ijs, qui cõtra sentire contigerit; *z* vt, si aliorum in consultatione sententiam refellere contigerit, modestè id faciat; vt aliorum consiliariorum amantem se præferat; vt secreti sigillum custodiat, cum oportet apud alios tacere, de ijs, quæ in Consultatione tractata sunt. Nam Consiliarij munus hæc postulat. *Trid. sess.2.*

z Bellar. in vita c.31. Soc. Iesu in Regg. Consult.

3807 Curandum esse in omni Consiliariorum consessu, vt sit in omnibus modestia. Eam enim exigit & personarum grauitas, & negotium consultandi, ac iudicandi. *Tolet. II. 5.q.4.c.3.*

3808 Esse cuique curam debere in communi ad consultandum conuentu; vt consensio sit animorum.

morum. Stant enim consilia magis, quò maior concordia. *Can. Apost. 33.*

a S. Ign. p. 8. c. 7. lit. A.

3809 *a* In communi ad consultandum cõsessu esse eum ordinem in sedendo, sententiaque dicẽda, debere, quem cuiusque Congregationis leges præscribunt. Ne aut animorum, aut sententiarum accidat perturbatio. *Trid. sess. 2.*

3810 Habeto de agendis ad tuum statum pertinentibus libros: eos & ad institutionem tuam legito, & ad consultationem. Ita enim supplebitur, quod tuæ prudentiæ deerit ob inexperientiam. *Dist. 38.*

3811 Caueto à libris, qui ita de agendis agũt, vt auertãt ab vltimo fine. Fieri enim nullo modo potest, vt veram prudentiam ex illis accipias. Nam vera, rectaque media non sunt, quæ nõ tendunt ad vltimum finem, id est, ad summũ bonum, qui Deus est: à quo est omnis bonitas mediorum. *Supra c. 1.*

b Vlpian. l. 8. ff. de muner. & bon. in fi. & l. 1. ff. de minor. 25. ann. vbi alij per totũ tit.

3812 Legito libros auctorum prudentiorum. vt ipse prudentior fias. Prudentiores autem, ac sapientiores sunt Scriptores sacri, & Sancti, scriptoribus prophanis, & impijs. Nam non potest esse vera prudentia in ijs, qui verum finem aut ignorant, aut non intendunt. Sancti autem plus & vident, & docent. *Supra c. 1.*

c Arist. 1. Eth. c. 3.

3813 *b* Ne adhibeto iuuenes ad deliberãdum. *c* Sunt enim inepti, tum ob inexperientiam, tum ob animi passiones nõdum perfectè compositas. *Trid. sess. 23. de Refor. c. 18.*

d Bellarm. Card. vita c. 19.

3814 *d* Ad cuius suis monita, consiliaq; audienda facilem te præbeto. Alioquin nullum neque monitorem, neque consultorem habebis: neque ipsum multa in agendis cognitione fraudabis.

S. Ign. p. 8. c. 1. lit. D. §. Si qua. & p. 10. §. 6.

Dist.

*Dist.*38.*c.*16. *Dist.*84.*c.*1. *& d.*100.*c.*7. *& 2.q.*7. *c.*40.41.

3815 *e* Ne te difficilem exhibeto in mutando consilio, aut in exequendis ijs, quæ tibi ab alijs suggeruntur; cum sunt meliora. Ne tibi, alijve tua pertinacia cedat in malum. *Dist.*100.*c.*7.

e *S. Ignat. p.*10. §.6.

3816 *f* Ne omittito officij sui monere, vt oportet, eum, cuius ex officio monitor fueris. Ne aliorum peccatorum, damnive publici reus sis. *Greg.*10. *Mor.c.*4.

f *S. Ign. p.*8. *c.*1. *litt. D.* §. *Quamuis.* *& S. Debet.*

3817 Ne quæcũque in mentẽ venerint admoneto; sed quæ momentum aliquod habuerint. vt molestus non sis, vtque maiorem habeant auctoritatem quæ rectè monueris. *S. Ignat.p.*9.*c.*4. §.4.

& p. 9. *c.*4. §.4.

3818 Ne moneto vllum, qui iratus in te sit: nisi iustitiæ debitũ, aut charitatis præceptum cogat. Non enim audieris. *Exper.*

3819 Ne moneto vllum, cum iratus in eum fueris. Mirum enim quãtum decipiat ira sub specie honesti, iustique. Et monita, quæ ab irato accipiuntur, nunquam grata esse possunt. quia non amamus, quod malum nobis apparet, sed quod bonum nobis. Species autem vindictæ, quam præfert ira, apparet malum nobis. *Exper.*

3820 Esse in monendo temporis opportunitatem captandam, & obseruandam. Erit enim ingratum quicquid suggesseris, cum aut animus est perturbatus; aut alijs curis occupatus; aut fessus. *Eccli.*22.8.

3821 *g* Caueto ne quam animi perturbationem sequaris in consilio dando. Difficile enim inspicere veritatem potest animus perturbatus. *3.q.*7.*c.*4.

g *Bellar. in vita c.*26.

3822 Ne quod agendum Principi proponito, quin

quin simul agendi rationem proponas, & facilitatem, & commoda. Ne non audiaris, ac proponas frustra. *Ex Exper.*

h *Supra def. 3789.*

3823 *b* Rectam, synceramque intentionem excitato voluntate, antequam deliberes, aut consilium des. Talia enim sunt media, quæ mens suggerit; qualis intenditur finis à voluntate. *Ex Arist. 3. Polit. c. 7.*

i *Vlpianus l. 16. §. de dolo ff. de dol. mal.*

3824 *i* Caueto ne cui suggeras cõsilium peruersum. Turpissimum enim scelus hoc est. *De Panit. d. 1. c. 23. 27.*

k *S. Ign. p. 8. c. 6. litt. A.*

3825 k Caueto ne cui consilium suggeras contra, quam sentis. Turpissimum enim mendacium hoc est. *Greg. d. 46. c. 2.*

l *Vid. 1 par. Introd. dist. 9. n. 49. & à pr. 1629. & pr. 2103.*

3826 *l* In Correctione fraterna charitatis præcepta consulito. Docent enim illa monendi obligationem, ordinem, modum. *S. Th. 2. 2. q. 33.*

m *Summa Ethic. d. 1. q. 5.*

3827 *m* Consilia de singularibus sunto. Sunt enim consultationes, & consilia de ijs, quæ agenda sunt. omnia autem agenda, singularia, determinataque sunt. Ne ergo tibi, vel alijs consilia suggeras de agẽdis in communi, vt tibi esse cibo temperate vtendum: sed descendẽdũ est ad particularia, Tibi hoc tempore in hoc loco degenti, tali, tantoque cibo vtendum. *Arist. 3. Eth. c. 1.*

3828 Consilia, responlaque, cum tibi cum ijs agẽdum est, qui animo timido, & scrupulis perturbato sunt; Sunto certa, & animosa: nullam, neque speciem perturbationis habento. Contraria enim cõtrarijs curantur. *Claud. Aqu. in l. Indust.*

3829 Ne cuiuis tuæ cogitationi, aut alterius monito, consilioque fidem statim habeto: nisi prius rationis, auctoritatisue momentum perpẽderis. Non enim est temere credendum, & iudi-

candum:

candum: ne deinde pœniteat credidisse, ac iudicasse. *Par.1. Dist.10. n.47.*

3830 *n* Aliorum crimina detegito, cum oportet. Ne tacendo alieni criminis reus fias. *5.q.5.*

3831 Præpositorum œconomias inquirendas curiosè non esse. Cedit enim in tuum, & in aliorum damnũ ea inquisitio. *Basil.in Ascet.c.48.*

n *S.Basil. in Ascet. c.46. S.Ignat. ex. c.4.§.8.*

Caput Sextum.

a De Iudicio.

3832 REctum de agendis iudicium poscendum precibus à Deo. Est enim errori obnoxium iudicium nostrum. *S.Ign.p.7. c.2.§.1.& p.8.c.7.§.1.2.*

a Alia de Iudicijs lege in Decretal. & Clement. & Extr. eisdẽ tit. & Reg. Iuris Cæsarij Decc.l.6. in fin.

3833 Ad iudicãdum, ac definiendum in Consultationibus Motiuum esto, non multitudinem consiliariorum, sed rationis, aut auctoritatis momentum. Hoc enim est agere secundum rectam rationem. *Ius Canon. sæpè.*

De Iudicijs, quæ fiunt de plano vide Clemẽt. sæpè

3834 *b* Videri melius esse in Consultationibus, Principem auditis omnibus, quam multitudinem, de politicis agendis decernere, ac iudicare: nisi cum de eligendo capite consultatur. Princeps enim, cuius est regimen communis boni, melius videre potest, quam quilibet alius, quid bono communi conueniat. & ea decernendi ratione multis malis occurritur, quæ Respublicas, cõuentusque passumdare solẽt; dum quisque studet plurimos ad suas partes trahere, vt in Conuentu vincat cum decernendum fuerit. ita aditus patet & ambitioni, & contentionibus, &

De verb. sig. Alia Iudiciorũ præcepta vid. p.1.d.11. à n.146. ad n.158. et pr.1804. & à pr.1819. ad 1827. & à pr.1866. ad pr.1893.

b *S.Ign.p.9. c.6.*

dissidijs,& seditionibus, & odijs. quæ non accidunt,cum ab vnius iudicio, decretoque regimen pendet. Cum autem de eligendo summo capite agendum est, necessarium est ipsa membra decisuam vocem in eius electionem habere; quia caput non est. *Pompon.in l.2. §. Nouissimè ff.de orig.iur. Vlpian.l.1 ff.de Const. Princ. Iustin.Imp. l.2. §.sed quia diuinæ C. de vet. iur. enucl. Greg. XIIII.in Constit. Ecclesiæ Catholicæ.*

3835 Cum perturbatus est animus, ne decernito quicquam. Non enim videre clarè potest quid agendum sit animus perturbatus. *3.q.7.c.4. & 11.q.3.à c.67.*

c *S. Ignat. Par. 1. c.4. §.3. et lit.C.*

3836 *c* Ne decernito, cum res est dubia; nisi sententijs pro vtraque parte relatis, collatisque. Id enim omnino conandum est, ne error contingat. *Dist.86.c.23. & 2.q.1.can.7.12.& 11.q.3. c.74.& seqq.*

d *Sum.Eth. disp.1. q.4. prop.1.verb. Synesis.*

3837 *d* Ad iudicandum, decernendumque regula leges sunto, primum diuinæ,tũ humanæ. Iudicandum enim, ac decernendum est secundũ rectam rationem. rectæ autem rationis regulæ sunt leges diuinæ, ac humanæ. *Trid.sess.25. de Refor.c.6.& 2.q.1.c.7.& 3.q.7.c.4.*

3838 Ad iudicandum, decernendumque regula,cũ lex alia deficit, esto ratio ipsa. est enim hominis ratio, quædam diuinæ legis participatio. *Sum.Eth.d.1.q.4.prop.1.*

3839 Caueto ne non iuste iudices quemquã. Non enim eris sine pœna. *11.q.3.à c.57.& c.82. & 23.q.4.à c.33.*

3840 Caueto ab inanibus suspicionibus, quas vmbras vocant. Peruersum enim iudicium pariũt suspiciones inanes. vt,si quem suspiceris odio in

te

te ferri, cum nescias; aut insidias moliri. *2.q.1. c.11.20.*

3841 *e* Caueto ab inuidiæ vitio. In peruersum enim iudicium, ac sententiam pertrahit inuidia. Continget inutilem quampiam alicuius operam te iudicare, cum tamen valdè vtilis ea fit. quoniam nolles bonum illud in alterius commodum cedere. *3.q.7.c.4.*

e *Cassian. Collat. 18. c. vlt.*

3842 Caueto à timore, amoreque vano, quos humanos respectus vocant. Ex ijs enim peruersa iudicia solent oriri. Sola sit iudiciorum regula offensæ diuinæ timor; solus Amor iustitiæ. *3.q.7.c.4.*

3843 *f* Caueto à muneribus. Corrumpere enim solent munera iudicium rectum. *Trid.sess. 24.de Refor.c.3.6.18.*

f *Vide infra c.13. de libertate.*

3844 Ab animi perturbatione caueto, cum tibi iudicandū est, præsertim ab amore, ab odio, ab ira, à cupiditate. Difficile enim est rectè iudicare, cum perturbatus est animus. *Trid sess.2. & 3.q.7.c.4.& 11.q.3.c.68.& seqq.*

3845 Iudicia, definitionesque causarum in longum ne trahuntor. vt lites terminentur, vt impensarum sit modus, vt inimicitiarum fiat finis. *Trid sess.24. de Refor. c.20.& sess.25. de Refor. c.6.10.14.& c.suspicionis causa 39. de off. & pot. iud.deleg.vid. Decc.l.2.tit.8. De Dilat.& c.lurgium De sent.& re iudic.& clement. vt calumnijs De sent.& re iud.& c.sicut appellationē De Appel.*

3846 *g* Caueto ne temere cuiuspiam vitam, factaque diiudices. Nisi enim legitimè nobis commissæ sint, relinquendæ sunt omnium causæ Iudici omnium Deo. *2.q.1.& 11.q.3.à c.44.& c.75.& seqq.*

g *Basil. in Reg. breu. q.164.273.*

3847 Caueto ne Rectoris tui præcepta, factaque diiudices. Subditorum enim parere solum est, Rectorum iudicare. *Nicol. Pap. d. 21. c. 5. 6. & d. 28. c. 17.*

3848 Curato vt in te ipse corrigas prius, quę tibi sunt in alijs iudicanda, condemnandaque. Turpe enim est criminosum iudicia proferre. *3. q. 7.*

h *S. Ign. in exam. c. 3. §. 11. 12. & litt. D.* 3849 *h* Non esse proprium iudicium Maiorum decretis præponendum. Prudentis enim nō est suæ niti, ac fidere prudentiæ. *c. Ne innitaris De Consist.*

Vid. Claud. Aq. Indust. §. 13. 3850 Caueto ne ad quæstum, commodumue vllum tuum reorum pœnam vllam conuertas. Corruptiuus enim est iudiciorum is finis, ac turpis valdè. *c. Irrefragabili §. Prouideant De off. iud. ord.*

i *S. Ignat. exam. c. 3. §. 11. 12. & litt. D. & Par. 1. c. 3. §. 14. et Par. 2. c. 2. §. 4.* 3851 *i* Ne esto in propria sententia ita offirmatus, vt paratus non sis ad tuum iudicium maiorum, prudentumque iudicio submittendum. Eris enim erroribus obnoxius. *Cassian. coll. 16. cap. 11.*

3852 Caueto ne imperiti vulgi, aut corrupto rum hominum iudicio moueare. Non est enim apud illos vera prudentia. *Ambr. 2. off. 17.*

k *S. Ignat. Par. 1. c. 4. §. 3. et lit. C. & Par. 2. c. 3. §. 2. 3. 4.* 3853 k Ne in iudicio ferendo præceps esto. Nam non omnia statim assequi possumus, ac videre. *Par. 1. d. 10. n. 47.*

3854 Bonorum de te iudicia ne spernito. est enim vel arrogantiæ, vel dissolutionis bonorum iudicia negligere. *Ambr. 1. off. c. 47.*

3855 Doctum esse debere Iudicem legum. Debet enim secundum leges iudicare. *Par. 1. d. 11. n. 156. & pr. 1866. Instit. lib. 4. de off. Iudicis.*

Trid.

Trid sess.25.de Refor.c.10.

3856 Non licere Iudici de legibus iudicare, sed secundum ipsas. *August. Dist.4. can.3. & 2. q.1.c.7. & 3.q.7. c.4.*

3857 Factum à Iudice, quod ad officium eius non pertinet, ratum non esse. Non enim habet ius in illud. *Par.1.pr.1820.ff.de Reg.iur.l.132. & 2.q.1.c.7.*

3858 Et si nihil facile mutandum est ex solennibus: tamen vbi æquitas euidens poscit, subueniendum esse. *Par.1. d.11. n.134. & p.1827. & ff.de Reg.iur.l.144. & c.ex parte tua De Transact.*

3859 In re dubia benigniorem interpretationem sequi, non minus iustius esse, quam tutius. *Par.1.pr.1826. & ff.de Reg.iur.l.153.*

3860 In obscuris respici solere quod verisimilius est, aut quod plerunque fieri solet. *ff.de reg.iur.l.115. & c.Inspicimus l.6. de Reg.iur.*

3861 Quę propter necessitatem recepta sunt, non debere in argumentum trahi. *ff.de reg.iur. l.123.*

3862 Qui tacet, non vtique fateri: sed tamen verum esse eum non negare. *ff.de reg. iur.l.185. & c.li, qui tacet l.6.de Reg.iuris.*

3863 In pari causa possessorem debere potiorem haberi. *ff.de reg.iur.l.171. & l.197. & c. In pari l.6. de Reg.iur.*

3864 In re communi potiorem esse conditionem prohibentis. *c.in re l.6.de Reg.iur.*

3865 In condemnatione personarum, quæ in id, quod facere possunt, damnantur; non totum, quod habent, extorquendum esse: sed & ipsarum ratio habenda est, ne egeant. *ff.de reg.iur.l.134.*

3866 Absentiam eius, qui Reipublicæ causa

abest; neque ei, neque alij damnosam esse debere. *ff. de Reg. iur. l. 183.*

3867 Semel malum, malum esse presumi semper. *c. semel l. 6. de Reg. iur. vid. ibi Gloss.*

3868 Cum sunt partium iura obscura, reo fauendum esse potius, quam actori. *c. cum sunt l. 6. de reg. iur.*

3869 Non esse in iudicijs personarum acceptionem habendam. *c. non esse l. 6. de reg. iur.*

3870 Odia restringi, & fauores ampliari debere. *c. odia l. 6. de reg. iur.*

3871 Generi per speciem derogari. *c. generi l. 6. de reg. iur.*

3872 Non debere quemquam alterius odio pregrauari. *c. Nō debet l. 6 de reg. iur. vid. Glos. ibi.*

3873 Sine culpa, nisi subsit causa, non esse quēquam puniēdum. *c. Sine culpa l. 6. de reg. iur.*

3874 Quod quis mandato facit iudicis, dolo facere non videri: cum habeat parere necesse. *c. Quod quis lib. 6. de reg. iur.*

3875 Non esse quicquam contra alium decernendum, eo nō audito, cū potest, ac debet audiri. Non enim habetur plena ad iudicādum cognitio cum alterius tantū partis rationes cognoscuntur. *Trid. sess. 15. in Salu. Cond. & Dist. 86. c. 23. & 2. q. 1. c. 7. & 3. q. 9. & 4. q. 5. & 11. q. 3. c. 76. & c. Consultationibus De officio, & pot. iud. de leg. & c. cum Bertoldus De sent. & re iud.*

3876 Posse contra contumaces decerni, nolentes vocatos ad iudicium accedere. *c. De Quod uuldeo De iudicijs. vide Decc. l. 2. tit. 14. De dolo, & contum. & tit. seq. & l. 6. de dolo, & contum.*

3877 Æquum esse tibi, quantum per leges licebit, fieri; quod tu alteri feceris. seu, Quod quis-

que

que iuris in altero ſtatuerit, vt ipſe eodem iure vtatur. *2.q.6.c.14. & De Pœnit. d.1.c.17. & c.6. Cum omnes D Conſt. & ff.lib.2.tit.2.*

3878 Non poſſe quenquã, qui minoris auctoritatis eſt, eum, qui maioris auctoritatis eſt, iudicijs ſuis addicere, aut pprijs definitionibus ſubiugare. *Nicol.Pap.d.21.can.4. & ſeq. & Iul.Pap. 2.q.7.c.4. & 11.q.1.*

3879 Plus ſemper in ſe continere, quod eſt minus. *c.Plus l.6.de reg.iur. & c.Cui licet ibid.*

3880 Non debere vtile per inutile vitiari. *c.Vtile l.6.de reg.iur.*

3881 *a* Non eſſe pœna plectendos eos, qui alieni ſceleris conſcij non ſunt. *b* Non enim debet eſſe pœna, vbi culpa non eſt. *1.q.4.*

a *Vid.par.1. prop.1290.*
b *c.Cognoſcentes De Conſtit.*

3882 Pro poſſeſſore habendum eſſe eum, qui dolo deſijt poſſidere. *c. Propoſſeſſore lib.6. de reg.iur.*

3883 Non licere in quempiam ſententiam ferre, niſi aut *c* conuictũ aut *d* ſponte confeſſum. *2.q.1. & 5. & 15.q.5. & q.8.c.5. et Decc.l.2.tit.18. de confeſſis. & l.6.eo tit.*

c S.*Ign.p.8.c.6.lit.A.*
d *vid.Decc. l.6. tit.De accuſ. & inquiſ.*

3884 Non licere Iudici ſententiam proferre, niſi ſecundum legum præſcripta. *Vide 2.q.1. & 3.q.7.c.4. & 9.q.3.c.4. & ſeqq. & 25.q.2. & c.Canonum De conſtit. & Decc.l.1.à tit.28. & l.2.tit.1. & ſeqq. & l.5. tit.1. De modo iudicandi Clericos vide 15.q.7. Greg. IX. in Decc.in princ. & Decc. l.5.tit.1.*

3885 Sententiam, & acta, quæ ad ſententiam, iudiciumque ſpectant, ſcripto agenda eſſe. *2.q.1. c.9. & c. Quoniam contra De Probationibus, & c. Cum medicinales l.6. de ſent.excomm.*

3886 Sententiam cõtra leges, canonesve pro-

latam, esse nullam. *c. Sententia De sent. & re iud. & l. 6. eo. tit.*

3887 Diligentem inquisitionem ante iudicium adhibendam esse. *Melchiades Pap. 2. q. 1. c. 12. Euarist. Pap. ibid. c. 20. et 3. q. 9 et 30. q. 5. c. 10. 11.*

3888 Ne accusatores admittito, quos leges vetant. *ff. l. 46. tit. de accusat. & rescript. l. qui accusare. & 2. q. 1. c. 14. & 3. q. 4. 5. 9. & 4. q. 1. & 11. q. 1. & Decc. l. 5. tit. 1. De accusat. etc.*

3889 Manifesta, accusatione non indigere. *Ambr. 2. q. 1. c. 15. Nicol. Pap. ibid. c. 16. Stepb. V. ibid. c. 17. & c. Euidentia de Accusat.*

e *S. Ign. par. 3. c. 1. lit. N.* 3890 e Peccata, quæ occultè patrantur, esse secretò corrigenda. *Aug. 2. q. 1. c. 19.*

3891 Manifesta peccata, non esse occulta correctione purganda. *Alex. Pap. c. Manifesta De Pœn. & remiss.*

3892 Non debere quenquam ex eo fructum consequi, quod nisus est impugnare. *c. Ex eo l. 6. de reg. iur.*

3893 Contra eum, qui legem dicere potuit apertius, esse interpretationem faciendam. *c. Contra eum l. 6. de reg. iur. & Glos. ibid.*

3894 Eum, qui bonis fuerit expoliatus, non esse à quopiam accusandum, neque iudicandum, nisi prius in integrũ restituatur. *2. q. 2. & 3. q. 1. 2. & l. 6. de restit. in integr. & de restit. spoliat. & Element. l. 1. tit. 11. de restit. in integr.*

3895 Non licere actori, quod reo licitum nõ est. *c. Non licet l. 6. de Reg. iur. vid. Gloss. ib.*

3896 Infamia, pœnisque plectitor, qui (si sit calumniatus) non probauerit, quod in iudicio alteri obiecerit. *2. q. 3. & 4. q. 6. & 5. q. 1. 6. & c. Accusasti De Accusat. & c. Cum fortius, &*

c. Cum

c. Cum dilectus De calumniat.

3897 Esse absoluendum eum, qui non conuictus, iuramento se purgauerit. *2.q.5. vid. Decc. l.2.tit.18. De Confessis. et l.5.tit.1.c. Cum oporteat.*

3898 Quod in gratiam alicuius conceditur, non esse in eius dispendium retorquendum. *c. Quod in gratia l.6. de reg.iur. Gloss. ibid.*

3899 Vituperatores, & accusatores superiorum, vel virorum Deo sacrorum, non esse audiēdos ante quam perspicias qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua vita, qua conscientia, quoue merito; si pro Deo, aut pro vanagloria, aut inimicitia, vel odio, aut cupiditate ista præsumpserint, nec ne. *Euaristus Pap. 2.q.7.c.17. Calix. Pap. ibid. c.18. Galas. ibid. c.49. Igin. Pap. ibid. c.52.*

3900 De veritate criminum contra accusatos non esse inquirendum, nisi præcesserit infamia. *c. Cum oporteat De Accusat. et c. Qualiter eo.tit.*

3901 Accusationis formam esse debere, quā leges præscribunt. Ne quid accidat contra iustitiam. *vid. 2.q.8. et 5.q.2. et Decc. l.5.tit.1. præsertim c. Super his.*

3902 Inducias accusatis non esse negandas: cum se ad defensionem parare necesse fuerit. *3.q.3.*

3903 Pluribus vti defensionibus neminem prohiberi. *c. Nullus l.6. de reg.iur.*

3904 Ad accusandum, testificandumue, non esse infames admittēdos. *3.q.4.5. et 4.q.1. et 6.q.1.*

3905 Suspecti, inimicique accusatores iudicesve ne sunto. *3.q.5.c.15. et Decc. l.5.tit.1. De Accusat.*

3906 Sine Summi Pontificis auctoritate Episcopum

scopum non posse damnari. *3.q.6. à c.5. et q.8.*

3907 Non esse quempiam, nisi à proprio Iudice iudicandum. *3.q.6. et 5.q.4. c.1.2. et 6.q.3.4. et 11.q.1. et c. Illa De Accusation.*

3908 Licitum esse, ac admittendum, ecclesiasticorum Iudicum, modo canonicum sit, in omnes peccatores iudiciū. *c. Nouit ille De Iudicijs.*

3909 In alternatiuis, debitoris esse electionē: & sufficere alterum adimpleri. *c. In alternatiuis l.6. de Reg. iur.*

3910 Qui ad agendum admittitur, esse ad excipiendum multo magis admittendum. *c. Qui ad l.6. de reg. iur. Glos. ibid.*

3911 Ad patrocinandum, ad procurandum, ad postulandum, ad iudicandum ne admittito, quos leges vetant. *3.q.7.*

3912 Non videri eū, qui exceptionem obijcit, de intentione aduersarij confiteri. *c. Exceptionem l.6. de Reg. iur.*

3913 Æquum non esse aliorum Iudicem esse, qui reus est criminum. *3.q.7. à c.3.*

3914 Puniendos esse testes, qui testificantur aliquid ad calūniam. *3.q.9. c.16. et q.10. et 5.q.6.*

3915 Esse interdum testes ad testimonium dicendum cōpellendos. *Decc. l.2. t.21. De test. cogen.*

3916 Non licere accusato suos accusatores accusare prius, quam se crimine exuerit, quo premitur. *3.q.11. et Decc. l.5. tit.1. c.10.*

f S. Ign. p.6. c.3. §.8. 3917 *f* Ne testes admittito, quos leges prohibent. Testes autem considerantur conditione, natura, vita. Conditione, si liber, non seruus: nam sæpè seruus metu dominantis testimonium supprimit veritatis. Natura, si vir, non fœmina: nam varium, & mutabile testimonium semper fœmi-

na

na producit. vita, si innocens, & integer actu: nã si vita bona defecerit, fide carebit: non enim potest iustitia cum scelerato homine habere commercium. *4.q.2.et 6.q.1.et 14.q.2. vid. Decc.l.2. tit.de Testib. et attest. et c. Forus de verb. signif. et l.6. de testibus.et Clement.l.2.De testibus.*

3918 Ne vllus vnquam accusator simul, & iudex esto, vel testis. *4.q.4.*

3919 Euocari debere reum ad causam dicendam. *4.q.5. et 5.q.2.3. et Can.Apost.74.et Extr. Rem non nouam l.2.de dolo,et contum.*

3920 Accusatis, ad causam dicendam, concedendum esse tempus, quod oportuerit. *4.q.5.*

3921 Non esse standum fidei cuiusuis accusati crimen negantis: nisi probet. *6.q.2.*

3922 Statutis Principum esse vtendum ad instrumentorum, scripturarumq; veritatem, & auctoritatem discernendam. *Decc.l.2.t.24.De fide Instr.*

3923 Si Iudices electos de sententia inter se discordes esse contigerit; esse aliquem alium iudicem aduocandum, vt leges præscripserint. *6.q.4.*

3924 Quæ cõtra ius fiunt, debere vtique pro infectis haberi. *c.Quæ contra l.6.de reg.iur.*

3925 Non esse, quod bene definitum est, retractandum. *Nicol.Pap.6.q.4.c.6.et 25.q.2.et 35. q.9.et c. Publicato 58. de elect. et Decc. l.2.tit.27. De sent. & re iud. & c.Quod semel placuit l.6. de reg.iur.*

3926 Deficiente accusatore, non esse reum ad probationem cogẽdum. *6.q.5.& 23.q.4.c.31.*

3927 Lite pendente, nihil innouandum. *Decc. l.2.tit.16.& l.6.tit.vt lite pend. & Clem.l.2.eo.tit.*

3928 Probationum momenta esse in iudicijs iuxta legum decreta examinanda. *Vid. Decc. l. 2. tit. 19. De Probationibus.*

3929 Circumstantias omnes attẽdendas esse in excessibus examinandis, ac iudicandis. *c. Sicut dignum De homic. volunt. &c.*

3930 Cum quid vna via prohibetur alicui, ad id alia non debere admitti. *c. Cum quid l. 6. de reg. iur.*

3931 Non esse Clericos à Iudicibus sæcularibus iudicandos. 11. *q.* 1. & 21. *q.* 5.

3932 Posse Iudices sæculares ferre iudicium in Clericos, quos iuxta Sacros Canones Ecclesiastici Principes eis concesserint iudicandos. 11. *q.* 1.

3933 Iniquos Iudices pœna plectendos esse. 11. *q.* 3. *c.* 8.

3934 Legitimorum iudicum iustæ sententiæ inobedientes, esse puniendos. 11. *q.* 3. *c.* 9. 10.

3935 Iniustam iudicum sententiam timendã non esse. 11. *q.* 3. *à c.* 44. & 24. *q.* 3.

3936 Iniustas Iudicum sententias esse superiorum Iudicum iudicio corrigendas. 11. *q.* 3. *à c.* 64. & 16. *q.* 1. *c.* 52. & 35. *q.* 9. & *Decc. l. 2. tit.* 27. *de sent. & re iud.*

3937 Iudicium iustum vendere non licere 11. *q.* 3. *c.* 71. 72.

3938 Nullum ex consilio, dummodo fraudulentũ non fuerit, obligari. *c. Nullus l. 6. de reg. iur.*

3939 Non licere in re dubia certam sententiam dari. 11. *q.* 3. *c.* 74. 75.

3940 Licere interdum in iudicijs ferendis, præsumptionibus vti. *Decc. l. 2. tit.* 23. *De Præsumptionibus.*

3941 In defunctorum bonis adiudicandis vltimam defuncti voluntatem spectato. 13.*q.*2.*c.*4.

3942 Cum non stat per eum, ad quem pertinet, quo minus conditio impleatur; haberi debere perinde ac si impleta fuisset. *c.Cum non l.6. de reg.iur.*

3943 Ne accusatores admittito, nisi eos, quibus accusare per leges licet. 15.*q.*3. & *Decc. l.*5.*tit.*1.

3944 De criminibus, de quibus absolutus est accusatus, non posse accusationem replicari. *c.De bis De Accusation.*

3945 Iudicia diebus prohibitis ne feruntor. 15.*q.*4.

3946 Excommunicatos pronunciare iudicia non licere. 24.*q.*1.

3947 Esse Arbitris curandum vt sint legitimi, & legitimum ipsorum iudicium: ne sit irritum. *Vid.Decc.l.*1.*tit.vlt.De arbitris.*

3948 Non esse dubium partem in toto contineri. *c.In toto l.6. de reg.iur.*

3949 In generali concessione non venire ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus. *c.In generali l.6.de verb.sign.*

3950 Congruum esse, vt accessorium naturā sequatur principalis. *c.Accessorium l.6.de reg.iur.*

3951 Qui sentit onus, sentire & commodum debere, & è contra. *c.Qui sentit l.6.de reg.iur.*

3952 Non licere damnosa fisco, aut iuri contraria postulari. 25.*q.*2.*c.*14. *Constan.Imp.C.l.*1. *de prec.Imp. offer.*

3953 Non licere contra rescriptum, confirmationemve Superioris, si legitimum sit, iudicare. *Vid.Tit.de rescriptis, & De confirm.vtil.&c.*

3954

3954 Rescripta contra ius elicita ab omnibus iudicibus refutanda. nisi forte aliquid sit, quod non lædat alium, & prosit petenti, vel crimen supplicantibus indulgeat. *Impp. Theodosius, & Valentinianus 25.q.2.c.15. Pelag. Pap. ibid.c.16. vid. tit. De rescriptis. & l.5. tit.20. De crimine falsi, & Clement. De rescriptis.*

3955 Qui contra iura mercatur, præsumi bonam fidē non habere. *c. Qui contra l.6. de reg. iur.*

3956 Bonam fidem non pati, vt semel exactū iterum exigatur. *c. Bona l.6. de reg. iur.*

3957 Iudicium separationis à toro, dimittendique vxorem esto penes Ecclesiam. *33.q.2.*

3958 Qui prior est tempore, potiorem esse iure. *c. Qui prior l.6 de reg. iur.*

3959 Esse in omni iudicio tuēdam magis sententiam illam, cuius antiquior, aut potior extat auctoritas. *33.q.2.c.11.*

3960 In obscuris, minimum esse sequendum. *c. In obscuris l.6. de reg. iur.*

g S. *Ignat. Par. 3. c. 1. §. 15.*

3961 g Esse pœnas Legum interpretatione molliendas potius, quam exasperandas. *De Pœnit. d. 1. c. 18.*

3962 Accusatore ab accusatione desistente, esse adhuc crimen inquirendum, si collusionis suspitio sit. *Decc. l. 5. tit. 22. De colluf. deteg.*

3963 Licitum esse interdum sententiam mutare. *35.q.9.*

3964 Non esse damnandum eum, qui contra legem egerit, quā ignorantia non culpabili ignorauit. Non enim obligat lex inculpabiliter ignorantes. *c. Vt animorum De Constit. in 6.*

3965 Non esse pœnæ adiudicandum vllum, quod contra, quā lex præcipiat, egerit ante legis pro-

promulgationem. Certum enim est leges futuris negotijs formã dare, non ad prẽterita facta trahi: nisi nominatim in eis de præteritis caueatur. *Innoc. III. c.13. De Constit.*

3966 Ignorantiam præsumi, vbi scientia non probatur. *c. Præsumitur l.6. de reg.iur.*

3967 Pœnas à lege præscriptas esse à Iudicibus minoribus iniungendas: *h* arbitrarias, sed æquas, cum præscriptæ non habentur. *c. de causis De off. & pot.Iudic. deleg. vide Decc.l.5.tit.37. De Pœnis. & tit.38. De Pœnit. & remiss.*

h *S. Ignat. Par.3. c.1. §.15.*

3968 Esse in pœnis benigniorem interpretationem faciendam. *c. In pœnis l.6. de reg.iur.*

3969 Prouidendum esse, ne actor, aut reus dolosè agant: & dolos esse corrigendos. *Vid. Decc. l.1.tit.42. De alien.iud.mut.causa.*

3970 Locupletandum neminem esse cum alterius iniuria, vel iactura. *c. Locupletari l.6. de reg.iur.*

3971 Romani Episcopi, Christi Vicarij, summum in terris iudicium esse. *Sup.c.8. de Imperio. & 17.q.4.c.30. & 25.q.1.2. & 35.q.9. & c. Ad Apostolicæ l.6. de sent. & re iud.*

3972 Esse in causis matrimonialibus Ecclesiæ Canones consulendos. *Vide Decc.l.4. præsertim tit.18. & 19.*

Caput septimum.

a De Electione.

a *De electione canonica vide Ius canonicum in titt. de elect. in Decretal. & Clement. & Extrau.*

3973 IN inquisitione, iudicioque standum non esse; sed pergendum ad electionem. Electio enim est voluntas prosequendi medium propter finem. Si ergo voluntatem habes finis: inuento per inquisitionem, ac iudicium, medio ad finem prosequendum congruo; non est, cur cuncteris in eo amplectendo. *Sum. Eth. d. 1. q. 4. §. 4.*

3974 Immediata electionum regula esto Dictamen rectæ rationis. est enim homo agens rationale. *Sum. Eth. supra.*

b *S. Ign. ex. c. 3. §. 14. & c. 4. à §. 18. et par. 2. c. 3. §. 2. 3. 4.*

3975 *b* Ne esto præceps ad eligendum: caueto ne eligas ante diligentem eligẽdorum inquisitionem, maturumque de medio eligendo iudicium. Hunc enim ordinẽ postulat electio recta. *Trid. sess. 25. de Regular. c. 15. Ambr. 11. q. 3. c. 69.*

3976 Cum perturbato es animo, ne inito electionem. Excæcat enim mentem passio animi, & diuertit voluntatem à recto. *Greg. 11. q. 3. c. 67.*

3977 Eum, qui certus est, certiorari vlterius non oportere. *c. Qui certus l. 6. de reg. iur.*

c *S. Ign. ex. c. 3. §. 14. 15.*

3978 *c* Dei tibi voluntatem, Dei seruitium, Dei imitationem, Dei gloriam proponito ante quam eligas. Is enim finis dux est, ac magister optimus ad quidlibet eligendum. Quare eligenda sunt ea tantum, quæ conducunt ad dictum finem. *S. Ign. l. exerc. in Prælud. ad elect.*

f *S. Ignat. l. exer. in Introd. ad elec.*

3979 *f* Quæ sub electionem cadunt, necessariò bona esse debere ex seipsis, aut certè non mala,

nec

nec nisi institutis consona orthodoxæ Matris Ecclesiæ. Quidquid enim eiusmodi non fuerit, veri ad vltimum finem medij rationem non habet: ac proinde eligibile non est. *Ambr.3.off.per totum.*

3980 g Caueto ne quid eligas obliquis affectionibus impulsus. Nec enim vera, nec recta electio est, quæ carnali vllo affectu, aut studio peruerso mixta. *Greg. X. cap. vbi periculum de elect. l. 6.*

g S.*Ignat. sup.*

3981 Electionē non rectam, si de mutabilibus sit, corrigito. Ita enim expedit, ne pergat dānum. *S.Ign.l.exer.in Introd.ad elect.*

3982 Si electio non recta de immutabilibus fuerit, vt de Sacerdotio, vel matrimonio; curato vt electionis damnum, post facti pœnitentiam, probitate vitæ, & operum solertia compensēs. *S.Ignat.supra.*

3983 *b* A ficta honesti, rectique specie caueto: ne illudaris, ac decipiaris in eligendo. *i* Ficta autem honesti, ac recti species obijci solet ijs, qui se perfectorum viam ingredi arbitrantur, cum nondum se à vitijs perfectè purgauerint. Ita sub specie maioris boni, diuinæque gloriæ latet sæpè cupiditas, & amor temporalium: qui decipit eligentes. *Greg.dist.41.can.6.*

h *S.Ign.ex. c.4. §.3. & par.3. c.1. §.10.*

i *S.Ign. lib. exers. Ann. 10.*

3984 Speciem honesti habeto vt fictam, fallentemque; cum quid sub illa deprehenderis, quod ex se malum sit. Non enim est vera honesti species, qua turpe quid obtegitur. *S.Ign.in l.exer. in 2.R R. de discer.spir.r.5.*

3985 Speciem honesti habeto vt fictam, fallacemque: cum quid sub illa deprehenderis, quod auocet à bono. Non enim potest esse bonū, quod malum inducit, quatenus inducit malum. Est au-

tem malum boni priuatio. *S.Ignat. ſupra.*

k *S. Ign. in 2. RR. de diſcer. ſpir. 5.*

3986 k Speciem honeſti habeto vt fictam, fallacemque : cum quid ſub illa deprehenderis, quod ad minus bonum impellat, quam quod inquirendo iam antea elegeras. Minus enim bonũ mali rationem habet quatenus aufert maius bonum. *Greg.d.92.c.2. Hieron.17.q.1.c.4.*

3987 Speciem honeſti habeto vt fictam, fallacemque: cum animum defatigat, angit, ac perturbat, ſublata, quæ prius aderat, pace, ac tranquillitate. Verum enim, cum ſit animi obiectum, nunquam illum angit, neque cum ad timorem, & pœnitentiam inducit. Vt in vera contritione experimur, quæ dolor quidam dulcis eſt ſine angore. *S. Ign. ſupra.*

l *S.Ign. lib. exer. 2.beb. de elect.*

3988 l Oportere te in neutram partem propendere ante, quàm eligas, ad proſequendũ agendum, vel relinquendum : ſi electio deliberationẽ requirit. Solet enim iudicium proponere voluntati proſequendum id, ad quod viderit voluntatem propenſam eſſe. *Greg.d.61.c.16.*

3989 Oportere eligentem quemque in ſeipſo perſentiſcere, quod quidquid affectionis (ſiue multum, ſiue modicum ſit) erga rem eligendam habet, ex ſolius Dei amore, ac intuitu proficiſcatur. Solus enim amor Dei non eſt obnoxius errori. *S.Ign.in l.exer.in 2.mod.eligendi, & in Regulis de diſtrib.eleem.*

3990 In eligendis agendis, quæ ad virtutes morales ſpectãt, ab extremis caueto. Virtus enim in mediocritate poſita eſt, inter actionum, & paſſionum exceſſum, ac defectum. *Ariſt.2.Ethic. c.6.7.8.*

3991 A iucunditate, ac voluptate maximè cauendum.

uendum. Nam difficile est de ipsa incorruptè iudicare. *Arist.2.Eth.c.vlt.*

3992 Vnus eligendi modus esto: vt consideres quid eligendum suaderes viro amicissimo, si te dubius consuleret de eo eligendo, circa cuius electionem ipse versaris. Id enim tibi agendum ducere debes, quod suaderes alteri. *S.Ign. l.exer.in 2.mod.elig.*

3993 Alius eligendi modus esto: Vt tecum ipse reputes, si mors ingrueret, quem te malles obseruasse modum in præsenti deliberatione. Nam secundum eum modum eligendum nunc esse facile intelliges. *S.Ign.supra.*

3994 Alius eligendi modus esto: Vt tecum ipse reputes, cum pro Christi tribunali sisteris iudicandus, quo te consilio hac in re vsum esse velles. Eo enim agnito, vtere nunc, vt eo tempore sis magè securus. *S.Ign.supra.*

3995 *m* A Deo auxilium, ab Angelis, ac sanctis preces, & opem poscito antequam decernas, & eligas. Inopes enim consilij sumus, & ignoramus quid agere debeamus. Omne autem bonum à sūmo bono deriuatur. *Trid.sess.24.de Refor.c.1.* m *S. Ignat. par.2. c.3. §.2.*

3996 *n* Eligēda esse meliora. Hoc enim animi nobilitas exigit, ad imaginem Dei procreati. Sunt autem meliora ea, quæ vitæ æternæ, quàm quæ temporalibus commodis congruentiora. *Greg. d.92.c.2. Ambr.2.off.6.* n *S.Ign.p.7. c.2.lit.D.F.*

3997 *o* Anteponenda esse vniuersaliora minus vniuersalibus. quò enim bonum communius, eò diuinius. *Ambr.2.off.c.7.* o *S. Ignat. Par.1.c.3. §.16.et p.7.*

3998 *p* Anteponenda esse efficaciora minus efficacibus. Medium enim eò fini congruentius, quò maiorem efficacitatem habet ad illum assequen- p *S.Ign.p.7. c.2.lit.E. c.2.lit.D.*

quendum. *Ambr. supra.*

q S. Ign. p. 7. c. 2. lit. D. 3999 *q* Anteferenda esse faciliora, ac suauiora difficilioribus, ac minus suauibus. Impedire enim solet executionem difficultas, & iniucunditas. Contra verò facilitatis, & iucunditatis opinione omnes trahimur ad agendum. *Ambr. sup.*

r S. Ign p. 7. c. 2. lit. E. 4000 *r* Præferenda esse magis necessaria minus necessarijs. Illa enim magis vrget. *Amb. sup.*

s S. Ign p. 7. c. 2. lit. E. 4001 *s* Diuturniora, cæteris paribus, minus diuturnis esse præferenda. Habent enim maius bonum. *Ambr. 2 off. c. 6. 7.*

4002 Honestum cæteris omnibus præferendū. Non enim spectat ad actionem hominis vt homo est, quod honestum nō est. *Ambr. 3. eff. per totum.*

4003 Caueto ne ipse eligas, vbi animo es scrupuloso: sed tibi ad eligendum subrogato prudentem virum; eiusq; electionem amplectitor. Non enim solent sano esse iudicio scrupulosi circa ea, in quibus scrupulosi sunt. *Ex c. Illa præpositorum 11. 4. 3.*

Remedia pro scrupulis. 4004 Debere quemque scrupulos ex animo abigere: vt sit aptus ad eligēdū. Cum enim homo perpetuò in electionibus versetur: quia semper in aliqua actione est. Quid aget scrupulosus, qui dubijs angitur semper? Credat viro prudenti, cui suam conscientiam aperuerit, si is ei edixerit vt nullius dubij, quod cōscientiam angat, rationem habeat. Valet enim viri prudentis auctoritas, vt scrupulosus deponat conscientiam in dubijs, & vt agat liberè. Quisque autem vir prudens potest istud consilij dare scrupulosis: quatenus cognita eorum conscientia, probabiliter, prudenterque iudicet non esse periculum erroris. Neque verò hærere debet aut vir prudens in eo consilio dando,

do, aut scrupulosus in exequendo. Non enim erramus cum prudenter agimus, etiam si re ipsa error accidat. Quoniam iudicium prudens non debet se conformare ipsi rei, vt verũ sit; sed rectæ rationi, intentionique. Is est verus agendi modus in hominibus, qui tenentur rationem sequi vt regulam suarum actionum. *Exc. Illa. supra.*

4005 Cũ voluntarẽ diuina virtus sic impellit, vt omnis dubitatio, immo & dubitandi facultas animo auferatur: sequitor impellentem Deum. *S. Ign. l. exer. de elect.*

4006 Eligendi tempus esto, cum quietus est animus, & diuina aliqua consolatione perfunditur. Id enim accidere animo, quod fontibus solet. in quibus cernitur quidquid est in fundo, cũ aqua quieuit, & adest lux. *S. Ign. sup.*

4007 Actionem omnem, & actionis modum electione decernito. Quid enim agere poteris ad rectam vitam vtilius? *S. Ignat. l. exer. de elect. in fin. hebd. 2.*

4008 Eligendarũ actionum, ac praxium tempus, esto tẽpus Examinis, ac meditationis sacræ. Admittunt enim actionẽ electionis tum examen conscientiæ, tũ sacra meditatio. *Ex vsu prudentũ.*

4009 Statuere sibi quemque debere dies aliquot singulis annis: quo tempore à reliquis curis solutus, in eam curam incumbat, vt animum purget; eoq; purgato, de singulis vitæ actionibus deliberet, eligatque. Scribat autem ad memoriam, definitiones, ac decreta tum de agendis, tum de agendorum modis, quos elegerit. In quod enim negotium, quàm in istud incumbendum impensius? *Vsus Soc. Ies.*

4010 Cum nouum vitæ genus ineundum est,

t *S. Ignat. Par. 1. c. 4. §. 4. 5.*

vt Sacerdotalis, *t* cœnobiticæ, coniugalis; aut ad munus aliquod aggrediendum, vt Sacramenta ministrandi, prædicandi, regendi alios: animum ab alijs curis remoueto, teque colligito, vt aliquandiu de nouæ vitæ, munerisve agendis deliberes, & eligas modum agendorum. Prudentis enim est hæc præuidere, ad eaque animum præparare: vt instructus ad agendum accedat. *Trident. sess. 25. de Regular. c. 15.*

4011 Cœnobiticæ, regularisque vitæ electionem liberam esse debere. Periculosum enim est vitæ statum, qui perpetuus futurus sit, inuitum suscipere. *Trid. sess. 25. de Regular. c. 16. 17. 18. & 19. q. 1. 2. & q. 3. c. vlt. & 20. q. 1. c. 9. & q. 2. & q. 3. c. 3.*

u *S. Ign. ex. c. 2. §. 6. & p. 8. c. 7. litt. C. §. ordinationes. et lib. exercit. de elect.*

4012 *u* Caueto ne ab eo, quod rectè elegeris, vnquam discedas; neve deseras rectum vitæ institutũ, quod semel arripueris. est enim hoc genus inconstantiæ turpissimũ. *Trid. sess. 25. de Regular. c. 19. & 19. q. 3. cc. 1. 2. 3. & 20. q. 1. & q. 3. & 4. & 25. q. 2. & Decc. l. 5. tit. 9. De Apostatis, &c.*

4013 Videri consensum, qui tacet, dare. *c. Qui tacet l. 6. de reg. iur.*

4014 Eum, qui tacet, nõ fateri: sed nec vtique negare videri. *c. Is qui tacet l. 6. de reg. iur.*

x *Dist. 7. n. 2. 3.*

4015 Præcipuam quandam electionis materiã esse amicitias. *x* Multum enim ad vitæ huius felicitatem interest bonus amicus. magni ergo tua refert, rectè amicos eligere. *Vide Aug. de Amic. à c. 12.*

4016 Suum quisque ingenium noscito, ad idq; se applicet, quod sibi aptum viderit. Quò enim vnumquemque suum ducit ingenium, aut quod officium decet, id maiore implet gratia. *Ambr. 1. off. c. 44.*

4017

4017 *y* Curato vt talem ad regendum eligas, qualem ipsum regimen requirit. Magna enim semper ab ineptis Rectoribus bono communi mala fuerunt. *Vide Greg.* 1. *Past.c.*10.

y *Arist.* 3. *Polit.c.*8. & *l.*5.*c.*9.

4018 *z* Caueto ne quenquam ad regendum eligas, quem indignum noueris, & ineptum. Reus enim eris damni communis. *De ineptis vide Greg.*1.*Past.c.*11.

z *Arist.*3.*Polit.c.*8.

4019 *a* Caueto ne quenquam ad alios regendum eligas, qui effrænes habeat in animo, ac nō dum edomitas passiones. Nam & ingratus omnibus erit, & præceps in regendo, & in iudicando imprudens. *Concil. Carthag. IIII. d.*23.*c.*2. & *Dist.*45.

a *S. Ign.p.*9. *c.*2.*§.*3. *Greg.*1.*Past.c.*10 11. *Arist.*5.*Polit.c.*11.

4020 *b* Caueto ne quenquam ad alios regendum eligas, qui regendi munus ambierit. Non enim potest animum inducere vt ambiat, qui prudens sit. *c* Quoniam intelligit prudens quantum periculi sit in regimine, quantam exigat id muneris in Rectore sapientiam; quod reddenda sit summo Rectori ratio de omnibus suæ curæ commissis, quod excellens requiratur in Rectore sanctimonia, & alia hisce similia; quæ prudētem hominem à regēdo deterrent. Non est autem ad regendum intrudendus, qui prudens non sit. *Trid.sess.*24.*de Refor.c.*1.19.*Tolet.IIII. d.*51.*c.*5. *Leo Pap.d.*61. *c.*5. *Symmachus Pap.d.*79. *cap.*2. *Stephanus III.ibid.c.*5.*Honor.Imp.d.*97.*c.*2. *Greg. d.*100.*c.*3. & 1.*q.*1.*c.*25.*et q.*6.*c.*3.*Symmach. Pap.* 1.*q.*1.*c.*18. *Conc. Meldense* 1.*q.*7.*c.*3.*Greg.*8.*q.*1. *c.*9.10.*Aug.ibid.c.*11. & *Can. Apost.*19. & *c. Qualiter De elect.*

b *S. Gregor. Pastor.p.*1. *c.*3.8.9. *Bellarm. in vit.c.*20.26. 3.1. *S. Ign.p.*8. *c.*6.*§.*2. *S. Ambros. 2.off.*24. *Arist.*5.*Polit.c.*11. c *S. Gregor. Past.p.*1.*c.*3.

4021 *d* Caueto ne quenquam ad alios regendum eligas, quem immoderatius propēsum de-

d *S.Ign.p* 9. *c.*2.*§.*3.

prehenderis aut in cõsanguineos, aut in pecuniã. Nam non poterit diligenter, ac rectè regere, qui curis occupatur aut cõsanguineorum, aut habendi. *Trid. sess. 25. de Refor. c. 1. & 8. q. 1. c. 19.*

4022 Caueto ne quẽquam ad alios regendum eligas, quem ipse, vel alius sapiens, de regendi munere non satis instruxerit, in eodemque diligenter exercuerit. Nam Rector debet prudens ad regendum accedere: ne interim detrimentum patiatur bonum commune, donec Rector errando discat, & aliorum malo prudens fiat. *Trid. sess. 6. de Refor. c. 1. & sess. 22. c. 2. Zosimus Pap. d. 59. c. 2. 3. & c. officij tui 38. De elect.*

4023 Caueto ne quenquam ad alios regendũ eligas, qui rationem regiminis didicerit siue in libris politicis ab vltimo fine auertentibus, siue in aulis Principum aut imprudentium, aut cupidorum, aut impiorum. Si quam enim politicam is didicerit in libris, & aulis illis; putandum est eum non veram regiminis rationem, ac prudentiam, sed astutiam didicisse. *Iustin. Imp. Auth. de Sanctissimis Episc. coll. 9. §. Damus autem.*

e *S. Ign. p. 9. c. 2. §. 6.*

4024 e Caueto ne quenquam ad alios regẽdum eligas, quem animo duro esse agnoueris, & indocili. Nam is, & superioribus suis Rectoribus, & Consiliarijs, & subditis se difficilem exhibebit. *Concil. Carthag. IIII. d. 23. c. 2.*

4025 Caueto ne quenquam ad alios regendũ eligas, in quo scrupulorum vitium sit nimium. Erit enim in deliberationibus semper anceps; nil audebit præclarum; molietur vix pauca; molestus omnibus. *S. Ign. p. 9. c. 2. §. 6.*

4026 Caueto ne quenquam ad alios regendum eligas, cuius animũ bilis atræ humor vehemen-

mentius oppresserit. Erit enim & is in deliberationibus semper anceps, ac timidus; nil audebit præclarum; molietur vix pauca; molestus omnibus, aut ingratus. *S. Ign. p. 9. c. 2. §. 3.*

4027 *f* Rectores ecclesiasticos non solum in diuinis, sed etiam in humanis, ac politicis agendis debere peritos esse. Homines enim regunt. *Dist. 39.* f *S. Ign. p. 9. c. 2. §. 6.*

4028 *g* In eam curam à Principibus incumbendum esse, vt semper sapientes sint plurimi, qui eligi possint in Rectores aliorum. Vix enim possunt esse tales viri, si ea Principum cura non sit. Quoniam nemo vir bonus, qualis debet esse, qui ad regimen eligitur; prudentiam politicam volet sibi comparare; nisi à suis Principibus iubeatur. Ita ergo regant aliquos viri Principes, vt ij apti ad regimen euadant. Sin id fiat, desinet bonum regimen cum magno Reip. detrimento. *Trid. sess. 23. de Ref. c. 18. Greg. d. 61. c. 15.* g *S. Thom. l. 1. de reg. Princ. c. 15.*

4029 *h* Inquiruntor, si ita ipsis Principibus videbitur, in quaque Prouincia, iussu Principum, à viris sanctissimis, ac sapientissimis, secundum Inquisitionis formam ab ipsis Principibus præscribendam, è sacræ, humanæque Politicæ legibus collectam; quique ad regimen suscipiendũ aptissimi: ijdemque ab Inquisitoribus ad Principes deferuntor, scripto libello, qui & eorum habeat nomina, & informationem secundum Inquisitionis formam à Principibus acceptam, & ipsius Inquisitoris nomen cum iuramento de Informatione cum synceritate tradenda, deque ea nulli manifestanda, præterquam Principi, & ei, cui Princeps voluerit. Hæc inquirendi ratio si seruetur, & viam ipsis Principibus aperiet ad no- h *Rob. Bellar. in vita c. 26.*

i Bellarm. supra.

noscendum aptissimos ad regendum ; *i* & præcludet aditum ad ambiendum ; & abiget molestos Patronos ineptorum . *Trid. sess. 22. de Refor. c. 2. & sess. 24. de Refor. c. 1. 18.*

4030 Acciuntor, si ita ipsis Principibus videbitur, iussu, expensisque Principum, aptissimi quique ad regimen capessendum : ijdemque in Domum aliquam in quaque Prouincia certam congregantor ad conuiuendum, ad seseque ijs exercitationibus excolendum sub tribus saltem Instructoribus peritissimis, quæ aptissimæ fuerint visæ ad præparandum regimini animum . Exercitationes autem potissimæ sunto, Collationes de agendis, Declamationes, ficta politicorum munerum ministeria, ethicarum, ac politicarum actionum lectio, ac meditatio, aliæque hisce similes iuxta formam à Principibus præscribendam . Id si fiat, (quod quisque Princeps efficere facile potest) erit semper eligendorum ad regimen felix vbertas . *Ex Arist. 7. Polit. c. 14.*

4031 Post suam anni exercitationem, ac experimentum, discedito quilibet in patriam, ac domum suam . de cuiuslibet autem aptitudine, vel ineptitudine ad regimen, exhibetor à quolibet Instructorum libellus informationis cũ nomine Instructoris, ac iuramento de non manifestando vlli suo iudicio, præter quam Principi, & ei, cui Princeps voluerit . Id si fiat, non erit ambiendi aditus, & Principi facillimum semper erit eligere ex instructis ad regimen, ac accersere aptissimum quemque muneri obeundo: seq; ab electionis non rectæ periculo remouebit, quod magnum est, cùm ab importunis Patronis suggeruntur Principi ad regimen homines ineptissimi.

ptissimi. *Trid.sess.24.de Refor.c.1.18.*

4032 Melius videri succesſores in regendi munere à Rectoribus ipſis non eligi, ſed ab alijs. vt electiones ſyneeriores ſint, & bono communi congruentiores. *8.q.1.*

4033 k Compellēdos eſſe ad regiminis onus ſubeundum, ſi qui apti regimini, ſubire onus abſque cauſa graui detrectarint. Detrectare enim id oneris quiſque debet, quantum eſt ex ſe. ſed niſi Princeps compulerit; melioribus Rectoribus Rempublicam defraudabit. quò enim quiſque melior eſt, eò venire ſolet ad regendum inuitus magis. *Greg.1.q.6.c.3.& 8.q.1.c.9.10. Aug.ibid. c.11.& 16.q.1.c.30.& c. Quæris à nobis 6.de ætate, qualit.&c.*

k *Bellar. in vita c.20. S. Ign. p. 8. c.6. Vide Greg. 1. Past. c.5. 6.7.*

4034 l Caueto ne, ſiue precibus, ſiue minis, ſiue donis, ſiue præceptis vrgeare, munus vllum regendi admittas, ad quod te omnino ineptum certò noueris Non enim licet. *Hieron 8.q.1.c.20.*

l *Cæleſt. V. De Renun. l.6.*

4035 m Videri melius eſſe Rectores eligi perpetuos: Si quidem ſummam curam habeant publicæ rei. Nam qui Rector perpetuus eſt, & amat magis publicum bonum; & quò diutius rexerit, eò euadit prudentior, ac ſapientior; & eò eſt in regimine animoſior, quò minus timet ne ſit aliquando inferior. Sed eligendus eſt optimus, cui ſumma rei cura committenda eſt. *Vid. exemp. Rom. Pont. d.23.c.1. & c. Monachi De ſtatu monach.*

m *S. Ignat. p.9.c.1. Ariſt.3.Polit.c.9. inſi. & c.12.*

4036 Rectores inferiores, qui malè ſe in regimine geſſerint, deponuntor, plectuntor, ſubrogātor meliores. Nam Principis culpa eſt Rector malus, qui toleratur; & boni publici detrimentum; & exemplum alijs Rectoribus ad malè regendum.

gẽdum. *Trid. sess. 21. de Refor. c. 6. & Dist. 25. c. 7.*

4037 Esto diuinis litteris, ac doctrinis satis instructus, qui ad ecclesiasticum pascendi Christi oues munus eligitur. Munus enim ipsius est gregem pascere verbo Dei; errores, qui contra fidei doctrinam inuehèrentur, agnoscere; instruere Ministros verbi Dei, adiutores suos. *Trid. sess. 22. de Refor. c. 2. & sess. 24. de Refor. c. 1. & 8. q. 1. & c. Cum in cunctis De elect. & c. Quàliter eo. tit.*

4038 Dignos eligito: ne communis damni reus sis. Dignos autem ex administrandi muneris rationes, & ex præscripto legum agnoscito. *Tit. de elect. & c. Perpetuo de elect. l. 6.*

4039 Qui indignum elegerint, plectuntor. Sunt enim damni communis rei. *c. Nihil est 44. de elect.*

n *S. Ign. p. 9. c. 1.*

4040 *n* Meliores eligito; ne communis damni reus fias. Sunt autem regimini meliores, non qui sanctiores; sed qui cum vitæ probitate maiorem habent ad regendum prudentiam, ac sapientiam. *Iustin. Imper. Auth. de sanctiss. Episc. coll. 9. Trid. sess. 6. de Refor. c. 1. & sess. 24. de Refor. c. 1. 12. 18. et sess. 25. de Regular. c. 7. et 8. q. 1. c. 15.*

o *S. Ign. p. 9. c. 2.*

4041 *o* Esse regimini meliores, si regimine digni sint, qui putantur subditis gratiores. Curandum enim est quantum fieri potest, ne Rector intrudatur inuitis. *Dist. 61. c. 11. 12. 13. 14. et d. 63. c. 22. 23. 26. 27.*

4042 Esse regimini meliores, si cætera paria sint, qui didicerint parere. Sciunt enim experientia non imponere onera supra vires. *Arist. 7. Polit. c. 14.*

p *Bellar. in vita c. 26.*

4043 *p* Esse regimini meliores, si cætera paria sint,

sint, qui generis nobilitate præstantiores. Multum enim ad regimen valere auctoritas solet, & politicorum morum quidam lepor. hæc autem solent magis contingere in viris nobilibus genere. *S.Ign.p.9.c.2.§.9.et litt.C.*

4044 Caueto ne fauor vllus humanus, aut preces, electionis syncritatem commaculet. Debet enim sola eligendæ personæ dignitas apud electores posse. *Trid.sess.24. de Reform. c.18.19. Nicol.II. d.79.c.9. Hier.8.q.1.c.14.16. Greg.ibid.c.17 et q.2.et Can. Apost.19. et c. Quisquis electio. De electione.*

4045 Caueto ne in electionem Acceptionis personarum vitium irrepat. Facile enim est consanguinitatem, amicitias, munera, diuitias, & alia huius generis, Electorum animum corrumpere. *8.q.1.c.14.et Can.Apost.75.*

4046 Electionum Canones, legesque seruantor. Esset enim electio illegitima. *Trid.sess.25. de Regular.c.6. Nicol.II. d.23.can.1. Greg.d.61. c.16.& dist.62.63.65.66.67.79.& 8.q.1.& 9. q.1.c.6.& 18.q.1.2.vid.tit. de Postul. Prael.& tit. De electione. & tit.14. de æt.qualit.& c. & tit.17. De filij præsbyt. & De elect.l.6. & Clement.l.1. tit.3.de elect.*

4047 q Esse electoribus informationes accipiendas de quoque eligendo: nisi is omnino sit notus. Nam in re tam graui non est sine diligenti inquisitione ferendum iudicium. *Trid.sess.24. de Refor.c.1.18.& 24.d.can.2.7.& Dist.55.c.1. & d.79.c.2.& 16.q.1.2 c.33. & c. Postquam De elect.*

q *Bellar. in vita c.26. S. Ign. p. 8. c.6. §.1.*

4048 Caueto in informatione danda pro eligendo, ne te ad vllius electionem propensum osten-

ostendas. est enim informatio danda syncere, & animo indifferenti: vt elector, qui informatione accipit, relinquatur liber ad iudicium suum ferendum. *Dist.79.c.7.& 8.q.2.*

4049 Caueto in informatione danda pro eligendo, ne quid suggeras, quo eligendi famæ iniustè detrahatur. Læditur autem iniustè fama, cum quid suggeritur mali, quod non interest ad bonam electionem. *Soc.lesi.in Form.congr.*

4050 Certum informationis capiendæ tempus esto: nempe pauci ante electionem dies. Non enim est nobis ius omni tempore ad informationē capiēdam de proximis nostris. *Dist.79.c.7.*

r *S.Ignat. Loy.in exper totum.*

4051 *r* Certa informationis capiendæ capita sunto. Non enim æquum est informationem accipi de ijs, quæ ad electionem non faciunt. Discere autem quisque facile potest quid interrogandum sit, quid respondendum, ex Informationis forma, & capitibus. *Soc.lesi.in Form.Cong.*

4052 Caueto ne de vllo à te eligendo statuas antequā electionis hora sit. Multa enim interim possunt pro bona electione menti occurrere: quæ non occurrent, voluntate iam ad vnum propensa. *S.Ign.p.8.c.1.§.1.*

s *S.Ign.p.8. c.6.§.3.4.6.*

4053 *s* Incumbendum electoribus in eam curam, vt bonam electionem precibus impetrent à Deo. Nisi enim Deus iuuerit, periculum est errandi in electionibus nostris. & Dei sapientia cum sit infinita, ac de futuris: ad ipsius directionem recurrendū est. *Trid.sess.24. de Refor. c.1.*

t *S.Ign.p.8. c.6.*

Ambr.in Luc.l.5.Greg.X.c.Vbi periculum § quia vero De elect.l.6.

Vide l.6.tit. 6.De elect.

4054 *t* Æquum esse ad plura saltem mediate suffragia omnem Rectorum electionem fieri;

ri; cum à multitudine fit. Censetur enim tota multitudo id velle, quod maior multitudinis pars voluerit. *u* & Regula iuris est quod omnes tangit, debere ab omnibus approbari. *Trid. sess.24.de Refor.c.18. & Dist.65.c.1.2.3.& d.79. c.8.10. Lucius Pap. De elect. c.1.& Alex.III.c.6. & Innoc.3.c.21.22.29.34.35.50.55.57. & Dece. l.3.tit.10.11. & c. Ecclesia de sortileg. & c.Si cui De elect.in 6. & c.Quorundam eo.tit.*

u *c.quod omnes lib.6. de reg.iur.*

4055 *x* Secretum esto cuiusque electoris suffragium, subscriptum, *y* iuratumque. Tollitur enim libertas in eligendo, si suffragium publicũ sit. Prouidetur autem ne dolus accidat, si quisque elector suum nomen subscribat. melius autem est nomen adscribere post suffragium, aut sigillo aliquo tegere; vt suffragium sit mage secretum. Iuramentum autem quisque elector in summa schedula scribat, testeturque Deum se non alium eligere, quàm quem magis aptum ipse iudicat. deinde adscribat eius nomen, quem eligit. *Trid. sess.25.de Regular.c.6.& Greg.XV. in bull.concl.*

x *Bellar. in vita c.26. S. Ign. p. 8. c.6.§.6.*

y *Trid. sess. 24. de Refor.c.18.*

4056 Suffragiorum dandorum ratio (*z* nisi leges aliam præscripserint) ea esto, aut huic non absimilis, ne nimis in lõgum electio protrahatur. Si in primis scrutinijs non succedat electio ad plura medietate suffragia, vt supra dictũ est: fiant eodem modo scrutinia in omnes, qui vocis passiuæ capaces sunt, vsque ad quartum scrutinium inclusiuè. In quinto autem scrutinio non dent electores suffragiũ, nisi vni ex tribus, qui in quarto scrutinio plura, quàm alij, suffragia habuerũt; ac etiam ijs, qui paria illis tribus in quarto scrutinio haberent suffragia. Si neque in quinto scrutinio electio contingeret: pergatur ad sextum; in

z *Vid.tit.de electione.& S.Ignat.p.8. c.6.*

in quo non liceat dare suffragium, nisi alteri ex duobus, qui in quinto scrutinio plura cæteris suffragia habuerunt. Si in sexto scrutinio suffragia sint imparia; habeatur pro electo qui vno suffragio alterũ superauerit. Si suffragia fuerint æqualia; ille pro electo habeatur, ad quem suffragijs secretis duo ex tribus, qui scrutinio assistunt, accesserint. Sunt autem tres, ad quos suffragia deferuntur, vt mox dicetur. *Vide Tit. de elect. & c. Si Episcopus De Parochijs.*

4057 Esse tres debere, ad quos suffragia deferãtur; nempe eum, qui Conuentui, Congregationique præest, & alij duo, quos Cõgregatio eliget ad plura suffragia. Quorum vnus sit Secretarius, qui elata voce suffragia pronunciet, duobus alijs assistentibus, ac legentibus. Iurent autem hi tres, se nõ alium enunciaturos, nisi quem in schedulis scriptum repererint. Immutent autem electores characteres suos, quãtum fieri potest, ne ex characteribus agnoscantur ab ijs, qui legũt suffragia. Quæ Secretarius statim post electionem coram ipsis electoribus comburet. *c. quia propter 42. de elect.*

a *S. Ign. p. 3. c. 6. §. 8.*

4058 *a* Electoribus variare, publicato scrutinio, non licere. Non enim esset finis contentionũ. Et *b* Regulâ Iuris est, Non licere in alterius detrimentum consilium mutare. *Vide tit. de elect. & c. Vt circa l. 6. & c. Nulli eo. tit.*

b *c. Mutare lib. 6. de reg. iur.*

4059 Ne fuato fine pœna ij, quos peccare cõtra leges electionis contigerit. Vt plectantur qui malè agunt, & vt cæteri discant rectè agere, præsertim in ijs, quæ ad bonum commune spectant. *Trid. sess. 25. de Regular. c. 6. & lib. 6. de electione. c. 11. 12.*

4060 Electores post elapsum informationis tempus neque inter se, neque cũ alijs loquuntor: nisi coram alijs de rebus necessarijs, sed quæ tamen ad vllum excludendum, vel includendum electioni non attineant. Qui secus feciſſe tribus testibus conuictus fuerit, à Congregatione plectitor pœna graui. Vt electionis synceritati, ac puritati consulatur. *Ex Form. Congr. Soc. Iesu.*

4061 Esse electionum regulas, & inquisitionẽ diligentem, ac examen adhibendum ante quàm quenquã in vllum ecclesiasticæ Hierarchiæ ordinem adscribas. Sacrorum enim Ministri debent præstantes esse. 23. & 24. *dist. vide infra c.* 10. *de Religione. vide Tit. de elect.*

4062 Ad Clericorum munera eligi Monachos posse. Nil enim impedit, si digni sint. 16. *q.* 1. *c.* 21.

Caput Octauum.

De Imperio.

4063 ESse statim actionem Imperij post electionem debere. Est enim Imperium ille actus, quo mens postquã deliberauit, decreuitq; quid agendum sit, præcipit sibi ipsa, vel alteri, vt in actũ exeat executionis: Fac, inquiens, ambula, lege, stude, præcipe, bellum gere, abstine, cogita, ama, veni, ede, narra, &c. Cum autem executio sit circa media, quæ fini congrua sunt: nulla ratio est, quæ te ad cunctandum moueat, quin statim finem per media prosequaris, postquam decreueris, ac elegeris ea media, quæ hic, & nunc debere in executionem venire visa sunt. Quare vi-

tium est aut mentis non sanæ, aut acediæ, aut timoris, aut cupiditatis, aut alterius passionis, aut scrupulorum; post bonam electionem in actum imperij non exire: etiam si actio executionis, ac vsus, propter aliquas circústantias esset in aliud tempus differenda. Cogita non posse actiuos esse eos, qui non sint præceptiui. *c. Quæ sit l. 6. de elect.*

4064 Ne præceps esto: caueto ne Imperium deliberationē maturam antecedat. Turpe enim est inconsideratè agere: teque postquam imperaueris, pœnitere. Tristè quoque videre damna, quæ ex præcipiti imperio promanare solent. *Trid. sess. 25. de Refor. c. 3. & 35. q. 9. c. 4.*

4065 Ne quid iubeto vt iubeas, aut quia lubet: sed cum ratione. Homo enim es; cuius est nihil agere sine ratione. *Greg. 1. 1. q. 3. c. 67.*

4066 Assuescito rationem interdum afferre tuorum præceptorum ijs, quibus præcipis. Excipitur enim libentius, & leuius fertur onus præceptorum; cum ratio affertur. *Dist. 44. c. 1.*

4067 Curato, vt cum iusseris, operis iuncti finem, modumque, si oportuerit, explices ministro ad institutionem. Multum enim interest ad bonam operis executionem. *S. Ign. p. 7. c. 1. §. 5. & litt. G.*

4068 Iubeto amanter, quantum fieri potest: sed plectito inobedientes seuerè. Amantur enim præcepta, legesque, quæ ab amore proficisci agnoscuntur. Proinde maximus est ad executionē stimulus amor. Ideo plecti meretur seuerius, qui inobedientia non solum præcepto, sed amori etiam facit iniuriam. Et exemplum exhibendum est alijs, ne discant non parere. *Ex Trid. sess. 13. de Refor. c. 1. Aug. d. 44. c. 1.*

4069

4069 Impossibilia ne iubentor. Nemō enim potest ad impossibile obligari. *c.Nemo lib.6.de reg.iur.*

4070 Ne quid iubeto, quod fieri posse non sis expertus. Ideo esset optandum ne quis Princeps sit, qui parere non didicerit. Semper autem iubēdi regula debet esse experientia. Eam Rector accipere potest & à seipso, *a* si prior agat ea, quæ iussurus est: & à subditis, si ante quàm præcipiat curet in vsum venire id, quod est præcepturus: & ab exemplo aliorum Rectorum, qui eadem iusserunt. *Basil.in Reg.breu.q.152.*

4071 Ne quid iubeto, quod non cogites tibi aliquando agendum esse iubente alio. Ita enim discres non imponere onera supra vires aliorum. *Ex def.præced.*

4072 *b* Ne iubeto semper: interdum rogato. Non enim obedientia solum, sed multò magis exigendus est à Rectore amor à subditis suis. *Trid.sess.13.de Refor.c.1.*

4073 Ne rogato semper: sed plurimū iubeto. Rector enim vt Rector agnoscendus à subditis est. *S.Ignat.ex.c.4.§.30.& lit.D.*

4074 Si quid arduum, difficileque te iubere contigerit: ne relinquito subditos sine ope. Opem enim expostulat executio præcepti difficilis: si executionem expectas. *Ex Dei more.*

4075 A præceptis vniuersalibus eximuntur ij, quos bono communi interest eximi. Ne quid detrimenti accidat bono communi. *c.Quia periculosum l.6.de sent.excomm.*

4076 Si quid agendum inexperto præceperis: ne illum finito aggredi opus sine instructione. Nō rectè enim aget inexpertus, nisi prius instruatur.

a *Exemplo Christi, qui cœpit facere, & docere; et didicit ex ijs, quæ passus est, obedientiam; et cuius imperium super humerum eius. Isa.9.6.*

b *Bellar.vita c.19.*

Inde factum est vt plurimi cum magno boni cõmunis detrimento publicam rem administrarint: quia & inexperti, & non instructi à Principibus missi sunt. *Trid. sess.24 de Refor.c.7.*

c *C.de offic. Mag.mil. et de off. milit. Iud.*

4077 *c* Curandum esse Principibus, vt Instructiones scribantur de ijs agendis, quæ leges iubent, & magni Reipublicæ interest bene agi. *d* Huius generis instructiones sunt, quas Ecclesia

S. *Ignat. in Proœ. Cõst. §.1.2. & in Proœ. Decl. et par.3.c.1. §.20. & p.4. c.8.§.8. Arist. 10. Eth.9.*

in Pontificale, & Missale, & Rituale coniecit pro quibusdam è Hierarchicis actionibus. *Trid. sess.24.de Refor.c.7.*

4078 Esto plenum, perspicuum, breue; quicquid ad legem scribitur, aut ad instructionem. vt non opus sit præcepta multiplicare, aut declarationes; aut reuocare memoriam. *S. Ign. in proœm. Declar.*

d *Videri ali quæ Instr. possunt in 1. et 2.par. nostrarum Instruct.*

4079 Ne iube multa: sed tantum necessaria. Præceptorum enim, legumque multitudo nimia periculum est ne paruam habeat obseruantiam. Difficile enim illi potest par esse vel subditorum diligentia in parendo; vel Rectorum attentio, industriaque in vigilando. *Ex Exper.*

4080 Cum quid prohibetur, prohiberi omnia, quæ sequuntur ex illo. *c. Cum quid l.6.de reg.iur.*

e *S.Ignat.in Proœ.Cõst. §.1.2. S.Th.l.1.de Reg.Princ. c.15. Arist. 10. Eth.9.*

4081 *e* Ne relinquito sine legibus actiones politicas, quas legibus dirigi necessarium est. Rectoris enim ratio regula est actionum, quæ referri debent à subditis in bonum commune. Rectoris autem recta ratio legibus explicatur, ac enunciatur. *Ius Canonicum per totum.*

4082 Cuique Ministro pro quoque officio, canones, instructionesque præscribendas esse, ad directionem. vt quisque sciat quid, quoue modo

sit

sit in suo munere agendum. & ne recta agendorum ratio corrumpatur. *Vid. Decc.l.1.tit.23.de off. Archid. & tit.24.de off. Archipr. & t.25.de off. Primic. & t.26. de off Sacristæ. & tit seqq. de off. Custodis, vicarij, Iudicis delegati, Legati. Iudicis ordinarij. Iudicis. Procuratorum, Arbitrum. & l.2. per totum. & l.6.à tit.13.de off. Vicarij, Iudicis delegati, Legati, Ordinarij, de Arbitris, de Iudicijs. & à c. Ne aliqui l.6. De Hæret. & Clement. l.1. tit.7. De Vicarijs, & tit.8.de off. Iud deleg & tit.9. de off. Iudic. ord. & tit.10. De Procuratoribus. & Extr. Sedes Apostolica De conces. præb. & l.1. De off. Custodis, Delegati, Iudicis ordinarii et Extr. Ex eo l.5 de Hæreticis. & c. Cum Matthæus ibid.*

4083 *f* Esse potius in morum reformationem secundum leges iam conditas; quam ad nouas condendas leges incumbendum; cum conditæ satis sunt. *Ratio.* f *Bellar. In vita c.26.*

4084 *g* Non sine maturo consilio, prudentique deliberatione imponenda esse præcepta, legesque condendas. Nam præceptorum, legumque finis est bonum commune: à quo fine magni interest non errare. *35.q.9 c.4.* g *l.2.ff.de Cõst. Princ.*

4085 Esse leges cuiusque Reipublicæ regimini, ac instituto congruentes ferendas. Corrumpunt enim Remp. leges, quæ ipsi non congruunt. *Arist.4.Polit.c.1.12.*

4086 *h* Si quæ leges ferri sine obligatione ad peccatum possunt; ita fruuntur. Non enim est necessarium legis obseruationem vrgere obligatione ad peccatum, si vrgeas pœnis. & amorẽ in leges conciliat ille amor legislatoris, quo cauet ne subditi peccent in Deum. *Ex Trid. sess.13. de Refor.c.1.* h *S.Ign.p.6. c.5.*

4087 Nullum præceptum esto, nulla lex contra legem Dei. Nam quisque Rector summo Rectori parere tenetur: cuius summum imperiũ inferiorum imperia contraria reddit irrita. *Aug. c. Quæ contra mores Dist. 8. Symmachus Pap. d. 10. c. 2. Aug. d. 14. c. 1. Vrban. Pap. 25. q. 1. c. 6. Zosim. Pap. ibid. c. 7. Marcellin. Pap. ibid. c. 8. Hosmisda Pelag. PP. ibid. c. 9. 10.*

4088 Nullum præceptum esto, nulla lex in eos, in quos iubendi potestatem non habes. Omne enim imperium ius in iubente requirit. *Innoc. III. De Constit. c. 7. 10. c. Vt animarum 5. Statuimus De const. l. 6.*

4089 Si illegitimus, contraque leges sis Rector; ne imperato. Ius enim tibi legitimum imperandi nõ est. *Extrau. Ecclesiæ De maior. & ob.*

4090 Nullum præceptum esto, nullaque lex contra tibi superioris imperium. Irritum enim est, & illegitimum quicquid contra iustum Superioris imperium præcipitur. *ff. de reg. iur. l. 8. & l. 149. Aug. c. Quæ contra mores Dist. 8. Greg. Dist. 10. c. 1. Felix Pap. ibid. c. 3. 4. Leo Pap. d. 14. c. 2. & 25. q. 1. à c. 11. & q. 2. & c. sane, & c. cum ad quorundam De excess. Præl. et Extr. Diuina l. 5. De Priuil.*

i *Iustinian. Imp. l. 4. C. de Sum. Tri. & fid. Cath. Io. Pap. ib. Vide S. Th. 3. de Reg. Princ. c. 10. & c. 17. & seqq.*

4091 *i* Summum cuique Romani Pontificis imperium esse debere. Est enim ille Vicarius Christi. *9. q. 3. c. 10. et seqq. et 24. q 1. c. 5. & seqq. et 25. q. 1. c. 4. et seq. et q. 2. et c. Significasti De elect. et c. Cum ex illo De transl. Epis. et Extrau. si fratrum De sed. vac. et Extr. vnam Sanctam l. 1. De Maior. et obed.*

4092 Ne ad vllius rei possessionem vllum mittito; nisi legitimè. Nondum enim possidere

potest,

potest, quem leges prohibent. *Decc.l.6. de eo, qui mittitur, &c.*

4093 Ne ad iubendum deleget delegatus. Non enim habet iurisdictionem; nisi ei à superiore fuerit tributa. *c.vlt.de off.Iud deleg.*

4094 Sunto præcepta legesque, quantum fieri potest, ad imitationem præceptorum, ac legum, quas viri sancti, ac sapientes imperarunt. Ea enim auctoritas maximè facit ad legum venerationem, & ad obseruantiam. *Zosimus Papa 25.q.1.c.7.*

4095 Ne quid sancito, quod à diuina lege nõ deriuetur. Omnis enim potestas à Deo est: debet ergo in condendis legibus, Dei potestatem imitari, eique se subiectam profiteri. *Symmachus Pap.d.10.c.2.Vrban.Pap.25 q.1.c 6.*

4096 Ne quid sancito, quod iniustum sit. Est enim contra Dei legem iniustum committere. *Arist.4.Polit.c.8.*

4097 Ne quid sancito, quod contra Ius sit Ecclesiasticæ Hierarchiæ. Nam Sacerdotij ius ad Religionem attinet, quæ suprema Iustitiæ virtus est; & est sacrum, & diuinum, & omni humano iure superius. *Honor.et Theod.Impp l.5.C.de sacrosanct.Eccl. Nicol. Innoc. Greg.PP. Dist.10.c.1. Felix Pap ibid.c.3.4.Greg. Naz. ibid.c.6.c.7.quæ in Ecclesiarum Deconstit.*

4098 k Taxato pœnas, quibus plectantur ij, qui contra leges, præceptaque peccauerint. Debent enim non solum regendi, sed etiam plectendi regulæ præscribi Rectoribus. ne qua cupiditas, vel ira, vel timor, diuertat Rectorum animũ à recto. *Praxis vtriusque Iuris. vid.24.q.3.et 27. q.1.et 30. q.1.4. et 33.q.2. c.11. et seqq. et q.3.De*

k *S. Ignat. par.2.per totum, & p.4. c.16.§.5. S.Th. l.1.de Reg. Princ. c.15.*

Pœnitentia per totum. et 36. q. 2. et Canones pœnit. in fin. Decreti.

4099 Ne temerè, aut leuibus ex rebus, pœnas comminator. Accidet enim magis contemni, quam formidari, ac, si repetes, in omnium odium cades. *Trid. sess. 25. de Refor. c. 3.*

4100 Ita præceptis, legibusque tuum animum regito, ac si Rempublicam princeps regeres. Ea enim forma, exemplarque regendæ Reipublicæ regendo animo maximè congruès est. *Ex Exper.*

l *Ex Arist. 5. Polit. c. 7. 8.*

4101 *l* Non esse facile ad legum abrogationem veniendum. Nam & antiquitatis ratio habenda est, quæ magnam habet auctoritatem: & Maiorum decreta veneratione digna sunt: & timendum ne discedatur à fine, quem sibi Maiores proposuere: & verendum ne nouitatibus aditus aperiatur. *Trid. sess. 25. de Refor. c. 5. PP. 1. q. 7. et 24. q. 1. et 25. q. 1. 2. Greg. 35. q. 9. c. 1. et seqq. et c. licet l. 6. De Constit.*

m *S. Ignat. Par. 3. c. 1. litt. L. et c. 2. litt. B. et p. 9. c. 3. §. 8. & litt. D.*

4102 *m* Esto potestas dispensandi in legibus, ac pœnis apud eos, quibus tutò ea potestas concedi potest. Occurri enim multis incommodis dispensatione potest. *Trid. sess. 24. de Refor. c. 6. Galat. 1. q. 7. c. 6. 7. Greg. ibid. c. 11. Cyrill. 1. q. 7. c. 15. 16. et seqq. vid. Decc. l. 6. tit. 11. & Extr. Nuper l. 3. De præb.*

4103 Quæ neque auctoritate, neque moribus vniuersitatis comprobantur; esse resecanda. Ne periculum sit vnquam à veris agendorum regulis discedendi. *Aug. d. 12. can. 12.*

4104 Appellationis locus esto à superiorum decretis, ac præceptis ad superiores maiores: sed non ita patens, vt detrimentum obseruantiæ patiatur. Prouidendum enim est tum ne quis gra-

grauetur, tum vt vigeat obseruantia. *Trid.sess. 13.de Refor.cc.1.2.3.et sess.22.c.7.et sess.24.c.20. et sess.25.de Refor.c.9.10. vid.2.q.6.et 3.q.6.c.5. 6.et 11. q.3.c.4. 5.30.34. et seqq. et c.Super eo De off. et pot.iud. deleg. et Decc. l.2. t.27. de sent.et re iud. & tit.28.de Appell. & c.Ex ore sedentis lib.3. tit.11.& c.Quamuis De elect.l.6. & l 6 de Appell. et Clement.unica De dolo,et contum.& l.2.tit.12. de Appellat.*

Caput Nonum.

a De Vsu, ex executione.

4105 IN vsum,& opus incumbito. Turpe enim est discere,& quę didiceris nō operari; docere,& non facere; esse ad agendum instructum, & non agere. *Ratio.*

4106 Esse quamprimum vsus actionem post rectum imperium debere. Est enim vsus, vt Philosophi morales docent, voluntas efficax, qua potentias applicamus ad operandum. Quid est ergo cur cunctéris in vsum, & executionē exire, cum exire iubet recta ratio? Nam rectæ rationis actus est rectum imperium. Vt igitur turpe est subdito sui Rectoris præcepto nō statim parere, cum potest,ac debet: ita turpe homini rectæ rationis dicto obedientem non esse. *Trid sess.25.de Regular.c.22. Pius IIII. Bull. Motu proprio,&c. & Bul. Iniunctum nobis,&c.*

4107 *b* Precibus à Deo impetrandam bonam operum executionem esse. Nihil enim fieri sine Deo potest. *Trid.sess.2.*

4108

a De actionibus iuuādorū proximorū vide S.Ignat.p.7. c.4. et noßr. Instr.3. c.3.

b S.Ign.p.4. c.10.§.5.& c.16.§.4.& p.7.c.2. litt. M. & p. 8. c.5. §.4. & c.6.§.3.4. et c.7.§.1.2.et p.9.c.6. litt. A. & p.10. §.1.

4108 Citam esse debere operis executionem, ac diligentem. Deliberantis enim est cunctari; non parentis, & obsequentis. *Concil. Tolet. XVI. d. 18. c. 17. Leo Papa d. 86. c. 1.*

4109 Moram cuique suam noxiam esse. *c. Mora l. 6. de reg. iur. & ff. de vsur. l. mora.*

4110 Excitandam executionis memoriâ esse. Multa enim hominibus accidunt momentis singulis, quæ illos ab executionis debitæ memoria diuertunt. *Exper.*

4111 Signis adhibitis executionis memoriam excitato. Ad memoriam enim excitandam sensibilia signa plurimum valent. *Ex exper.*

c §. *Carol. Borr. vita l. 8. c. 13.*

4112 *c* Admonitoribus adhibitis executionis memoriam excitato. Sint autem Admonitores, qui velint, ac possint eam monendi curam suscipere. *S. Ign. p. 3. c. 1. §. 12. & p. 9. c. 6. §. 7.*

d *S. Ign. p. 4. c. 8. §. 7. & lit. G. et p. 6. c. 4.*

4113 *d* Primum studium tibi esto, Præparatio ad bene moriendum. Momentum enim est hæc vita mortalis, ex quo æternitas pendet. *Vide Instr. 10. de Præpar. ad mor.*

4114 Caueto, ne si monendi publicum munus tibi est, ab vlla vel animi cupiditate, vel timore, à recta monendi actione diuertare. Quidquid n. recti operis ob tuam negligentiam omittitur, tua etiam culpa est. *S. Bonau. de sex al. Seraph. c. 7.*

4115 Caueto, ne si monendi tibi, aut cõsulendi munus sit, Rectorque aliud iusserit, quàm tu monueris, aut consulueris; contrariam tibi fuisse sententiam signo vllo alijs enuncies. Probanda enim sunt, quæ Rectores decernunt, nisi sint manifestè peccata: ne alij ab obedientia diuertãtur. De præceptis autem, & Rectorum actionibus manifestè peccatis, occultè potius monendi Rectores

ctores sunt, quàm publicè; ne eorum auctoritati apud multitudinem detrahatur. *Soc. Iesu in Regg. Consult. & Concion.*

4116 *e* Caueto, ne si Rector sis aliorum, inordinatæ in animo affectiones, vel incompositi externi tibi motus sint. Nam & perturbatum ex affectionibus erit tibi in regendo iudicium; & aliorum actiones corrumpes malo vitæ exemplo. *Ambr.2.off.19.* e *S.Ign.p.9. c.2.§.3.*

4117 *f* Videto, si Rector sis aliorum, quantum sit opus prudentiæ, ac discretionis in eo, cui regendi homines sunt. Varia enim sunt hominum ingenia. *Greg. Paſt. per totum. Basil. in Ascet.c.30.* f *S.Ign.p.9. c.2.§.6.*

4118 Sunto stata tempora, quibus ipse te ad operum executionem excites. Vt vespertinum examinis tempus, & hora meditationis sacræ; & annui dies, cum reliquis curis omissis, in vitæ reformationem incumbis; & quotidiana hora Considerationis. *Supra deff.3776.3777.3778.*

4119 *g* Tuorum agendorum Catalogum habeto: cuius crebra lectione ad eorum executionem memoriam excites. Est enim is optimus stimulus ijs, quibus multa sunt agenda. *Trid. sess.23. de Refor.c.1. in fin. Quæ à quoque sacrorum Ministrorum agenda sint lege in 25.dist.* g *S.Ign.p.9. c.6.§.3. S. Car. vita l.8.c.13.*

4120 *b* Esse à Principibus executionis monita, instructioneque tradendas Ministris operum. Ne detrimentum accipiant opera ob imprudentiam Ministrorum. *Trid. sess.24.de Refor.c.7.12. Pius* IIII. *in Bull. Iniunctũ nobis. Cõc. Tolet. XVI. d.18,c.17. Carthag.* IIII. *d.23.c.16.19. Tolet.* IIII. *d.38. c.2. Carthag.* III. *d.38 c.7. & c. Cum sit ars De ætate, & qualit. etc. vide Decc. à tit.23.* h *S. Ign. in Prooe. Cõst. §.1. et par.3. c.1. §.20. et p.4. c.8. & c.10.§.6. & p.9.c.6. litt. A.*

4121 Esse Rectorum eam curam, vt in executionem

tionem inuigilent Ministrorum. Frigescet enim, ac peribit publicarum actionum executio, nullo inuigilante. *S. Ignat. p. 4 c. 8 §. 9. & p. 9. c. 6. §. 2.*

i S. Ign. p. 9. c. 6. litt. A.

4122 *i* Missis ad Magistratus monitis esse Principibus crebro politicorum agendorum pro executione memoriâ renouandam. Semper enim hæc Princ pum diligentia ad executionem plurimum potuit: negligentia verò non parum semper obfuit. *Trid. sess. 25. de Regular. c. 1. Pius* IIII. *in Bull. Motu proprio, &c.*

k S. Ign. p. 3. c. 1. §. 28. & par. 4. c. 10. §. 10.

4123 Nouis identidem edictis, *k* crebraque concione, ac lectione, esse legum memoriam à Rectoribus in multitudine renouandam. Ita enim nunquam leges obsolescunt: nec valde opus erit legibus nouis. *Trid. sess. 25. de Regular. c. 1. & 22. Pius* IIII. *in bull. Motu proprio, &c. & in bull. Iniunctum nobis. Concil. Tolet. XVI. d. 18. c. 17. Steph. Pap. 35. q. 9. c. 2.*

l S. Ign. p. 9. c. 6. §. 2. S. Car. vit. l. 8. c. 13.

4124 Accitis subinde Magistratibus, *l* Rectoribusque, ac diligenter interrogatis, esse Principi legum executionem vrgendam. Erunt enim inferiores Rectores vigiles, cum aduerterint Principem vigilare. *Trid. sess. 23. de Refor. c. 1. in fin. & sess. 25. de Regular. c. 1. & c. 22. Tolet. IIII. d. 38. c. 2. & Dist. 84. & c. In singulis regnis De Statu monach.*

m S. Th. de Reg. Princ. lib. 1. c. 15. l. Si operis 4. C. de pœnit.

4125 *m* Ne finito fine pœna esse peccantes in leges. Nam pœnæ timor maximè ad parendum vrget. *Trid. sess. 13. de Refor. c. 1. & sess. 23. cc. 1. 18. & sess. 24. c. 8. & sess. 25. de Regular. c. 14. & Dist. 50. per totum. & 23. q. 4. 5. & q. 6. & 24. q. 3. & c. Ea quæ De statu mon. & Decc. l. 6. De Pœn.*

4126 Publicè peccantes palam esse corripiendos. Ne cæteri aliorum exemplo ad peccandum indu-

inducantur. *Trid. seſſ.24.de Refor.c.8.& seſſ.25. de Refor.c.14.Diſt.45.c.9.17.& 23.q.4.c.18.19.*

4127 *n* Eſſe in exigendis pœnis miſericordiã cum iuſtitia coniungendam. Is enim puniendi modus magis ad obſeruantiam efficax. *Diſt.45. & d.86.c.2.*

n *S.Ign.p.9. c.2.§.4.*

4128 Accitis ſtatis tẽporibus ad Collationes ſodalibus, eſſe à Rectoribus actionum rectarum, & legum executionem vrgendam. Se enim quiſque, ac ſocios excitabit ad agendum: cum ſuam de agendis ſentẽtiam proferet; aut repetet quod ex agendorum libro lectum eſt, *o* iuxta Collationum formam. *Trid ſeſſ.23.de Refor.c.1.in fin. & ſeſſ.25.de Regular.cc.1.22.*

o *Vide ſup. def.3794.*

4129 Miſſis ſubinde Viſitatoribus Rectorum diligentiam excitandam eſſe. Ea enim cura Principes executionem ſemper vrſere. *Trid. ſeſſ.23. de Reform.c.18.& ſeſſ.24.c.3. Pius* IIII. *in bull. Motu proprio, etc. Concil. Laodic.d.80.c.5.et cc. In ſingulis regnis, et Ea qua. De ſtatu monach. S. Ign. p.4.c.6.§.15.*

4130 Leuiores culpas ne ſpernito. Fit enim à leuioribus ad grauiores culpas gradus. *23.q.4. cap.19.*

4131 Si inuoluntarias fuiſſe culpas deprehenderis, ne plectito. Non enim eſt culpa, cum voluntas deeſt. *Diſt.50.*

4132 *p* Eſſe Principum eam curam debere, vt rationem certis temporibus exigant ab ijs, quos operibus præfecerunt. Is enim magnus eſt ad executionem ſtimulus. *Trid.ſeſſ.24.de Refor.c.3. Tolet.* IIII. *d.38.c.2.*

p *S.Ign.p.4. c.2.§.5.& p.9.c.6. in. d.*

4133 *q* Ne vanis, ac inutilibus curis animum occupato, qui executionem moliris operum meliorum.

q *S.Baſilius Aſcet.c.5.*

liorum. Impedimento enim sua distractione sunt bonis operibus inutiles curæ. Abigendæ igitur sunt ludorum, substructionum, alienorum factorum, sectarum, rerumque similium curæ, cum nō oportet. *Hier. d.37.c.3. Carthag. IIII. d.88. à c.5. & Greg. ibid. c.8. & d.92.c.2. Anacl. Pap. 5.q.3. c.3. Clem. Pap. 11.q.1.c.29.30. & 14.q.4. & Decc. l.3.tit.50. Ne cler. vel mon.*

r *S. Bern. de Consid. l.1. Bellarm. in vita c.26. S. Ign. p.9. §.6.§.1.4.*

4134 *r* Ne Princeps, Rectorque curis alijs, quam quas regimen exigit, distrahitor. Postulat enim totum animum regendi cura. Ideo sapientiores quique è Rectoribus ecclesiasticis negotia temporalia, & si ad ipsam Ecclesiam pertinētia, semper alijs agenda demandarunt. *Trid. sess. 6. de Refor. c.1. Hieron. d.37.c.3. Concil. Carthag. IIII. d.88. à c.5. Anacl. Pap. 5.q.3.c.3. Clem. Pap. 11.q.1.c.29.30. & Can. Apost. 80.*

s *S. Basil. in Ascet. c.44. Bellarm. in vita c.26. S. Ignat. p.8. c.1. litt. H. l. De ratione visit. vide Decc. l.6. De censibus, & exact.*

4135 *s* Cura prima Rectorum esto, suos, eorum ministeria, loca suo regimini subiecta visitare. Valet enim Rectoris visitatio & ad suorum in ipsum amorem conciliandum, & ad regiminis prudentiam augendam, & ad executionis stimulum, ac directionem. *Trid. sess. 6. de Reform. c.4. & sess. 7. cc.7. 8.15. & sess. 21. c.8. & sess. 22. c.8. & sess. 23. c.18. & sess. 24. c.3.9. & sess. 25. de Regularibus c.1.8.20. & 10. q.1.c.9. & seqq. & 18.q.2. c.28.29. & c. In singulis regnis De Statu monach. & Clement. Attendentes De stat. mon.*

t *S. Ign. p.3. c.1. §.15. & p.4.c.4. §.3. lit. B. & lib. exerc. Ann. 18.19.*

4136 *t* Non eundem esse Rectoris in quoque instruendo, ac regendo modum debere. Non enim quidlibet cuique congruit. Studendum igitur Rectori est, vt intelligat cuiusque dispositionem animi, propensionem, occupationes, vitæ institutum, & alia hisce similia. *Hieron. d.29.*

c.3.vid.Greg.3.Pastor.per totum.

4137 *u* Esto ipse Rector primus in exequendo. exemplum enim Rectoris maximè ad executionem, obedientiamque cæteros trahit. *Instit. lib.2. quibus mo. testam. infir. & fin. Trid. sess.25.de Refor.c.1.*

u S.Ign.p.9. c.6.litt.A.

4138 *x* Esse subditos amore potius, ac mansuetudine, quam timore ad obedientiam trahendos. Quamquam enim necessarius etiam est timor, quia tamen natura nobilis est hominũ animus; amore magis, quam timore ducitur ad parendum. & amor est omnis actionis principium primum. *Trid.sess.13.c.1.de Refor. & Dist.45. c.3.4.6.16.*

x S.Ign.p.9. c.2.§.2. & c.6.litt.A. S.Thom. de Reg. Princ. l.1.c.10.

4139 Esse non solum pœnis, sed multò magis præmijs subditos ad obedientiam trahendos, & ad virtutem. Maiorem enim efficacitatem habet amor, quam timor; & melius agit. *Dist.45.& d.54.c.19.20.*

y S.Ambr. 2.off.22.23. S.Ignat.p.9. c.2.§.5. Vid.Claud. Aquav. lib. Industr.c.2. & Arist. 5. Polit.c.8.

4140 Quæ multis profutura sunt opera, ita instituuntor, vt manere in futurum possint. Alioquin enim pereunt extincto auctore. *Ratio.*

4141 *y* Esse fortem simul, & suauem debere operum executionem. Cauendum est ne in exequendo, vrgendoue opere sis remissus: & ne ita vrgeas, & incumbas, vt sis molestior, quã par est. Sit in exemplum regimen Dei: qui ita sinit omnia agere, ac si ipse non regeret; & tamen in suis decretis est ita constans. vt nihil omnino fiat, quod ipse nolit, aut non permittat. *Trid.sess. 13.de Refor.c.1.& Dist.45.c.9.14.*

z S.Ign.p.9. c.2.§.5. De Magnanimitatis actionibus vide sum.Eth. d.3.q.3.p.3. §.4.

4142 *z* Enitendum esse, quãtum fieri potest, vt magnus, nobilisque sit omnis executionis modus. Talis enim agendi modus decet hominem

ad

ad imaginē Dei procreatū. *Vid. Arist. 4. Eth. c. 3.*

a Basilius in Ascet. c. 4.

4143 *a* Cuiusque actionis principio dolendum, quod hactenus nō rectè egeris, vt par erat. Ita ardentius ad rectè agendum aggrediere. *Vid PP. De Pœnit. d. 1.*

4144 Post actionum, præsertim præcipuarū, finem recolligendam mentem esse ad inspiciendum, quam rectè egeris: an quid peccaueris: an præclarius agere potueris. Ita ipse tibi in agendo magister eris. *S. Bonau. de sex al. Ser. c. 7.*

b S. Ign. p. 4. c. 8. & c. 10. §. 10.

4145 *b* Ne opus vllum aggreditor imparatus. Casu enim erit, non à ratione bonitas operis. & erunt defectus plurimi ex inconsideratione. *S. Bonau. de sex al. Ser. c. 7.*

4146 Assuescito priuatim, ac publicè ijs exercitationibus; in quas tibi secundum tuum institutum est incumbendum. Ne munera obeas imparatus. S. *Ign p. 4. c. 8. & c. 10. §. 10.*

c S. Carolus Borr. vita l. 8. c. 18. S. Ignat. in Proœ. Cōst. §. 1. & p. 10. per totum.

4147 *c* Ita incumbēdum esse in omnem operum diligentiam, ac si nullum esset auxilium à Deo: contra vero ita in Dei ope nitendum, ac sperandum, vt à qua est omne opus, ac diligētia. Ita enim Deus omnia ipse facit, vt simul velit causas secundas agere opera ipsarum. *P. 1. dist. 6. n. 3. & seqq. & n. 34. et dist. 7. n. 42.*

4148 Caueto ne quod ore Verbum excidat, quod impedimentum parere operi possit. Non sunt enim aperienda, quæ animo rectè moliris, ante tempus. neque quæ alijs relata inuidiam possint, aut odium, aut iram concitare. neque quę opinionem in alijs minuunt prudentiæ tuæ. *Ex Exper.*

4149 Ne quid aggreditor, etiam si rectum sit, quod est impedimento futurum operibus meliori-

ribus.

ribus. Rectius enim est non aggredi. *Ratio.*

4150 Ne quid aggreditor, cuius assequendi spes probabilis non sit. Frustra enim aggrederis. *Ratio.*

4151 *d* Esto diligens, vt in quibusuis agendis, temporis, modi, rerum ordinem obserues. Mirum enim, quantum valet, ea obseruatio ad recte, facilè, cito agendum. *Ex Exper.*

d *S.Ign.p.3. c.2. §.2. & p.4. c.10. §.9.*

4152 *e* Ita agito, vt omnis actionis interior forma, spiritusque sit Amor. Amor enim & leuius reddit executionis onus, & artes indagat ad exequendum, & leporem quendum actionibus tribuit. *PP.de Pœnit.d.2.*

e *S.Ignat.p.10.§.2.& l. exercit.spir. reg.1.de distrib. elem.*

4153 In eam curam incúbito, vt omnis actio exterior ex interiore virtute promanet. Præclarus enim est is agendi modus, & homini consentaneus. *S.Ign.p.10.§.2.*

4154 Putato te Rectorem electum, non ad honorem, sed ad politicam actionem. Turpe enim otiosum esse eum, cuius est vrgere alios ad actionem. *Trid. sess.7. de Refor.c.9. & Can. Apost.35.*

4155 *f* In eam curam incumbito, vt neque tibi, neque alijs tuæ curæ commissis vllum otium sit, nisi quantum viribus reficiendis est necessarium. Corrumpit enim omnem virtutem otium. Nam quid agat sensus humanus per se ad vitia propensus, & ad repugnandum rationi: nisi curis honestis animus occupetur? ob id sapiẽtes Principes inducunt omnes artes in populum. *Trid. sess.23.de Refor.c.18.§.Deinde.Hier.de Consecr. d.6.c.33. vid.S.Th.l.2.de reg.Princ.c.3.*

f *Bellar.vit. c.33. S.Basil. in Ascet. c.37. S.Ignat.p.3. c.1.§.6. & par.4. c.10. §.6.*

4156 Si nullum aliud agendum occurrat, agito ficta agendorum simulacra: vt otium non sit.

vt agricola, vt vitet otium, fodit, etiam cum fodiendum sibi non est. Dux, etiam cum bellum non est, pugnæ imagine milites exercet. Transcribit non nemo libros ne sit otiosus. g multi cationibus honestis transfigunt tempus? *SS. PP. exempl.*

g *Card. Bellar. in eius vita c. 12.*

h *Bellarm. Franc. Borgia.*

4157 *b* A congressibus inutibus, à spectaculis vanis fugito, quantū fieri potest. Bonos enim mores corrumpunt, & impediunt actiones præstantiores. *Ex Arist. 7. Eth. c. 17. & l. 8. c. 1.*

i *S. Bonau. de sex al. Seraph. c. 7.*

4158 *i* Nihil agito, cuius agendi formam, ac diligentiam nō ante statueris. Quæ enim executio ita non fit, parum, aut nullo modo prudenter fit. *Dist. 38. can. 4.*

4159 Esto celer in occasionibus arripiendis, & accipiendis opportunitatibus. Per hanc enim prudentiā executionem habent agenda ferè omnia. Per contrariam autem imprudentiam multa præclara non prodeunt in lucem. Cogita te, aliosque, mortales esse: celeriter igitur agendū, ne mors ingruens præcidat consilia. *S. Bonau. de sex al. Seraph. c. 7.*

k *Bellar. in vita c. 35.*

4160 Prædicationi, doctrinæ tradendæ, *k* scribendis libris, Sacramentis administrādis, Christi Minister incumbito. Talenta enim à Deo tradita non debent esse otiosa. *S. Ign. p. 4. c. 8.*

4161 Caueto, quantum fieri poterit, ne in politicis operibus, præsertim ad salutem animarum spectantibus, exequendis, cuiquam sis grauis, præsertim in sumptibus, & expensis. Pariet enim ea molestia innumera eis operibus impedimēta. *Trid. sess. 24. de Reform. c. 3.*

4162 Ne curato quicquid agant alij: sed in id, quod tibi agendum est, incumbito. Ita enim nec

alio-

aliorum otium te inertem reddet, nec negligentia socordem, nec improbum exempla non bona. *Ratio.*

4163 A curiosa prædestinationis diuinæ inquisitione caueto. Ne in bonorum operum executione sis anxius, ac tristis. quod magnum est in diuino seruitio impedimentum. Certum est, nihil melius nobis in hac vita esse posse, quam rectè agere pro Dei seruitio; diuinæque voluntati obtemperare, quantum possumus. Hoc igitur age, nihil solicitus de eo, quod de tua salute decreuerit Deus. Quid autem honestius, quam in Dei seruitium incumbere propter ipsum Deum; nihil de nostro cõmodo cogitando? *Par.1.dist.6.n.24.*

4164 *l* Esse crebrò à Rectoribus Collationes habendas cum ijs, quos interesse oportere visum fuerit, de modo, & executione agendorum. Modus enim is suauis, & efficax est, ad cognitionem, amoremque inserendum erga agenda; & ad vrgẽdum ad executionem illorum. Enimuero nihil proderit neque publico, neque priuato bono, habere in libris instituta, legesque præclaras: nisi cures eas in vsum, ac executionem venire. venire autem in executionem nõ possunt, nisi vigeat cognitio & ipsarum legum, & modi, quo in executionem venire possint. *Trid.sess.25.de Regula. c.8. & c. In singulis De stat. monach. & c. Sicut olim De Accus.*

l Clau. Aqu. Instr.4.§.3. Societ. Iesu. Congreg. 6. Decr.36. §. 2.3.5.6.7. et in Rat.stud. Reg. 18. Rect.

4165 Iusta iustè, fortia fortiter, temperata temperate agenda esse. Id enim est agere secundum virtutem, & cum prudentia. *Arist.2.Eth.4.*

4166 Caueto ne malè agẽdi exemplo rectas aliorum actiones corrumpas. Nam alienorum etiam peccatorum eris reus. *Christus Matt.18.7.*

n *S. Ign. p. 3. c. 1. §. 19. & p. 7. c. 4. §. 2. & p. 8. c. 1. lit. D. et p. 9. c. 2. §. 2.*

4167 *n* Curato, vt rectè agendi exemplo alios ad rectè agendum excites. Ita enim alienæ virtutis auctor eris. *Christus Matt. 5. 16.*

4168 Caueto, ne non recipias leges iustas. Esset enim contra obedientiam, quæ debetur Rectoribus. *25. q. 2. c. 18.*

4169 Quæ à iure communi exorbitant, ad consequentiam ne trahito, nec ampliato. Periculum enim est, ne à iure discedas. *c. Quæ à iure l. 6. de reg. iur.*

4170 Leges illas merè humanas, quæ vsu receptæ non sunt, obligationem obseruantiæ non inducere. Potest enim lex humana à consuetudine aboleri. & obtinet consuetudo vim legis; quatenus per eos toleratur, ad quos pertinet multitudini legem imponere: ex hoc enim ipso videntur approbare, quod consuetudo introduxit. *S. Th. 1. 2. q. 97. a. 3.*

4171 Exigendarum pœnarum modus esto, quem boni communis vtilitas, & charitas præscripserit. Habenda enim est ratio tum boni cõmunis, tum etiam particularis eius, qui puniendus est. *S. Ign. p. 3. c. 1. §. 15.*

4172 Exigendarum pœnarum modus esto, quem præscribunt Leges. Est enim lex agendorum regula. *dist. 50. c. 63. 64. 65. 66. 67. & 33. q. 3. de Pœnit. d. 1. vid. Canones Pœnitentiales, & Apostolorum.*

o *S. Ign. p. 9. c. 4. §. 7. & litt. C.*

4173 *o* Non decere Principem manibus suis quenquam cædere. Est enim à maiestate alienũ. *Concil. Agath. d. 86. c. 25. & Can. Apost. 26.*

p *S. Ign. p. 4. c. 10. §. 2. 3. & p. 7. c. 1.*

4174 *p* Omnis executionis in regimine politico superintendentia penes summum Rectorem esto. Ita se habet & Dei in mundo, & Christi regimen

gimen in Ecclesia. *Basil.in Ascetica c.35.*

4175 q Eam esse Superiorum maiorum debere in regendo prudentiam, vt per immediatorum Rectorum consilium, ac operam, quantum fieri potest, subditos regant. Erit enim & immediatorum in subditos auctoritas maior; & regimen magis liberum ab errore. *16.q.1.à c.33.& 17.q.4.c.32.33.*

q *S.Ign.p.9. c.6.§.5.6.*

4176 r Caueto ne te ad vllum ministerium ingeras, à quo legitimè prohiberis. esset enim inobedientia. *Decc. l.5.tit. de cler.excomm. & c.ministrante.*

r *S.Ign p.7. c.3.§.2.*

4177 s Caueto ne te ad vllum agendum ingeras, ad quod tibi potestas non est. Erit enim actio illegitima, & inualida: vt si vellet non Sacerdos à peccatis absoluere, & non Episcopus sacros ordines conferre. *Dist.68. 69. 71. & d.92. c.3.6.8. & d.93. c.13.14. 16. & d.95. & d.96.& 18.q.1.2. & 26.q.6. & de Consecrat. d.4.5. & c.Quanto De Consuetudine. & c.Contingit De arbitris,& Decc.l.2.tit.1.De iudicijs.& tit.2.De foro competenti. & c.Theodosius De statu monach. & c.Si quis baptizauerit, & c.Ex litteris De cler.nõ ord.min. & c.Dilecta De excess. Præl. & c.Noua quædam De Pœnit. & remiss. & c.Generali De elect.l.6. & tit. De foro competenti l.6. & c.Quia nonnulli l.6. de Immun. Eccl. & l.6. de pœnit. & remiss. & c.Si iudex laicus l.6. de sent. excom. & c.Non est sine culpa l.6. de reg. iur. & c.Ea, quæ fiunt eo.tit. & Clement.l.1. tit.3. De elect. & l.2. tit.2. De for. compet. & c. Pastoralis cura De sent.et re iud.*

s *De potestate Delegati vide l.6. De Rescriptis c.11. De casuum reseruat.vide Trid.sess. 14.de Pœnit. c.7.et Extr. Et si dominici l.5. de Pœnit.& remiss.et Bull. Cœn.*

4178 Caueto ne contra rationem rectas aliorum actiones impedias. Nam & ius lædis, & fis

4167 n Curato, vt rectè agendi exemplo alios ad rectè agendum excites. Ita enim alienæ virtutis auctor eris. *Christus Matt. 5. 16.*

4168 Caueto, ne non recipias leges iustas. Esset enim contra obedientiam, quæ debetur Rectoribus. *25. q. 2. c. 18.*

4169 Quæ à iure communi exorbitant, ad consequentiam ne trahito, nec ampliato. Periculum enim est, ne à iure discedas. *c. Quæ à iure l. 6. de reg. iur.*

4170 Leges illas merè humanas, quæ vsu receptæ non sunt, obligationem obseruantiæ non inducere. Potest enim lex humana à consuetudine aboleri. & obtinet consuetudo vim legis; quatenus per eos toleratur, ad quos pertinet multitudini legem imponere: ex hoc enim ipso videntur approbare, quod consuetudo introduxit. *S. Th. 1. 2. q. 97. a. 3.*

4171 Exigendarum pœnarum modus esto, quem boni communis vtilitas, & charitas præscripserit. Habenda enim est ratio tum boni cõmunis, tum etiam particularis eius, qui puniendus est. *S. Ign. p. 3. c. 1. §. 15.*

4172 Exigendarum pœnarum modus esto, quem præscribunt Leges. Est enim lex agendorum regula. *dist. 50. c. 63. 64. 65. 66. 67. & 33. q. 3. de Pœnit. d. 1. vid. Canones Pœnitentiales, & Apostolorum.*

4173 o Non decere Principem manibus suis quenquam cædere. Est enim à maiestate alienũ. *Concil. Agath. d. 86. c. 25. & Can. Apost. 26.*

4174 p Omnis executionis in regimine politico superintendentia penes summum Rectorem esto. Ita se habet & Dei in mundo, & Christi regimen

n *S. Ign. p. 3. c. 1. §. 19. & p. 7. c. 4. §. 2. & p. 8. c. 1. lit. D. et p. 9. c. 2. §. 2.*

o *S. Ign. p. 9. c. 4. §. 7. & litt. C.*

p *S. Ign. p. 4. c. 10. §. 2. 3. & p. 7. c. 1.*

gimen in Ecclesia. *Basil. in Ascetica c.35.*

4175 *q* Eam esse Superiorum maiorum debere in regendo prudentiam, vt per immediatorum Rectorum consilium, ac operam, quantum fieri potest, subditos regant. Erit enim & immediatorum in subditos auctoritas maior; & regimen magis liberum ab errore. *16.q.1.à c.33.& 17.q.4.c.32.33.*

q *S.Ign.p.9. c.6.§.5.6.*

4176 *r* Caueto ne te ad vllum ministerium ingeras, à quo legitimè prohiberis. esset enim inobedientia. *Decc. l.5. tit. de cler. excomm. & c. ministrante.*

r *S.Ign p.7. c.3.§.2.*

4177 *s* Caueto ne te ad vllum agendum ingeras, ad quod tibi potestas non est. Erit enim actio illegitima, & inualida. vt si vellet non Sacerdos à peccatis absoluere, & non Episcopus sacros ordines conferre. *Dist.68. 69. 71. & d.92. c.3.6.8. & d.93. c.13.14. 16. & d.95. & d.96. & 18.q.1.2. & 26.q.6. & de Consecrat. d.4.5. & c. Quanto De Consuetudine. & c. Contingit De arbitris, & Decc. l.2. tit.1. De Iudicijs. & tit.2. De foro competenti. & c. Theodosius De statu monach. & c. Si quis baptizauerit, & c. Ex litteris De cler. nõ ord. min. & c. Dilecta De excess. Præl. & c. Noua quædam De Pœnit. & remiss. & c. Generali De elect. l.6. & tit. De foro competenti l.6. & c. Quia nonnulli l.6. de Immun. Eccl. & l.6. de pœnit. & remiss. & c. Si iudex laicus l.6. de sent. excom. & c. Non est sine culpa l.6. de reg. iur. & c. Ea, quæ fiunt eo. tit. & Clement. l.1. tit.3. De elect. & l.2. tit.2. De for. compet. & c. Pastoralis cura De sent. et re iud.*

s *De potestate Delegati vide l.6. De Rescriptis c.11. De casuum reseruat. vide Trid. sess. 14. de Pœnit. c.7. et Extr. Et si dominici l.5. de Pœnit. & remiss. et Bull. Cœn.*

4178 Caueto ne contra rationem rectas aliorum actiones impedias. Nam & ius lædis, & fis

reus damni. *Paschalis II. l. 1. q. 1. c. 125.*

4179 Ne se vnus in alterius officiũ ingerito. Ne ius alterius lædatur, aut regiminis ordo turbetur. *Iustinian. Imp. l. 23. C. de testam.*

t *S. Bonau. de sex al. Seraph. c. 7.*

4180 *t* Caueto ne te ad vllum agendum ingeras, quod tuo muneri, conditioniue congruũ non est. Non enim decet. *Vid. Decc. l. 1. tit. de Procurat. tit. 37. de Postulando. et tit. 39. de synodo. et l. 3. tit. 50. Nè cler. vel mon. et c. Cum ex iniuncto De Hæretici.*

u *S. Ign. p. 3. c. 1. §. 20. & p. 4. c. 8.*

4181 *u* Sunto Instructores agendorum. Fieri enim difficile potest, vt quis rectè agat, nisi à prudente aliquo de ijs, quæ agenda sunt, deque ratione rectè agendi, instituatur. *S. Bonau. de sex alis Seraph. c. 1. 2.*

x *S. Carol. Borr. in vit. l. 8. c. 4.*

4182 *x* Ecclesiasticorum rituum actiones, quanta fieri potest maxima grauitate, diligẽtia, deuotione, peragito. Valet enim is diuinus cultus ad permouendum animos, & ad excitandum ad considerationem, & æstimationem diuinorum. *Vide Libb. Rit. Eccl.*

y *Vide quæ citãtur in tota hac d. 7.*

4183 *y* Leges, Canones, instructiones, *z* obligationesque tui muneris, legito frequenter. Ni feceris, peccabis in multis; nec excusaberis ignorantia. *Supra def. 3779. & seqq.*

z *Obligationes Clericorum vid. in Instr. 14. De Præpar. ad Miss. c. 2. & in lib. Pauli Squillan. de oblig. Cler.*

4184 *a* Non esse sine Episcoporum licentia sacrorum Ministrorum munera obeunda. Ipsi enim Episcopi Principes sunt in sacris, ac primi Rectores. *Clem. Pap. 16. q. 1. c. 41 et Can. Apost. 38.*

a *S. Ign. p. 7. c. 1.*

4185 Episcopi actiones hierarchicas esse: Benedicere, Consecrare, Ordinibus initiare, Confirmationis Sacramentum ministrare. *26. q. 6. & de Consecr. d. 5. à c. 4.*

4186 In eam curam incumbito, vt quæcunque

nego-

negotia, præsertim ad animarum auxilium spectantia; non vt tua, sed vt Dei negotia peragas. Eris enim & diligētior, & prudētior, & fortior. *Ex Paulo 2. Cor. 5. 20. & Eph. 6. 20.*

4187 In auxilium animarum incumbito, quantum per Rectorum obedientiam, & talēti facultatem licebit. Est enim diuinorum diuinissimum cooperari Deo in auxiliū animarum. *S. Ign. p. 7.*

4188 Ne alijs curis distrahitor ā ministerijs auxilij animarum alienis, qui in auxiliū incumbis animarum. Totum enim hominem ea ministeria requirunt. Quare Coadiutorem aliquem aduoca: cuius sit tui victus procuratio. *S. Ignatius par. 1. c. 2. §. 2. 3. 4. 7.*

4189 Vim ad iuuādas animas precibus à Deo impetrandam esse. Nam neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat Deus: qui est auctor salutis. *S. Ignat. p. 7. c. 4. §. 3. 4. & p. 10. §. 1.*

4190 *b* Ab omni auaritiæ specie cauento, qui in auxilium incumbunt animarum. Est enim auaritia, & eius species, magnum eius actionis impedimentum. *Ambr. 3. off 9.* b *S. Ignat. p. 10. §. 5.*

4191 Ab ambitione cauento, qui in auxilium incumbunt animarum. Corruptiua enim est ambitio tam præclaræ actionis. *S. Ign. p. 10. §. 6.*

4192 *c* Ad auxilium spirituale proximis impendendum, excitato tibi zelum animarum. Excitatur autem consideratione boni iustis promissi, & æternæ pœnæ reprobis imponendæ, & amoris diuini erga homines. & Christi sanguinis pro animarum salute profusi; & opis diuinæ, quę præsto est diligentibus operarijs; & æterni præmij, quod pro charitatis operibus præstolamur. c *Instr. 3. c. 2. §. 1. 2. S. Ign. p. 10. §. 2.*

S. Bonauent. de sex al. Seraph. c. 3.

d *S. Ign. p. 9. c. 2. §. 7. Vid. S. Bon. de sex alis Seraph. c. 7.*

4193 *d* Agito non remissè, non tardè; non cautè, non festinè, non exquisitè nimium. Vitiosum enim est istud nimis, & actionibus valde noxium. *Ambr. de off. per totum.*

e *S. Ign. p. 9. c. 2. §. 7.*

4194 *e* Ne agito timidè nimis, aut audacter nimis. Vtrouis enim modo egeris; plurima sequentur incommoda. *S. Bonau. de sex al. Ser. c. 7.*

f *S. Ign. p. 9. c. 2. §. 7.*

4195 *f* A præclarè cœptis ne desistito; quod non laudaris, aut non iuueris ab ijs, ad quos attinet. Deus enim in rectè agendis spectandus præcipuè, non homines. *S. Bonau. de sex al. Ser. c. 7.*

4196 Ne non agito, quia nemo iubet. Exigit enim à quolibet omnem (secundum cuiusque vocationem, ac talentum) diligentiam, Dei seruitium, amor, & gloria. *S. Ign. p. 7. c. 1. §. 7. & c. 3.*

4197 Caueto ne respectu proprij honoris, commodive, agendum aliquod omittas, quod sit ad gloriam Dei. Debes enim plus Deum diligere, quàm teipsum. *S. Bonau. de sex al. Seraph.*

4198 In eam semper diligentiam incumbendum; vt quoties tibi aberrare à recta actione cõtigerit, statim te ad rectitudinem reuoces pœnitentia. Vt peccatis non assuescas: Vt sine Dei gratia nunquam sis: Vt diuinæ offensæ satisfacias. *De Pœnit. d. 3.*

4199 Auocandi homines ab amore temporalium artè adhibeto, qui Christo lucrari plurimos aues. Non est enim amor in Christum cum immoderata cupiditate temporalium. *S. Ignat. lib. exerc. De vexillis, ac tribus hom. class.*

g *S. Basil. in Reg. breu. fusè.*

4200 *g* Præclarum firmandi in recta actione animi modũ esse, Irrationabilibus motibus, Dei reuerentia, Christique imitatione resistere.

Diui-

Diuinæ enim Maiestati, quæ præsens est semper, debetur hoc genus reuerentiæ, vt nihil coram ea turpe sit. Verbi etiam diuini humanis actionibus sanctissimis debetur ab hominibus imitatio. *Ambr. De Pœnit. d.3.c.37.*

4201 Caueto ne sis in agendo non certus. Eris enim & tibi noxius, & alijs exosus, & ages parum. *S.Bonau.de sex al.Seraph.*

4202 *b* Caueto ne in exercitiũ actionis vitijs contrariæ ita incumbas, vt cum vitijs velis ipsas naturæ propensiones corrumpere. Non enim natura, nec naturæ propensiones malæ sunt, sed earum vitia. Nõ sunt ergo virtutum actione tollendæ passiones animi, neque sensuum delectationes; sed moderandæ, & ad honestum finem dirigendæ. *Can. Apost.50.52.* h *Ex Arist. 3.Eth.c.7.et l.7.c.12.13.14.*

4203 Passionibus animi, sensuumque delectationibus ita vtitor ad finem honestum secundum naturam, vt ad vitæ conseruationem: vt ijs interdum abstineas ad finem præstantiorem, vt ad imitandum Christi passionem, ad satisfaciẽdum diuinis offensis, ad præcauendum peccandi pericula, ad exhibendum reuerentiam Deo. Non enim est tam nobilis agendi modus prætermittendus. *Praxis virorum sanctorum.*

4204 Sacramentalium vsus esto frequens: vt Aquæ benedictæ, vt signi Crucis, vt ceræ sacræ. Hac enim diligentia & curiositati superstitiosæ medeberis; & malignos spiritus repelles; & adhibebis remedia corporis, animique periculis, & catholicum te esse profitebere. *Vsus Fidelium.*

4205 *i* Gratiarum, ac Priuilegiorum vsus esto moderatus. Ne in odium, aut inuidiam incurras aliorum. Et vt ob eam modestiam alijs priuilegijs i *S.Ign.p.10. §.12.*

gijs te dignum reddas. *Vide Decc. de Priuilegijt.*

4206 Esto ipse primus in agendo, qui alios ad agendum vrget. Magis enim mouent exempla, quàm verba. *Basil. in Ascet. c. 31.*

4207 Quorum actionum exercitium licitum non est, earum occasiones vitandas esse. Operum enim occasiones, inuitamenta sunt operum. *c. Non magnopere Ne cler. vel mon.*

4208 Curato, vt vitę institutũ, quod semel ritè susceperis, in illud toto animo sis sẽper affectus. Si secus enim accidat, omnis vigor operum, ac decus, peribit. *Vide Claud. Aqu. Industr. c. 13.*

4209 Ab inutilium, ab externarum (cum non oportet) internarumque tribulationum cogitatione caueto, quantum poteris. Molitiones enim corrumpunt operum illæ cogitationes. *S. Ignat. l. exer. R R. prim. de discer. spir. rr. 6. 7. 8.*

4210 Illud tibi suadeto, non posse te in rectis actionibus non deficere, ac peccare, sine diuina gratia. *k* Primum ergo studium esto diuinæ gratiæ procurandæ, atque conseruandæ. Eris autem efficax ad diuinam gratiam procurandam, retinendam, recuperandam; si coram Deo inueniaris non altũ sapere, sed timere. *Bern. ser. 54. in Cant.*

k S. Ignat. l. exerc. in 1. hebdom.

4211 Sanctorum cum Christo regnantiũ preces, & Angelorũ auxiliũ aduocato. Statuit enim Deus his medijs vtendum esse ad plurimarum actionum executionem. *S. Bon. de sex al. Ser. c. 8.*

4212 *l* Illud sibi quisque proponito, qui Christianam Religionem profitetur, de agendorum ratione, ac modo, Doctorem non esse posse doctiorẽ, ac prudentiorẽ Christo. Est enim Christus Iesus verus Deus, summa bonitas, ac sapientia: qui neque falli potest, neque fallere. Christus igitur

l S. Ign. ex. c. 4. §. 44.

igitur in omnibus agendis audiendus, ac imitandus. Contraria exempla, doctrinæque fugienda. Magnum Christiano viro dedecus audire illa ; multoque maius imitari. *S. Basilius in Ascet. & Reg. breu. sæpè.*

4213 Illud sibi quisque persuadeto in agendis ardais, agēdo difficultatem minui. Ne ergo vsum fugito, ac executionem arduorum rectorum . Agendo enim, habitus inducuntur, qui facilitatē tribuunt ad agendum. *S. Bonau. de sex al. Ser. c. 7.*

4214 Curato diligētissimè, vt in quoque agendo, corā perito aliquo exerceare ad rectè agendum. Plus enim aliorum obseruatio, & monita, quā nostra consideratio, valent ad nostras actiones corrigendas. *S. Ign. ex. c. 4. à §. 9. & c. 5. §. 7.*

4215 *m* Ita in recta agenda incumbito, ac si tibi sit eodem die moriendum. Eris enim in agēdo diligens: & moriere securior. *De Pœnit. d. 7.*

4216 *n* Efficacissimum ad omnem rectā actionem medium esse, coniunctionem, ac familiaritatem cum Deo. A Deo enim est omnis vis ad rectè agendum. *S. Ign. l. exer. Ann. 20.*

4217 *o* Omne vitium contraria virtutis actione curari. Actio enim recta inducit virtutis habitum, quo vitium fugatur. *De Pœnit. d. 2. c. 1. ex Basil. & c. 13. ex Aug.*

4218 *p* Caueto ne in vllo agēdo præferas alijs animum perturbatum. Signa enim perturbati animi actionum apud alios æstimationem maximè minuunt. Curato igitur ne te vel iratum, vel siue commodorum, siue delectationum, siue honoris cupidum ostendas. Multoque magis esto studiosus, vt ne sis. *Basil. in Ascet. c. 50.*

4219 Peccati pœnitentiam, rectæq; vitæ propositum

m *Cassian. Coll. 16. c. 6. S. Bonau. de sex alis Ser. c. 8.*

n *S. Carol. Borr. vit. l. 8. c. 5. S. Ignat. p. 9. c. 2. §. 1. & p. 10. §. 2.*

o *S. Ambr. 3. off. 10. S. Ignat. p. 3. c. 1. §. 13. S. Basil. in Ascet. c. 51. Arist. 2. Eth. c. vlt.*

p *S. Ign. p. 9. c. 2. §. 3.*

positũ charitatis actione firmari. Fortissima enim est ad resistendum dilectio. *De Pœnit. d. 2. à c. 2.*

4220 In verarum, ac solidarum virtutũ actionem incumbito. Nihil enim boni habet vana virtutum species. *S. Ign. p. 3. c. 1. §. 10. & p. 10. §. 2.*

q *S. Ignat. p. 10. §. 2.*

4221 *q* Ex actione charitatis cæterarum virtutũ actiones propagari. Omnis. n. actionis radix, ac principiũ est amor. *De Pœnit. d. 2. c. 13. & seqq.*

4222 Charitatis actionem Dei timore inducendam esse. Timet enim amici offensam qui amat. *De Pœnit. d. 2. c. 17. ex Aug.*

r *S. Ign. p. 3. c. 1. §. 10. & l. exer. Ann. 11. 12. 13. 14. 18. & in Regulis de discer. spir.*

4223 *r* Ab illusionibus Dæmonis in spiritualibus exercitationibus caueto. Nam ijs corrumpi rectæ actiones solent. *Cassian. coll. 16. c. 11.*

s *Clau. Aqu. lib. Industr. c. 4.*

4224 *s* Si languore contigerit, & debilitate in spiritu, ac virtutibus laborare; animo excitantia remedia applica to. Excitandi enim sunt qui graui sopore opprimuntur. Æterni autem damni timore maximè animus excitatur. *Bern. in Cant. ser. 23. 63.*

t *S. Ignat. in l. exercit. de scrup. §. 5.*

4225 *t* Vt in via spirituali progrediare, in illius partis oppositũ tendito, in quam à Diabolo pertraheris. vitatis enim vtriusque partis periculis, via media tutus eris. *Ex Arist. 2. Eth. c. vlt.*

4226 Loquẽdi modo sentiendi modum iuuato. vt si velis intimè sentire esse te vere mancipiũ diuinæ gloriæ; mancipium te diuinæ gloriæ idẽtidem inter loquendum nomina, quantum prudens agendi modus tulerit. si velis omnem carnis affectum erga sanguine iunctos exuere, qui inter Regulares Christo nomen dedisti; assuesce non dicere, quod parẽtes, vel fratres habeas, sed quod habebas, &c. præferendo te id non habere quod, vt Christum omnium rerum loco habeas, reliquisti.

quisti. *S.Ign.Ex.c.4.§.7. litt.C.*

4227 Rescriptis illegitimis, ne vtitor. Nullū enim per ea ius acquisiti. *Vid.l.6. tit.3.De Rescriptis.*

4228 Rescriptis vtitor, vt iura disponunt vtēdum. Nam non nisi secundum eam dispositionē sunt valida. *Vid.l.6.tit.3.De Rescriptis.*

4229 Imputari non debere ei, per quem non stat, si non faciat, quod per eum fuerat faciendū. *c.Imputari l.6.de reg.iur.*

4230 Actus legitimos neque conditionem recipere, neq; diē. *c.Actus legitimi l.6.de reg.iur.*

4231 Non præstare impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. *c.Non præstat l.6.de reg.iur.*

4232 Qui facit per alium, esse perinde ac si faciat per se ipsum. *c.Qui facit l.6. de reg.iur. et Glos.ibid.*

4233 Factum legitimè, retractari nō debere: licet casus postea eueniat, in quo non potuisset illud inchoari. *c.Factum l.6.de reg.iur. vid.gl.ib.*

4234 Quod alicui gratiosè conceditur, trahi non debere ab alijs in exemplum. *c.Quod alicui l.6.de reg.iur.*

4235 Frustra sibi quempiam fidem postulare ab eo seruari, cui fidem à se præstitam seruare recusat. *c.Frustra l.6. de reg.iur.*

4236 Rationi congruum, vt succedat in onere, qui substituitur in honore. *c.Rationi l.6.de reg.iur.*

4237 In argumentum trahi non debere, quæ propter necessitatem aliquando concessa sunt. *c.In argumentum l.6.de reg.iur.*

4238 *u* Caueto ne, quæ ad spiritum attinent, u *Clau. Aq. Induss.c.*11.

agas

agas tepidè. Solet enim is tepor Deo vomitum prouocare. *Vid Cassian. coll. 4. de concupisc. car. c. 19. et l. 4. de Instit. renun. c. 34. Bern. ser. 3. & 6. de Ascen.*

4239 Esse quotidie animum externarũ actionum cura deficientem, interno sacræ lectionis, ac meditationis cibo restaurandum. Nam ex diuinorum cognitione, ac amore, vires accipit animus: quas distrahit externarum occupationum solicitudo. *Greg. 2. Past. c. 11.*

4240 Illud tibi suadeto, præsertim si prædicandi verbi Dei, aut regendi alios tibi cura sit; æquè silentium, ac verbum, esse noxium posse. Si aut tacenda proferas, aut proferenda reticescas. *Greg. 2. Past. c. 4.*

4241 Internorum curam in exteriorum occupatione ne minuito: exteriorum prouidentiam in internorum occupatione ne relinquito. Ne aut exterioribus deditus, ab intimis corruas: aut solis interioribus occupatus, quæ foris debes alijs, non impendas. *Greg. 2. Pastor. c. 7.*

4242 Caueto ne præcipitatam actionem, velocitatis efficaciam; atque agendi tarditatem, grauitatis consilium putes. Nam quod agi rectè, ac grauiter potest; immaturè præueniendo, fit leue: & bonæ actionis præstantia, differendo deterior fit. *Greg. 2. Past. c 9.*

4243 Esse interdum subiectorum vitia dissimulanda: sed quia dissimulantur, indicandum. vt peccans, deprehensum se cognoscens, erubescat: & ipse in se puniat, quod videt à suo Rectore patienter tolerari. *Greg. 2. Past. c. 10.*

4244 Esse interdum etiam apertè cognita toleranda; interdum etiam occulta perscrutanda.

Nam

Nam sæpè contingit medicamenta accelerata occidere; sæpè morbum ignoratum mortem afferre. *Greg.2.Past.c.10.*

4245 Esse interdum leniter arguendum, interdum vehementius increpandum. Non enim eadem est omnium ad vitiorum medicinas dispositio. *Greg.2.Past.c.10.*

4246 x Non eandem cunctis exhortationem congruere. Nam non eadem in omnibus morum qualitas est. Quare sæpè alijs officiunt, quæ alijs prosunt. *Greg.3.Past.*

x *Vide Praxim egregiã apud Greg. 3. Past. per totum. Poterit sibi eam quisque formare ex doctrina de virtutibus, & vitijs: de qua in hac dist. et Par.1. à dist.6.*

4247 Videto qua ratione verba temperes, cum vna exhortatione dicendum est ad plures diuersis passionibus laborantes. Ne dum vni proderis, alteri noceas. Nam quæ solent in timidis timorem frænare, excitant in audacibus immoderatam audaciam. & quæ effrænem audaciam cohibent, ingerere solent timidis immoderatum timorem. *Greg 3.Past.c.2.*

4248 Videto qua ratione verba temperes, cũ quis tibi exhortandus est, cuius animus contrarijs vitijs est obnoxius. Ne dum vnum vitium reprimitur, alterum augescat. vt solet corporibus malè affectis accidere, cum medicamentum, quod adhibetur, arte medicinæ non temperatur. *Greg. 3.Past.c.3.*

4249 Cum duobus vitijs animus premitur, illi celerius subuenito, per quod citius ad interitum tenditur. vt si periculũ sit & luxuriæ, & inanis gloriæ: pro frænanda luxuria abstinentię medicamentum ne omittito, etiam si ex abstinentia inanis gloriæ periculum instet. *Greg.3.Past.c.4.*

4250 A vanis, quas caro suggerit, imaginationibus caueto. Ne timore inani morborum, & in-

com-

commodorum, præclaras in te actiones corrumpas. *Claud. Aqu. Indust. c. 12.*

4251 Ab otiosis & verbis, & cogitationibus caueto. Turpe enim est agens nobilissimum, qualis est homo, non omnem actum suum ad finem honestum dirigere. *S. Basil. Reg. br. 9.*

4252 In eam curam incumbito, vt rectè agendi desideriũ in alijs excites magis exemplo, quã verbo. Maiorem enim ad mouendum efficacitatẽ habent exempla, quàm verba. *Greg. 3. Past. c. 6.*

4253 Assuescito, si sis adolescens, cum seniorib agere. Nam vt æqualium vsus dulcior, ita senum tutior est; qui magisterio quodam, & ductu vitæ colorat mores adolescentium, & veluti murice probitatis inficit. *Ambr. 1. off. 42. & lib. 2. c. 20.*

4254 In eam curam incumbito, vt æquabilitatem vniuersæ vitę, & singularum actionum modos serues; ordinem quoque & constantiam dictorum, atque operum, moderationemque custodias; & sermone vtare suaui cum omnibus. Ita enim in tua vita decorum illud excellet, & quasi quodam in speculo elucebit: quod speciẽ quandam diuinam habet. *Ambr. 1. off. c. 47.*

4255 Caueto ne quid temerè, aut incuriosè agas, aut quicquam omnino, cuius probabilem non possis rationem reddere. Actus enim nostri causa, etsi non omnibus redditur, tamen ab omnibus examinatur. *Ambr. 1. off. c. 47.*

4256 Rector es aliorum? Ita vigilato, quasi rationem Deo redditurus de singulis tuæ curæ commissis. Ne alienorum criminum, & boni communis reus inueniare. *Basilius in Ascetica cap. 30.*

4257

4257 *y* In eam curam incumbito, vt quicquid egeris ex aliorum potius imperio sit, quã ex tuo. Eris enim magis certus te rectè agere. nam periculosa res est propria voluntas. *Instit. l.1. de Attil. tutore ff, Impuberes. & Dist.38.c.4. Concil. Laodic. d.80.c.5. & q.93. & Can. Apost.33. & l.6. de excess. Prælat. & Extr. Quorundam De verb. sign. & Extr. Ad nostrum l.3. de Regular.*

y *S. Basil. in Ascet. c. 41. & in Reg. br. q.74.96. S. Ign. exa. c.5. §.7. & p.4.c.4.§.3. & litt.B. & p.4.c.5.§.2. & p.7.c.1.et c.2.lit.A. & c.3.litt.A.*

4258 Rectorum præceptis parendum esse. Ius enim Rectores habent in eos, quos regunt. *Gelas.d.10.c.11. & 11.q.3. à c.40. & c.99. & 23. q.1.c.7. & 25.q.1.c.5. Basil. in Reg. breu.q.119. & seqq.*

4259 *z* Obedientiam à Rectoribus inferioribus Superioribus suis Rectoribus esse præstandam. Id enim exigit ordo rectus. *9.q.3. & Can. Apost.38.*

z *S.Ign.p.4. c.10.§.8. & p.8.c.1.§.4.*

4260 *a* Rectorum præceptis, ac legibus, non solum opere, sed voluntatis etiam studio parendũ esse. Imperfecta enim est executio, quæ agitur animo inuito. *Basil.in Ascet.c.28.29.*

a *S. Carol. Borrom. vita l.8.c.3. S. Ign. p. 3.*

4261 *b* Rectorum præceptis, ac legibus, non solum voluntatis studio, sed intellectus etiam obsequio parendum esse. Fieri enim non potest vt executio sit perseuerans, ac fortis: si contra quam superior iubet, agẽdum arbitreris. Conformanda igitur est non solum voluntas cum Rectoris voluntate, sed ipse quoque intellectus cum ratione iubentis. *Basil. in Ascet.c.28.29.*

c.1.§.23. & p.6.c.1.§.1.

b *S. Carol. Borr. supra. S. Ign. p. 3. c.1.§.23. & p.6.c.1.§.1.*

4262 Motus animi, cogitationesue, quæ Rectorum præceptis in contrarium occurrunt, ipsi Superiori proponere; licitum. Modo tuum sentire, tuumque velle, ei subijcias, quod superior senserit, ac voluerit. *S.Ign.p.7.c.2.litt.l.*

4263 Sunto tibi nō solum præcepta, sed nutus ipsi Rectoris pro præceptis. Hoc enim executionis genus perfectissimum est. *S. Ign. p. 6. c. 1. §. 1.*

c *Basilius in Reg. brc. q. 125.*

4264 *c* Nihil agito, nisi iuxta regulas, ac præcepta maiorum. Ab his enim accipienda prudentia est. *Dist. 38. c. 4.*

4265 Ab executione præceptorum omnis excusatio procul abesto. Excusationes enim, id est, simulatæ ad non parendum rationes, signa sunt animi non amantis. *S. Ign. p 3. c. 1. §. 23.*

4266 In quouis legitimo Superiore Christum intuetor. Excellentis enim obedientiæ genus est, quæ pro Christo præstatur homini, vt Christo ipsi. *S. Ign. ex. c. 4. à §. 29. & p. 3. c. 1. §. 23. 24. & p. 6. c. 1. §. 1.*

4267 Promptitudinem animi ostēdendam esse in iniunctis operibus obeundis. Promptitudo enim signum amantis est. conciliat igitur amorem Rectoris in subditum. *S. Ign. p. 3. c. 1. §. 23.*

d *S. Ign. in ex. c. 1. §. 11. & c. 5. §. 8. & c. 6. §. 3. & c. 7. §. 3. & c. 8. §. 1. 2. et p. 3. c. 1. §. 23. & c. 2. §. 1. & litt. G. et p. 6. c. 1. §. 1. & p. 7. c. 2. §. 2.*

4268 *d* Indifferentem esse debere subditum ad quoduis mandatum, ac munus à superiore imponendum. Ita enim, & obedientiæ virtus, & commune bonum procedet. *Ratio.*

4269 Decreta Summorum Pontificum omnia esse ab omnibus recipienda, eisque parendum. Sunt enim ipsi Rectores, Pastoresque summi. *PP. Leo, Gelasius, Nicolaus, alij d. 19. & 20. per totum. & d. 38. c. 4. & d. 93. c. 1. & seq.*

e *S. Th. de Reg. Princ. l. 1. c. 6.*

4270 *e* Rectoribus, non solum spiritualibus, sed etiam temporalibus, ac etiam difficilis, parendum esse in ijs, secundum quæ tibi possunt præcipere. Omnis enim potestas à Deo est. *Aug. c. Quo iure d. 8. & c. Imperatores dist. 9. Greg. 23. q. 1. c. vlt. Hieron. 23. q. 5. c. 24. 25. S. Thom. 3. de reg. Princ.*

Princ. cap.1. & seqq.

4271 *f* Curato, vt in ipsis quoque pœnis subeundis obediens sis. vt tuas in Deum iniurias vlciscare. *Basil.in Ascet.c.52.& in reg.breu.q.158.*

f *S.Ign. ex. c.4.§.33.& par.3. c.1.*

4272 *g* Non esse vlli Rectori parẽdum in eo, quod manifestè apparet peccatum. Non enim est verum præceptum, quod contra Dei præceptum est. *Aug.c.Imperatores d.9. & 11.q.3. à c.91.& c. Dilectus filius De excess. Præl. S.Basil. in reg. breu.q.14.*

g *S.Ign.p.3. c.1.§.23.& p.6.c.1.§.1. & litt.B.*

4273 Cum duo simul præcepta seruari non possunt: præferendum semper esse minori maius. Minus enim bonum, quod maius aufert bonum, rationem habet mali. Quare rectè omittitur præceptum de ieiunando, vt vita cõseruetur: & præceptum de non tacendo vllum in confessione Sacramentali peccatum, ne scandalum accidat. Maiora enim præcepta sunt, quæ de vita conseruanda, & de vitando scandalo sunt. *Dist.10.per totam. Tolet. VIII.d.13.c.1. Gregabid. can.2.& c. Qui scandalizauerit, & c. Quod non est De regulis iuris.*

4274 *h* Consuetudinem pro lege habeto: nisi tamen abusus illa sit, nõ consuetudo. Quod enim est in more positum rectæ rationi cõforme; multitudinis decretum est, ac proinde lex. Quod autem rectæ rationi conforme non est, abusus est. *Nicol. Pap. Augustinus, Gregorius, Cyprian. Dist.8. per totum. & Dist.9.c.11. & Dist.11. per totam. & d.12.per totam. & tit. de consuetudine per totum. & Extr. Super gentes l.1. de consuet.*

h *l.De quibus §.Inueterata ff. de legibus. l. Si de interpretatione ff de legibus. De Consuetudinis ratione, ac iure vide l.6.tit.4.*

4275 Quod neque contra fidem, neque contra bonos mores iniungitur, indifferenter habeto; & pro eorum, inter quos viuitur, societate ser-

uato. Ita enim decet fieri. *Aug. d. 12. can. 11. vid. tit. de consuetudine.*

4276 Abusus abolito, præsertim ab executione sacrorum. Sunt enim bonorum morum corruptelæ. *Trid. sess. 22. de obser. in sacrif. Mis. & sess. 25. de Indulg. & alibi. Hilar. Pap. 35. q. 9. c. 3. & c. Ex parte De Consuetudine, & c. Cum tanto eo. tit. & c. Ea quæ De statu monach. & c. Quod latenter De reg. iur.*

4277 Minorum Congregationũ, cœtuumque in agendis, moribusque, regulam esse debere, Maiorum, sibique superiorum Congregationum mores, & instituta. Ita enim decet, ad vnionis conseruationem. *Tolet. II. d. 12. c. 13.*

4278 Iustas leges contraria consuetudine nõ abrogari: *i* nisi cõsuetudo quoq; iusta sit, & eius auctoritate, tacite saltem firmata, cuius est leges condere. Non enim est lex, quæ iusta non est; aut legitimam non habet auctoritatem ad obligandum. *Trid. sess. 25. de Indulgent. & Dist. 11. per totam. & d. 12. c. 3. & tit. De Consuetudine per totum & c. Massana Eccles. 56. de elect.*

i l. De quibus §. Quæ rectissimè ff. de legibus.

4279 *k* Aut legem ne sancito, aut ab executione neminem excipito. Odij enim, inuidiæ, in obedientiæ causa exceptiones sunt. *Trid sess. 25. de Reform. c. 18. Ibid. c. Iustum est. d. 9.*

k Vlpian. l. Iura 7. ff. de legibus.

4280 A pœna subeunda neminem excipito, nisi quos excipit ipsa lex. Necessarium enim erit multos excipere, ne multorum odium in te concites. exceptionum autem harum spes legum minuit obseruantiam. *Trid. sess. 25. de Reform. c. 3.*

4281 Pœnas iustè semel iniunctas ne facile, nec nisi facta satisfactione, reuocato. vt quisque peccare formidet. *Dist. 50.*

4282

4282 In lege ne dispensato, nisi ius ad dispensandum habeas, & iustam causam. quæ enim dispensatio hæc duo non habet, iusta dispensatio non est. *Trid. sess.22. de Refor.c.5. & sess.25. de R.efor.c.18. & c.Cum ad monasterium De statu monach.*

4283 Concedendas dispensationes non esse; nisi certum sit preces, subrectionis, vel obreptionis vitio non subiacere. Nam cauendum est ab omni dolo. *Trid.sess.22. de Refor. cc.5.6. & sess. 25.de Refor.c.18. Pius V. in bull. Cum sicut accepimus. & 25.q.2.à c.14. vid.tit. De rescriptis. & c.Quia circa De consang. & affin.*

4284 *l* Vtendum esse interdum Epijceia. Multa enim à Rectoribus præcipiuntur; quæ ex causa, ex persona, ex loco, ex tempore considerãda sunt. *Dist.29.c.1.2. c.Ex parte tua de off. & pot.iud.deleg.* l *Arist. 5. Rth.c.10.*

4285 *m* Epijceia ne vtitor: nisi clarum tibi sit intentionem legislatoris esse, vt vtare. Nam per epijceiam fit contra verba legis in casibus particularibus, quibus in condendis legibus non potuit à legislatoribus prouideri. nõ licet ergo epyceia vti, nisi in ijs casibus, in quibus clarè conijcis voluisse legislatorem prouidere, si præuidisset: aut prouidere omisisse, quod à particularium prouidentia prouideri facilè posset. *Trid.sess.25. de R.efor.c.18. Vrban.II.1.q.5.c.3.* m *Summa Ethic. d.3. q.2. Prop.7. S. Th. 2. 2. q.120.*

4286 Cum æquum esse non videtur Superioris mandatum non adimplere: Superiori suggerito quare non adimpleas. Debetur enim Superioris mandato hoc reuerentiæ genus. *Innoc. III.de rescriptis c.5.*

4287 In malis corrigendis, pœnisque exigen-

dis modum spes vtilitatis præscribito. Bonum enim spectant correctiones, ac pœnæ. *23.q.4. c.24.25.26.*

n *Robert. Bellar. in vita c.26. S.Ign. p.4. c.17.*

4288 *n* Pro executione Ministros eligito, quos necessarij sunt, diligentes, ac satis instructos. Rectoris enim culpa est quicquid omittitur, cum tales ipse ministros non elegerit. *Trid.sess.7. de Refor.cc.3.15.*

4289 Ne Rector in suorum Ministrorum munera sese ingerito. Nisi enim Ministri finantur à Rectore agere munus suum; ministeriorum executio frigescet. *S.Ign.p.9.c.6.§.5.6.*

4290 In eam curam à Principibus incumbendum, vt nemo sit, qui per se ipse non exequatur, quæ spectant ad officium, cui fuerit addictus. Nam, si secus fiat, publicis muneribus, cum Reip. detrimento, non fiet satis. *Trid.sess.22.de Refor. c.4. & sess.23. c.17. & sess.24.c.12. & c.Extirpandæ De præbendis.*

4291 Cogito membra, sensumque seruire rationi, vt Rector subditos cogeres inobedientes ad obsequium legum. Par enim est secundum hoc ratio in ethico, politicoque regimine. *Exper.*

4292 Non esse mentem cogitationibus tristibus occupandam; cum non oportet. Tristes enim cogitationes impediunt vsum operum. Auertenda igitur mens est à tristibus cogitationibus, quæ neque necessariæ, neque vtiles sunt. *Ex Exper.*

4293 Auertendum esse animum à delectationibus sensuum; nisi quatenus necessariæ sunt ad honestam relaxationem. Sunt enim delectationes sensuum vehementes, totum animum occupates, ac proinde impedientes executionem vtilium. *Praxis prudentum.*

4294 A Principibus, virisque alijs opem ad operum executionem esse petendam, cum opus est. Vnus enim non potest omnia. *Trid sess.23.de Refor.c.18. & d.90.c.11. & d.97.c.1. & 23.q.3. & Decc.31.c.1.*

4295 Ecclesiastici Principes sæcularium Principum opera, & hi inuicem ecclesiasticorũ Principum opera vtuntur; vt vtrorunque regimen procedat. Nam aliqui magis gladio sæculari, aliqui magis ecclesiasticis censuris terrentur à male agendo. & virtus vnita fortior. *Trid sess.23.de Refor.c.18. & sess.25. de Regular. c.22. Nicol.I. d.10.c.8.& d.96 c.6. & Bonif. Pap.d.97.c.1.2. & 23.q.3.& q.4.d c.38. & q.5.c.21.22.23.26.& q.8.*

4296 o Ne solus, si Rector es, munerum executionem obito. Si enim aliorum opera non vtare, videberis aut alios contemnere, aut malam de eorum prudentia opinionem habere, aut amaro animo in illos esse. *Trid.sess.23. de Refor.c.18.* o *Ambr. 2. off.24.*

4297 Caueto ne in actionum executione dubius sis, ac perplexus. Peccabis enim, si ages dubius, quatenus errandi te periculo exponis. Peccabis autem nunquam, si ducem sequare rationẽ rectam. Recta autem ratio nos docet, in subitis casibus, cum ineundi consilij tempus non est, nec occurrit regula vlla à viris prudentibus nobis tradita; & in dubijs, deponendam esse cosciẽtiã, & alterutram partem eligendam, ac exequẽdam. Quo enim alio modo agere possumus, vt ne cum dubio agamus, ne peccemus? nam vrget necessitas vt alterutrum agamus. *ff.de reg. iur. l.21. & l.57.& l.68.*

4298 Ne facilis esto in improbandis, aut dissuadendis, aut repellendis operibus pijs aliorum,

ob humanas rationes. Occulta enim nobis sunt diuina consilia; & incertæ cogitationes nostræ. Sæpè in magnum boni communis emolumentum fuere opera quædam pietatis, quæ viri prudentissimi reiecerant. Ne tantæ omissionis reus esse velis. *Ambr. 2. off. 24.*

p *Bellar. in vita c. 26.*

4299 *p* Non esse in sibi subiectis peccata grauia à Principibus toleranda. Maculant enim honestatem publicam; & corrumpũt actionem bonorum operum, vt pestis sanitatem multitudinis. *Trid. sess. 24. de Refor. c. 8. & sess. 25. de Reform. c. 14. & Dist. 50.*

q *Bellar. in vita c. 30. S. Ignat. p. 2. c. 1. §. 2. & c. 4. §. 1.*

4300 *q* Non esse à Principibus, Rectoribusq; maioribus admittendos sine graui causa recursus inferiorum à præceptis, & obedientia suorum Superiorum immediatorum, ad ipsos Principes, superioresque maiores. Hi enim non rationabiles recursus executionem obedientiæ corrumpunt. *11. q. 2. & 17. q. 4. c. 31. & seqq. & Can. Apost. 31. & Dist. 31. c. 3. 6. 8. 9.*

r *De Renũtiatione. vide Clement. l. 1. tit. 4.*

4301 *r* Esse munus deponendum ab ijs, qui se impares muneri certa experientia deprehenderint. Maxima enim semper attulit rebus publicis detrimenta regimen ineptorum. Maximè igitur peccas, si pergis ineptus regere. *c. Nisi illa pridem 10. de renunciat.*

4302 Esse à regendi munere deponendos eos, qui vel impares esse regimini deprehenduntur, vel maximè negligentes. Reus enim est Princeps damni communis, si istud haud prouidet. *Trid. sess. 6. de Refor. c. 1. in fin. & d. 92. c. 9. Can. Apost. 57. & c. Qualiter De elect. & Decc. tit. 4. l. 3. De clericis non resid. et c. Cum ad monasterium De Statu monach. & c. Ea quæ eo. tit. et c. Excommunicamus*

mus §.volumus De Hæreticis.

4303 Caueto, ne quo zelo bona aliorum opera impedias, qui nō sit secundum scientiam. Eris enim reus apud Deum omnium bonorum, quibus impedimentum fecisti. *Trid sess.25.de Refor.c.3.*

4304 Agendum diuinorum omnium diuinissimum esse, Maioris diuinæ gloriæ, seu diuinæ cognitionis propagationem, & procurationem. Est enim Deus ipse cognitio, & intelligentia diuinæ bonitatis. Est autem Gloria diuina, bonitatis diuinæ communicatio, & manifestatio, & quasi splendor quidam lucis diuinæ. Nihil autem magis diuinam bonitatem manifestat, & explicat, quàm ipsa diuinæ bonitatis cognitio: quatenus maximā habet cum diuina natura similitudinem. Est ergo actio diuinissima maioris diuinæ gloriæ procuratio. *S.Ign.in constit.per totum.*

4305 Ad actionem purificandorum animorū, esse spiritualium colloquiorum vsum efficacissimum. Valet enim valde vox viua ad reuocandum animum à cupiditate, & ad diuinorum cognitionem inserendam. Quibus animus purus fit. *S.Ign. ex.c.6.§.4.*

4306 Magnum ad actionum diligentiam, rectumque agendi modum, stimulum esse, Consideratione diuinæ præsentiæ. Vrgendus ergo animus est ad eā considerationē tum per fidem, tum per rationes naturales; quibus docemur in Deo nos viuere, & moueri, & esse: tum aspectu creaturarum, quæ vestigia quædam sunt Dei præsentis: tum pictis imaginibus, quæ nobis referant Deum. *Basil. in Reg breu.q.201.202.306.*

4307 s Efficacissimum ad omnem rectā actionem vsum esse illum, quem Secessum spiritualem vocant,

s *S.Ign.p.4. c.8.§.5. & lit.E. et p.7. c.4.§.8.*

vocant,& Exercitia spiritualia. Est enim ars mirabilis ad intelligendum quid agere oporteat. Illo ergo frequenter vtitor,& vt alij vtantur,curato. *Paulus III.in bull. Pastoralis officij.*

Caput Decimum.

De Amicitia.

Sectio I. De Amicitia cum Deo.

a *Gregor.1. Past.c.11.*

4308 a Esto cura omnium prima, vt amicus sis Deo. Quid enim honestius amicitia diuina?quid vtilius?quid ad felicitatem magis necessarium? *Trid.sess 2.*

4309 Caueto ne contra ius diuinum peccatũ vllum admittas. Amicitiam enim diuinam soluit quæcunque iniuria. *Trid.sess.2.*

4310 Nullum esse studium maius debere, quã vt inimicus redeas in gratiam cum Deo. Nihil enim est maius Deo, quem amicitia consequimur. *Ratio.*

4311 Ad amicitiam allicito Deum diuinorũ obseruatione præceptorum. Non potest enim Deus non amare amorem in se tuum.amas autem ipse Deum quatenus eius amas præcepta. *Christus Io.14.n.15.21.*

4312 Ad amicitiam allicito Deum diuinorum morum imitatione. Non poterit enim Deus non amare similitudinem in te suam. *Sum.Etb. d.2. q.1.prop.6.*

4313 Ad amicitiam allicito Deum diuinę gloriæ

riæ procuratione Dona enim amorem conciliat. Donum autem Deo gratissimum est gloria diuina. *Sum. Eth. d.* 2 *q* 2. *pr.* 6. §. 5.

4314 Esto inuitamentum Deo ad te amãdum oblatio Christi. Nihil enim Deus magis amat, quam Filium suum vnigenitum Iesum Christum: in eo homines amat, quoscũque amat. offerendus ergo Deo Christus est prece, ac sacrificio. *Sum. Eth. supra.*

4315 Esto inuitamentum Deo ad te amãdum amor, ac misericordia in proximos. Sunt enim homines omnes amicabiles Deo, Deique imagines. Non potest ergo Deus non amare eum, qui suum amicum, & imaginem amat. *Sum. Eth sup.*

4316 Esto inuitamentum Deo ad te redamandum tuæ proipsò voluntatis, tuorumq; bonorum abdicatio, & oblatio. Hoc enim donorum genere maximè delectatur Deus. *Sum. Eth. sup.*

4317 Dei voluntatem, Dei bonitatem infinitã, amorem in te Dei, voluntate, complacentiaque complectitor: qui ad amicitiam aspiras Dei. Non potest enim amor non redamari. Amor autem est voluntas illa, complacentiaque in Deum. *Sum. Eth. supra.*

4318 Diuinam amicitiam Dei præsentis consideratione, & contemplatione conseruandam, & augendã esse. Definit enim Deus te amare, si ipse desinas amare Deum. Erit autẽ facile à Dei amore definere, si longe à Deo esse cœperis mente. Contra verò semper erit inuitamẽtum ad Deum amandum, cogitata Dei summa bonitas vt præsens. *Sum. Eth. sup.*

4319 Si quid in Deum peccaueris, curato statim vt in amicitiam redeas, retractatione, pœniten-

ten-

tentiaque peccati. Malum enim omnium pessimum est, inimicum habere Deum. Cuius tamen tanta bonitas est, vt statim recipiat in gratiam eum, quem verè pœnitet, vt par est. *Basil. in Reg br. q. 10. 11. 13.*

4320 Inimicitiam cum Deo peccato originali contractam, Baptismi Sacramento delendam esse. Hoc enim remedium exigit Deus ad eam inimicitiam delendam. Si ergo Baptismus re ipsa suscipi non potest, suscipiendus est voto, siue desiderio. *Trid. sess. 6. de Iustif. c. 4.*

4321 Inimicitiam cum Deo peccato mortali post Baptismum contractam, non solum contritionis dolore, sed Sacramento etiam Confessionis esse delendam. Hæc enim est Iesu Christi lex, ac decretum Ecclesiæ relictum. *Trid sess. 14. de sacr. Pœn. c. 1.*

4322 Diuinis offensis, etiam post quam redieris in gratiam cum Deo, pœnalibus operibus satisfacito. Nam per culpæ remissionem sæpè non remittitur pœna temporalis, quam Deus, præter æternam pœnam, decreuit pro quoque peccato, & par est te iam amicum Deo, in te ipsum sæuire pœna aliqua, quod summæ bonitati iniuriam feceris. Opera autem pœnalia sunt, oratio, ieiunium, eleemosyna, & quæ ad hæc tria genera reuocantur. *Ex Trid sess. 14. de sacr. Pœnit. c. 8.*

4323 Iram diuinam in multitudine Princeps, ac multitudo ipsa, sacrificijs, precibus, votisque publicis, placanto. Conciliandus enim est multitudini Deus, vt pestem, famem, bellum auertat. Hanc iniere rationem Principes, ac Respublicæ sapientiores: quæ mala publica repulere, hostium castra euertere. *Praxis Eccles.*

4324

4324 Ne bellum Christiani Duces aggrediũtor, nisi expiatis militum animis Sacramentis. In amicos enim diuinus fauor propendet magis. *Praxis piorum.*

4325 Cupis ad æternam felicitatem peruenire? Amato Deum, vt eius felicitatis auctorem, ac largitorem. *b* Nam communicatio bonorum inter amicos, eiusdem est rationis, cuius est amicitia ipsa. vt in amicitia vera, ac honesta, commune amicorum bonum est honestum, ac virtus; in amicitia vtili, bonum vtile; in iucunda, iucundum. communicat enim amicus amico se ipsum in primis: quatenus se fruendum amico præbet vel vt honestum, vel vt vtilem, vel vt iucundum. Secundum autem amicitiam charitatis supernaturalem communicat se Deus amicis suis modo optimo, ac beatifico, per exhibitionem aspectus, ac intuitiuæ visionis sui ipsius, qui summum bonum est. in qua visione summa felicitas posita est. Vt ergo hoc à Deo bonum habeas vt amicus; amandus est à te Deus vt auctor eius boni. & in voluntatem, ac spem tanti boni omnibus viribus incumbendũ. *Vid. Trident. sess. 6. de Iustificatione.*

b *Arist. 8. Eth. c. 3.*

c *Clau. Aq. Indust. c. 14. Rob. Bellar. in vit. c. 26. S. Ign. p. 8.*

Sect. II. De Rectoris in subditos amicitia.

4326 *c* IN eam curam Rector incumbito, vt ametur magis, quam timeatur. Amor enim, vnit, timor segregat. Ad bonum autem commune maximè facit multitudinis vnio cum Principe. *c. Peruenit De excess. Prælat.*

c. 1. *lit. G. S. Thom. de reg. Princ. l. 1. c. 10. 14. Ambros. 2. off. 7.*

4327 *d* Caueto ne magis à subditis diligi, quã veritatem quæras. Ne dum hominibus places, sis

d *Arist. 8. Eth. c. 8.*

odi

odibilis Deo. *Greg. 2. Pastor. c. 8.*

e *S. Th. de reg. Princ. l. 1. c. 14. S. Ignat. p. 9. c. 2. §. 2. S. Ambros. 2. off. 7. S. Bonau. de sex alis Ser. c. 4. Arist. 8. Eth. c. 11. S. Car. vita l. 8. c. 12.*

4328 *e* In eam curam incúbito, vt verè ames subditos tuos. Principium enim omnis rectæ actionis est amor. Sit ergo amor in subditos, vt rectum sit regimen subditorum. *Euarist. Pap. 7. q. 1. c. 11. Petrus 8. q. 1. c. 2.*

4329 *f* Amoris in subditos signum esto prouidentia: qua re ipsa præuenias necessitates subditorum. Amoris enim hoc signum amorem generat. *Dist. 84. c. 1. & 7. q. 1. c. 11.*

f *S. Th. sup. S. Bonau. de sex alis Ser. c. 4. S. Ignat. p. 8. c. 1. litt. G. Arist. 8. Eth. c. 11. S. Car. vita l. 8. c. 12.*

4330 *g* Amoris in subditos signum esto: beneficia in illos conferre, etiam non rogatum. Illecebra enim sunt amoris beneficia. *Dist. 84. cap. 1.*

4331 *h* Amoris in subditos signum esto: statim concedere quæ rogantur; modo petitio iusta sit. Amor enim est celer, ac promptus. *Dist. 74. c. 6. & d. 84. c. 1.*

g *Ambr. 2. off. 7. 19. S. Ignat. p. 8. c. 1. litt. G. Arist. 5. Polit. c. 11. & 25. Rect. 8. Eth. c. 11.*

4332 Amoris in subditos signum esto: Grauate negare quæ negare oportet, & allata ratione. Ostendis enim te velle concedere, ac proinde amare: nisi ratio prohiberet. *Ambr. 2. off. 7.*

4333 *i* Amoris in subditos signum esto: Familiater, ac amanter agere; & tegere maiestatem. Hac enim arte reddis te aliquo modo subditis parem. amor autem est magis inter æquales, ob maiorem similitudinem. *Dist. 99. c. 5.*

4334 Crebrò subditos alloquitor, & cũ amoris significatione. Patris enim ea actio est: quæ amorem conciliat. *Soc. Iesu Reg. 26. Præp. & 25. Rect.*

4335

h *S. Basil. in Reg. breu. q. 98.* i *Amb. 2. off. 7. Basil. in Reg. br. q. 98. Arist. 5. Polit. c. 11. S. Car. vit. l. 8. c. 12.*

4335 Amoris inuitamentum esto hilaris vultus. Amantis enim animi signum hilaritas est. *Ambr.* 2.*off.*7.

4336 *k* Caueto à verbis cõtumeliosis,& asperis. Odium enim concitant subditorum in Rectorem. *Dist.*46.*c.*1.

k Ambr. 2. *off.*7. *Basilius in Ascet. c.*43.

4337 Caueto ne impedimento sis operibus subditorum bonis. Tuum enim est ad illa potius 50. & *in* vrgere. Quare eris, vt malus Rector, odibilis. *Instr.*3.*c.*2.

Reg.bre. q. 99.

4338 Ab omni iniustitia, in primis à Personarum acceptione, caueto. Eris enim odibilis. *Ambr.*2.*off.*8.24.

*Arist.*5.*Polit.c.*11. *S. Car. vita l.*8.*c.*17.

4339 Caueto ne in exigendis tributis sis nimius. Eris enim odibilis. 10.*q.*3. & 16.*q.*2. *c.*60. 62.64.& *c.Peruenit De excess. Prael.*

4340 *l* Caueto ne imperiosè agas, aut subditum vllum contemnas, aut alterum alteri præferas contra ius decentiæ, aut quouis alio modo idem ius lædas. Hæc enim odium concitant subditorum in ipsos Rectores. *Dist.*75.*c.*7.& *d.*95. 6.7.9.10.

l *S.Ign. p.*8. *c.*1.*litt.G. S. Ambr.* 2. *off.*7. *S.Basil. in Ascet. c.*43.

4341 *m* Amoris inuitamentum esse compassionem, doloremque de malis subditorũ, si ostenderis signo. Effectus enim amoris est dolor. amor autem ad amandum inuitat. *Dist* 45.

m *S. Ignat. par.*2.*c.*3. *et p.*8.*c.*1.*litt.G.* & *p.* 9. *c.* 2. 9.4. *S. Amb. sup.*

4342 Legitime, vereque resipiscentes, ne non amanter suscipias cauẽdum. Pusilli enim,& amari animi signum dabis, ac non amantis. *Basil.in Reg.breu.resp.*8. *S. Bonau.de sex alis Ser. c.*4.

4343 *n* Inuitamentum ad amicitiam subditorum esto: facilem te, cõmodumque subditis exhibere ad eos audiendum. Id enim maximè cupiunt subditi à Rectore suo. *Dist.*84.*c.*1.

n *Bellar. in vita c.*33. *S. Ambr.* 2. *off. sup.*

4344

o *S. Th. de reg. Princ. l. 1. c. 14. S. Ignat p. 9. c. 2. §. 3. Greg. 1. Past. c. 10. Ambr. sup. Arist. 5. Polit. c 8. & 8. Eth. c. 11.*

4344 *o* Caueto ne signum vllum edas, quo te cupidum, aut auarum ostendas. Nihil enim magis subditi oderunt in suo Rectore. *Dist. 85. & c. Peruenit De excess. Prælat.*

p *S. Ign. p. 9. c. 2. §. 5. S. Amb. sup. Arist. 5. Polit. c. 9.*

4345 *p* Caueto ne signo vllo præferas te minus amantem communis boni. Nihil enim boni subditi magis amant, quam bonum commune. *S. Th. de reg. Princ. l. 1. c. 14.*

4346 *q* Caueto ne in pœnis infligendis perturbatione aliqua te, non charitate, moueri præferas. Non potest enim non amari amor, etiam cum punit. *12. q. 2. c. 11. & 23. q. 4. c. 27.*

q *S. Basil. in Ascet. c. 50. S. Ignat. p. 2. c. 3. & p. 8. c. 1. litt G. Claud Aqu. Indust. c. 4.*

4347 Caueto ne vlli indices malam te de subditis opinionem habere. Eris enim subditis odibilis. *Claud. Aqu. Indust. c. 14.*

4348 Caueto ne signo vllo ad vnum potius, quam ad alium, te propensum ostendas: nisi ad bonos omnes. Ne in offensam cadas multitudinis. Æque enim Rector est bonum omnium secundũ rationem necessitatis, ac meritorum. *S. Bonau. de sex. al. Ser. c. 6.*

r *Clau. Aq. Indust. c. 14.*

4349 *r* Curato vt subditorum in te offensas beneficijs compenses. Capies enim animos ea charitate. *Ber. in Cant. ser. 63.*

s *Gregor. 1. Past. c. 10. S. Ignat. p. 9. c. 2. §. 2.*

4350 *s* Inuitamentum ad amicitiam subditorum esto: Cupidum te cuilibet ostendere verbo, factoque, boni eius. Amor enim amorem generat. *Dist. 84. c. 1. S. Th. de reg. Princ. l. 1. c. 14.*

4351 Caueto, cum consiliarios aduocas, ne quid agas contra omnium sententiam. Nam & eris odibilis; & errandi te periculo expones, nisi forte secundum tuam sententiam agendum statuerit Rector maior, quem consulueris. *S. Ignat. p. 4. c. 17. litt. H.*

4352 Cauero ne non pœnam remittas ei, qui satisfecerit. est enim id crudelitatis genus valdè odibile. 23.*q.*4.*c.*29.

4353 Inuitamentum ad amorem esto: subditorum monita libenter & audire, & petere. Virtutis enim Prudentiæ pars docilitas est. virtus autem sui amorem excitat. *Dist.*84. *c.*1. *&* 2.*q.*7. *c.*40.41.42.

4354 *t* Stimulus, vt à subditis ameris, esto Modestia. Mirum enim quantum in Superiore amatur hæc virtus. *Dist.*99.*c.*5. *&* *c. Cum Apostolus De censibus.*

4355 *u* Stimulus vt à subditis ameris, esto Patientia. Oderunt enim omnes Rectorem impatientem. vrgent autem Rectorem ad impatientiam tum labores, & curæ; tum defectus subditorum; tum eorundem in ipsum ingratitudo. *S. Ambros.*2.*off.*7. *S.Bonau.de sex al.Ser.c.*5.

4356 *x* Stimulus, vt à subditis ameris, esto Clementia. Externa enim pœnæ moderatio, amoris interioris est signum. *Dist.*45.

4357 Esto Principis cura, ne quid in annona desideretur. Maximè enim amari solet à multitudine ea diligentia. *S.Th.de reg.Princ.l.*1.*c.*12. 13.14.

4358 Esto Rectoris cura ne Ministri molesti sint multitudini. Est enim maximè multitudini grata ea diligentia. *Exper.*

4359 *y* Inuitamentum amoris in Principem esse, leuare multitudinem oneribus, quantum fieri iuste potest. Illud enim amantis Patris signum est. 10.*q.*3. *&* *Decc.l.*3.*tit.*39. *De censibus.*

4360 Caueto Princeps ne ideo amare subditos desinat, quia nō respondent amori. Nam sem-

t *S.Bonau. de sex alis Ser.c.*6. *S. Ign. p.* 4. *c.*10. §.4. *& p.*9.*c.*2.§.2. 3.

*S.Gregor.*2. *Past.c.*6. *S. Ambr.* 2. *off.*7. *S. Basil. in Ascet. c.*43.

u *S. Ignat. par.*4.*c.*10. §.4.

*S. Basil. in Ascet.c.*43. *S. Car. vita l.*8.*c.*17.

x *S. Th. de reg. Princ. c.*14.

*S.Gregor.*1. *Past.c.*10. *S.Amb.sup. S.Basil. sup.*

y *Bellar. in vita c.*26. *et* 31.

per ipse Pastor est subditorū. Pascere autem desinet, si desinat amare. *Ex Arist. 8. Eth. c. 14.*

Sectio III. De subditorum in Rectores amicitia.

x S. Ignat. p. 6. c. 1. §. 2.

4361 x IN eam curam incumbito, vt ex corde ames Rectores tuos. Vix enim fieri potest, si verè non ames, quin aliquod aliquando signum Rectori ostendas ad inimicitiam. Rector autem non amicus, onus est, quod ferri non potest. *Euarist. Pap. 7. q. 1. c. 11.*

4362 Stimulus ad quemcunque Rectorem amandum esto ea cogitatio: quod Vicarius est Dei, ac diuinæ voluntatis interpres. Amabilis enim est Deus, ac eius voluntas. *S. Ign. p. 4. c. 10. §. 5. & p. 6. c. 1. §. 2.*

4363 In eam curam incumbito, vt ita viuas, vt ameris à Rectore tuo. Virtus autem amorem conciliat. *Arist. 8. Eth. c. 7.*

a S. Ignat. par. 4. c. 10. §. 5. & p. 8. c. 1. §. 3.

4364 *a* Amoris in Rectorem signū esto Obedientia. Amatur enim Rectoris voluntas, quatenus eius præcepta obseruantur. *Arist. 8. Eth. c. 7.*

4365 Præclarum amoris signum esse ad redamationem Rectoris aucupādam, Animum ei omnem, & cordis occulta detegere. Amicorum enim hoc est, omnia inter se communia facere, etiam animi sensa. *S. Ign. p. 4. c. 10. §. 5. & p. 6. c. 1. §. 2.*

4366 Inuitamentum amoris esto spes, quam Rectori ostendas, in eius amorem, ac prouidentiam. Ostendit enim se Rectoris amorem, ac potestatem amare, qui ostendit se in eum sperare. *Exper.*

4367 Non esse de Rectorum peccatis, vitijsq; lo-

loquendum, neque cogitandum, cum non oportet. Eris enim Rectori odibilis, cum ille de ipso te oblocutum sciuerit. Erit & Rector odibilis tibi, si de eius vitijs cogitaueris. *Bell. in vit. c. 33.*

4368 Caueto ne non ames vnquam Rectorē tuum, quod putas te ab eo non amari. Semper enim à te amabilis est, qui locum in te habet Dei. *Ex Arist. 8. Eth. c. 14.*

4369 Caueto ne Rectori sis importunus, aut quouis modo molestus. Nam molestiæ odium concitant. *Ex Prox. prudentum.*

4370 *b* Caueto ne contra, quam Rector sentiat, te sentire coram alijs ostendas: cum nō oportet. Amabilis vt Rectori sic hæc tua in ipsum reuerentia. *S. Ignat. p. 4. c. 10. §. 5.* b *Bellar. in vita c. 31.*

4371 Curato vt quicquid agis Rectore agas sciente, & approbante. Non poterit enim Rector non amare suam voluntatem. *S. Ignat p. 6. c. 1. §. 3.*

4372 *c* Ne facile ab immediato tibi Rectore ad superiorem, ac mediatum recurrito. Odium enim in te concitas Superioris immediati: à quo tibi velis, nolis, pendendum est. *S. Ign. p. 6. c. 1. §. 3.* c *Bellar. in vita c. 30.*

4373 *d* Curato vt quicquid agis secundum Rectoris agas consilium, atque directionem. Amabile enim est hoc erga Rectorem obseruantiæ officium. *Basil. in Ascet.* d *S. Ign. p. 4. c. 10. §. 5.*

4374 Si quid Rectorem offenderis, statim veniam flagitato. Quod etiam cum familiaribus, & externis agendum est; vt redeas in gratiam. *Cassian. coll. 16. c. 5.*

4375 Si qua Rector ex te ope indiget, adiuua to. Exigit enim & amor, & ius ipsum. *3. q. 1. c. 5.*

Sectio IIII. e De Sodalium, ac domesticorum amicitia.

e *Vide alia præcepta Par. 1. à pr. 2138. ad pr. 2155.*

4376 f IN eam curam quisque incumbito, vt amicitiam cum sodalibus, domesticisque ineat, & conseruet. Insuauem enim vitam, & multis carentem commodis pariunt inimicitiæ domesticæ. *Dist. 90. c. 10. 11. 12. Basil. in Ascet. c. 7. Arist. 8. etb. c. 1.*

De Arte amicitiæ ineundæ, & conseruãdæ vide infr. de Amic. inter ciues.

4377 Ad amicitiam conseruandam, esto studium ostendendæ in amicos beneuolentiæ. Nihil enim magis in amicis amamus, quam voluntatem, quam illi habent nostri boni. *Ambr. 1. off. c. 32. 33. 34. & l. 2. c. 7.*

f *S. Ign. p. 8. c. 1.*

4378 g Caueto ne non familiariter cum familiaribus agas. Esset enim te ipsis non exhibere, quibus maximè exhibere debes, quatenus ipsis conuiuis. nullum autem donum gratius, quam sui ipsius exhibitio. quod si neges ijs, quibus concedi debet: iniucundum te illis, ac odibilem esse necesse est. *Aug. de Amic. c. 24. Ambr. 1. off. c. 22.*

Vide Aug. de Amicitia c. 5. tom. 4. & Ambr. 1. off. c. 32. 33. 34.

g *S. Ign. p. 8. c. 1. Iust. D. Arist. 4. Eth. c. 6.*

4379 Caueto ne sodalibus, ac familiaribus, quibus cum cœnobiticè viuis, vni magis, quam alteri amabilem te, ac familiarem ostendas. Omnia enim amicorum communia esse debent. non facis autem te omnibus communem, quatenus vni magis, quã alteri te exhibes. *Prax. Regular.*

4380 Vbi multitudo ex varijs nationibus est, vt est Ecclesia, vt aliqua religiosa cœnobia; caueto quisque ab affectibus nationalibus. Soluunt enim illi vnionem, & charitatem communitatis. Ita ergo quisque in omnibus se habeat ad vnumquemque, ac si eiusdem secum nationis esset. Vt

apud Deum nulla distinctio nationum est. *Soc. Iesu. R. reg.30.ex com.*

4381 *b* Caueto ne agrestem te, ac insulsum familiaribus exhibeas. Hæc enim odium concitant. Sal in amicitijs sunt sales honesti. *Aug.de Amic.c.24.Ambr.1.off.c.22.23.& l.2.c.7.*

4382 Caueto ne moderatos domesticorũ ludos non recipias. Vitiosum enim est hoc genus modestiæ, ac odibile: quatenus non probat id, quod probare in humano conuictu debet; & familiarium honestam iucunditatem turbat. *Arist. 4.Eth.c.6.*

4383 Cauero ne vlla in te singularitatis appareat species; ne ve te corã alijs geras præter morem aliorum. Nam amicitiam similitudo; dissimilitudo odium parit. Dissimilitudinis autem quoddam genus est singularitas. *Dist.30.c.15.& d.41.c.1.5.*

4384 Caueto ne in conuictu familiarium sis solitarius, aut tetricus. Contrarius enim est is agendi modus amicitiæ domesticæ. *Soc. Iesu in 6.Congreg.*

4385 *i* Selectum esse habendum eorum, quibus cum cuique familiariter sit agendum. Multum enim interest ad mores familiarium exemplum. *S.Aug.de Amic.c.12.15. Ambr.2.off.20.*

4386 *k* Non esse semper cum familiaribus agendum, vt otium sit ad actiones præstantiores. *Ex Arist.10.Eth.c.6.*

4387 *l* Seniorum familiaritatem, & consuetudinẽ amato. Fies enim prudẽtior. *Basil.in Reg.br.*

4388 *m* Caueto à familiaritate, consuetudine neque hominum prauorum. Ne eorum vitijs inficiare: ne tuæ famæ noxam inuras. *2.q.7.c.59.*

h *Arist. 4. Eth.c.6.*

i *S.Ign.p.3. c.1.§.3. & litt.D.& Arist.8.Eth. c.8.*

k *S.Ign.p.3. c.1.litt.D.*

l *Eccli. 6. 10.*

m *S. Ignat. p.2. c.3.§.3. & litt.D.& p.3.c.1.§.2. & litt.A.*

S. Aug. de Amic. c.12. 13.14.

S. Ambr. 1. off. c.20.& l.2. c.20.30.

S. Basilius Ascet.c.6.et in Reg. brev. q.20. Arist.8. Eth. c.8.

60. & 23. q. 4. & 24. q. 3. c. 35. 36. & 28. q. 1. & *Can. Apost.* 10. 11. 12. 44. 63.

4389 Caueto ne quicquid audieris animo haurias, aut quicquid in amico, aliue videris, imitere. Nam sæpè continget dici non vera; & quædam non decere ex ijs, quæ videris. *Ex Arist. 8. Eth. c. 8.*

4390 Curato vt ames magis, quam vt ameris. Beatius enim est dare, quam accipere. Amor autem primum donum est. *Arist. 8. Eth. c. 8.*

o *Arist. 4. Eth. c. 6.*

4391 *o* Caueto ne agas familiariter nimium. Nimia enim familiaritas contemptum parit. *Ambr. 1. off. c. 22.*

4392 Caueto ne sis, ne ve vllo signo ostendas alieno te animo esse à viro virtutibus ornato. Inditium enim id est, te vere bonum non esse. Nam amicabilis est vir bonus viro bono. *Prax. prud.*

p *S. Ambr. 1. off. c. 18. 22. S. Ignat p. 3. c. 1. §. 4. Arist. 4. Eth. c. 6. & l. 9. c. 3. 4.*

4393 *p* Caueto ne coram vllo, quantumuis familiari, discedas vnquam ab officijs, quæ decentiæ debentur, & honesto. Semper enim ei, coram quo agis, reuerentia quædam debetur; quatenus homo est, ad imaginem factus Dei. *Dist. 93. c. 14.*

q *Arist. 4. Eth. c. 6.*

4394 *q* Hilarem vultum exhibendum semper familiaribus esse. Amici enim animi signum est vultus hilaris. Tristis autem vultus odij suspicionem facit. *Aug. de Amic. c. 24. Ambr. 1. off. c. 22. & l. 2. c. 19.*

r *Bellar. vit. c. 33. Arist. 4. Eth. c. 6.*

4395 Si qua calamitas familiaribus accidat; iunctio in eos officia vultus tristis, & alia mœsti animi signa Nam valdè amantur hæc officia; quatenus amoris signa sunt. *Ambr. 2. off. 7.*

4396 *r* In eam curam incumbito, vt syncere

cum

cum familiaribus agas. Amicitiam enim pessum dant,& odia generant,simulationes, doli,ironiæ, adulationes,æquiuocationes,mendacia. *Dist.*46. *&* 22.*q.*5.

4397 Ne esto verbosus. Nam eris molestus;& non amaberis. *Soc.Iesu in congr.*6.

4398 *s* Suauem familiariũ consuetudinem esse oportere. Asperum enim molestumque hominem fugiunt omnes: contra vero suaues verbis,suaues moribus,amantur ab omnibus. *S.Aug.de Amic.* 24.*S.Ambr.*1.*off.c.*22.47.*&* *l.*2.*c.*7.

s *Bellar. tota vita. Arist.*4.*Eth. c.*6. *&* *l.* 8. *c.*5.

4399 Caueto ne quid in verbis sit turpe. Incides enim in odium proborum. *Basil.in Reg.breu. q.*23.*& seqq.*

4400 *t* Facilem animo, facilem moribus exhibere quemque se debere familiaribus. Est enim odibilis, qui magis grauem se exhibet, quã oportet; qui præfert scrupulos; qui ad omnes audiendos non lubens; qui ad aliorum se voluntati accommodandum non promptus; qui propensus ad contendendum. *S.Aug. de Amic. c.*24. *Ambr.* 2.*off.*7.19.

t *Arist.* 4. *Eth.c.*6.

u *Ambr.* 2. *off.*22. *Vide veracitatis præcepta Par.* 1. *à prop.* 2106. *ad pr.*2137. *Bellar. vita c.*34.

4401 Ne vt amico obsequare, aut ne contristes; agito quicquam, quod honestum non sit. Veræ enim amicitię fundamentum honestum est. *Arist.* 4.*Eth.c.*6.*&* *l.*8.*c.*8.

4402 *u* Caueto ne non verax in omnibus deprehendare. Veracitas enim, ac synceritas amorem conciliat: contra vero mendacium,& simulatio concitant odium. *Greg.d.*46.*c.*2.*&* 22.*q.*1.

*Arist.*4.*Eth. c.*7.

x *Bellar. vita c.*33.

4403 *x* Caueto à iactantia. Odibilis enim est. nam mendacij genus quoddam est. *Dist.*46.*c.*1.

*S.Ignat.p.*3. *c.*1.*§.*4.

4404 *y* Ab inuidiæ vitio caueto. Inimica enim amicitiæ inuidia. Origo detractionis,quæ pacem

y *Clau. Aq. Indust.c.*17.

z *Arist.* 4. *Eth.c.6.*
a *S.Ign.p.3. c.1.§.4.* *Arist.4.Eth. c.6.*
b *S. Ambr. 1.off.c.21.* *S.Ignat.p.3. c.1.§.4.* *S. Aug. de Amic.c.12.* 18. *Cass.l.9 c.7.* *8.et Coll.16. à c.15.*
c *Bellar.vit. c.36.* *Ambr.1.off. c.21. & l.2. c.7.*
d *Aug. de Amic.c.12.* *Ambr.2.off. 7.* *Arist.8.Eth. c.13.*
e *Bellar. in vita c.33.* *Aug. de Amic.c.12.* *Vide Chrys. tom.5. ser. de laude Dei.*

soluit. *Cass. coll.18.c.vlt.*

4405 *z* Caueto ne in familiari conuersatione sis contentiosus. Nam quisque amat sententiam suam. Oderit ergo te, si eam, contradicendo, & contendendo, impugnaueris. *Ambr. 1.off.c.22. Cassian.coll.16.c.8.Basil in Ascet.c.49.*

4406 *a* Caueto ne coram honestis viris, quales esse familiares debent, quicquam loquaris, aut agas, quod contra modestiæ virtutem sit. Valdè enim odibile est, quod contra modestiam est. Sunt autem contra modestiam, iactantia, scurrilitas; oculorum, oris, laterum, manuum, pedum, cæterorumque membrorum gestus indecori. *Dist.46. & 22.q.5.c.21.*

4407 *b* Patientem esse debere, qui se familiaribus conseruare amicum velit. Parens enim odiorum est impatientia. *8.q.1.c.2. & 23.q.1. c.2.& q.4.*

4408 *c* Oportere alteri cedere, cum honor diuinus secus esse faciendum non postulauerit. Ne contentionibus, ac odijs aditus aperiatur. *23.q.8.c.21. & seqq.*

4409 *d* Oportere dissimulare iniurias, qui se familiaribus conseruare amicum velit. Nam si te alius aduersisse iniuriam animaduerterit, esse te inimico animo cogitabit. Cauebit ergo à te vt ab inimico. *8.q.1.c.2.*

4410 *e* Oportere aliorum defectus tacere, cum aperire nō est necessarium: si te reddere alijs amabilem velis. Odibiles enim sunt detractores: seque ab illis omnes cauent. Odium etiam concitant in eos, quorum defectus aperiunt, etiam si non morales defectus illi, sed naturales sint. *Dist.44.c.6.& d.46.c.5. & 2.q.7.& 6.q.1.*

4411 *f* Curato querulus ne sis. Molestæ sunt enim querimoniæ, quatenus & aliorum defectus aperiunt, & impatientis animi signa sunt. *Dist.* 46.*c.*4.

f *Arist.* 8. *Eth.c.*13.

4412 *g* Caueto ne te de natione aliqua, vel familia, vel bono scriptore, auctoreue alio, vel Principe catholico, vel alio quouis bono viro; verbo, signoue alio ostendas te male sentire: cum id ostendere non est necessarium. Est enim inutilis ea significatio, & fons odiorum. 2.*q.*7.

g *S. Ignat. p.* 10. *&.*11. *Claud. Aqu. Indust. c.*17.

4413 *h* Caueto ne quid enuncies, quod ex se aptum sit concitare discordiam inter familiares. Inimicissimum enim est, Amicitijs hoc vitium. 2.*q.*7 *Ber. ser.*29. *in Can.*

h *Clau. Aq. Indust.c.*17.

4414 *i* Laude prosequitor quicquid laude dignum occurrerit: modo sis in laudando prudens. Officium enim Laudis amabile est maximè. Remouet quoque suspicionem inuidiæ. Sed ab adulatione cauendum, quæ decorum deturpat. *Ambr.*1.*off.c.*47.

i *Bellar. in vita c.*36.

4415 *k* Sales interdum si adhibueris, ne sunto mordaces. Vt enim in cibis, ita & in sermone, suauitas amatur, non amarities. *Ambr.*1.*off.c.*22.23.

k *Vid. Arist.* 4. *Eth.c.*8.

4416 Ne esto credulus nimium. Ne non ames eos, quos amares, si obloquentibus aures faciles non exhibuisses. *Dist.*86.*c.*23. *&* 11.*q.*3.*c.*77.

l *Aug. de Amic. c.*14.

4417 *l* Caueto à vitio temere suspicandi. Maximè enim odibile hoc vitium est, præsertim in homine familiari. 2.*q.*1.*c.*12.20.

*Basilius in Reg. breu. q.*19.

4418 *m* Caueto ne quenquam aut accuses, aut damnes, eo non prænomito, & audito. Est enim hæc maxima in amicitiam iniuria. *Dist.*86.*c.*23. *&* 2.*q.*7.*c.*16.

m *Bellar. in vita c.*31.

n *Bell. sup. c.*33.

4419 *n* Ne de amicorum vitijs cogitato, sed de

*August. de Amic. c.*24.

de virtutibus: vt illos ames. Odium enim excitant vitia: virtutes amorem. 23.q.4.

o *Cassianus coll.16.c.5.*

4420 *o* Iniurias amico illatas cõpensare oportere ijs officijs, & amoris signis, quæ fore satis arbitraris. Vt amicitiam conserues: vt caueas iterum amici ius lædere. Ita fecere omnes viri sancti postquam rediere in amicitiam cum Deo. & Deus ipse pœnas suis amicis infligit, etiam post mortem in Purgatorio; vt hoc satisfactionis genus exigat. *Ambr.1.off.c.21.*

4421 Secretorum nostri cordis manifestationem amicitias necti, & augeri. Nam cor ipsum amico exhibetur. *Aug.de Amic.c.23.*

4422 Occulta quædam, quæ vis secreta esse, neque familiarissimo detegito. Das enim tibi occasionem inimicitiæ: nam indignaberis, cum scieueris illum ea suo familiarissimo manifestasse. *Ex Exper.*

p *S.August. tom.4.l.de Amicit.c.2.*

4423 *p* Quæ sigilli secreto obsignãda tibi sunt tradita, aut per se secretum exigunt, ne detegito; nisi ei, qui Ius habeat ad resignãdum. Valdè enim odibilis est secretorum proditio. *Dist.46.c.3.* & *5.q.5 c.5.* & *Decc.tit.31.c.2.*

4424 Negato nihil, cum à familiari rogaris, etiam cum incommodo tuo: modo turpe non sit, quod petitur, & fieri à te possit. Ne in amore erga te, amici animus refrigescat. *Aug.de Amic. c.6.7. Ambr.2.off.19. Cassian.coll.16.c.5.*

4425 Esse amicorum petitiones præueniendas, etiam vota. Est enim ea vehemens illecebra redamationis. *Ambr.2.off.7.*

4426 Esse amicos opere, consilioque iuuandos. Ea enim sunt veri amoris effecta. *Alex. Pap.3.q.1.c.5. Fabian.Pap.ibid.c.6.*

4427

4427 *q* Familiares sermones esse subinde de diuinis debere. Nam in familiarium animis relinquitur stimulus ad amādum eum, quasi diuinum quendam virum, qui loquitur de diuinis. *r* Sed ij sermones modum habeant. *Dist.44.c.6.*

q *Bellar. vita c.33.*

r *Vid. modū apud Amb. 1.off.c.22.*

4428 Caueto ne vllo signo ostendas displicere tibi, quod ab amicis de tuis vitijs, agendoue aliquo moneāris: immo rogato amicos, vt moneant. Nam mirum in modum amorem in te concitabit aliorū hoc modestiæ genus. *Ita S.Car. Borr. vit.l.8.c.16.*

4429 *s* Ita putato, ad amorem prouocandum nihil posse magis, quam virtutem. Bonum enim quoddam diuinum est virtus. *S.Aug.de Amicitia c.2.tom.4. Cassian.coll.16.c.3.*

s *Arist. 8. Eth.c.3.4.*

4430 *t* Cauendum omnino esse ab ingrati animi significatione vel leuissima. Odium enim concitat ingratitudo: vt contra gratitudo amorem. *Ambr.1.off.c.31.& l.2.c.7.19.*

t *Arist. 8. Eth.c.13. Vid. Gratitudinis præcepta Par.1. à pr. 2083.*

4431 *u* Caueto ne te in aliorum familiaritatem, & amicitiam insinues ob concupiscentiam siue delectationum sensituarum, siue habendi. Nam huiusce generis amicitiæ non sunt homine dignæ, neque stabiles. *23.q.4.*

u *Aug. l. de Amicit. c.2. 3.9.28. Arist.8.Eth. c.3.4. et l.9. c.1.*

4432 *x* Amicitiarum intentio esto bonū honestum, vt accipiendæ doctrinæ, & commodorū ad hominis vitam necessariorum. Vita autem homini maximè propria diuinorum contemplatio est. *S.Aug.de Amicitia c.3.*

x *Ambr. 2. off.20. Arist.8.Eth. c.2.3.4.*

4433 *y* Conformem te, obsequentemq; exhibeto voluntatibus amicorum, quantū salua virtute fieri potest. Amicorum enim est idem velle, idem nolle. *S.Aug.de Amic.c.6.tom.4. Cassian. coll.16.c.3.9.23.*

y *S.Ign.p.8. c.1.l.8. Arist.9.Eth. c.6.*

z *S. Ignat. Cōst. Par. 3. c. 1. §. 18. & p. 8. c. 1. §. 8.*

4434 *z* Conformem te exhibeto sociorum doctrinæ, quantum salua veritate fieri potest. Solet enim doctrinæ diuersitas ad difformitatem trahere voluntatum. *Cassian. coll. 16. c. 5.*

a *S. Ign. sup.*

4435 *a* Curato, vt de rebus agendis iudicio à sociorum iudicio ne sis diuersus. Ea enim diuersitas mater solet esse discordiæ, & inimica vnionis voluntatum. *Cassian. coll. 16. c. 5. 9.*

4436 Dato locum iræ: ne quid accidat, quo amicitia rumpatur. Datur autem iræ locus; si nō resistas irato, neque velis statim atque eius ira inflammatur, ei resistere. *Ambr. 1. off. c. 21. Cass. coll. 16. c. 27.*

b *Arist. 2. Rhet. c. 3.*

4437 Iram ab alijs remoueto: ne amicitia soluatur. *b* Remouetur autem remouendo suspicionem contemptus; ex qua scilicet existit ira. Remouebis autem eam suspicionem, si dixeris te ignorante, aut irate læsisse, aut ob bonum finem. Præterea lenies iratum humili, pacatoque sermone; & agnitione, pœnitentia, deprecatione culpæ; cum in alterum peccatum est. His enim modis tollitur contemptus. *Ambr. 2. off. 7.*

c *Basilius in Ascet. c. 48.*

4438 *c* Attende tibi. Nam si te in aliorum negotia ingesseris siue re, siue verbo, cum tua non intererit; aliorum perturbabis & molitiones, & ordinem actionum. Ius ergo aliorum lædes, & materiam præbebis odiorum. *Nicol. Pap. d. 10. c. 5. & Dist. 96. c. 1. & seq. & 7. q. 1. c. 27. 28. 29. &* d *S. Ign. p. 4. c. 1. §. 4. & 9. q. 2. & 16. q. 1. & q. 7. & c. Ea quæ De statu monach. & Decc. l. 5. tit. 32. De noui operis nunt. p. 6. c. 4.*

Pro iuuādis mortuis vide nostrā Instr. 10.

4439 *d* Non esse ab officijs cessandum in sodales, in obitu, & post obitum ipsorum. Verus enim amor id exigit. *13. q. 2. c. 17.*

4440 Caueto ne videaris velle te solū agere. In-

Incurres enim in odium aliorum ob suspicionem aut contemptus, aut superbiæ. *Ex Exper.*

4441 Præstantium ex te molitionum euentū, auctores, quantum verè poteris, alios facito. Amabile enim est valdè hoc genus modestiæ. *Ex Exper.*

4442 Ad conseruandam amicitiam valere, litterarum vltrò, citroque missarum frequens commercium. Præferunt enim tecum loquentē amicum amici litteræ. Valet autem ad amicitiam præsentia. *S.Ign.p.8.c.1.§.9.*

Sectio V. De amicitia conseruanda inter ciues.

4443 e PRæcipuam Principum curam esse debere, Pacem, amicitiamque ciuiū inter se. Pace enim res paruæ crescunt: discordia etiam magnæ dilabuntur. *Trid.sess.25. de Regular.c.13. Concil. Carthag. d.90. c.1.6.7. & Decc. l.3.tit.38.& Extrau. Vices illius l.1. De Tregua, & l.2.c. Frequentes De Iudicijs, & Extr. Inter cunctas l.5. de Priuil.*

e *Arist. 5. Polit.c.4. S.Ignat.p.2. c.3. litt. D. & p.3.c.1. litt.P.et p.8. c.1.litt.D.*

4444 Caueto ne ciuibus otium fie. Parens enim rerum nouarum, ac discordiarum esse otiū solet. *S.Ign.p.3.c.1.§.6.*

4445 Curato vt in Republica vtilium operū, & bonarum artium, & disciplinarum studia efloreſcant, & vigeant. Fugabis enim otium pacis luem. *S.Ign.sup.*

4446 Curato vt ciues sint amantes Dei: Erunt enim & amantes inter se, quatenus omnes sunt amicabiles Deo. Ad amicitiam autem diuinam induces exemplo, precibus, verbo Dei, Sacramen-

mentorum frequentia. *S. Ign. p. 8. c. 1. § 8.*

4447 Curato vt probitas, ac virtus in omnibus vigeat. Virtute enim cupiditas frænatur: quæ dissidiorum fons est. *S. Ign. p. 8. c. 1. § 8.*

4448 Esse seueriores leges edendas in eos, qui alienũ ius violauerint, præsertim furto, adulterio, homicidio, cõtumelia. Fons enim est odiorum, & inimicitiarum iniuria. *Dist. 54. & 17. q. 4. c. 37. 38 & c. Artem illam De Sagittariis.*

f Arist. 5. Pol. c. 5. 6. 4449 *f* Esse seuerioribus pœnis plectendos eos, qui alienum ius violant. Cauebit enim quisque ab iniuria pœnæ timore. Erit autem pax inter ciues, si absit iniuria. *Trid. sess. 25. de Refor. c. 20. & Dist. 54. et c. In singulis regnis De statu monach. & c. Ad aures nostras De excess. Præl.*

4450 Esto grauissima, perpetuę quoque ignominiæ pœna, in eos, qui ad singulare certamen prouocauerint ciuem. Hoc enim genus criminis odiorum parens est. *Trid. sess. 25. de Refor. c. 19.*

4451 Esto grauissima, perpetuæ quoque ignominiæ pœna, in eos, qui non ad repellendam, sed ad vlciscendam iniuriam iam acceptam, occiderint, aut verberauerint. E priuatis enim vltionibus inimicitiæ produci in perpetuum solent. *Carthag. IIII. d. c. 6. c. 8.*

4452 Sunto leges, quas vocant Caualleriæ, non ex insipientis vulgi opinione, sed ex decreto Principis, & ex Equitum primariorum, ac sapiẽtum iudicio acceptæ: quibus iniustæ vulgi leges omnino abrogentur, & aboleantur. Iis enim præcidentur capita iurgiorum. vt, Si quis ad singulare certamen prouocetur, respondeto Prohiberi se lege ne id agat: esse tamen se prõptum ad omnem iniuriam repellendam, si inferatur. Si quis iniu-

iniuriam repellere non potuerit cum inferretur: non valere ad dedecus illud auferendū vllo modo priuatam, sed publicam Principis vltionem: immo maioris dedecoris incremētum facere priuatam vltionem. & aliæ leges sint huic similes primariorum Equitum decreto firmatæ. *Ex Arist. 5. Polit. c. 8.*

4453 *g* Esto cura Principis præcipua, vt si quę inimicitiæ interceſſerint inter ciues, aboleantur eius auctoritate quam citiſſimè. Magnam enim efficacitatem Principis auctoritas habet. *Trid. ſeſſ. 25. de Regular. c. 13. & Diſt. 90. & Extr. Inter cunctos De Priuil.*

g *Ariſt. 5. Polit. c. 8.*

4454 Sunto mediatores, & conciliatores diffidentium, & fideiuſſores pacis viri primarij. Ne inimicitiæ peruagentur, & vt amicitiæ ſint ſtabiles. *Ex Deff. præced.*

4455 Diuiſionis, vel diſſentionis auctores, vt peſtis, remouendi. Nam Reip. vnitatem peſſum dant. *S. Ign p. 8. c. 1. §. 5.*

4456 Esto Principis cura, vt iudicia inter diſſidentes non trahantur in longum; vtque poſt Iudicis ſententiam amicitia firmetur. Vt inimicitiæ nó ſint diuturnæ: & vt qui cauſa cadit, amico ſit animo erga victorem. *Trid. & ſacri Can. ſup. Def. 3845.*

4457 Sunto leges, quantum fieri poteſt, vt electiones, ac regimen monarchicum ſit. Quot enim capita, tot ſententiæ. Iudiciorum autem diſſentio in voluntatum diſſentionem tranſire ſolet. *Ex Ariſt. in Polit. per totum, præſertim l. 5. c. 7.*

4458 Non eſſe ſingulis concedendum, quod per magiſtratus publicè poſſit fieri. Ne occaſio ſit tumultuum, & inimicitiarū. *ff. de reg. iur. l. 137.*

h *S. Ign. p. 8. c. 1. §. 6. S. Thom. de reg. Princ. lib. 1. c. 2. & seqq.*

4459 *b* Plures eiusdem rationis, ac fine subordinatione, in eandem multitudinem Principes ne sunto. Ita enim diu stare bonum commune non poterit. *Hieron. 7. q. 1. c. 41.*

i *Bellar. in vita c. 21. et c. 24. & 26. Lud. Imp. d. 63. c. 30. Otto. d. 63. c. 33.*

4460 *i* Cauento qui multitudinem regunt, ne disidia sint inter se. Exemplum enim accipiet multitudo, vt ipsa quoque diffideat. & inimicitiæ erunt inter eos, qui vnius, & qui alterius Rectoris partes tuentur. & regiminis opera non procedent. *Trid. sess. 25. de Refor. c. 20. & Dist. 54. c. 12. & Dist. 9. c. 11. & dist. 90. c. 6. 11. & Decc. tit. 34. c. 1.*

k *S. Ign. p. 8. c. 1. §. 3. Arist. 5. Polit. c. 7. 8.*

4461 k Cauento qui multitudinem regunt, ne alter alterius iurisdictionem sibi vlurpet. Ius enim alterius læditur; & aditus ad inimicitias aperitur. *Trid. sess. 6. de Refor. c. 5. & sess. 25. de Refor. c. 3. 20. Nicol. Pap. d. 10. c. 5. Gelas. Pap. d. 54. c. 12. & d. 71. & d. 96. c. 1. 3. 4. 5. 6. & 7. q. 1. c. 27. 28. 30. 31. 39. 40. & 9. q. 2. & 23. q. 8. à c. 21. & Can. Apost. 34. & c. Dudum aduersus De decimis. & c. Ex parte De Priuileg.*

4462 Iniurias acceptas esse plurimum dissimulandas. Alioquin semper iurgaberis. Auocabunt etiam animum à consilijs melioribus lites inutiles. *Exper.*

l *Bellar. in vita c. 36.*

4463 *l* Curato ne tueri velis apud te nimium Ius decentiæ: modo ea negligentia contra commune bonum non sit. Vana enim illa cura est, & odibilis. Christiana humilitas, ac modestia amabilis valdè. Esset autem contra commune bonū si ex ea modestia Dignitatis contemptus existeret, aut iniusta detractio Iurisdictionis. *Trid. sess. 25. de Regular. c. 13. et Greg. d. 99. c. 5. & 23. q. 8. à c. 26.*

4464

4464 Poscendam esse opem ab alijs, etiam si valdè necessaria non sit, & consilia, etiam a minoribus, minusque prudentibus. Valdè enim amatur hoc officium honoris; estque inuitamentum ad amicitiam. *Trid.sess.23.de Refor.c.18.& sess.25.de Regular.c.5.Aug.d.10.c.7.& 23.q.3.*

4465 Inuitamẽtum ad mutuum amorem sunto munuscula: *m* modo non sint lege prohibita. Dona enim sunt amoris signa. *Sum.Ioh.d.2.q.2.p.6.9.1.*

m *S. Ignat. p.6.c.2.§.9.*

4466 Inuitamentum ad mutuum amorẽ sunto, humanitatis officia. Sunt enim amoris argumenta. *7.q.1.c.38.*

4467 *n* Inuitamentum ad mutuum amorem sunto visitationes: modo sint moderatæ, & graviores curas non interpellent, aut impediant. Accipit enim amor incrementum ex amici præsentia. *7.q.1.c.38.*

n *S.Ign.p.6. c.2.§.9.*

4468 *o* Curato, vt grati animi officia erga benefactores exhibeas. Ingratitudo enim est odibilis valdè. *Ambr.1.off.c.31.*

o *S.Ign.p.4. c.1.*

4469 *p* Caueto ne cuiusquam Ius lædas, non solum iustitiæ, sed neque decentiæ. Id enim est, quod amicitias soluit. *Concil.Cabilon.d.18.c.1. & Dist.99.& Decret.tit.33.c.1.15.*

p *August.de Amic.c.13. Arist.9.Eth. c.2.*

4470 Curato, vt cum negandum alicui officiũ aliquod est, beneuolus erga te potius, quam offensus ille remaneat, vel malè affectus. Difficile enim est amicitiam non solui, cum officiorum, ac beneficiorum exhibitio non est. *S.Ign.p.7.c.2. lut.H.*

4471 *q* Esto diligens, vt alterum honore prævenias. Amabilis enim est valdè ea diligentia. *7.q.1.c.38.*

q *Bellar. in vita c.36.*

r Arist. 5. Polit. c. 7. 8.

4472 r Caueto ne signo vllo ostendas velle te alijs præferri; aut esse te solum, qui sapias, aut qui solus agas pro publico bono. Ea enim significatio inuidiam concitat, & inimicitiam. Aug. de Amic. c. 13.

4473 Caueto ne signo vllo ostendas te vllum contemnere. Contemptus enim iram, & odium parit. Aug. de Amic. c. 13.

s S. Ign. ex. c. 2. §. 6.

4474 s Eandem morum rationem in omnes ciues inducendã esse, quantum fieri poterit. Parit enim amicitiam morum similitudo. Ex Exper.

4475 Caueto ne in cœtus cœnobiticos multitudinem inducas eorum, qui vitia sua non benè domuerunt. Nec enim ordinem fert, nec vnionẽ animorum. S. Ignat. p. 8. c. 1. §. 2.

Sectio VI. De Amicitia cum Exteris.

t S. Ign. par. 10. §. 11. & litt. B.

4476 t Amicitiam cum exteris iniendam, & cõseruandam esse. Vt sit pax Reip. Vt sit externum auxilium, cum opus fuerit. Vt sit facilis rectarum actionum aditus etiam in exteros. Ambr. 1. off. c. 42.

u Arist. 5. Polit. c. 8.

4477 u Caueto ne Ius gentium in exteris lædas. Publicarum enim inimicitiarum, iustorumq; bellorum occasionem præbet hoc genus iniuriæ. 23. q. 2.

x Arist. 5. Polit. c. 8.

4478 x Præcidendas esse bellorum occasiones, non consectandas. Nam turpe est bellorum occasionem præbere, si ea sint iniusta. Commodius autem est pace, quam iusto bello, publicum bonum procurare. 23. q. 2.

4479 Amicitiæ conseruandæ rationem eandẽ ferè cum exteris esse, quæ cum ciuibus est. Eiusdem

dem enim hominum naturæ sunt exteri, ac ciues ipsi. *Sup.sect.5.per totum.*

4480 Amicitiarum cum exteris conseruandarum inuitamenta esse Commercia. Consuetudo enim amorem parit. *Arist.3.& 5.Polit.*

4481 Cum exteris commercia ne sunto: si corrumpendæ religionis periculū sit. Non sunt enim amicitiæ iungendæ, cum periculum est religionis, & inimicitiæ diuinæ. *Decc.l.5.tit.6. De Iud. & Sarac.*

4482 Non esse bella componenda cum exteris, si periculum sit religioni. Potior enim est religio humanis commodis. *Ex def præced.*

4483 Pacis fœdera seruantor: si iusta sint. Turpissimum enim est ea non seruare. *Arist.5.Polit. cap.8.*

4484 Amicitiam cum exteris, mittendis legationibus conseruari, iungique. Signa enim sunt amoris vt epistolæ, ita & legati. Hoc inuitamenti genere Summi Pontifices traxere sæpè exteros ad amicitiam Christianæ religionis. *Prax.comm.*

4485 *y.* Hospitalitatis officium, præsertim à Principibus exhibendum esse. Conciliat enim hospitalitas amorem. *Dist.4.c.1.* *y Ambr. 2. off.21.*

4486 Infideles bella contra nomen Christianū gerentes, non esse ope vlla iuuandos. Esset enim genus hoc amicitiæ impium. *c. Significauit, & c. Quod olim De Iudæis, Sarac. &c. & c. Ita quorundam, & c. Ad liberandam, & c. Multa mentis Exirau, eo.tit.*

Caput Vndecimum.

De Iuſtitia.

4487 TRibuendum eſſe cuique Ius ſuũ. Vt enim iniuria corrumpit amicitiã: ita conſeruatio Iuris alieni eam ſeruat, atque conciliat. Amicitia autem potiſſimum medium eſt ad felicitatem, *a* vt ſupra dictum eſt. *Inſtit. l. 1. §. Iuris præcepta. Trid. ſeſſ. 25. de Refor. c. 20. Gelaſ. Papa d. 54. c. 12.*

a *Diſt. 7. n. 2. 7.*

4488 Obſeruandas in iure cuiuſque tuendo leges eſſe, non ſolũ diuinas, ſed humanas quoque. *b* Nam cum multa, vt ciuile dominium, ac bonorum poſſeſſio, non à naturali, diuinoque iure pendeant, ſed habeantur iure humano: ad eũ ſpectat Ius illud determinare, qui communitatis caput eſt, habetque ſupra ſubditorum bona Ius altum. Seruandum ergo eſt illud Ius eo modo, quo à Superiore legibus decretum eſt. *Trident. ſeſſ. 25. de Refor. c. 20. Nicol. Pap. l. d. 10. c. 8.*

b *Vid. Par. 1. d. 11. à n. 11.*

4489 *c* Ea, quæ de Iure naturali cenſentur, vbique, & apud omnes eſſe ſeruanda. Sunt enim neceſſaria. *Inſtit. l. 1. §. Sed naturalia.*

c *Ariſt. 5. Eth. c. 7. Molin. de Iuſt. tr. 1. d. 4.*

4490 Cum dolo agendum nunquam eſſe. Accidit enim ſemper iniuriã inferri alteri, quoties committitur dolus. *Ex Iure vtroque.*

4491 Scienti, & conſentienti, neque iniuriam, neque dolum fieri. *c. Scienti. l. 6. de reg. iur.*

4492 Quod tibi non vis, alteri ne facito. Optima enim regula ad intelligendum quid alterius ius lædat, eſt id, quo arbitraris lædi ius tuũ.

ff.lib.2.tit.2. quod quisque iuris in alterò statuerit, vt ipse eodem iure vtatur. & 2.q.1.c.13. & Decr. tit.33.c.13.

4493 Caueto ne bona, quæ ad diuinũ cultum, piaque opera spectant, vsurpes quoquo modo. Est enim hoc non solum iniustum, sed etiam impium. *Trid.sess.22.de Refor.c.11. & Dist.96.c.1.*

4494 Si quid apud te alteri debitum fuerit, restituito. Ne iniustus viuas. *S.Ign.ex.c.4.§.11*

4495 Caueto ne cuiquam sis damno. Reus enim eris damni iniustè illati. *Decr.l.6. De iniurijs, & dam.dat.*

Sectio I. De Iustitia erga Deum.

Siue

De Religione.

4496 DEberi diuinis dictis fidem summam. Deus enim neque falli potest, neque fallere ob infinitam eius sapientiam, & bonitatẽ. Quare iniuria fit Deo, nisi summa eius auctoritati fides habeatur. *Par.1.prop.1411.*

4497 Esto fides, quæ diuinis dictis exhibetur, cum pietate coniuncta. Nam nisi cum voluntatis propẽsione credideris, vt Deo præstes obsequiũ, non erit fides Christiana. Dæmones etiam illo alio modo credunt, credibilitatis euidentia conuicti. *Inst.par.1.prop.1222.*

4498 Non esse à confessione fidei recedendũ, neque si vitæ, & acerbissimarum pœnarum discrimen sit. Nam cedit in iniuriam diuinæ auctoritatis, quæuis circa diuinam veritatem dubitatio, etiam si dubitationis signa solum externa sint.

Introd. par. 1. prop. 1349.

4499 Iniuriam facere diuinæ auctoritati eum, qui scire neglexerit, quæ sciri iusserit Deus. Contemnit enim diuinam auctoritatem. *Par. 1. prop. 1345. & seqq.*

d *S. Ignat. l. exer. spir. in Reg. vt cũ eccl. sent.*

4500 *d* Omni proprio iudicio sublato, paratũ semper, promptumque animum habeto ad obediendum Ecclesiæ. Est enim Christi sponsa, & diuinæ veritatis interpres. *Par. 1. dist. 7. n. 22.*

e *S. Ign. lib. exer. De sẽt. eum orth. Eccl.*

4501 *e* Caueto ne non laudes, commendesque Ecclesiæ traditionem omnem, & decreta, & ritus. Regit enim Christus Ecclesiam. *Par. 1. supra.*

f *S. Ignat. p. 10. §. 1.*

4502 *f* Diuinæ bonitati, promissisque spem summam deberi Faciunt enim nobis spem de remissione habenda peccatorum, de æterna felicitate acquirenda, infinita bonitas Dei, quæ tota propensa est ad se communicandum; & infinita eius bonitatis communicatio facta iam humanitati Christi propter nostrã salutem, & nobis ipsis per mortem Christi Filij Dei; & infinita Dei veracitas, quæ veniam, vt par est, petentibus, gratiã, & bene agentibus vitam æternam promittit. *Basil. in Reg. br. q. 12. 13. vide par. 1. dist. 8.*

S. Car. Bor. in vita l. 8. c. 7.

g *S. Carol. Borr. in vit. l. 8. c. 7.*

4503 *g* Præcipua vis ad omne te agendum impellens esto spes in Deum. Magnam enim efficacitatem habet spes illa. Neque fefellit vnquam sperantes vt oportet. *Ecclesiasticus c. 2. n. 11.*

h *S. Ignat. l. exer. RR. 1. de discer. spir. r. 11.*

4504 *h* Iniuriam facere diuinæ bonitati, promissisque, qui diuinam gratiam aut desperat, aut sperat temerè. Nam diuinæ bonitati, ac promissis debetur spes: diuinis autem auxilijs, ac prouidentiæ, vsus debetur mediorum ad salutem à Deo statutorum, & cooperatio nostra. *Basil. in Reg. breu. q. 13.*

4505 *i* Ita in Deum sperato, vt putes nihil bo. ni esse ab vllo posse sine eius auxilio. Ipse enim est, qui operatur omnia in omnibus. *Supra def.* 4147.

i *S. Ignat.* p.10.

4506 *k* Ita in Deum sperato, vt putes nullum te à Deo auxilium habiturum, nisi ipse eius auxilijs coopereris, & adhibeas etiam humana præsidia, quantum tulerit recta ratio. Ea enim est ratio diuinæ prouidentiæ; quæ attingit à fine, vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. *Supra def.* 4147.

k *S. Ignat.* p. 10. *& lib. exer. RR.* 1. *de disc. spir.* r. 11.

4507 Diuinæ bonitati, donisque amorem summum deberi. Bonum enim nostrum summum Deus est. *Par.* 1. *prop.* 1520. *& seqq.*

4508 Iniuriam Deo facere, qui amat aliquid plus, quàm Deum. Non enim est aliquid magis amabile, quàm Deus; neque quod nobis sit magis bonum. *Par.* 1. *supra.*

4509 Diuino numini cultum deberi. Primum enim omnium principium, & summa eius sanctitas, ac perfectio, summa veneratione digna est. *S. Thom.* 2. *de reg. Princ. c.* 16.

4510 Iniuriam Deo facere, qui temporibus diuina lege, vel humana statutis cultum nō exhibet Deo. Vt si quis omitteret venerari Deum longo tempore; aut sacrificio diebus festis legitimè non impeditus non interesset. Est enim aliquando reddendum, quod alteri debetur. *Can. Apost.* 7.

4511 Iniuriam Deo facere, qui de suis bonis diuini cultus Ministris non subuenit secundum Leges. Debet enim quisque curare vt Deo cultus sit. *Trid. sess.* 25. *de Refor. c.* 12. *&* 16 *q.* 1. *c.* 65. 66. 67. *& q.* 2. *c.* 2. 3. 4. *& q.* 7. *& Decr. tit.* 30. *De Decimis & l.* 6. *eo. tit.*

l *Par. 1. d. 11. n. 199. Vid. PP. de Consec. d. 1.*

4512 *l* Deo cultum illegitimum ne exhibeto. Cedit enim in iniuriam Dei, quod contra Dei voluntatem exhibetur. Vt si quis sacrificia offerret veteris legis; aut ritibus vteretur non institutis ab Ecclesia. *Trid. sess. 22. decr. de obser. in celebr. Miss. & sess 25. de Purgat. & de sacris Imag. §. Inbas. Concil. Gangrense d. 30. & d. 93. c. 21. 22. & 2. q. 5. c. 20. & Can. Apost. 69. 70.*

4513 Iniuriam Deo facere, qui cultum Deo irreuerenter reddit. Debetur enim diuino numini reuerentia. *Trid. sess. 21. c. 8. de Refor. & sess. 22. de obser. in celebr. Miss. & sess 25. de Inuoc. Sanct. §. In bis autem, & Catem. Præsenti De Baptismo.*

m *Par. 1. d. 11. n. 195.*

4514 *m* Iniuriam Deo facere in cultu debito, qui irreuerèter agit circa personas Deo dicatas, aut sacra instrumenta. Vt si quis Clericum percuteret, aut Monialem violaret, aut Ecclesiam polluereț, aut furto vasa sacra surriperet. Debetur enim his, ac similibus reuerentia, quatenus ordinata sunt ad cultum Dei. *17. q. 4.*

n *S. Carol. Borr. vita l. 8. c. 2.*

4515 *n* Iniuriam diuinæ auctoritati facere, qui sacra Scripturæ verba ad prophana quæque conuertit, ac torquet. Vt ad scurrilia, fabulosa, vana, adulationes, detractiones; superstitiones, impias, ac diabolicas incantationes, diuinationes, sortes, libellos famosos. *Trid. sess. 4. in fin.*

4516 Caueto à deuotionibus indiscretis. Solent enim esse causa, vt quis in illusiones, & non exigui momenti errores incidat. *S. Ignat. p. 1. c. 3. §. 12.*

4517 In spiritualibus deuotionis exercitijs à dæmonis illusionibus caueto. Solet enim dæmon transfigurare se in Angelum lucis. *S. Ignat. p. 3. c. 1. §. 10.*

4518

4518 *o* Iniuriam Deo facere, qui Sacramenta cum peccati mortalis macula vel suscipit, vel administrat. Dei enim sanctitatem participant Sacramenta, quatenus diuinæ gratiæ sunt instrumenta. Debetur autem participationi diuinæ reuerentia. *Trid. sess. 13. de Euch. Sacr. c. 7. & De Consecr. dist. 2. à c. 24. & c. De homine De celebr. Miss.* o *Par. 1. d. 11. n. 195.*

4519 *p* Iniuriam Deo fieri, si res sacræ, quatenus sacræ sunt, temporali pretio commutentur. Debetur enim ea reuerentia rebus sacris, quatenus ad Deum ordinantur, vt ad auctorem gratiæ; vt æstimentur nullo temporali pretio compensabiles. *Iustin. Imp. Authb. de Sanctiss. Episc. tit. 6. Hon. 123. §. Præ omnibus. & PP. 1. q. 1. per totum, & qq. seqq. & 15. q. 2. c. 12. 13. & seq. et c. Monachi De statu Monach.* p *Par. 1. d. 11. n. 197.*

4520 *q* Ne quicquam verbis, aut factis agito, per quod de Dei perfectione te dubitare, ac de ea velle experimentū sumere significes. Id enim esset iniuste contra diuinam reuerentiam agere, ac Deum tentare. *S. Th. 2. 2. q. 97.* q *Par. 1. d. 11. n. 192.*

4521 *r* Diuinum testimonium ad falsitatem confirmandam ne assumito. Debetur enim veracitati diuinæ ea reuerentia, vt ad solam veritatem confirmandam in testimonium iurando assumatur. *S. Thom. 2. 2. q. 98.* r *Par. 1. d. 11. n. 193.*

4522 *s* Diuinum testimonium ad aliquid illicitum confirmandum ne assumito. Esset enim ac si ad falsitatem confirmandam assumeres: quia illicitum non debet fieri. *S. Thom. supra.* s *Par. 1. supra.*

4523 *t* Caueto ne fine iudicio, ne facile, ne sine consideratione iures. Exponis enim te periculo iurandi falsum. Quod maximè est contra reueren-

t *Par. 1. supra.*

uerentiã Dei. *Vid. Decr. l. 2 tit. 7. de iuram. calum.*

4524 Iuramenti leges in iudicio seruantor. Sunt enim ad reuerentiam Iuramenti. *Vid. Decr. l. 2. tit. de iur. calum.*

u *Par. 1. supra n.* 200. *Vid. PP. de Consec. d. 1. & seq. S. Ign. p. 4. c. 8. §. 2.*

4525 *u* Ne Ritus in publico Dei cultu adhibeto, quos Ecclesia non instituerit. Ad dirigendũ enim cultum publicum ratio, ac regula publica debet esse. *Trid. sess. 2. de obser. & vit. in celeb. Missæ. & sess. 25. de Purgat. Concil. Gangr. d. 30.*

x *Par. 1. supra n.* 200. *Vid. PP. de Consec. d. 1. & seqq. S. Ign. p. 4. c. 8. §. 2.*

4526 *x* Eos Ritus in cultu publico adhibeto, quos instituit Ecclesia. Ne diuino cultui facias iniuriam, cui debiti sunt Ritus ab Ecclesia instituti. *Trid. sess. 7. de sacr. can. 13. & sess. 13. de Eucb. c. 5. & sess. 22. de sacrif. Miss. cc. 4. 5. & sess. 22. de Matr. can. 11. Basil. d. 11. can. 5.*

y *Par. 1. d. 11. n.* 201.

4527 *y* Ne quid vt impetratiuum diuinorum beneficiorum assumito, quod verè impetratiuum non est. vt si Amuletũ gestes, & signa quæcunque, neque à Deo, neque ab Ecclesia instituta. Hæc enim vt diuini cultus assumuntur, cum diuini non sint. Institutæ ad impetrandum sunt à Deo preces; ab Ecclesia, ea, quæ ipsius Ecclesiæ precibus consecrantur; vt Aqua benedicta, & ei similia. *S. Th. 2. 2. q. 96.*

z *Par. 1. d. 11. n.* 205.

4528 *z* Ne cultu vllo Deum vllum agnoscito, præter vnum. Vnum enim est principium omnium, quod Deus est: cui diuinus cultus debetur. *S. Th. 2. 2. q. 94.*

a *Par. 1. supra n.* 206.

4529 *a* Ne vllum vt occultorum, quæ latent in cordibus, & futurorum liberorum cognitorem agnoscito, præter vnum Deum. Ea enim agnitionis reuerentia soli Deo debetur, qui solus corde scrutatur, & futura libera videt. *S. Th. 2. 2. q. 95. vid. 26. q. 3. 4. 5.*

4530 *b* Ad scientiam, aut ad sanctatem acquirendam, aut ad pericula vitanda, ne quid assumito, quod per nullam Dei dispositionem siue naturalem, siue supernaturalem, ad ea efficienda vim habet. Esset enim hoc contra reuerentiam, quæ diuinæ prouidentiæ debetur. 26.*q.*1. *S.Thom.* 2.2.*q.*96. b *Par.*1.*supra n.* 211.

4531 *c* Ne quid obseruato vt signa futurorũ euentuum, quæ nullo modo eorum neque naturalia, neque supernaturalia signa sunt. Esset enim etiam hoc contra reuerentiam, quæ diuinæ prouidentiæ debetur. *Hieron.*26.*q.*2. *c.*8.9. *S.Th.* 2.2.*q.*95. c *Par.*1. *ib.*

4532 *d* Caueto ne verbo, vel signo alio præferas quicquam, quod Dei perfectioni consonum non sit. Esset enim contra reuerentiam, quæ summæ perfectioni debetur. Vt si diceres Deum esse corporeum, aut humana non curare, aliam ve huiusce generis blasphemiam. *Decc. l.*5. *tit.*26. *de Maledicis*, *S.Th.*2.2.*q.*13. d *Par.*1. *d.* 7. *n.* 49. *& d.* 11. *n.*213. *S.Car. Bor. vita l.*8.*c.*2.

4533 *e* Esse vota Deo reddenda. Sunt enim promissiones factæ Deo. 17.*q.*1. *vid praxim in Decc.l.*3.*tit.*34.*De voto, & voti redemp.* e *Par.*1. *d.* 11.*n.*93.94.

4534 Caueto ne quid turpe, vanumue promittas Deo. Esset enim irreuerentia. *S.Thom.* 2.2.*q.*88.

4535 *f* Deuotionem deberi Deo, id est, promptum animum ad exequendum omnia, quæ pertinent ad seruitium Dei. Id enim & summa Dei potestas, & nostra postulat indigentia. *S.Thom.* 2.2.*q.*82. f *Par.* 1. *d.* 11.*n.*67.

4536 Cultu externo sacrorum signorum, vt Imaginum; gestuum corporis, vt genuflexionum; diuinæ laudis ore prolatæ; mortificatione carnis;

cultum

cultum deuotionis internum excitandum esse. Pendet enim à sensibus externis animus noster, vt permoueatur. *Trid. sess. 22. de sacrif. Miss. cc. 4. 5.*

g S. *Carol. Borr. vita l. 8. c. 2.*

4537 *g* Ritus colendi publicè Deum quanta maxima fieri potest, maiestate, ac reuerentia exhibendos esse. Nam & ita decet coli Deum, & ita populũ ad Dei cultũ excitari. *S. Th. 2. 2. q. 81. 82.*

4538 Sacerdotes, præsertim Episcopos, paterno quisque honore, ac reuerentia prosequitor, Sunt enim diuinorũ ministri Sacerdotes, & Episcopi Pastores. *Trid sess. 25. de Refor. c. 17. 20.*

h *Par. 1. d. 11. n. 90.*

4539 *h* Orationem deberi Deo. Per eam enim illum agnoscimus vt primum principium bonorũ omnium, à quo quodcunque bonum petendũ est. Quare hoc genus debiti negamus Deo, cum necessitas nostra vrget, vel proximorum nostrorũ, nec tamen recurrimus ad opem diuinam. *De Consecr. d. 1. c. 69. 70. c. Præsbyter De celebr. Miss.*

i *Par. 1. d. 11. n. 77.*

4540 *i* Inuocandos esse sanctos cum Christo regnantes in cœlo. Statuit enim Deus plurima bona non nisi à sanctis rogatus largiri hominibus. *Trid. sess. 25. de Inuoc sanct.*

4541 Pro bono publico publicam orationem esse debere. Exigit enim ratio primi principij, à quo est omne bonum, vt bonum publicum ab ipsa multitudine petatur à Deo. *Trid. sess. 2. Pius IIII. in bull. confir. Concil. Trid. Concil. Aurelian. de consecr. d. 3. c. 3. & c. Præsbyter De celebr. Miss. & Extrau. Discipulorum l. 3. de celebr. Miss.*

4542 Esse aliquos debere, quorum perpetuũ munus sit orare, colereque Deum nomine publico. Nam excellentem, ratumque cultum exigit diuina Maiestas. Talis autem cultus difficile potest esse, nisi ei addicantur aliqui certi, instructiq;.

Clem.

Clem. De Consecr. d.1. c.13. & c. Præsbyter De celebr. Miss. & Clement l.3. De celebr. Miss.

4543 k Esse ratum debere, certumque modũ colendi Deum nomine publico. Ita enim quilibet diuini cultus Minister sciet, quid sibi agendum sit ad colendum Deum nomine publico. Ideo Ecclesia Ritus sacros instituit pro recitandis Horis canonicis, & pro sacrificio, Sacramentisque ministrandis. *Bracar. I. d. 12. can. 4. Concil. Salegrensiæ d.76.c.3. et de Consec.d.6.à c.13.et c.Præsbyter, & seqq.de celeb. Missarum, &c.*

k *Par.1. d.11.n.85. Vid. De Consecr.d.1. & seqq.*

4544 Deberi Deo contemplationem Maiestatis, atque præstantiæ. Nam ad eam contemplationem nos condidit. *Sup.d.3.n.24.*

4545 Deberi Deo gratiarum actiones. Hanc enim compensationem exigunt beneficia. *Trid. sess.13. c.5. de Euchar. Pius IIII. in bull. confir. Concil. Trid.*

4546 Deberi Deo cultum Laudis. Hunc enim ex se cultum exigit infinita Dei perfectio, & contemplationis munus, ad quod nos condidit Deus. Quoniam id est diuina laus, contemplatio diuinarum perfectionum cum complacentia, & approbatione. *Dist.91.c.1.2. & De Consecr.d.1. à c.54. & c.Præsbyter De celebr. Missarum, &c.*

4547 l Debere Deo cultum publicum in locis sacris. Deoque dicatis tribui. Id enim exigit reuerentia, quæ nomine publico exhibetur Deo. *Trid.sess.13. c.5. de Euch. Dist.91.c.1.2. PP. de Consecr.d.1.*

l *Par.1. d.11.n.81. & d.4.n.28.*

4548 Externum cultum, qui redditur Deo, esse interna deuotione fociandum. Externi enim religionis actus ab internis actibus formam recipiunt. *Dist.92.c.1. & c. Dolentes de celeb. Miss.*

4549

m S.Carol. Borr. vita l.8.c.2.

4549 *m* Colendam esse Deiparam præstatiore cultu, quam Sanctos cæteros. Præstantior enim cultus debetur Dei parenti. *Via. Extrau. Cum præcelsa, & Graue nimis l.3. de reliq. et ven. Sanct.*

n S.Carol. Borr. vita l.8.c.2.

4550 *n* Exhibendum esse Deo cultum externum, voce, opere, gestu corporis. Quoniam quicquid sumus Dei sumus: proinde exhibere debemus Deo in cultum quicquid sumus, & quicquid habemus. Habemus autem non solum animum, sed corpus etiam, & bona externa. *Ex Trid. sess. 13. c. 5. De Euch. & sess. 25. de Regular. c. 13. & sess. 25. de delect. cib. in fin. & c. Sane De celebr. Miss.*

o Theod. & Val. Impp. l. vn. c. Nemini lic. signũ Saluat. & c. Bellar. vita c. 35. in fin. S. Car. Bor. vita l. 8. c. 2.

4551 *o* Adorandos, & colendos esse Sanctos: & eorum reliquias, & Imagines venerandas. Habent enim excellentiam veneratione dignam, quatenus diuinæ naturæ participes sunt ratione tum gratiæ, tum visionis beatæ. *Trid. sess. 25. & Dist. 30. c. 9. 10. & De Consecr. d. 3. à c. 27. & Decc. l. 3 tit. 45. & l. 6. tit. 6. De off. ordin. c. 2. in fin. & tit. de Reliq. & vener. Sanct.*

p Par. 1. d. 11. n. 111.

4552 *p* Externum sacrificij cultum soli Deo exhibendum esse. Ex externis enim cultibus nullus maior sacrificio, quo quod offertur, immutatur, in testimonium perfecti dominij, quod habetis, cui offertur, in id quod offertur. Quare sacrificium soli Deo debetur. *S. Th. 2. 2. q. 85.*

4553 Esse Deo sacrificium corporis, & sanguinis Christi secundum ritus à Christo ipso, Ecclesiaque præscriptos exhibendum. Ne tantus cultus aut verus non sit, aut illegitimus. *Vide Ritus in Missali, & De Consecr. d. 2. & Can. Apost. 3. 4.*

q S. Ign. p. 4. c. 4. §. 3. & c. 16. §. 1.

4554 *q* Esto diuino sacrificio præsens saltem diebus ab Ecclesia præscriptis. Debetur enim is

cultus

cultus Deo. *De Consecr.d.1.c.64.& seqq. & Can. Apost.9.*

4555 r Ex externis sacrificijs nullũ aliud Euangelij tempore offerendum Deo, præter sacrificiũ corporis, & sanguinis Christi. Hoc enim solum sacrificium dignum Deo, quo infinita Deo reuerentia exhibetur, quatenus per illud offertur Deo Filius ipse Dei, verus Deus. Quod figurarunt sacrificia veteris legis; & ab ipso Dei Filio est institutum; & cuius principalis offerẽs est Filius Dei. *Trid. sess.22.c. vide Miss. sacrif.*

r *Par.1.d.4.à n.29.*

4556 s Dies festos, quos Ecclesia præceperit, ab omnibus seruandos esse. Sunt enim festi dies ad vacandum cultui Deo debito. *Trid. sess.25.de Regular.c.12. & de elect.cib.in fin. & Dist.30. can.7.& de Consec.d.3.c.1.2.& à c.21.de Paschate, & Can.Apost.7. & Decc.l.2.tit.9. de Ferijs. & Clement.Si dominum De Reliquijs, &c.*

s *Leo., & Anth.Imppl.10. C.de Ferijs.*

4557 t Esse personis, templis, vestibus, vasis Deo sacris reuerẽtiam exhibendã. Habent enim ex diuino cultu sanctitatẽ. *Trid.sess.25.de Refor. c.20.& d.30.c.9.16.& dist.45.c.2.8.& d.96.c.8. & 6.q.1.& Decc.l.3.t.1.c.1.*

t *S.Carol. Borr. l.8. c.2.*

4558 u Esse munda debere, ac decentia, Templa, vasa, vestes, ac cætera, quæ in diuini cultus vsum sunt. Exigit enim hoc genus reuerentiæ distinus cultus. *Trid.sess.22.Decr.de obser.in celebr. Missæ. & c.Sane De celebr.Miss. & c.Relinqui De custodia Euch.etc.*

u *S.Carol. Borr. vita l.8.c.4.*

4559 Pollutam, immundamque habendã esse Ecclesiam, in quam humanus sanguis, aut semen effusum fuerit; & in qua Paganus sepultus, aut excommunicatus. Turpe enim genus maculæ id est, secundum moralem existimationem: quod de-

dedecet loca diuino cultui dicata. *De Consecr. d. 1. c. 19. 20. 27. 28. et Decc. l. 3. tit. 40. & l. 6. De Consecr. Eccl.*

4560 Deberi diebus sacris eam reuerentiam, vt eo tempore bella ne gerantur. *Decc. tit. 34.*

4561 Esse templa, aras, vestes, vasa, ministros ipsos diuino cultui necessarios, dicandos, consecrādosque in eum cultum. Nam hoc etiam genus reuerentiæ exigit cultus diuinus. *PP. De Consec. d. 1. et seqq. et de Consecr. d. 2. c. 29.*

x *S. Carol. Borr. vita l. 8. c. 2. 4.*

4562 x Non esse res vllas diuino cultui dicatas, prophanis vsibus addicendas. Esset enim contra diuinam reuerentiam. *Honor. et Theod. Impp. l. 5. C. de sacrosan. Eccl. et Dist. 42. cc. 4. 5. 6. 7. et 17. q. 4. et 19. q. 3. c. 4. 5. et de Consec. d. 1. à c. 38. et Can. Apost. 71. 72. et c. Semel 1, 6. de reg. iur.*

4563 Deberi rebus, personis, ac locis Deo sacris eam reuerentiam; vt eorum ius nullo modo lædatur. Est enim Ius ad ecclesiasticam spectans Hierarchiam; cui maximè hoc reuerentiæ genus debetur. *Trident. sess. 25. de Refor. c. 20. Concil. Araus. d. 87. c. 6. & 12. q. 2. per totum, & q. 2. c. 22. 24. 25. 46. 47. & seqq. & 13. q. 2. & 15. q. 6. & 17. q. 4. à c. 6. & c. Felicis l. 6. de Pœnis. & Clement. l. 5 eo. tit.*

4564 Deberi Vasis sacris eam reuerentiam vt diligenter custodiantur; vt non tangantur ab omnibus. Vt excitentur homines ad reuerentiam in sacra mysteria. *23. dist. c. 25. 26. 30. 31. 32. & De Consecr. d. 1. c. 41. 42. & Decc. l. 3. tit. 44.*

4565 Deberi vestimentis sacris eam reuerentiam, vt non sit eorum vlus omnium, neque omni in loco. Vt excitemur ad reuerenda sacra mysteria. *23. d. c. 27. 28. et de Consecr. d. 1. à c. 38.*

4566 Deberi verbo Dei eam reuerentiam, vt non à quolibet publicè prædicetur. Non enim omnes apti sunt ad prædicandum verbum Dei. *23.d. Can.29.*

4567 *y* Deberi locis sacris eam reuerentiam; vt non nisi sacrę in eis actiones peragantur. Loca enim sacra ad vsus sacros instituta sunt. *Dist.42. cc.4.5.6.7.et Decc.l.3.tit.44.et 49.*

y Basil. in Ascet. c.40.

4568 *z* Deberi locis sacris eam reuerentiam, vt in illis impij ad sepulturam non admittantur. Non enim decet. *13.q.2.à c.16. De consecr. d.1. c.27.28. et Decc.l.3.tit.40. et c. Decet domum. l.6. de Immun.Eccl.*

z Gratian. Valentin. et Theo.Impp. l.2. C.de sacrosc.Eccl.

De Ecclesiastica Hierarchia.

4569 ELigendum esse caput visibile Religionis veræ vnum, summũque, Vicarium Christi, successorem Petri, Romanum Põtificem. Hoc enim Christi institutio, & Ecclesiastica traditio iubet; & ratio ipsa docet: ne sint homines incerti cuius sententiam, sectamve sequi debeãt vt regulam credendorum, & agendorum. *Iustin. Imp.l.vlt.C.de Sum.Trin. & fide Cath.S.Reddentes bonorem. et Constant.Imp.d.96.c.14.et c.Licet De elect.*

4570 *a* Esse ratos, certosque debere ritus dedicationis, & consecrationis: quos Romanus Pontifex decreuerit, aut probauerit. Ne vagemur in ritibus; & vt simus certi eos veros esse; quippe à Romano Pontifice, qui in proponendis credẽdis, agẽdisque, nõ potest errare. *Trid.sess.22.de sacrif. Miss.cc.4.5.et sess.23.de Sacr.Ord.can.5.vid.Dist. 23.à can.7.et Dist.38.c.2.14.et Dist.64.65.66.67.*

a Vide De Consec.d.1. & seqq. & Can.Apost. et Decc.l.3. tit. 40. De Consecr.

68. et d. 75. et d. 76. c. 12. et d. 77. et tit. 15. de sacra unctione.

b S. Carol. Borr. vita l. 8. c. 11.

4571 Esse Ministros Religionis plures debere. Multa enim diuini cultus munera, & multus populus Christianus multitudinem requirit Ministrorum. *Trident. sess. 21. de Refor. c. 4. et sess. 23. de Sacr. Ord. c. 2. Greg. d 89. c. 1. 7.*

c S. Ign. ex. c. 1. §. 3. & par. 4. c. 11. §. 3. & p. 6. c. 3. §. 7.

4572 Religionis Ministros non esse debere plures, quàm est necessarium. Ne sint otiosi: ne vilescant: ne nō commodè à suis Rectoribus regi possint, ob idque degenerent. *Trident. sess. 21. de Reform. c. 2. et sess. 23. c. 16. Clem. Pap. d. 23. c. 4. Zosimus Pap. d. 59. c. 2.*

d Basil. in Ascet. c. 7. S. Car. Bor. vita l. 5. c. 4. et l. 8. c. 11. Exēplo sint Patres Basil. Nazian. Martinus, Aug. Greg. alij, et Præsbyteri Societatis Iesu, et Clerici Regulares, & omnes Claustrales.

4573 *b* Cauere Ecclesiæ Ministros debere ab immoderato affectu in consanguineos. Corrumpere enim solet is affectus curam diuini cultus, & animarum. *Exper.*

4574 *c* Cauere debere Ministros Religionis à cupiditate, curaque temporalium. Tractant enim diuina, quæ totum hominem requirūt ob oneris magnitudinē; & curas prophanas non admittunt, ob sanctitatem. *Trid. sess. 21. de Refor. c. 9. et sess. 22. de obser. in sacrif. Miss. & sess. 25. de Regular. c. 2. VII. Syn. d. 18. can. 7. 8. Isid. d. 23. c. 3. Dist. 46. et 47. & d. 55. c. 1. & d. 77. c. 9. & Conc. Chalcedon. d. 86. c. 26. & d. 88. & d. 91. & 11. q. 1. c. 29. 30. et 13. q. 2. c. 12. & 14. q. 4. & 21. q. 3. & Can. Apost. c. 6. & Decc. l. 3. tit. 50. Ne cler. vel mon.*

S. Ign. p. 4. Proœ. tit. A. e Trid. sess. 6. de Refor. c. 1. S. Car. vita l. 5. c. 4.

4575 *d* Iis, qui Religionis Ministri futuri sunt, cœnobiticam vitam congruam esse; à consanguineorum, & sæcularium omnium societate remotam. Non enim videtur alia ratione fieri posse, vt *e* à curis temporalium abstineant; & vt à cupiditate caueant carnis, ac pecuniæ; & vt in pietate,

quæ

quæ Christi Ministros decet, adolescant; & vt in eruditione, actioneque proficiant, quam ecclesiastica ministeria requirunt. Vt tales sint, quales esse decet Christi Ministros, à quibus Christiani populi eruditio, & sanctitas pendet. Posset autem cœnobitica vita suauiter in Clerum induci: si decerneretur, ne vllus in posterum in Clerum cooptari possit, qui cœnobiticè non viuat; *f* vtque omnia beneficia, quæ in posterum vacabunt, in Clericorum cœnobia veniant. Eorum autem cœnobiorũ onus sit, Ministros, qui deinceps creabuntur, suis sumptibus alere, etiam in Parœcijs, locisque alijs, ad quos illos contigerit mitti. *Iuxta Trid. sess. 23. de Reform. c. 18. & sess. 25. de Regularibus. Isid. d. 23. c. 3. Alex. II. d. 32. c. 6. & 12. q. 1. per totum, et de Consec. d. 5. c. 34. Greg. VII. c. Quoniam De vita, et honest. cler.*

4576 *g* Curandum esse omni diligentia, vt Ecclesiæ Ministri liberi à vitijs, ac sancti sint. Tractant enim sancta; & Magistri, ducesq; sunt aliorum, quibus præire debent exemplo, *h* & oratores sunt ad Deum, cui grati esse debẽt, vt facilius exaudiantur. Pietate igitur excolendi sunt à suis Rectoribus ij, quibus Ecclesiæ ministeria committenda sunt. *Trid. sess. 2. et sess. 6. de Refor. c. 1. et sess. 14. de Refor. in Procem. et sess. 21. c. 6. et sess. 22. decr. de obser. in celeb. Miss. et sess. 23. c. 3. et sess. 24. c. 1. et sess. 25. de Refor. c. 1. 14. Concil. Carthag. IIII. d. 23. c. 2. et Isid. ibid. c. 3. et Dist. 40. per totum. et d. 46. c. 3. et seq. et d. 49. 81. et 1. q. 1. à c. 91.*

4577 Episcopos in Ecclesia creandos esse, primarios Ministros, principes Ministrorũ aliorum, *i* Apostolorum successores. Est enim Ecclesia per totum terrarum orbem diffusa. Nõ potest

f *Vid. simile in Trid. sess. 23. de Reform. c. 18. Et apud S. Ignat. Loy. ex. c. 1. §. 4. Et in vita S. Car. l. 5. c. 4.*

g *Ambr. 1. off. c. 50. Greg. 1. Pastoral. c. 10. 11. et p. 2. c. 2. S. Thom. in Add. q. 36. a. 1. S. Ign. p. 1. c. 2. §. 8.*

h *Alex. Papa 1. q. 1. c. 91. Gelas. ibid. c. 92.*

i *Vrban. II. d. 38. c. 6.*

autem vnus Romanus Episcopus præsens esse omnibus in Prouincijs ad Præsbyteros creandos, alioſque Miniſtros Religioni neceſſarios; & ad conſecranda ea, quæ ſacris miniſterijs ſunt opus, & ad prædicandum verbum Dei, Clerumque inſtruendum. Creantur ergo apoſtolica traditione plures Epiſcopi: quorum ea munera ſunt. *Pontif. Rom. de Epiſc. conſecr. Trid. ſeſſ. 23. de Sacr. Ord. c. 4. & can. 7. 8. & Can. Apoſt. 1.*

4578 Minores Sacerdotes, Præsbyteroſque in Eccleſia creandos eſſe, ad Sacrificium peragendũ corporis, & ſanguinis Chriſti; & ad adminiſtrandum populo Sacramenta, & verbum Dei. Hominum enim multitudini non poſſunt ſoli Epiſcopi ſatis eſſe. *Pontificale Rom. de ordin. Præsb. Trid. ſeſſ 23. de Sacr. Ord. can. 1. & ſeſſ. 24. c. 12. Canones d. 23. à c. 8. & Dist. 95. c. 1. § 6. et Can. Apoſt 2.*

4579 Ordinandos eſſe in Eccleſia Diaconos ad miniſtrandum ad altare, ad baptizandum, & ad prædicandum. Non enim debet Sacerdos Sacrificiũ peragere ſine Miniſtro & par eſt ei adiutorem exhiberi ad prædicandum, ac baptizandũ; cum non poteſt ea munera ſolus obire. *Pontif. Rom. de ordin. Diac. Trid. ſeſſ. 23. de Sacr. Ord. c. 2. & ſeſſ. 24. c. 12. de Refor. & 93. dist. c. 6. 11. 12. 13. 17. 18. 19. 21. 23. & Can. Apoſt. 2.*

4580 Ordinãdos eſſe in Eccleſia Subdiaconos Diaconorum Miniſtros. Subdiaconorũ enim eſt, aquam ad miniſterium altaris præparare; pallas altaris, & corporalia abluere; Calicem, & patenam in vſum Sacrificij exhibere; oblationum, quę adducuntur à populo, curam habere. Quæ non poſſunt à ſolis Diaconis fieri curis alijs maioribus occupatis. & ad Maieſtatẽ ſacrificij facit Dia-

cono Subdiaconum ministrare. *Pontif. Rom. de ordin. Subdiac. Trid. supr. Carthag IIII. d. 23. c. 15.*

4581 Debere in Ecclesiastica Hierarchia minores Ministros esse. Nam ratio ipsa postulat vt minora à minoribus ministrentur: & vt minorum Ministrorum habeant adiumenta maioribus ministerijs occupati: & vt hoc varietatis ornamentum sit in Ministris sacrorum. *Trid. supra. & 1. dist. à can. 16.*

4582 Ordinari Acolitos debere. Acolitorum autem munus est, Ceroferarium ferre, luminaria Ecclesiæ accendere, vinum, & aquam ad Eucharistiam ministrare. *Pontif. Rom. de ordin. Acol. Trid sup. & 1. dist. c. 16.*

4583 Ordinari Exorcistas debere. Exorcistarum autem munus est, Abijcere dæmones; & dicere populo, vt, qui non communicat, det locum; & aquam in ministerio fundere. *Pontif. Rom. in ordin. Exorcist. Trid. sup. Carthag. IIII. d. 23. c. 17.*

4584 Ordinari Lectores debere. Lectoris autem munus est, Legere ea, quæ prædicat; & lectiones cantare; & benedicere panem, & omnes fructus nouos. *Pontif. Rom. de ordin. Lector. Trid. sup. Carthag. IIII. d. 23. c. 8.*

4585 Ordinari Ostiarios debere. Ostiarij autem munus est; Percutere cymbalum, & campanam; aperire Ecclesiam, & Sacrarium; & librum aperire ei, qui prædicat. *Pontif. Rom. de ordin. Ostiar. Trid. sup. Carthag. IIII. d. 23. c. 9.*

4586 Segregari debere à Laicis, & capillorũ tonsura, habituque clericali signari eos, qui in Ministros Religionis assumendi, diuinoque seruitio in Ecclesiastica Hierarchia sunt mancipandi. Quoniam æquum est à sæcularibus curis ab-

stinere, dignoscique eos, qui se præparant ad ministerium sacrorum. *Pontif. Rom. de Clerico faciendo. Trid. sup. & de Refor. c. 6.*

4587 Religionis Ministris, cum ordinantur, addicunturque sacris ministerijs, ministeriorum instrumenta tradenda esse, vtendumque in ipsa traditione certa forma verborum, qua vti solet Ecclesia. Est enim Ordo Sacramentum. Omne autem Sacramentum certam habet materiam, & certam formam. *Trid. sess. 23. de Sacr. Ord. c. 3. vid. Dist. 23. à can. 7.*

4588 Nullum esse per saltum ordinandum, id est, Non esse quenquam ordinandum Sacerdotem, ante, quam Diaconus fuerit ordinatus; nec Diaconum ante Subdiaconatum; & ita de cæteris. Vt purior, & instructior ad superiorem ordinem accedat; eiusque ad altiora ministeria aptitudinem experiare. *Trid. sess. 23. de Refor. c. 14. Tolet. 4. d. 51. c. 5. & Alex. II. d. 52. c. 1. & d. 59. c. 1. 3. 4. & d. 60. 61. 77. & c. Tua litteræ De cler. per saltum prom.*

4589 Non esse quenquam pluribus simul ordinibus, præsertim maioribus, initiandum. Vt magis quisque probetur, aptiorque ad superiorem ordinem reddatur. *Trid. sess. 23. de Refor. c. 11. 13. & Tit. de tempor. ordinat.*

4590 Non esse quenquam ordine vllo initiandum, qui plurimo tempore probatus non fuerit rectæ conuersationis exemplo. Nam Ecclesiæ Ministri prælucere debent alijs exemplo vitæ. *24. d. cc. 2. 4. & d. 28. c. 4. Syric. d. 31. c. 1. & d. 32. c. 12. & d. 33. c. 6. & d. 46. c. 7. 8. & d. 48. & d. 50. c. 59. & d. 51. c. 5. & d. 53. c. 1. & d. 54. c. 23. & d. 55. c. 1. & d. 59. c. 1. & d. 61. 77.*

4591 k Sacri altaris Miniſtros eſſe caſtos debere. Decet enim hoc genus reuerentiæ tam ſacrum Myſterium. *Diſt.28.& d.31.& 32.& 33.& 34.c.8.& 77.c.6.& d.81.82.& d.84.c.3.4.5. c.Vt clericorum De vit.& hon.cler.& tit. De cohabit.cleric.& tit. De clericis coniug.*

k *Ambr. I. off.c.50.*

4592 Non eſſe quenquam Subdiaconum ordinandum, quin ſaltem implicitè, ſolenniter voueat caſtitatem; ſperans Deo auctore ſe continere poſſe. Non enim decet Sacroſancto Myſterio addicere, quem non ſperas perpetuo caſtum futurum. *Trid.ſeſſ.23.de Refor.c.13. Martinus Pap.d.27.c.1.& d.28.per totum. Syric.d.31.c.1. Leo Pap.d.32.c.1.*

4593 Non eſſe quenquam ordine vllo initiandum, qui tantum non habeat doctrinæ, ac eruditionis, quantum requiritur ad illum ordinē exercendum. Turpe enim eſt, ac noxium, in ſacra Hierarchia eſſe quenquam doctrina imparem ei gradui, in quo ab Eccleſia locatur. *Trid ſeſſ.7.cc.10. 11.12.13.& ſeſſ.14 de Refor.cc.2.3.& ſeſſ.21.c.6.& ſeſſ.23.cc.3.11.13.& d.36.c.1.2. Gloſſ. ibid.& d.38.c.3.& ſeqq.*

4594 l Non eſſe quēquam creandum Epiſcopum, qui tantum doctrinæ non habeat, quantum ſatis eſt ad dignoſcendum errores Religioni cōtrarios, & ad prædicandum Verbum Dei, & ad clerum inſtruendum. Eſſe enim debet quiſque par doctrina muneribus ſuis. *Trid. de Reform. ſeſſ.5.c.2.& ſeſſ.7.c.1.& ſeſſ.22.c.2.& ſeſſ.24.c.1. Concil.Carthag.VIII.d.23.c.2. Cōcil.Laodic.d.24. c.4.& VII. Syn.d.38.c.6.& Concil.Laodic.d.61. c.6. Petrus 8.q.1.c.12.& c.Inter cætera De off.iud. ord.& Extr.Ad cuiuslibet l.3.de præb.& dign.*

l *Bellar. in vita c.21. Greg. Paſt. p.1.c.1.*

m *Greg. Pastoral. p. 1. c. 1.* *Vide supra deff. 3662. 3663. 3664.*

4595 *m* Non esse quenquam Præsbyterum ordinandum, nisi tantum habuerit doctrinæ, quãtum satis sit ad populum docendum ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem; & ad Sacramenta administrandum. Munus enim Sacerdotis est esse mediatorem inter homines, & Deum. Huic autem muneri satisfacere non potest, qui nesciat homines conciliare cum Deo. Vt autem quis in gratiam redeat cum Deo, necessarij ei sunt actus Fidei, Spei, Charitatis, contritionis; & susceptio Sacramentorum necessariorum. Munus autem in his homines instruendi Sacerdotis est. *Pontif. Rom. de ordin. confer. in Rubr. Trid. sess. 23. de Refor. c. 14. & d. 36. c. 1. 2. 3. Gloss. ibid. & d. 38 c. 5. & d. 51. c. 5.*

n *S. Ign. p. 6. c. 3. §. 2.*

4596 *n* Eos, qui in Ecclesiastica Hierarchia, sunt, esse frequentiores debere in Sacramẽto Eucharistiæ suscipiẽdo, quam cæteri Christiani sint. Ipsi enim Ministri sunt in sacrosancto Mysterio conficiendo. *Pontif. Rom. supra. Trid. sess. 23. de Refor. cc. 11. 13. 14. 18. & sess. 25. de Regul. c. 10. & Can. Apost. 8.*

o *Extrau. Antiquę De vot. etc. S. Ignat. ex. c. 2. §. 4. 6. et Par. 1. c. 3.* *Vide supra deff. 3662. 3663. 3664.*

4597 Non esse ad sacros ordines promouendos eos, quos sacri Canones propter defectum aliquem irregulares esse decernunt. Tales sunt Illegitimi, furiosi, amentes, serui, insigni corporis vitio deformes, aut manci, bigami, infames, &c. Indecorũ enim videtur hos sacrosancti Mysterij ministros esse. *Pontif. Rom. de ord. cõfer. in Rubr.* De Illegitimis. *Trid. sess. 7. de Refor. c. 1. et sess. 24. c. 1. & 5 6. Dist. et Tit. 17. De filijs Præsb. ord. et l. 6. eo. tit. 11.* De alteri obligatis, vt pœnitentiæ, vt Curiæ, vt o matrimonio. *d. 34. c. 10. d. 50. c. 59. 60. 68. et d. 51. c. 1. 2. 3. 5. et d. 53. c. 1. et d. 54. c. 3. 7. 21.*

& d.55.c.1.2.3. et d.61.c.3.et d.77.c.8. et 6.q.1. c.17.et tit.19. De obligatis ad ratioc. De *p* Illiteratis.*d* 34.c.10.*et d.*36.c.1.*d.*50.*c.*59.*et d.*51.*c.*5. *et d.*55.*c.*1.3.*et d.*77.*c.*8. De Bigamis. *Dist.*26.*et d.*33.*c.*1.2. *et* 34.*c.*9.10.11.12.*et seqq. et d.*50.*c.*8. 55.56.59. *et d.*51.*c.*5.*et d.*55.*c.*1.2. *et d.*77.*c.*8. *&* 6.*q.*1. *et* 28.*q.*3. *et Can. Apost.* 16. 17. *et tit.*21. *de Bigamis non ordin. et lib.* 6. *tit.*12. *de Bigamis.*

p *S.Ignat. Par.*1.*c.*3. §.13.

De *q* Infamibus. *d.*33.*c.*2. *et d.*50.*c.*55.56.58.59. 66.68. *et d.*51.*c.*1.5.*et d.*55.*c.*1.2.3. *et d.*61.*c.*3. *et d.*77.*c.*8. *et* 6.*q.*1. *et* 15.*q.*8. *et Can. Apost.*60. De Furiosis. *d.*33.*c.*2.*et* 6.*q.*1. De *r* Amentibus. *d.*33.*c.*5. *et* 6.*q.*1. De Energumenis. *d.*33.*c.*2.3. 4.5.*et Can. Apost.*78. De Epilepticis. 7.*q.*2.*c.*1. 2. *et c.Cum inter* 21. *de elect.* De *s* corpore vitiatis. *Dist.*33.*c.*2.*d* 34.*c.*10.*et d.*36.*c.*1.*d.*50.*c.*59. *et d.*51.*c.*5.*et d.*55.*c.*1.3.13.*et d.*77.*c.*8. *et* 6.*q.*1.*et Can. Apost.*78.*et Tit.*20. *De corpore vitiatis ordin. et c. Præsbyterum De Clerico ægrot.* Eunuchi à se ipsis. *d.*55.*à c.*4. *et Can. Apost.*21. De non probatis tempore conuenienti.*d.*50.*c.*59.*et d.*51. *c.*5.*et d.*55.*c.*1. De Neophytis. *Dist.*48.*c.*1.*d.*51. *c.*5. *& d.*61.*c.*9. *& Can. Apost.*79. De Militiæ aliquando addictis. *d.*50.*c.*61.*et d.*51.*c.*1.2.4.5.*et d.*53.*c.*1. De non habentibus ætatem.*d.*51.*c.*5. De *t* Seruis. *d.*54. *& d.*55. *c.*1. *et Can. Apost.*81. *et c.vt filij De filijs Præsb.ordin. et Tit.*18.*de seruis non ordin.*

q *S.Ign. ex.* c.2.*et Par.*1. c.3.§.3.4.*et litt.D.*

r *S.Ign. ex.* c.2.§.5. *& Par.*1.*c.*3. §.7.

s *S.Ign.p.*1. *c.*3.§.15. *A medicis, aut casu vitiatus, nō est irregularis. d.*55.*à c.*10.

t *S.Ign. ex.* c.2.§.6.

4598 Non esse ad sacros ordines promouendos eos, quos sacri Canones propter delictū aliquod irregulares esse decernunt. Ii sunt Hæretici, & ipsorum credentes, fautores, defensores, filij, nepotes; qui bis baptismum suscipit; qui excōmunicatus maiori excommunicatione ordinem

su-

suscipit; qui exercet actum ordinis, quem non habet; qui excommunicatus maiori celebrat; qui occidit, aut mutilat; alijque nonnulli. Debetur enim quibusdam delictis hoc genus pœnæ. *Pontif. Rom de ord. confer. in Rubr.* De Simoniacis. *d. 33. c. 2. et d. 51. c. 5. et 1. q. 1. et seqq. et 8. q. 3. c. 1. et Decc. l. 5. tit. 3. De Simonia.* De Seditionarijs, Vsurarijs, Iniuriarum suarum vltoribus. *Dist. 46. c. 8. et d. 47.*

u S. *Ign. ex.* *c. 4. 5.* De *u* Homicidis. *Trid. sess. 14. de Refor.* *c. 2. §. 2. &* *c. 7. Ioannes VIII. d. 50 c. 4. Nicol. Pap. ibid. c. 5.* *Par. 1. c. 3.* *Martinus Pap. ibid. c. 8. Concil Ilerd d. 50. c. 36.* *§. 4. et lit. C.* *Vrbanus II. d. 50. c. 37. Nicol. Pap ibid. c. 39. &* *Vide c. Epi* *c. Præsbyterum De homicidio volunt. & cas. &* *scopus l. 6.* *cc. seqq. et tit. seq. De cler. pugn. in duel. & tit. 25.* *Ne cler. vel* *De cler. percussore. et c. ex litteris De excess. Prælat.* *mon. & tit.* De Rebaptizatis. *Carthag. V. d. 50. c. 65. & d. 51.* *De Homici-* *c. 5. & 1. q. 7. c. 10 & de Consecr. d. 4. c. 117. et seqq.* *dio, et Cle-* De Apostatis à Religione. *d. 50. c. 69 et c. Consul-* *ment de Ho-* *tationi De Apostatis, etc.* De ijs, qui sæua exer- *micidio l. 5.* cuerunt. *d. 51. c. 2.* De ijs, qui concubinas, aut fornicarias habuerunt. *d. 51. c. 5. et Can. Apost. 17.* De Ambitu honores quærentibus. *d. 51. c. 5.*

x S. *Ignat.* De *x* Hæreticis. *1. q. 1. c. 112. & q. 7. c. 1. & l. 6. de* *Par. 1 c. 3.* *Hæret. c. 2 §. 3.* De Baptizatis ab Hæreticis. *1. q. 7.* *§. 3. et lit. B.* *c. 10.* De Excommunicatis ministrantibus Sacramenta. *9. q. 1.* aut ordines suscipientibus. *c. Cum illorum de sent. excomm.* De ijs, qui Matrimonium incestuosum contraxerunt. *Can. Apost. 18.* De Excommunicatis, Suspensis, Interdictis, qui celebrant diuina. *c. Vt Clericorum De vita et honest. Cler. et c. Clerici, et seqq. de Cler excom. & c. ministrante. et c. Veniens, et seqq. l. 5. tit. 30. De eo, qui furtiuè, &c. et c. Tanta est De excess. Prælat. et c. Ii, qui lib. 6. de sent. excomm. et c. Ii, cui ibidem.*

De

De ijs, qui non ordinati ad ordinum ministeria se ingerunt. *Decc.l.5.tit.28. De Cler.non ord.min.* De sodomitis. *c.Clerici. De excess.Prael.*

4599 Iniuriam magnam facere sacris ordinibus, qui eos aliqua censura irretitus, vel irregularitate prohibitus vel suscipit, vel administrat, contra sactorum Canonum dispositionem. Debetur enim sacris ordinibus reuerentia, & obedientia Canonibus sacris. *9.q.1.*

4600 Seruantor in ordinibus conferendis, reliquisque Sacramentis administrandis ritus, legesque, quas Ecclesia præscribit. Habet enim Ecclesia ad ea præscribenda auctoritatem. qui ergo secus ageret, contra Ecclesiæ obedientiam ageret, & contra diuini cultus reuerentiam. *Vide Romanum Pontificale, et Missale, et Rituale, et sacros Canones de Consec.per totum. Trid.sess.23.de Sacr. Ord.can.5. et sess.24.de Reform.c.7. et Dist.23. & Tolet.IIII.d.5.c.5.et Tit. De Temporibus ordinat. et Tit. De scrutinio in ord.et Tit. De ordin.ab Epis. qui renunc. et Tit.14.de æt.qualit. &c. et Tit.16. De Sacram.non iterandis. et lib.6. tit.9. De temp. ordin.*

4601 y Non esse ad sacra ministeria admittendos, nisi notos, atque probatos. Ne quis fortè ministret indignus. *Tit.22. De Clericis peregrinis.* y S. Ign. *in exa. et Par. 1.c.2.*

4602 Ad Ecclesiarum cathedralium regimen nullus assumitor; qui ætate matura non sit. Magna enim ad alios regendum prudentia opus est: quæ non est in iuuenibus. *Trid.sess.7. de Refor. c.1.& d.77.78.*

4603 Ad Ecclesiarum Cathedralium regimen nullus assumitor, qui morum grauitate, ac sanctitate non polleat. Magister enim est morum

Trid.

Trid. sess. 7. de Refor. c. 1. & sess. 22. c. 2. & sess. 24. c. 1. Carthag. IIII d. 23. c. 2. Hier. d. 25. c. 6. & Greg. & Hier. d. 49. & Extr. Ad cuiuslibet l. 3. de præb. & dign.

4604 Ab Ecclesiæ Cathedralis regimine nullus deponitor: nisi causa grauissima sit. Intercedit enim inter Pastores, & eorum Ecclesias spirituale coniugium. *7. q. 1. vid. Tit. De Renunciatione.*

4605 Non esse quenquam initiãdum inuitum. Periculum enim est in ministerijs sacris negligentiæ. *Dist. 74. c. 1. 2. 7. 8. 9. & 25. q. 2. c. 23. & c. Quæris à nobis De æt. qualit. &c.*

z *Vid. Decc. l. 6. tit. 9 De temp. ordin. &c.*

4606 z Non esse quenquam vllo ordine initiandum, aut animarum curæ præficiendum, nisi probatum, & examinatum ab Episcopo. a Ministros enim vitæ probitate, & doctrina ornatos exigunt Hierarchica ministeria. *Trid. sess. 23. de Refor. cc. 3. 4. 5. 7. 8. 10. 12. & sess. 24 c. 18. 19. Carthag. III. d. 24. c. 2. Concil. Laodic. d. 24. c. 4. 5. Toiet. IIII. d. 51. c. 5. & d. 55. c. 1. & d. 98. & 1. q. 1. c. 119. & Decc. l. 6. tit. 9.*

a *S. Ignat. Par. 1. c. 2. à §. 5. et p. 5. c. 2.*

4607 Non esse quamquã sacris ordinibus initiandum, qui ætate maturus iuxta sacros Canones, & vitæ probitate dignus non sit. Sancta enim â maturis, sanctisque ministris tractanda sunt. *Trid. sess. 23. de Reform. c. 12. & sess. 24. c. 12. Ibid. d. 23. c. 3. Toiet. IIII. d. 51. c. 5. & d. 55. c. 1. & Dist. 77. 78. & 1. q. 1. c. 119. 120. & 8. q. 1. c. 12. & 25. q. 2. c. 24. & c. Cum in cunctis De elect. & c. Nullus l. 6. De tempor. ordin.*

4608 Certo loco addicendos esse Ministros Ecclesiæ, & adscribendos, vbi muneribus fungatur suis. Non enim decet sacros Ministros incer-

tis

tis tedibus vagari. *Trid.sess.23.de R.for.c.16.& sess.24.c.12. Vrban.*II.*d.*70.*c.*2. *&* *d.*71.72. *Greg.* 1.*q.*1.*c.*122.*et* 7.*q.*1.*&* 21.*q.*1.*et Can.Apost.*14.15.

4609 Decere sanctorum ordinum à Diaconatu ad Ostiariatum functiones, non nisi per constitutos in eis ordinibus exerceri. Ita enim melius Ecclesiasticæ Hierarchiæ decor, & diuini sacrificij Maiestas apparet, & ordo hierarchicus. *Trid. sess.23.de Refor.c.*17. *&* *sess.*24.*c.*12.

4610 Debere diuina officia à sacrorum Ministris per se, non per substitutos obiri. Ipsos enim eis officijs addixit Ecclesia. *Trid sess.*24.*de Refor. c.*12.*vid.Decc.l.*3.*tit.*4. *De cler. non resid.*

4611 Non esse diuersa officia eidem Ministro imponenda. Vt quisque possit suo muneri satisfacere. Vt sit in Hierarchia Ecclesiastica decor, & ordo *Greg d* 89.*c.*1.7.*et* 21.*q.*1. *Alex.*III.*c.Prouideas De off.vicar. Decc.l.*3.*tit.*5. *De Præbendis, & dignit.l.*6 *de consuetudine c.*1. *&* *de off.ordin.c.*3. *et Extr. Execrabilis Le præb.*

4612 Non esse, nisi dignis, & habilibus Dignitates, & Ecclesiastica beneficia, præsertim curam animarum habentia, conferenda. Turpe enim Ecclesiasticis censibus indignos ali. Ecclesiæ noxiũ, inhabiles ministros esse sacrorum. *Trid. sess.*7. *c.*3.*de Refor. & sess.*22. *c.*4. *&* *sess.*24. *c.*1.12. *&* *sess.*25.*de Regular.c.*7.*&* *de Refor. c.*7.9.15. *Pius* IIII. *in bull. Romanum Pontificem, &c. Clem. Pap.d.*23.*c.*4.*&* 24 *d.cc.*2.4.*&* *d.*50.*&* *Leo d.*61. *c.*5.*&* *d.*81.*et Orig.*16. *q.*7.*c.*9.*et c. Cum in cunctis De elect.etc. Nihil est* 44.*eo.tit. et Tit.*14. *de Aet.te, qualit.etc.et Graue nimis De Prebendis, ac dign. et c. Inter dilectos De excess. Prælat.et c. Licet canon de elect. l.*6. *et c. Nemo eo.tit. et Clement. l.*1.*tit.*6.

De

De ætate etc. et Exte. Pig solicitudinis l. 3. de Præb.

4613 Esse indignos Ministros deponendos. Ne Christiana Resp. detrimentum patiatur. & quia turpe est indignos sacris ministrare. *Dist. 50. et d. 81. c. 5. 6. et seq. et d. 82. c. 2. 3. et 1. q. 1. c. 3. 7. 8. et seq. vid. Canones Apostolorum. & Tit. de elect. et l. 6. tit. 10. De æt. et qualit. etc.*

4614 Esse clericis à negotiatione, & ab omni negotiationis specie abstinendum. Tractant enim diuina. *Concil. Chalced. d. 86. c. 26. & d. 88. & 14. q. 4. et c. Clerici officia, et c. Ex litteris De vit. & bon. cleric.*

4615 Non videri congruum rerum Ecclesiasticarum procurationem sæcularibus committi. Ne periculum fraudis sit. *Dist. 89. c. 5. 6. & 10. q. 1. & c. Ex ratione 2. de Aetate, qualit. & c.*

b *Basil. in Ascet. c. 37.*

4616 *b* Licere Clericis, modo sacris ministerijs non desint, labore manuum, aliove licito artificio, sibi victum comparare. Honestum enim negotium est cura vitæ. *Dist. 91.*

4617 Non decere Clericos militare. Ministri enim sunt Christi. *23. q. 8.*

4618 Non decere Clericos iudicium sanguinis exercere. Tractant enim Christi Sacramenta. *23. q. 8. à c. 29.*

c *S. Ign. lib. exerc. Reg. 7. de distr. elem.*

4619 *c* Non licere bona Ecclesiæ in alios vsus impendere, quam in necessarium victum Ministrorum, & in diuinum cultum, & in pauperum alimenta. Is enim est bonorum Ecclesiæ finis, ad quem Ecclesiæ data sunt. *Trid. sess. 25. de R. for. c. 1. 8. 16. Hier. d. 37. c. 5. Ambros. d. 86. c. 16. & 1. q. 2. c. 6. 7. 8. 9. Concil. Martini Rap. 10. q. 2. c. 7. Concil. Antioch. 12. q. 1. c. 23. 24. & seq. & q. 2. d. c. 26. & Can. Apostol. 4.*

4620

4620 Non esse vllum diuino ministerio adiscri bendum, qui (nisi paupertatem in aliqua ex Religionibus approbatis profiteatur) non tantum ex beneficijs Ecclesiasticis, vel ex patrimonio possideat, quantum ad vitam sustentandam verè sit satis. Dedecet enim Ecclesiæ Ministrum sordido quæstu victum sibi comparare & in damnũ cedit animarum sacros operarios à diuinorum ministerio, victum quæritando, impediri. *Trid.sess.21. de Refor.c.2. & sess.25. de Refor.c.9. & sess.24. c.13.15.& sess.25.de Regular.c.3. Pius V.in Bull. Romanus Pontifex, an.1568. vid.12.q.1.per totum.& c.Non liceat De Præbendis, & Dignit. & c.Episcopus, eo.tit.& c.Cum secundum eo.tit.*

4621 Beneficium Ecclesiasticum non posse licitè sine institutione canonica obtineri. *Bonif. VIII.l.6.de reg.iur.*

4622 Irreprehensibiles Episcopos esse debere, ac viros perfectos. Duces enim sunt, ac perfectores aliorum. *Trident sess.2.et sess.24 de Refor. c.1.& sess.25.de Refor.c.1 & 6 1.dist.c.2.et Extr. Ad cuiuslibet l.3.de præb.et dign.*

4623 *d* Seminaria instituì oportere Clericorum ad Ministros instruendos Ecclesiasticis tum moribus, tum doctrinis. Difficile enim fieri potest, vt sint Ministri, quales esse oportet: nisi commodè viuant, & à turbis, curisque sæcularibus remoti, qui se præparant ad sacra ministeria peragenda. *Trid.sess.23.de Refor.c.18 & 12.q.1.c.1. et seqq.*

d *S.Ign.p.4. Proœ.lit.A. et c.3. lit.B. Id sunt Collegia Scholasticorũ Soc. Iesu.*

4624 *e* Necessariũ omnino esse concupiscentiæ, cupiditatisque impedimenta remouere ab ijs, qui diuino seruitio mancipantur, aut ad sacra ministeria designantur, & instituuntur. Omnino enim

e *S.Ign.ex. c.1. §.3. et c.6. §.8. et c.7 §.1.*

enim Ecclesiæ Ministri boni non erunt, si secus fiat. Maximè autem valent ad ea impedimenta remouenda Castitatis, Paupertatis, Obedientiæ vota: votum quoque, aut iuramentum non ambiendi. *Trid. sess. 25. de Regular. c. 1. 2. 3. l sid. d. 23. c. 3. Alex. II. d. 32. can. 6. Dist. 46. et 47. et d. 55. c. 1. Concil. Chalcedon. d. 86. c. 26. et d. 88. et 12. q. 1. et 14. q. 4. et c. Multa sunt Ne clerici, vel mon.*

f Multa ad religiosã disciplinã spectantia vid. in Clement. Exiui de Paradiso de verb. signif. & c. Exÿt q seminat. et Extrau. Quorãdam eo. tit.

De Regularibus.

4625 *f* REgulares conuentus, domosque instituere Summi Pontificis potestatem esse. Ipse enim summus Rector est cultus, qui Deo ab Ecclesia exhibetur. *Decc. lib. 6. De relig. dom.*

g S. Ignat. Loy. ex. c. 1. §. 12. et c. 4. et c. 7. §. 6. et p. 5. c. 2.

4626 *g* Probandos esse illos, qui Religionis votis diuino seruitio in Monasterijs mancipantur. Vt ne propositum vnquam mutent: vt diuino seruitio præparentur: vt experiare an seruitio tam sancto habiles sint. *Trid. sess. 25. de Regular. c. 15. et d. 54. c. 23. et 17. q. 2. et 19. q. 3. c. 6. et 20. q. 1. à c. 10.*

h Basilius in Reg. breu. q. 85. S. Ignat. ex. c. 4. §. 1. et seqq. et p. 3. c. 1. §. 7. et litt. F. G. et §. 25. et p. 6. c. 2. §. 11.

4627 Non esse quicquam ab ijs, qui ad Religionem accedunt, exigendum. nisi sponte oblatum, vt necessitatibus Monasterij occurratur; & sine pacto. *1. q. 2. c. 2. 3. 4. et c. Monachi De statu monach.*

4628 *h* Religiosis claustralibus esse nihil proprium debere. Vt toti sint in exhibendo cultum Deo. *Trid. sess. 25. de Regular. c. 2. et 18. q. 2. c. 25. et c. Ioannes frater De Regularibus et c. Monachi De statu mon et c. Super quodam eo. tit. et c. Cum ad monasterium Ibid. Vide c. Exÿt qui seminat*

l. 6.

l.6. De verb.sign.et Extr. Ad conditorem De verb. signif.

4629 Regulares, Deique seruitio mancipatos rerum proprietatem habere in communi non illicitum. Habuerunt enim Apostoli ius vtendi, & donandi, & acquirendi. *Extr. Cum inter nonnullos et Iura quorundam De verb.sign. Trid.sess.25. de Regular.c.3.*

4630 Esse Monasteriorum illa bona, quæ ad Monachos spectant. *19.q.3.c.7.8.*

4631 *i* Religiosæ Paupertatis statuta, vt propugnacula religiosæ perfectionis tuetor. Solent enim ea multis modis ab hoste humani generis impugnari. *Basil.in Ascet.c.8.* *i S.Ign.p.6. c.2. §.1. & p.10.§.5.*

4632 Dei cultui mancipare se volētes nē prohibeto. Facis enim iniuriam & hominibus, & Deo ipsi. *19.q.3.c.vlt.*

4633 *k* Renunciationem bonorum ab ijs, qui mundum deserunt, esse pauperibus faciēdam: nisi quid alijs ex iustitia debeatur. Vt syncerè sit ob Deum, & sine spe recuperandi. *Basil.in Ascet.c.9.* *k S.Ign.ex. c.1.§.4.*

4634 *l* Esse regularibus cupiditatis & radices, & occasiones præcidendas. Vt propensius in Dei seruitium, & amorem sint toti. *Basil.in Ascet.c.8. seqq. et p.6.* *l S.Ign.ex. c.4. §.1. & c.2.*

4635 Esse diligentissimè curandum, vt nulla sit Regularibus ab exteris perturbatio. Requirit enim diuinos cultus quietam vitam. *Clement. Religiosi l.5.tit.7. de Priuil.*

4636 Ab humana, & politica ratione agendi Regulares cauento. Est enim aliena à Christi consilijs, ac religiosæ vitæ perfectione, quam Regulares profitentur. Cauendum in primis ne humanis rationibus, quasi adminiculis ad suos fines consequendos vtantur; neue intercessiones, fauores,

machinationes, aliaque media non religiosa, adhibeant ad commoda propria. *Societ. lesa in 6. Congr.*

4637 Monachorum vitam esse debere & à
m S. Ignat. p.6.c.3.§.7. *m* sæcularibus, & à clericalibus etiam curis remotam. Solitudinem enim eorum institutum requirit. *16.q.1. Decc. l.3.tit.50. Ne cler. vel mon. et Clement. Ne in agro De stat. mon.*

4638 Licere Clericis ad monasticam vitam transire. *19.q.1.2.*

n S. Ign. ex. c.4.§.2.6.7. 4639 *n* Ab immoderato in consanguineos affectu & Clericus, & Regularis quisque caueto. Impedit enim ille affectus diuinum & seruitium, &
o S. Ignat. p.8.c.1.§.8. amorem. *Basil. in Ascet. c.9.*

p S. Basil. in Ascet. c.10. 4640 *o* Decere Cœnobitarum habitum eundē omnium eiusdem ordinis esse. Vt sit charitas inter
S. Ign. Loy. exam. c.1. §.12. et c.4. à §.9. & §. 43. & p.3. c.1. litt. T. et p.5.c.1. ipsos maior, quò magis inter se similes sunt: & vt externi ædificentur. *c. Deus, qui De vit. & hon. cleric. & Clement. Ne in agro l.3. De stat. mon. & Extr. Quorundam De verb. sign.*

q S. Ign. p.4. c.3.§.4. 4641 *p* Esse nouitijs tempus dandum post ingressum ad Religionem: quo tempore Religionem probent, & ipsi probentur. Magnam enim id vitæ institutum considerationem exigit. *Decc. lib.3.tit.31. de Regular. Trid. sess.25. de Regular. c.15.*

r S. Basil. in Ascet. c.10. 11.12. 4642 *q* Esse tempus certum debere, quo elapso probationis finis sit; nec liceat à religiosæ vitæ
S. Ign. par.1. c.3.§.15. et litt. K. & p. 10.§.7. instituto recedere. Vt sit & Religioni, & bono proposito firmitas. *Decc. sup. & l.6. De Regular. & Clement. Eos qui De Regular. Trident. sess.25. de Regular. c.16.*

Arist. 7. Polit. c.13. 4643 *r* Non omnem ætatem, nec omnem hominum conditionem, & naturam aptam esse religiosæ

giolæ professioni. Sacrum enim est id institutum, & arduum; & à vulgaribus institutis valde differens. *Decc. supra. & tit. 32. De conuers. coniug. & l. 6. de Regular. c. 1. & Trid. sess. 25. de Regul. c. 15.*

4644 *s* Esto Catalogus qualitatum, quas habere debent, qui ad religiosum institutum sunt admittendi. Vt secundum illum apti, ineptique discerni possint. *Vide Extrau. Antiquæ De voto, etc.*

4645 *t* Ad religiosam professionem ne admittito, nisi spontaneos. Est enim religiosum iugum arduum, licet suaue. *c. Nullus vndeatur De Regul. & Trident. sess 25. de Regular. c. 17. 18.*

4646 *u* In Regularibus ad vitam cœnobiticã admittendis, seruato quisque ritus, legesque suæ Religionis. Non enim est à maiorum statutis discedendum. *Praxis communis.*

4647 *x* Quod quisque vitæ regularis institutum primum inierit, in eo maneto. Debet enim quisque in vocatione manere, ad quã vocatus est. *Decc. sup. tit. 31. vide Clement. Vt professus l. 3. tit. 9. & Extr. Viam ambitiosæ l. 3. De Regular. transf. & Trid. sess. 25. de Regular. c. 19.*

4648 Ad strictiorem vitam transitum negandum non esse: si tale propositum appareat diuinitus inspirari. Non enim decet diuinæ inspirationi ponere impedimentum. *c. Li. et quibusdam De Regular. & c. & Extrau. Viam ambitiosæ l. 3. De Regular. transf.*

4649 *y* Esse monachis cœnobiticè viuendum, ac remotis à sæcularibus. Conuersatio enim cum viris Deo dicatis, vtilis; periculosa cum sæcularibus. *c. Monachi De Statu mon. et Decc. l. 3. tit. 37. De Cappellis monach. & c. Periculoso l. 6. de Statu Regul. et Clement. Ne in agro De Stat. mon.*

s Vide in Cõst. S. Ign. Par. 1. c. 2. et p. 5. c. 2.

t S. Ign. p. 1. c. 4. §. 3. & p. 3. c. 1. litt. T.

u S. Ign. p. 1. c. 6. et litt. T. et p. 5. c. 3.

x S. Basil. in Ascet. c. 36. S. Ignat. ex. c. 2. §. 3. 6. et c. 4. §. 42. et c. 6. §. 5. 6. 7. et p. 1. c. 3. §. 5. & litt. E. Vide Basil. in Ascetica c. 14.

y S. Basil. in Ascet. c. 32. 39. S. Ignat. ex. c. 4. §. 6. & p. 3. c. 1. §. 2.

4650 z Ne sunto sine socio, si esse extra Cænobium contingerit Regularibus. Ad cautelam, & ad spiritus solatium. c. Quod Dei De statu mon.

4651 a Cauendam esse Regularibus omnibus sæcularitatem, & aulicismum. Deflectent enim paulatim ad secularia, si non secundum suum institutum cum Principibus, & alijs secularibus familiariter agant. Soc. Iesu Congr. 5. can. 12. 13.

4652 b Probationis tempore quisque nouitius qui sit religiosorum votorum finis, quæ ratio, cōsiderato. Vt videat quid agat; vt inspiciat quo sua agenda sit relaturus; vt firmas iaciat in vocatione radices. Basil. in Ascet. c. 10.

4653 c Probationis tempore quisque nouitius ineundæ Religionis institutum, legesq; cōsideret. Vt quæ sibi in tota vita sint agēda videat; ad eaq; se præparet, ac firmet. Basil. in Ascet. c. 10.

4654 d Victus rationem in Regularibus esse eandem in omnibus debere; ac vt pauperibus accommodatam. Eiusdem enim omnes sunt instituti; & paupertatem euangelicam omnes profitentur. c. Cum ad monasterium De statu monach.

4655 e In Regularium victu debilium rationem habendam esse. Nam licet à paupertatis ratione discedendum non sit: alio tamen modo, quā sani, tractandi debiles sunt, ac infirmi. c. Cum ad monasterium De statu monach.

4656 Angelicam Regularibus puritatem imitandam esse, corporis, ac mentis munditia. Vt voto satisfaciant. Vt diuinæ familiaritati sint apti. S. Ign. p. 6. c. 1. §. 1.

4657 f Obedientiæ in Regularibus exercitiū, & experientiam, esse, quantum fieri commodè potest, continuam debere. Est enim maximū vitæ regu-

z S. Ign. p. 3. c. 1. §. 3. & p. 4. c. 4. §. 6. & p. 6. c. 2. littera F. §. Quod ad numerum.

a Vid. Claudium Aqu. Indust. c. 15.

b S. Ign. ex. c. 1. §. 13.

c S. Ign. ib.

d S. Basil. in Ascetica c. 22. S. Ignat. ex. c. 4. §. 26.

e S. Bonau. de sex. alis Seraph. c. 4. S. Ign. p. 6. c. 2. litt. M.

f S. Ign. ex. c. 4. à §. 29.

regularis bonũ obedientia; virtutes cęteras menti inserens, insertasque custodiens. Ideo cauendum, quantum patitur maius Dei seruitium, ne sint loca, aut officia, exercitiaque perpetua. *c. Cum ad monasterium De statu monach. et Extrau. Ad nostrum l. 3. De Regular.*

4658 Ad Clericorum Religionem ingrediendum ea impedimenta esse debere, quæ ad ineundum statum clericalem. Non debet ergo quisquã in eam Religionem admitti, qui impedimentum habeat canonicum ne Clericus esse possit. *S. Ign. ex. c. 2. & p. 1. c. 3.*

4659 Inepti religioso instituto, ne admittũtor. Accidet enim detrimentum Religioni. *S. Ign. p. 1. c. 1. litt. C. & p. 5. c. 2. & p. 10 §. 7.*

4660 *g* Inhabiles religioso instituto ante professionem eijciuntor. Ne detrimentum Religio patiatur. *Trid. sess. 25. de Refor. c. 16.*

4661 *b* In Regularibus dimittendis, & eijciendis, sacrorum canonum, & propriæ Religionis statuta seruantor. Ne non legitima dimissio, eiectioque sit. *Vide Constit. Regul.*

4662 *i* Si Regulares incorrigibiles fuerint, expelluntor. Ne alios corrumpant, neue locum occupent bonorum. *c. Relatũ est Ne cler. vel mon.*

4663 Silentij studium esse in Regularibus debere. Vt linguam discant cohibere. Vt sęcularium verborum obliuiscantur. *Basil. in Ascet. c. 13. & in Reg. br. q. 208.*

4664 *k* Mortificationis, & omnium virtutum, & paupertatis in primis exercitationem in Regularibus esse debere. Sunt enim in statu, scholaque perfectionis acquirendæ. *Basil. in Ascet. c. 8. 16.*

4665 Statis temporibus Religionis vota re-

g *S. Ign. ex. c. 6. §. 8. & littera A. & c. 7. §. 1. 2. et p. 2. c. 1. §. 1. et p. 10. §. 7.*

h *S. Ign. p. 2. per totum.*

i *S. Ign. p. 2. c. 1. §. 1. & litt. A. et C. S. Basil. in Ascet. c. 47.*

k *S. Ign. ex. c. 4. §. 27. 28. 29. & seqq. & p. 6. c. 2.*

nouato. Valet enim ad deuotionis augmentum, & ad excitandam, qua Deo obstringeris, obligationis memoriam, & ad maiorem in tua vocatione confirmationem. *S. Ign. p. 4. c. 4. §. 5.*

De Sacramentis.

4666 ESto prima cuique diligẽtia, vt Ecclesiæ Sacramẽta suscipiat. Nã per Sacramenta (quamuis non omnia singulis necessaria) omnis vera iustitia vel incipit, vel cæpta augetur, vel amissa reparatur. *Trid. sess. 7. in princ.*

4667 Esto cautus, vt Sacramenta ritè, dignèq; suscipias. Sanctissima enim ea sunt, & instrumenta diuinæ gratiæ. *Trid. sess. 7. de Sacram. can. 5. 6. 7. 8.*

4668 Habeto Minister dum Sacramenta conficit, & confert, intentionem saltem faciendi, quod facit Ecclesia. Necessaria enim est ea intentio, vt sint Sacramenta. *Trid. supra can. 11.*

4669 Receptis vtitor, & approbatis Ecclesiæ Catholicæ ritibus, in solenni Sacramentorũ administratione adhiberi consuetis. Nam ij nec cõtẽni, nec sine peccato à Ministris pro libito omitti, aut in nouos alios per quemcunque Ecclesiarũ Pastorem mutari possunt. *Trid sup. can. 13.*

4670 Caueto ne non ea materia, eaque forma in Sacramentis conferendis vtare, quam recipit Ecclesia. Est enim de Sacramentorum essentia tum materia, tum forma illa, quam Christus statuit, & per Ecclesiam manifestat. *Can. Apost. 48. & c. Si quis puerum De Baptismo, & eius eff. & c. Hi vt eo. tit. Vid. de Consecr. d. 1. & seq. & Florent. ac Trid. de Sacram.*

4671

4671 Caueto ne iterum vel suscipias, vel eidē conferas ea Sacramenta, quæ imprimunt characterem, vt est Baptismus, Confirmatio, & Ordo. Esset enim sacrilegium, quatenus fieret eis Sacramentis iniuria, quasi efficacia non sint. *Can. Apost. 67. & c. Licet Græcos De bapt. & eius eff.*

4672 Caueto ne ea Sacramenta conferas, ad quæ conferenda non est tibi potestas. Nihil enim conferres. *c. Quanto De consuetudine. & Trid. sess.7. de Sacr. can.* 10.

4673 Caueto ne Sacramenta suscipias à Ministris non legitimis, aut prohibitis. Esset enim sacrilegium. *c. Vestra duxit De cohab. cleric. & cc. seqq.*

4674 Ne conferto Sacramentum vllum ei, qui baptizatus non sit. Non enim est capax aliorum Sacramentorum. *c. Si quis Præsbyter, & seqq. de Præsb. non bapt.*

4675 Esto diligens infirmus, vt ante omnia de Sacramentis cogitet, quæ medicina sunt animorum. Sæpè enim ob infirmitatem animi morbi accidunt corporis. *c. Cum infirmitas De Pœnit. & remiss.*

1 *De Baptismo.*

1 *De Baptismi Ritibus vid. Rituale. & Clem. Præseti l.3. tit.*15.

4676 PVerorum Baptismum differendum nō esse. Ne æternæ salutis periculum incurratur. *Greg. Dist.5.can.3. Aug.* 15.*q.*1.*c.*3. *& de Consecr. d.*4.*c.*7.138.139. *& seqq. & c. Maiores De Bapt. & eius eff. & Clement. Fidei De Sum. Trin §.*3. *& Trid. sess.*7. *de Bapt. c.* 12.13.

4677 Sunto, quantum fieri potest, præmia ijs, qui ex infidelitate ad Baptismum veniunt. Ita enim plurimi pellicientur ad fidem, & ad salutē.

Dist. 54. can. 15. 16. 17. 18.

4678 Validum esse Baptismum à quocunque, etiam ab hæretico acceptum. Si adhibita fuerit vera forma, & materia, & intentio ministrantis. *24. q. 1. c. 40. & de consecr. d. 4. Trid. sess. 7. de Bapt. can. 4.*

4679 Ecclesiæ Ritus consulito pro Baptismo. Sunt enim sanctissimi, ac tanto Sacramento congruētes. *Vid. de Consecr. d. 4. & Can. Apost. 48. 49.*

4680 Posse Baptismum martyrio suppleri: cū Baptismi suscipiendi occasio non habetur; & necessarium est pro fidei confessione mortem oppetere antequam Baptismus suscipiatur. *De Consecr. d 4. c. 34.*

4681 Pœnitentiam agito de prioribus peccatis adultus ante quam baptizetur. Debet enim esse pœnitentiæ dispositio ad gratiam recipiendam. *De Consecr. d. 4. à c. 95.*

4682 Caueto ne iterum baptizes eum, qui verum Baptisma susceperit aliquando. Iniuriam enim faceres tanto Sacramento, quasi efficax non sit. *Can. Apost. 46. Trid sess. 7. de Bapt. c. 11. 13.*

4683 Baptizandum sub conditione illum esse, de cuius Baptismo dubium sit. Ne periculū subeat salutis. *c. De quibus De bapt. & eius eff.*

4684 Inuitos ne baptizato. Nam omnino inuitis neque gratia datur, neque character baptismalis. *c. Maiores §. Item quæritur De Bapt. & eius eff.*

4685 Ministrum Baptismi esse à baptizato distinctum debere. Alius enim est, qui gignit; alius, qui gignitur. *c. Debitum De bapt. & eius eff.*

4686 Curato vt post Baptismum legem obseruet Dei, & Ecclesiæ præcepta. Amittitur enim

per

per quodcũque mortale peccatum gratia in Baptismo suscepta. *Trid.sess.7.de Bapt.c.6.7.8.*

4687 Posse cogi ad Christianam legem profitendum etiam eos, qui paruuli Baptismum susceperè. Nam verè ciues sunt Ecclesiæ: & ipsi per Ecclesiam seruaturos se Christianam legem polliciti sunt. *Trid.sess.7.de Bapt.c.14.*

De Confirmationis Sacramento.

4688 CVrato vt Confirmationis Sacramento ne careas. Verum enim Sacramentum est, & infundit prudentiam, constantiamque christianam. *De Consecr.d.5.c.Quanto. De Consuetudine. Trid.sess.7.de Confir.Sacr.*

4689 Ne quis alius Confirmationis Sacramẽtum conferto, præter Episcopum. Solus enim Episcopus sanctæ Confirmationis ordinarius minister est. *Trid.sess.7.de Confir.Sacr.c.3.*

De Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.

4690 AD Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum percipiendum ne accedito absque magna reuerentia, & sanctitate. *m* Qui enim accedit indignè, reus fit corporis, & sanguinis Domini. Quare qui mortalis peccati sibi cõscius est, quantumuis sibi cõtritus videatur, absq; præmissa sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere non debet. *Trid.sess.13.de Euch.Sacram.c.7. & can.10. Greg. Dist.6. can.1. Alex.V.de Consecr.d.2.c.8.24.25.26.*

m 1. *Cor.* 10. *S. Th. 3. p. q.80. a.4.5.*

4691 Sanctissimum Eucharistiæ Sacramẽtũ percipito quisque fidelium annis singulis saltem

in

in Paschate; cum ad discretionis annos peruenerit. Hoc enim est Ecclesiæ matris præceptum. *Trid. sess. 13. can. 9. de Eucbar. & c. Omnis vtriusq; De Pœnit. & remiss.*

4692 A Sacerdote laicus communionem accipito. Nam semper in Ecclesia Dei mos fuit, vt laici à Sacerdotibus communionem acciperent; Sacerdotes autem celebrantes se ipsos communicarent. *Trid. sess. 13. de Euch. Sacr. c. 8.*

4693 Viaticum omnibus in morte positis non esse negandum. Est enim pignus vitæ æternæ. *Concil. Agath d. 50. c. 63. & d. 86. c. 24. & 2. q. 1. c. 7. & 26. q. 7. & de Consecr. d. 2. c. 93. & c. Super eo l. 6. de Hæret.*

4694 Communionem ab hæreticis accipere non licere. *24. q. 1. c. 41. 42.*

4695 Missam nemo celebrato, aut Eucharistiã sumito, nisi ieiunus. Debetur enim Christi corpori ea reuerentia, nisi cum in morte positis viaticum sumendum est. *De Consecr. d. 1. c. 49. 50. & d. 2. c. 54.*

n *S. Ign. ex. c. 4. §. 25. et p. 4. c. 4. §. 3.*

4696 *n* Eucharistiæ frequentem vsum & vtilem, & laudabilem esse. Est enim tantum Sacramentum animæ cibus, ac medicina, æternæque felicitatis pignus. *De Consecr. d. 2. à c. 14. & c. 56. & Trid sess. 13. de Euch. Sacr. c. 2.*

4697 Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentũ Latriæ cultu venerator. Est enim in eo præsens Christus verus Deus. *Trid. sess. 13. de Euch. Sacr. c. 3.*

4698 Ecclesiæ consuetudinem retineto, asseruandi in sacrario Sanctam Eucharistiam. Vt esse posit eius vsus & pro infirmis promptus; & pro

o *S. Th. 3. p. q. 80. a. 1. 2.* consolatione fidelium. *Trid. sup. c. 6.*

4699 *o* Cum Sacramentaliter non potes, Eucha-

charistiam sumito spiritualiter. Nam voto panē cæleſtem edens; fide viua, quæ per dilectionem operatur, fructum eius, & vtilitatem senties. *Trid.sup.c.8. et sess.22.de sacrif. Miſ.c.6.*

4700 Solum conficientes sub vtraque specie communicanto. Nam valdè rationabile est præceptum Ecclesiæ, vt qui non conficit, sub altera tantum panis specie communicet. Et vero sub altera tantum specie totus, atque integer Christus, verumque Sacramentum sumitur. *Trid. sess.21.de Comm.sub vtr.spec.S.Tb.3.p.q.80.a.12.*

4701 Non licere Sacerdoti conficienti, alterā tantum materiam, vt panem solum, aut solum vinum consecrare. Nam Missæ sacrificium repræsentatiuum est mortis Christi: quæ sanguinis effusione contigit. Repræsentatur autem ea effusio, quatenus vi verborum, quibus panis consecratur, solum corpus venit, non sanguis, nisi per concomitantiam; & vi verborum, quibus vinum consecratur, tantum sanguis venit, non etiam corpus, nisi per concomitantiam. Vt ergo sanguinis à corpore separatio repræsentetur, est vtraque species consecranda. est proinde vtraque species à conficiente sumenda; vt integrum sacrificium cōsumetur, quatenus cruenti sacrificij repræsentatiuum. *S.Tb.3.p.q.80.a.12.*

4702 Eucharistiæ Minister, peccatoribus manifestis, ante pœnitentiam; pueris ante vsum rationis; amentibus, qui nunquam in vsu rationis fuerunt, aut nunquam hoc Sacramentum petierunt; furiosis, & ijs infirmis, à quibus expulsio Sacramenti probabiliter timetur; venerabile hoc Sacramentum ne ministrato. Esset enim contra tanti Sacramenti reuerentiā. *S.Tb.3.p.q.80.a.6.9.*

De Pœnitentiæ Sacramento.

4703 Esse omnia, & singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita diligenti præmeditatione habeatur, etiam occulta, Sacerdoti legitimo confitenda. Id enim necessarium est ad remissionem peccatorum, iure diuino. *Trid. sess. 14. de Pœnit. Sacr. c. 5. & can. 6. & sess. 7. de Bapt. c. 10.*

4704 Pœnitentiæ Sacramentum sine peccatorum contritione ne suscipito. Ad integritatem enim eius Sacramenti, peccatorum contritio ex Dei institutione requiritur. & Peccati venia, nisi correcto, non datur. *Trid. sess. 14. de Pœnit. Sacr. c. 3. & c. Peccati venia l. 6. de reg. iur.*

4705 Esse saltem semel in anno ad Pœnitentiæ Sacramentum ab omnibus, & singulis, cum ad annos discretionis peruenerint, accedendum. Iubet enim hoc Ecclesia, vt diuinum de Sacramentali confessione præceptum impleatur. *Trid. supra c. 5. & c. Omnis vtriusque De Pœn. & remis.*

4706 Nullus Sacerdos à peccato mortali absoluito pœnitẽtem vllum sine ordinaria, vel subp *Trid. sess. 14. de Sacr. Pœnit. c. 6. & can. 9.* delegata ad absoluendum potestate. p Verum enim in Sacramẽto Confessionis iudicium exercetur. Exerceri autem actus iudicij non potest sine legitima iurisdictione. *Trid. supra c. 7. & sess. 23. de Refor. c. 15. & 26. q. 6. & c. Ne pro dilatione De Pœnit. & remis.*

4707 Debere Sacerdotes, quantum spiritus, & prudentia suggesserit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate, conuenientes pro peccatis satisfactiones iniungere. Nam si peccatis con-

conniueant, & indulgentius cum pœnitentibus agant, leuissima quædam opera pro grauissimis delictis iniungendo, periculum est ne alienorum peccatorum participes efficiantur. *Trid. supra c.8.et De Pœnit.d.6.c.1.Vid.Can.Pœnit.et c.Deus qui De Pœnit.et remiss.*

4708 Non esse pœnitentiam, & reconciliationem vlli morienti denegandam. Esset enim impium. *26.q.6.et Clement.Cum secundum De Pœnit.et remiss.*

4709 Pœnitentiæ imponendæ iudicium, ac modus esto. Turpe enim est imprudenter satisfactiones imponere. *25.q.7.et de Pœnit.d.5.et de cõsecr.d.3.c.17.vid.Decc.l.5.tit.De Pœnit.et remiss.*

4710 Sine proposito non peccandi, veram pœnitentiam non esse. *De Pœnit.d.3.*

4711 In Pœnitentiæ Sacramento Minister ne esto, qui doctus, prudensque non fueris. Exercendum enim tibi est iudicium in animas. *De Pœnit. d.6.*

4712 A peccato reuertentes ne reijcito. Deus enim omnes pœnitentes recipit. *Can.Apost.51. et c.Super eo l.6 de Hæret.*

4713 De peccatis in cõfessione auditis secreti esto sigillum inuiolabile. Magis enim Ecclesiæ interest vsus Sacramenti confessionis, quã quoduis aliud malum, quod ex eo cõfessarij silentio sequi potest. Præterea confessarius peccata in confessione audita nouit, non vt homo, sed vt locum Dei tenens. Quare non ad ipsum, sed ad Deum spectat ea reuelatio. *c.Dilectus filius De excess. Præl. & c.Omnis utriusque De Pœnit.& remiss.* q *S.Ign. ex. c.4.§.41.et p.6.c.1.§.2. & l.exer.de cõf.gen.vsu. S.Car.Bor. vita lib.8. c.23.*

4714 *q* Confessionum generalium vsum ne paruipendito. Multiplex enim ex eo spiritus vtilitas

litas deprehenditur. *Extr. Inter cunctas De Priuilegij l. 5.*

r S. Ign. p. 3. c. 1. litt. Q. & p. 4. c. 4. §. 3. et c. 7. §. 2. et c. 16. §. 1.

4715 r Confessionis sacramentalis vsus esto frequentissimus. Nam frequentissimè labimur in peccata. *Praxis Fidelium.*

4716 Vni confessario legitimo ritè cõfessum, nõ teneri eadem peccata alteri confiteri. Quamuis enim laudabile sit ob vtilitates plurimas eadem peccata ritè confessa, iterum, ac sæpius confiteri: non est tamen necessarium. *Extr. Vas electionis l. 5. de hæret. & Extrau. Inter cunctas De Priuilegijs.*

4717 A casibus reseruatis, nisi prius tibi facta ab eo, cui reseruantur potestate, ne absoluito. Nullius enim momenti absolutio ea est, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet iurisdictionem. Nulla tamen est in articulo mortis reseruatio. *Trident. sess. 14. De Pœnit. c. 7. vide Extr. Etsi dominici l. 5. & Bull. cœn. & Decretum Clem. VIII. et similia.*

4718 Curato Sacraméti Pœnitentiæ Minister, vt verbis veram proferat absolutionis formam, cum absoluit, Ego te absoluo, &c. vtque veram pœnitens materiam exhibeat, Actus nempe contritionis, confessionis, & satisfactionis. Nam hæ sunt huius Sacramenti partes, quæ ad remissionem peccatorum ex Dei institutione requirũtur. *Trid. sess. 14. de Sacr. Pœnit. c. 3.*

4719 Ne quis Pœnitentiæ Sacramentum ministrato, præter Episcopos, & Sacerdotes. Nam in his solis Clauium, remittendique peccata, potestas est. Habent autem hi potestatem illam, etiam si mali sint. *Trid. supra c. 6.*

De Sacramento Extremæ Vnctionis.

4720 EXtremæ Vnctionis Sacramentum ne contemnito. Nec enim tanti Sacramenti contemptus absque ingenti scelere, & ipsius Spiritus sancti iniuria esse potest. *Trid. sess. 14. de Sacr. Extr. Vnct. c. 3. & can. 3.*

4721 Extremæ Vnctionis Sacramentum non esse excommunicatis ministrandum. Excommunicatio enim à participatione Sacramentorum arcet. *Dist. 95. c. 3. et 26. q. 7. c. 1.*

4722 Cum Extremæ Vnctionis Sacramentum tibi suscipiendum est, cogitato eo Sacramento finem vitæ, tanquam firmissimo quodam præsidio, à Christo Domino contra Diaboli versutias muniri. Ita ad illud suscipiendum diligentissimus eris, & auidissimus. *Trid. sess. 14. de Sacr. Extr. Vnct. in princ.*

4723 Extremam Vnctionem infirmis adhibendam esse, illis verò præsertim, qui tam periculosè decumbunt, vt in exitu vitæ constituti videantur. Nam Sacramentum exeuntium nuncupatur. *Trid. sup. c. 3.*

4724 Qui post susceptam hanc Vnctionem conualuerint, iterum huius Sacramenti subsidio iuuari posse, cum in aliud simile vitæ discrimen inciderint. Redit enim causa vnctionis suscipiendæ. *Trid. supra.*

s *Ritus huius Sacram. Vide in c. Quæsiuit De verb. sign. et in Rituali. Alia præcepta vid. Par. 1. prop. 819. 820.*

De Sacramento Ordinis.

4725 SEruato, quæ circa Ordinis Sacramentum Ecclesiastica traditione, præceptilque

ptisque de ordinandorum ætate, impedimentis, doctrina, probitate, examine, probatione; de suscipiendorum ordinum tempore, ac ritibus; deq; eorundem exercendorum moribus, ac cæremonijs præscribuntur. Ordo enim verum Sacramentum est à Christo Domino traditum Ecclesiæ: in quod proinde habet Ecclesia disponendi potestatem. *Trid. sess. 21. de Com. sub utr. spec. c. 2. et sess. 23. de Sacr. Ordinis. Vid. infra Definitiones de Eccles. Hierarchia per totum.*

t *Ecclesiæ leges De Matrimonio vide in Decc. l. 4. tit. 1. 2. 4. 5. 7. 8. 9. & seqq.*

u *Par. 1. d. 4. n. 51. Illicitũ esse vxores habere cõmunes intellexit Arist. 2. Polit. 2. 3.*

x *Par. 1. d. 4. n. 52.*

t De Sacramento Matrimonij.

4726 u NOn licere Christianis plures simul habere vxores. Est enim id diuina lege prohibitum. *Matt. 19. Mar. 10. Ephes. 5. Trid. sess. 24. de Matr. Sacram. & de Refor. c. 7. et Dist. 34. c. 5. 6.*

4727 x Non licere dimissa coniuge, aliam ducere. Est enim perpetuum, ac indissolubile vinculum Matrimonium. *Mar. 10. Ephes. 5. Trid. sess. 24. & 27. q. 2. et 32. q. 5. 7. et 34. q. 1. 2. Can. Apost. c. 47. vide Decc. l. 3. tit. 32. De conuers. coniug. et c. De Francia De sponsal. & Matrim. & Decc. l. 4.*

4728 Non licere, nisi legitima causa sit, à coniuge separari: sanctum enim est Matrimonium: & ius vtriusque coniugis in alterius cõiugis corpus, perpetuum. *Dist. 30. cc. 2. 3. 12. & 27. q. 2. à c. 19. & 32. q. 5. & Can. Apost. 5. vide l. 3. tit. 32. De conuers. coniug. & l. 4. tit. 19. De Diuortijs.*

4729 Non esse nuptias vituperandas. Sanctæ enim sunt nuptiæ; quamuis multò virginitas sanctior. *Dist. 31. can. 8. 9. et 27. q. 2. Trid. sess. 24. de Matr. can. 10.*

4730

4730 Non licere Christianis contra Ecclesiæ leges matrimonia contrahere. Habet enim Ius Ecclesia adleges condendas, quæ impediant matrimonia, & eorum contractum inualidũ reddãt; & ad dispensandum in legibus illis. *Trid.sess.24. can.3.4.9. vide 30.q.5. Cælest. Pap.35.q.6.c.2. & Decc.l.4.*

4731 Matrimonium ratum, non consummatũ, per solennem Religionis professionem alterius coniugum dirimi. Est enim genus quoddam ciuilis mortis professio Religionis, *Trid.sess.24.can. 6. & 27.q.2. à c.27. vide Decc.l.3.tit.32. De conuersione coniug.*

4732 Matrimonij libertatem impediendã non esse. Est enim spontaneè contrahendum; cum eius vinculum perpetuum sit. *Trid.sess.24.de Reform. Matr.c.9. & Decc.l.4.tit.1. De sponsa. & Matr.*

4733 Præcepto Ecclesiæ, quo solennitatem nuptiarum certis anni temporibus prohibet, parendũ esse. Habet enim ius Ecclesia ad id iubendum: & decet ijs temporibus à nuptiarum solennitate abstinere. *Trid.sess.24.de Matr.can.11. & de Refor.Matr.c.10. et PP.33.q.4. à c.8.*

4734 Esse pro Matrimonio contrahendo denunciationes publicè faciendas, vt Ecclesia præcipit. Grauia enim peccata ex matrimonijs clandestinis solent oriri. *Trid.sess.24.de Refor.Matr. c.1. & c.Cum inhibitio. De cland.desponsa.*

4735 Non aliter, quàm præsente Parocho, vel alio Sacerdote, de ipsius Parochi, vel Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus, Matrimonium esse contrahendum. Nam qui aliter cõtrahere attentant, eos Ecclesia omnino inhabiles ad contrahendum reddit. *Trident.sess.24. de*

Dist. 54. can. 15. 16. 17. 18.

4678 Validum esse Baptismum à quocunque, etiam ab hæretico acceptum. Si adhibita fuerit vera forma, & materia, & intentio ministrantis. *24. q. 1. c. 40. & de consecr. d. 4. Trid. sess. 7. de Bapt. can. 4.*

4679 Ecclesiæ Ritus consulito pro Baptismo. Sunt enim sanctissimi, ac tanto Sacramento congruentes. *Vid. de Consecr. d. 4. & Can. Apost. 48. 49.*

4680 Posse Baptismum martyrio suppleri: cũ Baptismi suscipiendi occasio non habetur; & necessarium est pro fidei confessione mortem oppetere antequam Baptismus suscipiatur. *De Consecr. d 4. c. 34.*

4681 Pœnitentiam agito de prioribus peccatis adultus ante quam baptizetur. Debet enim esse pœnitentiæ dispositio ad gratiam recipiendam. *De Consecr. d. 4. à c. 95.*

4682 Caueto ne iterum baptizes eum, qui verum Baptisma susceperit aliquando. Iniuriam enim faceres tanto Sacramento, quasi efficax non sit. *Can. Apost. 46. Trid. sess. 7. de Bapt. c. 11. 13.*

4683 Baptizandum sub conditione illum esse, de cuius Baptismo dubium sit. Ne periculũ subeat salutis. *c. De quibus De bapt. & eius eff.*

4684 Inuitos ne baptizato. Nam omnino inuitis neque gratia datur, neque character baptismalis. *c. Maiores §. Item quæritur De Bapt. & eius eff.*

4685 Ministrum Baptismi esse à baptizato distinctum debere. Alius enim est, qui gignit; alius, qui gignitur. *c. Debitum De bapt. & eius eff.*

4686 Curato vt post Baptismum legem obserues Dei, & Ecclesiæ præcepta. Amittitur enim per

per quodcũque mortale peccatum gratia in Baptismo suscepta. *Trid.sess.7.de Bapt.c.6.7.8.*

4687 Posse cogi ad Christianam legem profitendum etiam eos, qui paruuli Baptismum susceperè. Nam verè ciues sunt Ecclesiæ: & ipsi per Ecclesiam seruaturos se Christianam legem polliciti sunt. *Trid.sess.7.de Bapt.c.14.*

De Confirmationis Sacramento.

4688 CVrato vt Confirmationis Sacramento ne careas. Verum enim Sacramentum est, & infundit prudentiam, constantiamque christianam. *De Consecr.d.5.c.Quanto De Consuetudine. Trid.sess.7.de Confir.Sacr.*

4689 Ne quis alius Confirmationis Sacramẽtum conferto, præter Episcopum. Solus enim Episcopus sanctæ Confirmationis ordinarius minister est. *Trid.sess.7.de Confir.Sacr.c.3.*

De Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.

4690 AD Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum percipiendum ne accedito absque magna reuerentia, & sanctitate. *m* Qui enim accedit indignè, reus sit corporis, & sanguinis Domini. Quare qui mortalis peccati sibi cõscius est, quantumuis sibi cõtritus videatur, absq; præmissa sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere non debet. *Trid.sess.13.de Euch.Sacram.c.7.& can.10. Greg. Dist.6. can.1. Alex.V.de Consecr.d.2.c.8.24.25.26.*

m 1. *Cor.* 10. *S. Th.* 3. *p.* *q.*80. *a.*4.5.

4691 Sanctissimum Eucharistiæ Sacramẽtũ percipito quisque fidelium annis singulis saltem

in

in Paschate; cum ad discretionis annos peruenerit. Hoc enim est Ecclesiæ matris præceptum. *Trid. sess. 13. can. 9. de Eucha. & c. Omnis vtriusq; De Pœnit. & remiss.*

4692 A Sacerdote laicus communionem accipito. Nam semper in Ecclesia Dei mos fuit, vt laici à Sacerdotibus communionem acciperent; Sacerdotes autem celebrantes se ipsos communicarent. *Trid. sess. 13. de Euch. Sacr. c. 8.*

4693 Viaticum omnibus in morte positis non esse negandum. Est enim pignus vitæ æternæ. *Concil. Agath. d. 50. c. 63. & d. 86. c. 24. & 2. q. 1. c. 7. & 26. q. 7. & de Consecr. d. 2. c. 93. & c. Super eo l. 6. de Hæret.*

4694 Communionem ab hæreticis accipere non licere. *24. q. 1. c. 41. 42.*

4695 Missam nemo celebrato, aut Eucharistiã sumito, nisi ieiunus. Debetur enim Christi corpori ea reuerentia, nisi cum in morte positis viaticum sumendum est. *De Consecr. d. 1. c. 49. 50. & d. 2. c. 54.*

n *S. Ign. ex. c. 4. §. 25. et p. 4. c. 4. §. 3.*

4696 *n* Eucharistiæ frequentem vsum & vtilem, & laudabilem esse. Est enim tantum Sacramentum animæ cibus, ac medicina, æternæque felicitatis pignus. *De Consecr. d. 2. à c. 14. & c. 56. & Trid sess. 13. de Euch. Sacr. c. 2.*

4697 Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentũ Latriæ cultu veneratur. Est enim in eo præsens Christus verus Deus. *Trid. sess. 13. de Euch. Sacr. c. 5.*

4698 Ecclesiæ consuetudinem retineto, asseruandi in sacrario Sanctam Eucharistiam. Vt esse possit eius vsus & pro infirmis promptus; & pro consolatione fidelium. *Trid. sup. c. 6.*

o *S. Th. 3. p. q. 80. a. 1. 2.*

4699 *o* Cum Sacramentaliter non potes, Eucha-

chariſtiam ſumito ſpiritualiter. Nam voto panẽ cæleſtem edens; fide viua, quæ per dilectionem operatur, fructum eius, & vtilitatem ſenties. *Trid ſup.c.*8. *et ſeſſ.*22.*de ſacrif. Miſ.c.*6.

4700 Solum conficientes ſub vtraque ſpecie communicanto. Nam valdè rationabile eſt præceptum Eccleſiæ, vt qui non conficit, ſub altera tantum panis ſpecie communicet. Et vero ſub altera tantum ſpecie totus, atque integer Chriſtus, verumque Sacramentum ſumitur. *Trid. ſeſſ.*21.*de Comm.ſub vtr.ſpec.S.Th.*3.*p.q.*80.*a.*12.

4701 Non licere Sacerdoti conficienti, alterâ tantum materiam, vt panem ſolum, aut ſolum vinum conſecrare. Nam Miſſæ ſacrificium repræſentatiuum eſt mortis Chriſti: quæ ſanguinis effuſione contigit. Repræſentatur autem ea effuſio, quatenus vi verborum, quibus panis conſecratur, ſolum corpus venit, non ſanguis, niſi per concomitantiam; & vi verborum, quibus vinum conſecratur, tantum ſanguis venit, non etiam corpus, niſi per concomitantiam. Vt ergo ſanguinis à corpore ſeparatio repræſentetur, eſt vtraque ſpecies conſecranda. eſt proinde vtraque ſpecies à conficiente ſumenda; vt integrum ſacrificium cõſumetur, quatenus cruenti ſacrificij repræſentatiuum. *S.Th.*3.*p.q.*80.*a.*12.

4702 Euchariſtiæ Miniſter, peccatoribus manifeſtis, ante pœnitentiam; pueris ante vſum rationis; amentibus, qui nunquam in vſu rationis fuerunt, aut nunquam hoc Sacramentum petierunt; furioſis, & ijs infirmis, à quibus expulſio Sacramenti probabiliter timetur; venerabile hoc Sacramentum ne miniſtrato. Eſſet enim contra tanti Sacramenti reuerentiã. *S.Th.*3.*p.q.*80.*a.*6.9.

De

De Pœnitentiæ Sacramento.

4703 Esse omnia, & singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita diligenti præmeditatione habeatur, etiam occulta, Sacerdoti legitimo confitenda. Id enim necessarium est ad remissionem peccatorum, iure diuino. *Trid. sess. 14. de Pœnit. Sacr. c. 5. & can. 6. & sess. 7. de Bapt. c. 10.*

4704 Pœnitentiæ Sacramentum sine peccatorum contritione ne suscipito. Ad integritatem enim eius Sacramenti, peccatorum contritio ex Dei institutione requiritur. & Peccati venia, nisi correcto, non datur. *Trid. sess. 14. de Pœnit. Sacr. c. 3. & c. Peccati venia l. 6. de reg. iur.*

4705 Esse saltem semel in anno ad Pœnitentiæ Sacramentum ab omnibus, & singulis, cum ad annos discretionis peruenerint, accedendum. Iubet enim hoc Ecclesia, vt diuinum de Sacramentali confessione præceptum impleatur. *Trid. supra c. 5. & c. Omnis vtriusque De Pœn. & remis.*

4706 Nullus Sacerdos à peccato mortali absoluito pœnitẽtem vllum sine ordinaria, vel subp *Trid. sess.* 14. *de Sacr. Pœnit. c. 6. & can. 9.* delegata ad absoluendum potestate. p Verum enim in Sacramẽto Confessionis iudicium exercetur. Exerceri autem actus iudicij non potest sine legitima iurisdictione. *Trid. supra c. 7. & sess. 23. de Refor. c. 15. & 26. q. 6. & c. Ne pro dilatione De Pœnit. & remis.*

4707 Debere Sacerdotes, quantum spiritus, & prudentia suggesserit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate, conuenientes pro peccatis satisfactiones iniungere. Nam si peccatis

con-

conniueant, & indulgentius cum pœnitentibus agant, leuissima quædam opera pro grauissimis delictis iniungendo, periculum est ne alienorum peccatorum participes efficiantur. *Trid. supra c.8.et De Pœnit.d.6.c.1.Vid.Can.Pœnit.et c.Deus qui De Pœnit.et remiss.*

4708 Non esse pœnitentiam, & reconciliationem vlli morienti denegandam. Esset enim impium. *26.q.6.et Clement.Cum secundum De Pœnit.et remiss.*

4709 Pœnitentiæ imponendæ iudicium, ac modus esto. Turpe enim est imprudenter satisfactiones imponere. *25.q.7.et de Pœnit.d.5.et de cõsecr.d.3.c.17.vid.Decc.l.5.tit.De Pœnit.et remiss.*

4710 Sine proposito non peccandi, veram pœnitentiam non esse. *De Pœnit.d.3.*

4711 In Pœnitentiæ Sacramento Minister ne esto, qui doctus, prudensque non fueris. Exercendum enim tibi est iudicium in animas. *De Pœnit. d.6.*

4712 A peccato reuertentes ne reijcito. Deus enim omnes pœnitentes recipit. *Can.Apost.51. et c.Super eo l.6 de Hæret.*

4713 De peccatis in cõfessione auditis secreti esto sigillum inuiolabile. Magis enim Ecclesiæ interest vsus Sacramenti confessionis, quã quoduis aliud malum, quod ex eo cõfessarij silentio sequi potest. Præterea confessarius peccata in confessione audita nouit, non vt homo, sed vt locum Dei tenens. Quare non ad ipsum, sed ad Deum spectat ea reuelatio. *c.Dilectus filius De excess. Præl. & c.Omnis utriusque De Pœnit.& remiss.*

q *S.Ign. ex. c.4.§.41.et p.6.c.1.§.2. & l.exer.de cõf.gen.vsu. S.Cor.Bor. vita lib.8. c.23.*

4714 *q* Confessionum generalium vsum ne paruipendito. Multiplex enim ex eo spiritus vti-

litas

litas deprehenditur. *Extr. Inter cunctas De Priuilegijs l. 5.*

r S. Ign. p. 3. c. 1. litt. Q. & p. 4. c. 4. §. 3. et c. 7. §. 2. et c. 16. §. 1.

4715 r Confessionis sacramentalis vsus esto frequentissimus. Nam frequentissimè labimur in peccata. *Praxis Fidelium.*

4716 Vni confessario legitimo ritè cõfessum, nõ teneri eadem peccata alteri confiteri. Quamuis enim laudabile sit ob vtilitates plurimas eadem peccata ritè confessa, iterum, ac sæpius confiteri: non est tamen necessarium. *Extr. Vas electionis l. 5. de hæret. & Extrau. Inter cunctas De Priuilegijs.*

4717 A casibus reseruatis, nisi prius tibi facta ab eo, cui reseruantur potestate, ne absoluito. Nullius enim momenti absolutio ea est, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet iurisdictionem. Nulla tamen est in articulo mortis reseruatio. *Trident. sess. 14. De Pœnit. c. 7. vide Extr. Etsi dominici l. 5. & Bull. cœn. & Decretum Clem. VIII. et similia.*

4718 Curato Sacraméti Pœnitentiæ Minister, vt verbis veram proferat absolutionis formam; cum absoluit, Ego te absoluo, &c. vtque veram pœnitens materiam exhibeat, Actus nempe contritionis, confessionis, & satisfactionis. Nam hæ sunt huius Sacramenti partes, quæ ad remissionem peccatorum ex Dei institutione requirũtur. *Trid. sess. 14. de Sacr. Pœnit. c. 3.*

4719 Ne quis Pœnitentiæ Sacramentum ministrato, præter Episcopos, & Sacerdotes. Nam in his solis Clauium, remittendique peccata, potestas est. Habent autem hi potestatem illam, etiam si mali sint. *Trid. supra c. 6.*

De

De Sacramento Extremæ Vnctionis.

4720 EXtremæ Vnctionis Sacramentum ne contemnito. Nec enim tanti Sacramenti contemptus absque ingenti scelere, & ipsius Spiritus sancti iniuria esse potest. *Trid. sess. 14. de Sacr. Extr. Vnct. c. 3. & can. 3.*

4721. Extremæ Vnctionis Sacramentum non esse excommunicatis ministrandum. Excommunicatio enim à participatione Sacramentorum arcet. *Dist. 95. c. 3. et 26. q. 7. c. 1.*

4722 Cum Extremæ Vnctionis Sacramentum tibi suscipiendum est, cogitato eo Sacramento finem vitæ, tanquam firmissimo quodam præsidio, à Christo Domino contra Diaboli versutias muniri. Ita ad illud suscipiendum diligentissimus eris, & auidissimus. *Trid. sess. 14. de Sacr. Extr. Vnct. in princ.*

4723 Extremam Vnctionem infirmis adhibēdam esse, illis verò præsertim, qui tam periculosè decumbunt, vt in exitu vitæ constituti videantur. Nam Sacramentum exeuntium nuncupatur. *Trid. sup. c. 3.*

4724 Qui post susceptam hanc Vnctionem conualuerint, iterum huius Sacramenti subsidio iuuari posse, cum in aliud simile vitæ discrimen inciderint. Redit enim causa vnctionis suscipiendæ. *Trid. supra.*

s Ritus huius Sacram. *Vide in c. Quæsiuit De verb. sign. et in Rituali. Alia præcepta vid. Par. 1. prop. 819. 820.*

De Sacramento Ordinis.

4725. SEruato, quæ circa Ordinis Sacramentum Ecclesiastica traditione, præceptique

ptisque de ordinandorum ætate, impedimentis, doctrina, probitate, examine, probatione; de suscipiendorum ordinum tempore, ac ritibus; deq; eorundem exercendorum moribus, ac cæremonijs præscribuntur. Ordo enim verum Sacramétum est à Christo Domino traditum Ecclesiæ: in quod proinde habet Ecclesia disponendi potestatem. *Trid. sess. 21. de Com. sub utr. spec. c. 2. et sess. 23. de Sacr. Ordinis. Vid. supra Definitiones de Eccles. Hierarchia per totum.*

t *Ecclesiæ leges De Matrimonio vide in Decc. l. 4. tit. 1. 2. 4. 5. 7. 8. 9. & seqq.*

t *De Sacramento Matrimonij.*

u *Par. 1. d. 4. n. 51. Illicitũ esse uxores habere cõmunes intellexit Arist. 2. Polit. 2. 3.*

4726 u NOn licere Christianis plures simul habere vxores. Est enim id diuina lege prohibitum. *Matt. 19. Mar. 10. Ephes. 5. Trid. sess. 24. de Matr. Sacram. & de Refor. c. 7. et Dist. 34. c. 5. 6.*

x *Par. 1. d. 4. n. 52.*

4727 x Non licere dimissa coniuge, aliam ducere. Est enim perpetuum, ac indissolubile vinculum Matrimonium. *Mar. 10. Ephes. 5. Trid. sess. 24. & 27. q. 2. et 32. q. 5. 7. et 34. q. 1. 2. Can. Apost. c. 47. vide Decc. l. 3. tit. 32. De conuers. coniug. et c. De Francia De sponsal. & Matrim. & Decc. l. 4.*

4728 Non licere, nisi legitima causa sit, à coniuge separari: sanctum enim est Matrimonium; & ius vtriusque coniugis in alterius cõiugis corpus, perpetuum. *Dist. 50. cc. 2. 3. 12. & 27. q. 2. d. c. 19. & 32. q. 5. & Can. Apost. 5. vide l. 3. tit. 32. De conuers. coniug. & l. 4. tit. 19. De Diuortijs.*

4729 Non esse nuptias vituperandas. Sanctæ enim sunt nuptiæ; quamuis multò virginitas sanctior. *Dist. 31. can. 8. 9. et 27. q. 2. Trid. sess. 24. de Matr. can. 10.*

4730

4730 Non licere Christianis contra Ecclesiæ leges matrimonia contrahere. Habet enim Ius Ecclesia addeges condendas, quæ impediant matrimonia, & eorum contractum inualidũ reddãt; & ad dispensandum in legibus illis. *Trid. sess. 24. can. 3. 4. 9. vide 30. q. 5. Cælest. Pap. 35. q. 6. c. 2. & Decc. l. 4.*

4731 Matrimonium ratum, non consummatũ, per solennem Religionis professionem alterius coniugum dirimi. Est enim genus quoddam ciuilis mortis professio Religionis, *Trid. sess. 24. can. 6. & 27. q. 2. à c. 27. vide Decc. l. 3. tit. 32. De conuersione coniug.*

4732 Matrimonij libertatem impediendã non esse. Est enim spontaneè contrahendum; cum eius vinculum perpetuum sit. *Trid sess. 24. de Reform. Matr. c. 9. & Decc. l. 4. tit. 1. De sponsa. & Matr.*

4733 Præcepto Ecclesiæ, quo solennitatem nuptiarum certis anni temporibus prohibet, parendũ esse. Habet enim ius Ecclesia ad id iubendum: & decet ijs temporibus à nuptiarum solennitate abstinere. *Trid. sess. 24. de Matr. can. 11. & de Refor. Matr. c. 10. et PP. 33. q. 4. à c. 8.*

4734 Esse pro Matrimonio contrahendo denunciationes publicè faciendas, vt Ecclesia præcipit. Grauia enim peccata ex matrimonijs clandestinis solent oriri. *Trid. sess. 24. de Refor. Matr. c. 1. & c. Cum inhibitio. De cland. desponsa.*

4735 Non aliter, quàm præsente Parocho, vel alio Sacerdote, de ipsius Parochi, vel Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus, Matrimonium esse contrahendum. Nam qui aliter cõtrahere attentant, eos Ecclesia omnino inhabiles ad contrahendum reddit. *Trident. sess. 24. de*

Reform. Matrim. cap. 1. & 30. q. 5.

y Canones de Benedictione vide in Decc. l. 4. tit. 21. De secundis nuptijs.

4736 *y* Æquum esse coniuges in eadem domo non cohabitare antequàm benedictionem sacerdotalem in templo suscipiant. Valet enim ea benedictio ad plura pro Matrimonio auxilia à Deo impetranda. *Trid. sess. 24. de Refor. Matrim. c. 1. §. Præterea. Carthag. IIII. 23. d. can. 33. et 30. q. 5. cap. 5.*

4737 Esto à coniugibus ea diligentia, vt ante quàm contrahant, Pœnitentiæ, ac Eucharistiæ Sacramenta ritè suscipiant. Est enim ea præparatio ad sanctitatem Matrimonij valde vtilis dispositio. *Trid sess. 24. de Refor. Matr. c. 1. §. Postremo.*

z S. Th. in Add. q. 54. a. 3. Arist. 2. Polit. c. 2.

4738 *z* Matrimonij contractum intra quartum consanguinitatis gradum ne inito. Non enim decet. tum quia debetur parentibus reuerentia: est autem contra reuerentiam corpore parentum vti in actibus generationis, qui brutorum magis, quam hominis proprij sunt; quique operationem impediunt rationis. tum quia matrimonia contrahuntur ad hominum societatem, & amicitiam amplificandam: nullus autem maior societatis, & amicitiæ nexus, quam consanguinitatis; quare derogat consanguinitatis vinculo matrimoniũ inter consanguineos cõtractum. tum quia carnis cõcupiscentia, cum sit maximè impeditiua operationum rationis, debet quãtum fieri potest esse moderata: at coniux, qui nõ solum sit caro, sed caro etiam eo nomine tua, quia ex eadem est propagine; maximè concupiscentiam excitat, & auget. *Trid. sess. 24. de Refor. c. 5. Innoc. III. c. Non debet, de consang. et affin. Aug. 35. q. 1. c. 1. et q. 3. 6. 7. 8. et Clement. Eos qui l. 4. De consanguin.*

4739

4739 Si quis error circa substantiam personæ contrahentis in Matrimonij cõtractu contingat; Matrimonium ne esto. Non est enim vera contrahendi voluntas, si putans quis contrahere cum Maria, contrahat cum Ioanna. 29.*q.*1.*c.*1.

4740 Si quis error circa personæ contrahentis conditionem ita contingat, vt errantis conditio sit deterior; vt si quis liber putans se contrahere cum libera, reperiat eam esse seruam: Matrimonium ne esto. Non enim fuit voluntas contrahendi. *c.Ad nostram De coniug. seruo. et* 29.*q.*1.*et q.*2.*c.*4.

4741 Cum persona, Religionis per Ecclesiam approbatæ votis Deo dicata, Matrimonium ne esto. Dedecet enim personam Deo dicatam matrimonium carnale: & impedimentum affert diuino cultui, amorique in Deum studioso; qui finis est vitæ religiosæ. *Trid.sess.*24.*de Matr.can.*9. *Clem.vnica, de consang.et affin. Nicol. Pap.d.*27. *c.*6.*Calix.II.ibid.c.*8. *Hier.ibid. c.*9. *Concil.Tiburiense* 20.*q.*1.*c.*6.7. *et* 27.*q.*1. *et Alex.III. c.Meminimus tit.qui clerici, etc. Innoc.*III. *c.Infinuante tit.qui clerici, etc. et Bonif.*VIII.*c.Quod votum l.*6. *de vot. etc. et Clem.V. Clement.Eos qui l.*4. *De consanguin.*

4742 *a* Cognationis spiritualis vinculo iuncti Matrimoniũ inter se ne ineunto Non enim decet. Contrahitur autem ex Ecclesiæ decreto Cognatio spiritualis in Sacramento Baptismi, & Confirmationis, inter suscipientes, seu tenentes (qui vnus tantum, & vna debent esse, quamuis vnus, vel vna sufficiant) & baptizatum ipsum, siue confirmatum; & illius patrem, & matrem: nec non inter baptizantem, siue confirmantem, & bapti-

*a Vid.Decr. l.*6. *De cog. spir.*

zatum, baptizatique patrem, ac matrem tantum. *Trid. sess. 24. de Refor. Matr. c. 2. Pius V. in bull. Cum illius vicem et 30. q. 3. c. 4.*

b *De sponsa. vide Decc. l. 6.*

4743 *b* Cum sponsalia valida fuerint, ad Matrimonium contrahendum Iustitiæ publicæ honestatis impedimentum esto. Decet enim esse. Sed impedimentum illud ex Ecclesiæ decreto primum gradum non excedit. *Trid. sess. 24. de Refor. Matr. c. 3. et 27. q. 2. c. 11. et seqq. et c. Ad audientiam De sponsa. et matr. et c. Sponsam eo. tit.*

c *Vide inf. De Interpr. verb. v. Affinitas.*

4744 Affinitas ex fornicatione contracta impedimentum esto dirimens matrimonium. *c* Decet enim hoc impedimentum esse. Sed ex Ecclesiæ decreto restringitur ad eos tantum, qui primo, & secundo gradu coniunguntur. *Trid. sess. 24. de Refor. Matr. c. 4. Pius V. in Bull. Ad Rom. Pontif. spectat. et 27. q. 2. c. 30. et seq. et Decc. l. 4. tit. 3. De eo, qui cogn.*

4745 Inter raptorem, & raptam, quandiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere Matrimonium. Ita enim decernit Ecclesia. *Trid. sess. 24. de Refor. Matr. c. 6. vid. 27. q. 2. c. 33. 34. & 36. q. 2.*

d *Vid. Glos. de cognat. leg. c. vnico.*

4746 *d* Inter adoptatum, & filium adoptantis non posse durante adoptione consistere Matrimonium. Non enim decet. *Nicol. Pap. de Cognat. leg. c. vnico. & 30. q. 3. c. 6.*

4747 Inter adoptantem, & adoptatum, ac adoptati filios, & nepotes vsque ad quartum gradum non posse Matrimonium contrahi. Non enim decet. *ff. de Ritu nuptiarum, Adoptivus, & Quin etiam. Nicol. Pap. c. Si qua De cogn. legali.*

4748 Affinitas ex coniugali copula, & ex Matrimonio rato, licet non consummato, contracta, im-

impedimentum esto dirimens matrimonij vsque ad quartum gradum. Non enim decet vsque ad eum gradum tales affines contrahere. *Innoc. III. c. Non debet, de consang. & affin. Pius V. in Bull. Ad Romanum spectat, an.* 1564. *& 27. q. 2. c. 11. et seqq. et* 30. *q.* 1. *c.* 5. *et* 35. *q.* 3. 10. *et Decc. l.* 4. *tit.* 14. *et c. Deus qui De Diuortijs.*

4749 Cum vnus coniugum conuenit cũ altero, vt occidant alterum coniugum, vt possint inter se contrahere: si occidant, non posse contrahere. Ecclesia enim prohibet. *Cœlest. III. de conuer. infid. c.* 1.

4750 Si alter coniugum, aut solutus, occidat alterum coniugem, vt contrahat cum adultero, etiam eo ignorante; Matrimonium validum non esse. Prohibetur enim secundum Canones. *Alex. III. c. Super hoc, de eo, qui dux. in matr. poll. per adult. Innoc. III. c. Significasti, eo. tit. et* 32. *q.* 1.

4751 Cum intercedit Matrimonij promissio inter adulterum, & adulteram, cum copula siue antecedente, siue consequente promissionẽ: inter eos post obitum coniugis esse Matrimonium non posse. Prohibent enim sacri Canones. *Innoc. III. c. Significasti, de eo, qui duxit in matr. poll. per adult. et* 31. *q.* 1.

4752 Cum vnus coniugum, qui per verba de præsenti contraxerunt, Matrimonium cum alio contrahit etiam de præsenti, & habet copulam: eos, etiam mortuo priori coniuge, non posse cõtrahere; e modo vterque criminis conscius fuerit. Prohibent enim sacri Canones. *Innoc. III. c. Veniens, de eo, qui dux. in matr. poll. per adult.* e *Alex. III. c. Propositũ, de eo, qui dux in mat. poll. p adult.*

4753 Si alter coniugum sit baptizatus, alter nõ baptizatus, & Matrimonium ante Baptismum

non fuerit contractum; contrahere nō posse inter se. Nō enim decet ob disparem in altero cultum. *28.q.2.can.Caue.*

4754. Si Matrimonium ante Baptismum contractum sit, quid agendum cum vterque, aut alter coniugum baptizatur, sacros Canones consulito. Nam alterata multum materia, vel cōditionibus contrahentiū, solent contractus mutabiles reddi, præsertim accedente auctoritate Principis, qui ius altum habet in bona subditorū. Videtur autem Baptismus magnam alterationē inducere in personas, & eorum conditionem valde variare. Quare infidelium matrimonium redditur per alterius coniugis Baptismum diuisibile, si Ecclesiæ auctoritas accedat. Quam habere eam auctoritatem dubitari non potest. quia de facto de infidelium matrimonijs post Baptismum, disponit. Non potest autem Ecclesia in decernēdis ijs, quæ ad credenda, vel agenda pertinent, errare. *Vide Ecclesiæ Canones 28.q.1.2. & c.Quanto De diuort.*

4755 Matrimonium per metum contractum cadentem in constantem virum nullum esse, nisi cessante metu consensus renouetur. Nam Ecclesia non vult valida esse ea matrimonia: vt matrimonia sint libera. *c.Cum locum, & c.Veniens 1. de sponsal. & c.Significauit, De eo, qui duxit in matr.quam poll. & c.Ad id, De sponsal.*

4756 Quos sacris ordinibus Subdiaconatus, Diaconatus, Præsbyteratus initiatos esse contigerit; non posse matrimonium contrahere. Non enim decet immediatos in diuinissimo Sacrificio Ministros, carnis ministerio dedi. *Clemens V. in Concil. Vienn. Clem. vnica De consang. et affin. Martinus Pap. d.27.c.1. Calix. II. d.27.8. Nicol.*

Pap.

Pap.d.32.c.4. Alex.III. c.Si qui cleric. De clericis coniug. & c.De Diacono tit. Qui clerici, &c. & c.Ex litterarum eo.tit. & c.Quod votum l.6. De voto, &c.

4757 Si quis post matrimonium ratum, licet nondum consummatum, cum altero contrahat; illud secundum non esse matrimonium. *f* Prohibitum enim est cum pluribus coniugibus matrimonio copulari. *Augustin. De sponsa du.c.1. vide Decc.l.4.* f *Par.l.d.4. n.51.*

4758 Si quis impedimentum habeat ad seminandum, esse ad contrahendum inhabilem. Esset enim contra finem matrimonij talis contractus. *Tit. De frigidis, & malef. & impot.coeundi, per totum. & 33.q.1.*

4759 Matrimonium sub conditione contractum, quæ contra bona sit matrimonij, vt contra prolem, fidelitatem, indissolubilitatem; validum non esse. Decet enim tale matrimonium nullum esse; ac si verus in illud consensus non esset. *Aug. c.Solet quæri, & c.Aliquando 32.q.2. & c.Si conditiones De condit.appos.*

4760 Matrimonium sub conditione turpi, sed non contraria bono matrimonij, vel sub conditione impossibili; validum esse. Nam si adsit alioquin matrimonialis consensus, eæ conditiones habentur pro non appositis. Vt si quis dicat, Duco te vxorem, si occideris tuum patrem. Et, si sciat patrem eius mortuum dicat; Duco te vxorem, si pater consentiat. *Ex Concil. Afric. c.Quicunque De condit.appos. & c.Si conditiones eo.tit.*

4761 Si quis contrahat sub cõditione honesta; si ea de præsenti, aut præterito sit: stante conditione, Matrimonium esse; non stante, Matrimoniũ

non esse. Pendet enim à conditione consensus in Matrimonium. *Decc. l. 4. tit. 5. De condit. appos.*

4762 Si quis contrahat sub conditione honesta de futuro; ante conditionem impletam non est Matrimonium; conditione autem impleta, esse Matrimonium, perdurantibus ipsis in sua voluntate. Non enim est consensus in Matrimonium, nisi posita conditione. *Vrbanus III. De condit. app. c. Super eo.*

4763 Esse aliqua, quæ Matrimonii contrahendum impediunt, sed non dirimunt contractum. Ita enim decreuit Ecclesia: Ea sunt 1. *g* Interdictum: cum Episcopus, Vicarius, aut Iudex interdicit aliquibus ne contrahant, donec causa aliqua, vel impedimentum examinetur. 2. *h* Votum simplex Castitatis, aut Religionis. 3. *i* Sponsalia. Cum quis contraxit cum aliquo de futuro, non potest cum alio contrahere de præsenti. 4. *k* Catechismus. Cum quis fuit susceptor in Catechismo, non potest cum ijs contrahere, cum quibus non posset, si esset susceptor in Baptismo, aut Confirmatione. 5. *l* Incestus. Si coniux rem habeat cum coniugis consanguineo, vel consanguinea; mortuo coniuge, non potest contrahere. 6. Vxoricidium. *m* Qui suam vxorem occidit, non potest cum alia contrahere. 7. *n* Raptus alienæ sponsæ. Qui rapuit alienam vxorem, vel sponsam, non potest contrahere. 8. *o* Qui fit susceptor filij proprij malo animo, vt contrahat cognationem cum vxore, ne reddat debitum: is mortua vxore

g Alex. III. De Matr. cõtracto cõ. inter. Eccl. cc. 1 2. 3.

h Dist. 27. cc. 2. et seqq. et Decc. l. 4. tit. 6. c. 3. & seqq. & l. 6. de vot. c. 1. & Extrau. Antiquæ De vot. & c.

i Decc. l. 4. tit. 1. 2.

k Clem. III. De cognat. spir. c. Contracto mat.

l Cælest. III. c. Transmissæ De eo, qui cogn. coniang. vxor. & 34. q. 1. c. 8. 9. & 35. q. 3. Admonere.

m Stephanus Pap. V. 33. q. 2. c. Ad

n c. Statutum 27. q. 2.

o c. De eo, 30. q. 2.

vxore non poteſt cum alia contrahere. 9. *p* Qui Sacerdotem occidit, conuictus contrahere non poteſt. 10. *q* Si quis monialem in vxorem accepit. *Ius Can.in marg.huius def.*

p *c.qui præſb-byterum De pœnit.& remiſſ.*

4764 Eſſe aliqua, quæ ad petendum debitum impediunt, donec diſpenſatio habeatur; non autem ad reddendum. Ita enim decet. Ea ſunt 1. *r* Votum ſimplex caſtitatis ante contractum Matrimonium. 2. *s* Copula cum coniugis conſanguinea, poſt contractum Matrimoniũ. 3. *t* Spiritualis cognatio inter coniuges ſcienter, ac ſine neceſsitate poſt matrimonium contracta. *Ius Can.in marg.hu.def.*

q *c. Hi ergo 27.q.1.*

r *Aug. 32. q.8.*

s *Vide 32. q.7.à c.10. et Decc. l.4. tit.13.*

t *30.q.1.*

4765 Seruitutis conditione verum Matrimonium non impediri, ſi vterque coniux ſeruus ſit; aut ſi, cum alter liber eſt, ſciat ſe cum ſerua, aut cum ſeruo contrahere. Eſt enim in eo matrimonio verus, ac legitimus nuptiarũ affectus. *29.q.2.*

4766 Conſenſum inter impuberes non eſſe Matrimonium, donec ad pubertatis annos peruenerint. *30.q.2.*

4767 Secundas nuptias non eſſe illicitas. *Aug. 31.q.1.c.12.13 et Decc.l.4.tit.21.*

4768 Sine vtriuſque coniugis conſenſu Matrimonium non eſſe. *31.q.2.et Decc.l.4.tit.1.*

4769 Sponſaliorum fidem frangere non licere. *31.q.3.et Decc.l.4.tit.1.*

4770 Non eſſe adulteram ad viri torum admittendam ante pœnitentiam. *32.q.1.et 34.q.1. 2.c.7.et Decc. l.4.tit.19. De Diuortijs, et c.Si vir De adulterijs.*

4771 Meretricem in vxorem ducere peccatũ non eſſe. *32.q.1.c.14. et c.Inter opera De ſponſ. et matr.*

4772 Cauento coniuges ab immoderato vsu Matrimonij. Non enim est, neque venialiter peccandum. *32.q.1. et 33.q.4.*

4773 Illicitam esse abortus procurationem; & homicidium, si iam fœtus sit animatus. *32 q.2.*

4774 Qui fornicatur, fornicariam vxorem dimittere non posse. *32 q.6. et c. Ex litteris tuis De Diuortijs. et c. Tua fraternitas De adulterijs.*

4775 Esto inter coniuges ea temperantia, vt non sit vsus matrimonij, cum non decet. Vt diebus festis, & tempore conceptus, & partus, ac similibus. *33.q 4. et de Consecr. d.2.c.21.*

4776 Mulieri statim post partum Ecclesiam ingredi, non illicitum. Ad veritatem enim Euangelij vmbra legis euanuit. *Innoc. III. c. Volens De Purif. post partum.*

Sectio II. a *De Iustitia politica, & Obseruantia, & pietate in patriam.*

a *Vide alia præcepta Par. 1. à pr. 2052. & à prop. 2080.*

4777 Esto Principis regimen respectu regni; quale animæ respectu corporis, quale Dei respectu mundi. Discere enim regimen Princeps debet & à se ipso, & à Deo, ad cuius est imaginem conditus. *S. Th. de reg. Princ. l. 1. c. 12.*

b *S. Th. de et seqq. reg. Princ. l. 1. c. 10. 11. S. Ambr. 1. off. c. 28. & l. 3. c. 2. 3. Arist. 3. Polit. c. 4.*

4778 *b* Esse bonum commune cuique priuato commodo præponendum. Ius enim habet totum in partes, vt à suis partibus conseruetur, etiam cũ iactura partis. *Trid. sess. 6. de Refor. c. 1.*

4779 Summam Principum in subditos auctoritatem, & potestatem esse debere, quanta esse, iustè possit. Ne vllum regimini sit impedimẽtum

in

in maius Reip. bonum . *S. Ignat. p.9 c.3.*

4780 Prouidendum omnino esse , ne qui Rectores auctoritatem, potestatemque magnam habent,ea in malum abutantur. Vt suum habeat potestas frænum. *S.Ign.p.9.c.4.5.*

4781 Curam præcipuam à Rectoribus bono cõmuni deberi.Vt enim se habet Caput respectu corporis,& Ratio respectu potẽtiarum,quæ sunt in homine : *c* ita se habet Rector ad populum , bonumque commune . *Trid. sess.6. de Refor.c.1. Dist.84.c.1.2. et d.97.c.1. & 7.q.1.c.11. et 8.q.1. c.13.*

4782 *d* Iniuriam magnam facere cõmuni bono Principes,ac Rectores illos,qui publico regimini non prouident de Ministris , aut addicunt Ministros non congruos;vt malos,vt imperitos,vt desides. Magna enim mala semper experti sumus in Rebus publicis à Ministris incongruis ; & ex absentia Ministrorum. *Trid. sess.5.c.1.de Refor. & sess.7.cc.3.7.& sess.21.c.6. & sess.24.de Refor.c.1. & sess.25.de Refor.c.10. & Tolet. III. d.54.c.14. et Dist.89. et 16.q.7.c.9.et c.Quoniam in plerisque De off.iud.ord.*

4783 *e* Curam Principum primam esse debere Religionis.Nam præcipuum populorum bonum est Religio. *Gratianus,Valent.Theod.Impp.tit.1. C.de Trin. & fide Cath. & seq. Trid. sess.21.c.8. de Reform. & sess.22.cc.8.9. & sess.25. de Inuoc. Sanct. & de Refor.c.17.20. & Martianus Imp. d.36.c.2. & 23.q.3.et q.4.à c.38.et Clement.Gedit quidem l.5.De Iudæis, et Sar.*

4784 Episcoporum esse, diuini cultus ratione explicare,ac illibatam tueri. Sunt enim ipsi Principes in vera Religione , ac doctores præcipui .

Trid.

c *S.Th. de reg. Princ. l.1.c.1.12.*

d *In vita Card. Bell. c.20.*

S. Ign. p.4. c.10. & 4.5. 6.

Huc faciunt Canones sacri de Iure patronatus in Decretal. et Clement. Vide S.Th. 2. de regim. Princ.c.10. & Arist. 6. Polit.c.8.

e *S.Tho. de reg. Princ. l.1.à c.7. & l.2.c.16. Arist.7.Polit.c.8. Iosaphat 2. Paral.17.*

Trid. sess. 24. De Invoc. Sanct. in fin. Can. Apost. 57.

f *S. Th. 2. de reg. Princ. c. 16.*

4785 *f* Deberi à Principibus bono communi extruendorum Templorum curam. Religionis enim propria loca sunt Templa. *Trid sess. 21. de Refor. c. 7. 8. & Decc. l. 3. tit. 48. de Ecclesijs ædif.*

g *S. Ignat. p. 10. §. 13. litt. C. S. Th. 2. reg. Princ. c. 11. Arist. 7. Polit. c. 11. 12.*

4786 *g* Deberi à Principibus Reip. curam extruendorum murorum, turrium, Gymnasiorum, platearum, viarum, fontium, aliorumque ædificiorum, ad vrbium custodiam, vel ornatū faciendum. Pertinent enim hæc ad bonum commune, cuius est Principum cura. *Vid. S. Th. de reg. Princ. l. 1. c. 13.*

h *Vid. Arist. 7. Polit. c. 5. 6. 7. 11.*

4787 *h* Eligendam esse regionem temperatam ad institutionem ciuitatis, & regni. Temperata enim regio ad vitam politicam plurimum valet. *S. Thom. l. 2. de reg. Princ. c. 1. 2.*

4788 Deberi Reip. Christianæ à Principibus curam sacræ doctrinæ conseruandæ, ac propagandæ; ad Catholicæ Fidei defensionem, ac incrementum. Id autem potissimum fiet sacræ Scripturæ lectionibus, & Academijs instituendis, ac restituendis. *Trid. sess. 5. de Refor. c. 1. & sess. 23. c. 18. & sess. 24. c. 8. 12. 16.*

i *Vid. S. Th. 2. de regim. Princ. c. 5. 6. 7. Arist. 6. Politic. c. 5. & l. 7. c. 8. 10.*

4789 Deberi Ecclesiæ à Principibus ecclesiasticis curam, vt in diuino cultu exhibendo sit decor, & legum, sacrorumque rituum obseruatio. Exigit enim eam curā Dei sanctitas. *Trid. sess. 22. decr. de obser. in celebr. Miss. & de Reform. c. 3. & sess. 24. c. 12.*

4790 *i* Primam Principis curam esse debere, vt Resp. publicis diuitijs abundet. Valent enim diuitiæ publicæ ad Reip conseruationem, ad hostes arcendos, ad annonæ copiam, ad Ministrorum victum, ad præmia tribuēda, ad publicorum ædi-

ædificiorum molitiones. *Vide Decc.l.3.tit.5. De præbendis & tit.seqq.*

4791 *k* Diligentem Reip. curam esse debere, vt suum Principem tueatur. Nam Reip bonum à Principe pendet magnam partem. *Arist.3.Polit. c.10.* *k* *S.Ign.p.9. c.5.*

4792 Vnam Principis diligentiam esse, vt in Repub. sufficientia pro Ministris operum, munerumque, stipendia sint: vtque eorum sit prudens, legitimaq; tributio. Cõseruatrix enim, auctrixq; publicarum operum ea diligentia. *Vide Decc.l.3. à tit.5. De præbẽdis vsque ad 9. Ne sede vacãte, etc.*

4793 *l* In eam curam Princeps incumbito, vt sint Ministri, qui ipsũ in regimine iuuare & sciãt, & possint. Vnus enim non potest omnia. *S.Th. 2.de reg. Princ.c.10.* *l* *S.Ign.p.9. c.6.*

4794 Ne quid Princeps innouato sanciendo, aut concedendo, quod diminutiuum sit iuris aliorum, iis prius non auditis Ne qua contingat iniuria. ne subditorum concitet odia. ne agat imprudenter. *Decc.l.3 tit.9. Ne sede vacante, &c. & l.5. tit.31. De excess. Prælat.*

4795 *m* Curandum esse Principi, vt cupiditas habendi frænum habeat. Multorum enim malorum origo est ea cupiditas. *Clement. Abusionibus. tum. l.5. & Extrau. Prodiens De crimine falsi. & Extr. In delictorum l.2. de dilat. & Extr. Spondent l.5. De crimine falsi.* *m* *Arist.5. Polit. per totum.*

4796 Sepulturæ leges, iuraque sunto. Spectant enim ad humana corpora, quorum animæ sunt immortales. *Vide Decc.l.3.tit.28. De sepulturis. & l.6. & in Clement. & Extrau.l.3. de sepult.*

4797 Actionum in Ministerijs, & rerum pretia taxantor, cum oportuerit. Præcludendus enim est aditus

aditus auaritiæ. *Extrau. Cum ad sacrosanctæ De sent. excomm.*

4798 In honoribus, præmijs, officijs conferendis, virtutis ratione maximè habeto. Is enim erit maximus stimulus ad virtutũ actiones. *Ex Exper.*

4799 Illud esse diligenter obseruandum, Ne quid ex legibus, institutisq; moueatur; maximèq; ab eo cauẽdum, quod paulatim repit. Latet enim corruptio: quia nõ tãta simul fit. *Arist. 5. Polit. c. 8.*

4800 Torneamenta, ludique, in quibus ludentium, adstantiumve vita periclitari sæpè solet, prohibentor. Consulendum enim est incolumitati ciuium. *Decc. l. 5. tit. 13. De Torneamentis.*

4801 Enuncianda, quoties oportuerit, multitudini pericula, quæ in Remp. imminent. Excitat enim formido custodiæ, cautionisq; diligentiam. *Arist. 5. Polit. c. 8.*

4802 Caueto ne irrepat in ciues crimen falsi. Nam & decentiæ, & iustitiæ ius lædit. *Decc. l. 5. tit. 20. De crimine falsi.*

n *Arist. 5. Polit. c. 7. 8.* 4803 *n* Caueto Princeps ne quid iubeat, aut immutet, ad quod ipsi potestas non est. Agit enim illegitimè. *Decc. l. 5. tit. 31. De exceff. Prælat. & c. Nimis iniquæ, et c. Nimis praua eo. tit.*

o *Arist. sup.* 4804 *o* Cauendum omnibus esse ne quis alterius ius lædat. Vt sit iustum, ac legitimum inter omnes. *Decc. l. 5. tit. 33. De Priuilegijs.*

4805 Caueto Rector, ne cum ipsi malum aliquod à quopiam suggeritur, vt medeatur; siue particulare malum sit, siue commune: verbo vllo, signoue præferat, nullam se, leuemue de eo malo opinionem habere; aut existimare se illam esse suggerentis solum imaginationem. Nam secuturi mali reus erit ipse, si verum illud malum sit.

Et

Et erit odibilis; opinionemque de se subditis ingeret Rectoris non amantis. *Exper.*

4806 Curato Rector, vt quicquid sibi à quocunque suggeritur ad bonum regimen spectans, audiat attente, ac amanter excipiat. Nam sæpè contingit vt ab ijs, à quibus id esse posse minus cogitamus, maximi momenti consilium prodeat: & quæ primo aspectu videntur nihil habere posse vtilitatis, aut facilitatis; necessaria omnino esse, & ad exequendum facillima deprehendamus. Imprudentis ergo Rectoris est suggerentes non audire; aut statim reijcere, quę suggerũtur. *Exper.*

4807 *p* Deberi à Principibus Reip. curam, ne quæ à maioribus erecta, vel instituta sunt, temporum iniuria obsolescant. Ea enim cura perdurant Reip. bona. *Trid. sess.*21. *de Refor. c.*7. *et sess.* 22. *cc.*8.9. *et sess.*25. *de Purgat. et de Refor. c.*4.8. *Greg.*35.*q* 9.*c.*1.

p *S. Th. de reg. Princ. l.*1.*c.*13.

4808 *q* Custodiam à malis animæ esse à Superioribus spiritualibus debitam eorum subditis. Pastores enim illi sunt respectu suorum subditorum. *S. Th. de reg. Princ. à c.*7. *l.*1.

q *S. Basil. in Asct. c.* 25. *S. Ign. Par.* 3.*c.*1. *et p.*4. *c.*10.*§.*5.

4809 *r* Primam Principum curam esse debere, vt in omni cœtu obseruantia vigeat legum, ac statutorum. Legibus enim, statutisque stant cœtus tum Ecclesiastici, tum læculares. *Trid. sess.*25. *de Regul. ac Monial. et c. Cum ad monasterium De statu monach.*

r *S. Ign. p.*4. *c.*10.*§.*5. *S. Bonau. de sex alis Ser. c.*3.

4810. *s* Primam ciuis cuiusque curam esse debere obseruantiam legum, ac statutorum. Non enim amat Remp. qui in eorum curam non incũbit, quibus, ea stat, vigetque. *Trid. sess.*25. *de Regul. et Mon. c.*1. *Greg. d.*93.*c.*21. *et c. Recolentes De stat. monach.*

s *S. Ign. p.*6. *c.*1.*§.*1. *S. Bonau. de sex alis Ser. c.*3.

4811 Iniuriam facere bono communi Principem illum, cuius negligentia sunt in populo suæ curæ commisso vitia. Muneris enim ipsius est, qui Caput est Reip. conseruare Remp incorruptam. *Trid sess. 6. de Refor. c. 1. & sess. 22. Decr. de obser. in celebr. Miss. & c. 1. de Refor. & sess. 24. c. 8. & Dist. 84. c. 1. 2. et 2. q. 7. c. 55. & Hilar. Pap. 25. q. 1. c. 4. & c. Cum ad monasterium De statu monach.*

t S. Th. *l. 1. de reg. Princ. c. 15. Ambr. 1. off. c. 42.*

4812 *t* Iniuriam facere bono communi Principē illum, cuius culpa sunt bella. Muneris enim ipsius est pacem tueri. *23. q. 1. 2. 3.*

u *S. Ign. p. 4. c. 10. §. 5.*

4813 *u* Deberi à Principibus Reip. defensionem. Sunt enim custodes boni communis. *23. q. 8. & Extr. Vices illius l. 1. De tregua, et pace.*

x *De modo annonæ pro curandæ vid. S. Th. l. 2. de reg. Princ. c. 3. Arist. 7. Polit. c. 8.*

4814 *x* Iniuriam facere bono communi Principum illum, cuius negligentia est defectus annonæ. Muneris enim ipsius est prouidere ea, quæ pertinēt ad annonā. *Ex Trid sess. 23. de Refor. c. 1.*

y *S. Ign. p. 4. c. 10. §. 5. & p. 10. §. 11.*

4815 *y* Deberi à Superioribus suis subditis defensionem à noxijs. Capitis enim rationem habent respectu multitudinis. *S. Th. l. 1. de reg. Princ. c. 15. & l. 2. c. 11. 12.*

z *S. Ign. p. 4. c. 11. §. 3. S. Gregor. 2. Past. c. 6.*

4816 *z* Debere Principem noxios plectere. Ne peccata transeant in exemplum; fiatq; virtutis detrimentum. *Trident sess. 6. De Refor. c. 3. & sess. 21. cc. 6. 8. & sess. 22. c. 10. & sess. 23. c. 18 & sess. 24. c. 8. & sess. 25. de Refor. c. 14. & Dist. 81. 82. 83. 86. & d. 93. c. 21. & 23. q. 4. c. 8. 43. & c. vt clericorum De vita, & hon. cler. & Clement. Vt Clericorum De off. iud. ord.*

4817 Prouidendum omnino esse, ne qui grauiora scelera patrant, pœnam vlla ratione subterfugere queant. Interest enim maximè bono communi ea prouidentia. *Trid sess. 13. de Refor. cc. 4.*

*cc.*4.5.*& sess.*25.*de Refor.c.*6.*&* 23.*q.*4.*c.*18.19. *& c.Irrefragabili De off.iud.ord. & Extr.Diuinis exemplis l.*5.*de pœnis.*

4818 Debere Principem præclarè gesta ex bonis communibus compensare. Huic enim compensationi maximè debentur bona communia. *DD.Mor.*

4819 Curandum esse Principi ne ciues in sumptibus nimij sint. Multum enim Reip interest habere diuites ciues. *Clement.Cum sit nimis l.*5.

4820 *a* Debere Principem præmijs ad bene agendum excitare. Præmijs enim, ac laudibus crescit virtus, quod est maximum bonum ex bonis communibus. *Trid. sess.*5.*de Refor.c.*1.*in fin.*

a *S.Th.l.*1. *de regimine Princ.c.*15.

4821 *b* Habendam esse rationem bene de re publica meritorum. Vt etiam alij ad bene de re publica merendum excitentur. *Basil. in Reg.br. q.*170.

b *ff.de Priuilegijs Veteran.*

4822 *c* Caueto Princeps ne ad suum commodum bono vllo communi vtatur, nisi quatenus suum commodum ad commune commodum referretur. Non enim habet priuatum Ius in bonũ commune, sed ius Rectoris, ac dispensatoris. *Hieron.d.*37.*c.*5.*&* 1.*q.*2.*c.*6.*et* 10 *q.*1.*c.*9.*et q.*3. *et* 12.*q.*2.*c.Ratio nulla De Præbendis, et Dignitatibus, et Decc l.*6.*De cens. & exact.*

c *S.Ign.p.*4. *c.*21.§.5. *S.Thom.de reg. Princ. l.*1.*c.*1. *Arist.*3.*Politic.*

4823 *f* Principi, Rectorique residendum esse in loco sui regiminis. Ne priuet præsentia, vsuq; sui necessario regimen ipsum, & populũ: ad quã præsentiam, vsumq; Ius habet commune bonum. *Trid. sess.*6.*de Reform.c.*1.*&* 2.*& sess.*7.*c.*3.*& sess.*13.*c.*1.*& sess.*23.*c.*1.*& sess.*24.*c.*12.*Pius IIII. in Declarat.Sanctissimus in Christo, & c.et in Bull. In suprema, & in Bull. Cum tamen per sacrosanctum.*

f *Bellar. in vita c.*20.

Gum. & d.91.c.7. & d.10.c.1 & 7.q.1.c.29. & c.Ex parte tua De offic. Vicarij & Decc.l.3.tit.de clericis non resid. & c. Licet canon De eis & l.1.6. & ibid. De cler. non resid.

g *S. Ignat. p.8.c.1.§.7.*

4824 *g* Residentiæ locum esse eum debere, qui sit regimini commodus magis. Vt capitis in membra influxus sit. *Dist.80.& 7.q.1 c.44.*

h *Gregorius 1.Past.c.10. Ambr.1.off. c.28.*

4825 *h* In eam curam Princeps incumbito, vt ne cupidi, aut alio animi vitio laborantes, ad regimen veniant. Is enim efficax modus est ad bonorum copiam comparandam ad regendū aptorum; & ad multis Reipublicæ malis occurrendū. *Trid. sess.22.c.2.de Refor. et sess.24.c.1.& sess.25. de Refor.c.7. Dist.46.c.9.& Dist.47.per totum.*

4826 In eam curam Princeps incumbito, vt plenam subditorum cognitionem habeat. Magni enim ad regimen interest. *S. Ign.p.9.c.3.§.19.*

4827 Maiores Rectores non esse in exiguis populis constituendos, sed minores. Ita enim decet. *Dist.80.& 16.q.1.c.48.49.50.51.et c.Episcopalia De Priuilegijs.*

4828 Non debere Principes iure suo cedere, ac potestate: si factum illud in boni communis detrimentum vergat. Nam Reip. ius læderent. *Cypr.7.q.1.c.8.et 16.q.7.et 23.q.8.c.21.et c.Nouit ille De Iudicijs.*

i *S. Ign.p.9. c.3.*

4829 *i* Prouidendum omnino esse, vt ne vllus Rectoribus vexationis timor sit, aut molestiæ; quin liberè ad inquirenda, & punienda delicta procedat. Eo enim timore reddi Rectores solent in inquirendo, ac puniendo segniores. ob id causæ criminales graviores contra Episcopos à solo Summo Pontifice cognoscuntur. *Trid.sess.13.de Refor.c.6.7.8.et sess.24.c.5.et sess.25.de Refor.c.3.*

et 2.q.7.et 7.q.1. et 25. q.2.c.25. etc. Irrefragabili De off.iud.ord.et c.Vnico l.6. de his, quæ vi metuq; etc. et c.Statutum l.6. de Hæret. et Clement.Si quis suadente l.5. de Pœnis.

4830 k Prouidendum omnino esse, vt si quod Rectori impedimentum ad regendum irrepserit, sit alius, qui aut subrogetur, aut coadiuuet. Ne bonum commune detrimentum patiatur. *Basil. in Ascet.c.45.* k *S.Ign.p.9. c.4. §.6. & c.5 §.6.*

4831 Prouidendum omnino esse à Rectoribus Ecclesiasticis, vt quæ ad Dei cultum, aut animarum salutem spectant, iuxta sacrorum Canonum statuta, conseruentur, ac vigeant. Munus enim hoc est ipsorum proprium. *Trid.sess.22. de Refor.cc.8.9.et sess.24.c.3.*

4832 *l* Prouidendum esse Episcopis, vt Ecclesiæ Ministri, antequam ordinentur, sacris Ecclesiæ Canonibus erudiantur. Eam enim eruditionem Ecclesiæ Ministri tenere debent; vt rite possint sacris Ministerijs satisfacere. Ad certam autem, ac facilem eruditionem, oporteret hebdomadarias totius cleri Academias, siue conuentus, instituere. Porrò ad eam doctrinam spectant Ecclesiæ Ritus, & Casus, quos vocant, conscientiæ. *Dist.38. Trid. sess.23. De Refor. c.18. et 10.q.1. c.12. et 12.q.1.c.1.et c.Cum sit ars 14.de æt. qualitate, etc.* l *S.Ign.p.4. c.8.*

4833 *m* Caueto Princeps sæcularis ne quid ex Ecclesiastica iurisdictione contra Ecclesiæ statuta sibi vsurpet. Magna enim est ea iniustitia, & valdè turpis, & diuino cultui maximè noxia. *Trid.sess.22.cc.8.9.et sess.23. de Sacr. Ord. c.4. et sess.24.de Refor.c.3.et sess.25.de Refor.c.3.et Dist. 63.et 11.q.1.et 16.q.1.c.40.et q 7.et 17.q.4.et Decc.* m *Friderio. Imp.Authentica Cassa C.de sacros. Eccl. Leo, & Anthem. Impp. l.15.C.eo.*

l.3.tit.38. De Iure patronatus. et tit.49. De Immunit. Eccl. et c. Noverit De sent. excom. et c. Grauem eo. tit. et l.6. tit. de Immun. Eccles.

4834 Cauento quicunque, ne Principes Ecclesiasticos ab executione eorum, quæ ad diuinũ cultum spectant, aut ad Ecclesiasticam iurisdictionem, impediant. Est enim illud scelus contra reuerentiam, ac bonum Ecclesiæ. *Trid. sess. 24. de Refor. c. 3. 20. et sess. 25. de Refor. c. 3. Greg. 23. q. 8. c. 21. et seqq.*

n S. Ign. p. 4. e. 2. §. 5. & e. 10. §. 3. & p. 9. c. 3. §. 4.

4835 *n* Reddi administrationis rationem à quibuscunque Ministris debere. Is enim stimulus efficax est ad iustè, diligenterque administrandũ. *Trid sess. 22. de Refor. cc. 8. 9. 10. et sess. 23. de Refor. c. 18. et sess. 24. de Refor. c. 3. 16. 18.*

4836 Delictum personæ non debere in detrimentum Reip. redundare. *c. Delictum l. 6. de reg. iur. vid. Gloss.*

o Ambr. 1. off. c. 29.

4837 *o* Fidem publicam, etiam hostibus, seruandam esse. Valet enim ad humani commercij conseruationem fidelitas. *Trid. sess. 15. et 18.*

4838 Deberi bono communi à Principibus correctionem malorum. Ne mali noceãt cõmuni bono. *23. q. 4. 5. 8. et c. Irrefragabili De off. iud. ord.*

p Ambr. 2. off. 15.

4839 *p* Deberi à Principibus, præsertim Ecclesiasticis, patrocinium erga egentes, defensionemque postulantes. Sunt enim Patres. *Dist. 87.*

q S. Tb. 2. de reg. Princ. c. 15.

4840 *q* Deberi à Principibus, præsertim Ecclesiasticis, curam pauperum alendorum. Sunt enim ipsi *r* Pastores populorum. *Trid. sess. 23. de Refor. c. 1. & Dist. 42. gloss. & d. 82. c. 1. & d. 83. c. 1. 2. et d. 86. c. 5. & 10. q. 2. c. 7. & 12. q. 1. c. 23. & seq. & q. 2. à c. 13. & c. 71. & 16. q. 1. c. 68. & Can. Apost. 40. 58.*

r Ioan. 21. Act. 20.

4841 *s* Deberi à Principibus, præsertim Ecclesiasticis, populo bonum operis exemplum. *t* Pastores enim sunt populorũ. *Trid.sess.*23.*de Refor. c.*1.*&* *sess.*25.*de Refor.c.*1. *Ifid.c. Iustum est d.*9.*&* *Concil. Laodic. d.*24.*c.*4.*et d.*83.*c.*2.*Greg. d.*100. *c.*9.*et* 2.*q.*7.*à c.*28.*et* 8.*q.*1.*c.*21.22.24.*et* 11.*q.*2.*c.*3.

4842 *u* Debere Principes Ecclesiasticos pro populo orare, ac sacrificium offerre. Pastores enim sunt populorum. *Trid.sess.*23.*de Refor.c.*1. *Hier.d.*36.*c.*3.

4843 Debere Principes Ecclesiasticos populo prædicationem diuini Verbi. *x* Pastores enim sunt. *Trid.sess.*23. *de Refor. c.*1. *et sess.*24. *c.*4.7. *Hier.d.*36.*c.*3.*Greg d.*43.*c.*1.*et seqq.Aug.*8.*q* 1.*c.*8. *et c.Inter cætera De off.iud.ord.*

4844 Debere Principes Ecclesiasticos populo Sacramentorum administrationem. *y* Pastores enim sunt. *Trid.sess.*23. *de Refor. c.*1.*et sess.*24.*de Refor.c.*7.

4845 Debere quosque etiam Principes, suis Episcopis reuerentiam, & obedientiam. Ipsi enim Rectores, pastoresque sunt animarum. *Innoc. III. c.Solitæ De maior. et obed.*

4846 *z* Plura simul Ecclesiastica beneficia ne habeto: si periculum sit detrimenti bono communi. Reus enim efficeris eius damni. *Trid sess.* 7.*de Refor.cc.*4.5.6. *&* *sess.*24. *c.*13.17. *&* *sess.*25. *de Regular. c.*7. *Pius* IIII. *in bull. Romanum Pontificem &c.&* 7.*q.*1. *&* 21.*q.*1.2.*&* *c.Dudum Ecclesia* 54.*de elect. &* *c.Eam te De at qualit.&c. &* *Decc.l.*3.*t.*5. *De Præbendis. &* *c.Peruenit De exces. Prælat. & Extr. Execrabilis De præb.& dign. & Extr. vt quo l.*1.*de off iud.ord.*

4847 *a* Cauendum ne plures vni Rectori regendi

s *S.Basil.in Ascet. c.*43.
*S. Greg. Pastoral. p.*1. *c.*2. *&* *p.*2. *c.*3.
*S.Ignat.p.*4. *c.*10.*§.*4. *et p.*9.*c.*2.*§.*2.
*S. Bonau.de sex alis Ser. c.*6.
*S.Car. Bor. in vita l.*8. *c.*9.
t *Ioan.*21. *Act.*20.
*Vid. Ambr. 2.off.*17.
u *S.Ign.p.*4. *c.*10.*§.*5.
*S.Gregor.*1. *Reg.l.*5.*c.*3.
x Io.21. *Act.*20.
y Io.21. *Act.*20.
z *Arist.* 4. *Polit.c.*15. *et l.*5.*c.*8.
a *Arist.* 4. *Polit.c.*15.*et l.*7.*c.*4.

gendi tradantur, quam vires ad rectè regendum, ac facultates suppetant. Huius enim cautionis omissio multas Resp. pessumdedit. Nam agentia finita limitatam ad agendum virtutem habent. *Trid. sess. 25. de Regular. c. 7. & 7. q. 1. & 16 q. 1. c. 53. & 21. q. 1. 2. & c. Ne nimia De religiosis dom. & Extr. Saluator l. 3. de præb. & dign.*

4848 Curandum esse, vt quæ cuique à Principe bona sunt ad possidendum tradita, ab alijs nō vsurpentur. vt & pax sit, & bona ipsa melius conseruentur. *13. q. 1. 2 & 16. q. 1. c. 47. 58. 59 & q. 2. c. 1. & seq. & q 5. et q. 3. 6. 7. et 23. q. 8. à c. 21. et Decc. tit. 29. De Parochijs. et c. Nimis De excess. Præl. et c. Præsentis l. 6. de off. ordinarij. et Clemen. vnica De sequestrat. et l. 3. tit. 8. De Decimis. et tit. 17. De Immunit. Eccl. et l. 5. tit. 8. c. 3. de Pœnis. et Extrau. Ad Apostolatus De concess. præb. et Extr. Suscepti l. 3. Ne sed. vac.*

b S. Ign. p. 9. c. 3. §. 5. 18. et c. 4. §. 7.

4849 *b* Cauendum valdè esse ne quod Respublica detrimentum ex bonorum alienatione patiatur. Ideo Ecclesia prohibet Ecclesiastica bona alienari, & beneficia vnius Diœcesis cum alterius Diœcesis beneficijs perpetuò vniri. *Trid. sess. 14. de Refor. cc. 9. 12. 13. & sess. 24. c. 13. & sess. 25. de Refor. c. 9. 11. 12. 13. 16. Pius* IIII. *in Bull. Romanum Pontific. Pelag. d. 28. c. 13. & Dist. 54. c. 22. et d. 89. c. 5. et d. 96. c. 1. et 10. q. 2. et 12. q. 1. c. 16. et seqq. & q. 2. 3. 4. 5. & 16 q. 1. c. 42. 43. 44. 61. & q. 6. c. 3. & q. 7. & 17. q. 4. & Can. Apost. 37. et Decc. l. 3. tit. 10. 13. 14. 18. 19 20. 21. et seqq. et l. 6. de rebus Eccl. non alien. & Clement. l. 3. eo. tit.*

4850 Æquum non esse vt publicis Reip. redditibus fruātur ij, qui extra Remp. sunt, aut Reip. vtiles non sunt. Esset enim contra bonum commune:

mune: quatenus Reip. bona non referrentur in commune bonum. *Trid.sess.21. c.3.de Refor. & sess.13.c.18.§.Deinde.& sess 24.c.12.& sess.25.c.1. de Refor.& c.16. Pius IIII. in bull. Romanum Pontif. Pelag.d.28.c.13.& d.86.c.16.& d.89.c.5. 6.Greg VII.1.q.3.c.13.& 10.q.1.c.13.& seqq.& 12.q.2.per totum.& 16.q.1.c.68.& q.7.& Can. Apost.37.& c.In Ecclesia De Instit.& c.Quamuis sit De Decimis & c.Prohibemus eo.tit.et Extr. Ambitiosæ l.3.de reb.Eccl.non alien.*

4851 Æquum non esse, vt Reip. redditibus publicis fruantur ij, qui Reip. Ministri, membraue, futuri non sunt. Pateretur enim Resp. detrimentum: quatenus potuisset suis redditibus alere eos, quibus deinde vti potuisset in commune bonum vt membris suis. *Trid sess.14. de Refor. c.10.& sess.24.c.12. & sess.25. de Refor.c.1. Pius IIII.in bull. Romanum Pontif. Pelag. d.28.c.13. Greg VII.1.q.3.c.13.& 16.q.1.c.68.*

4852 Iniquum esse bona Ecclesiæ, censusque in vsus effundere aut turpes, aut inutiles, aut superfluos. Sunt enim non ad eum vsum à fidelibus data. *Hier.d.37.c.5.& d.86.c.7.8.9.*

4853 c Æquum esse, vt qui pro bono publico laborant, Reip. bonis alantur. Nam ea spe & plures ad laborandum alliciuntur: & operarij, ministrique non distrahuntur ab opere publico cura sibi victum quæritandi. *Trid. sess.21. de Refor. cc.3.4.& sess 24.c.3.13.15.18. Alex.II. d.32.c.6. Gelas. d.74. c.9. Brachar.II. 1.q.2. c.1.6.9.10.& 10.q.1.& 12.q.1.c.22.& q.2.à c.26. et 16.q.1.à c.21. et c.45.46. et c.55. et seq. et q.7. et Decc.l.3. tit.5.et 6.*

c *Arist. 7. Polit.c.10.*

4854 d Primam Principum curam esse debe-

d *Basil. in Ascet. c.33.*

re, vt in Rep. sufficiens numerus Ministrorum; & certum cuique Ministro munus sit. Contingent enim omissiones valdè noxiæ, si secus factum fuerit. *Trid. sess. 21. de Refor. c. 4. & sess. 23. c. 18. et sess 24. c. 13. 16. 18. et d 92. et Decc. l. 3. tit. 5. et 6.*

4855 Esse publica bona publico titulo, nō iure consanguinitatis habenda. Vt habeāt vtiles Reip. ac digni. *c. Vt nullus De præbendis.*

4856 Primam Principum curam esse debere, vt sufficientia sint ad victum cuique publico Ministro. Nam si secus factum fuerit vel non erit, qui velit Minister esse; vel solum inhabiles ad ministrandum sese offerent; vel in ministerijs omissiones contingent noxiæ ex Ministrorum distractione in victu sibi quæritando. *Trid. sess. 21. de Refor. c. 5. et sess. 22. c. 3. et sess. 23. c. 17. et sess. 24. c. 13 15. et sess. 25. de Regular. c. 3 5. et de Refor. c. 9. 11. 12. 13. et 12. q. 2 et 16. q. 1. c. 63. et Decc. tit. 31. c. 15. et l. 3. tit. 5. de Præbendis.*

e *S. Ign. p. 3. c. 2. §. 3. & p. 4. c. 10. §. 5. Bellar. vita c. 14.*

4857 e In eam curam cœnobitarum quisque Rector incumbito, vt suis Cœnobitis, quæ ad victum necessaria, ne desint. Custodia enim regularis obseruantiæ, & vitæ cœnobiticæ, & votorū religiosorum, ea procuratio. *c. Non amplius De Institutionibus. et c. Cum ad monasterium De statu monach. et c. Periculoso l. 6. de statu regul. & Sane.*

4858 Detrahendum esse stipēdium ab ijs Ministris, qui debita opera ministerio non faciunt satis. Æquum enim est, vt qui non laborat, non manducet. *Trid sess. 22. de Refor. c. 3. et sess. 23. c. 1. §. Si quis, et §. Eadem. et c. 2. d. 92. c. 4. 5.*

4859 In eam curam Princeps incumbito, vt habendi cupiditas frænum habeat. Innumerabilium enim malorum in Rebuspubl. cupiditas parens

rens semper fuit. *Trid. sess.21. de Refor. c.9. et sess.22.decr. de obser. in sacrif. Mis. et sess.24.de Refor.c.3. et sess.25. de Regular. c.2. Pius IIII. in bull. Romanum Pontif. et Dist 47. et 10.q.2.c.7. et 12.q.1.per totum. et 16 per totum. et 21.q.3.et c.Cum ex eo De Pœnit. et remis.*

4860 *f* Debere quemlibet Principi, Rectoriq; suo reuerentiam. Est enim Princeps loco Dei,ac minister illius. *Trid sess.25 de Refor.c.6.17. Nicol. Pap.d.21.c.6.et d.93.Fabian. Pap.11.q.1.c.31. Can.Apost.54. et c.Grauem De excess.Præl.*

4861 *g* Legitimos census,ac vectigalia, obla tionesque soluendas Rectoribus esse. Bonis enim Reip. ali debent, qui Reip. bonum procurant. *Dist.32.can.6 & 2.q.7.& 16.q.7.*

4862 *h* Debere quemlibet Principi, Rectorique suo obedientiam. Nam respectu Principis habet se quilibet vt membrum quodlibet corporis respectu Capitis. natura autem inditũ est cuique membro, vt pareat capiti. *Trid.sess.14.de Refor.c.11.& sess.25.de delect.cib.in fin. Pius IIII. in Bull.Iniunctum nobis,& Dist.73.c.3.4 et d.81. c.15.& d.93.& 2.q.7.c.8.& 11.q.2.& c.40. et q.3. c.39.& Tit.31. De maior.& obed.*

4863 *i* Ne quisquam à Rectoris ordinarij regimine eximitor: si periculum sit inobseruantiæ. Eiusmodi enim exemptiones in boni communis detrimentum cedere solent. *Trid.sess.7.de Refor. c.14.& sess.14.cc.4.5.8.11.& sess.24. de Reform. c.9.11.& sess.25. de Regular. c.4.9.20.21.& de Refor.c.6.9.*

4864 Non esse quicquam alicui concedendũ contra immediati sui Rectoris rationabile præceptum,ac voluntatem. Ne subreptioni, & fraudi,

f *S.Carolus Borr. vita l.8.c.3. S.Ignat p.4. c.10.§.5.& p.6.c.1.§.2.*

g *De ecclesiasticis non imponendis vide Decc.l.3.tit. 39.& l.6.de censibus,& exact et Extrau. Quod olim l.3. De immu.Eccl.*

h *S.Carolus Borr.supra. S.Ignat p.3. c.1.§.23.& p.4.c.10.§. 5.*

i *S.Ign.P.3. c.1.§.11.& litt.l. et p.3. c.1.§.23.*

di,& inobediētiæ,& alijs malis aditus aperiatur. *Trid sess.14.de Reform.cc.1.11.& sess.24.c.10. & sess.25.de Regular.c.4. Pius IIII. in Declar. Sanctissimus, &c. & Decc.l.3.tit.9.*

4865 Principi, Rectorique amorem deberi. Hanc enim compensationem exigunt Principis, Rectorisque beneficia. *3.q.1.c.5.& 7.q.1.c.11.*

4866 Esse iusta tributa Principibus soluenda. Ipsi enim sunt Domini: & præcipui Ministri sunt boni communis. *11.q.1.c.27.28. & Clement.l.3. De censibus.*

4867 Amorem Patriæ deberi. Est enim Patria principium quoddam vitæ nostræ. *Ius nat.*

4868 Ad dignitates aditum infamibus ne aperito. Non enim decet. *c.Infamibus l.6.de reg.iur.*

4869 Non debere Rectorem vllum vllius muneris curam suscipere, cui se imparem agnoscit, ineptumque. Ne reus sit damni communis, si impar sit oneri, ineptusque. *Ius nat.*

k S.Tb. l.1. *de regimine Princ.c.15.*

4870 k Prouidendum esse, vt Ministri sint, qui Ministrorum vicem subeant in muneribus publicis, cum ordinarijs Ministris impedimenta contingunt. Ne bonum commune detrimentum patiatur. *7.q.1.& c.13.& Decc.tit.31.c.15.& l.6.tit. De suppl. neglig. & tit. De cler. agrot. & Clement. l.1.tit.5.*

l S. Tho. *de reg. Princ. l.1.c.6. S. Ign. Par. 2 per totum et p.4. c.10. & p.5. & p.9. c.4. & 7.*

4871 Reum esse communis damni Principem illum, qui relicto digno, munus publicum committit indigno; aut multò minus digno, relicto digniore. Sua enim culpa communi bono damnum fit. *Trid.sess.7.de Refor.c.3.& sess.24.c.1.12.18.*

4872 *l* Ministros malos, & illegitimos, vel inhabiles, deponendos esse. Cauendum enim ne Resp. detrimentū patiatur. *Trid.sess.21.de Refor. c.6.*

c.6.& sess.22.c.10.& sess.23.c.2.& Dist.32.can.5. 6.11.& d.34.c.1. Dist.46.& 47.& 1.q.1.et seqq. et 7.q.1.& c.13.& 17.q.4.c.31.et c.Quamuis multa 15. *De æt.et qual.& c.*

4873 *m* Non esse, nisi ob magnam Ecclesiæ necessitatem, duas simul Ecclesias ab Episcopo habendas. Est enim hoc spirituale quoddam genus Poligamiæ; ac noxium communi bono. *Trid. sess.7.de Refor.c.2.& 21.sess.24.c.17.& 7.q.1.*

m *Bellar. in vita c.20.*

4874 *n* Non debere Episcopum ex vna in aliã Ecclesiam transire; nisi ob necessitatem, vel maiorem vtilitatem Ecclesiæ. Est enim spiritualis Matrimonij vinculum, aliqua ex parte maius vinculo Matrimonij corporalis. *Ex 7 q.1.& de Consecr. d.4.c.107.et Can.Apost.13.et de postul.Prælat.c.6. & Tit. De translatione Episc.per totum. et c.Nos liceat De cler.non resid.*

n *Bellar.supra.*

4875 *o* Non esse ob temporalium cupiditatem Ecclesiarum curam aut deponendam, aut non admittendam. Cederet enim in iniuriam Ecclesiæ. 7 *q.1.*

o *Bellarm. supra.*

4876 Officia iustitiæ ne venduntor. Cupiditas enim redimendi pretij, atque lucrandi, vim magnam habet ad diuertendum animum à rectitudine. *Bellar.vitæ c.20.*

4877 Esse ad Episcoporum curam, ac iurisdictionem inducẽda, quęcunque interest Episcopis subijci, ne grex ipsis commissus detrimentum patiatur. Vt animarum saluti, & Ordini, qui est in ecclesiastica Hierarchia, consulatur. *Trid sess.25. de Regular.c.11.12.13.et alibi.et 10 q.1.et 16.q.1. et q.2.c.7.et q.7.et 18 q.1.2.et 26.q.6.et Can.Apost. 37.38.40. et c.In Later. Concil. De præbend. & Decc.l.3.tit.36.De religiosis dom.et tit.38. De Iure patro-*

patronatus. et c. Accedentibus De excess. Præl. et l. 6. tit. De Cappellis monach. & de lurepatr. et Clem. Attendentes De statu mon. et l. 3. tit. 11. De relig. dom.

4878 Ne sine pœna esse finito contumaces, & inobedientes. Ne eorum exemplo cæteri discant contumaces, & inobedientes esse. *Trid. sess. 25. de Refor. c. 3. et c. Ea quæ De statu monach.*

4879 Esse à quoque obseruantiam exhibēdam maioribus suis. Eam enim decentiæ ius exigit. *Dist. 93. c. 14. 15. 17. 19. 20. 24. 25. 26. et d. 94. c. 3. & d. 95. c. 11. 12. et 2. q. 7.*

4880 Deberi ab omnibus, etiam à Principibus sæcularibus Ecclesiæ Principibus, ac Sacerdotibus, reuerentiam, & in ijs, quæ ad ipsorum ius pertinent, obedientiam. Ipsi enim sunt Pastores, & patres respectu cæterorum. *Dist. 96. à c. 11. & 2. q. 7.*

4881 Deberi Superioribus, præsertim Ecclesiasticis, eam reuerentiam, vt à plebe non arguantur, aut accusentur: nisi infames sint. *2. q. 7. et 6. q 1.*

p S. Ign. p. 4. c. 17. §. 7. et lit. L. et p. 8. c. 1. lit. D. §. Quamuis. et c. 6 §. 2. S. Bahlius in Ascet. c. 46.

4882 *p* Deberi à quolibet Reip. ac bono communi eum amorem, ac operam; vt ad Superiorē referat, si quid cōtra cōmune bonum à quolibet, etiā à Rectoribus, siue exemplo, siue opere, fiat. Ne, si remediū non adhibeatur, ab eo, qui potest; detrimenta cōmune bonum patiatur. *2. q. 7. c. 46. 47. 48. 55. 57. et 5. q. 5. et c. Ea quæ De statu mon. et c. Quia plerique De off. ord. l. 6. et Extr. Vt prælatorum l. 1. De maior. & obed.*

q S. Ign. p. 9. c. 4. §. 5. & c. 5. §. 6.

4883 *q* Rectorem vtilem non esse à regimine remouendum, neque ipso perente: nisi certa sit spes maioris boni. Ne Resp. detrimentū patiatur. *7. q. 1. c. 45. vide Tit. De Renunciatione.*

4884

4884 Non licere Rectori regimen deserere, si ex eius fuga periculum sit communi bono. Spectat enim maxime ad ipsum commune bonum, tueri. 7.q.1.c.46.47.

4885 Bona subditorum opera, sua Princeps auctoritate, opeque iuuato: præsertim, si eius auctoritas, aut auxilium petatur. Debet enim hoc genus officij bono communi. à quo si Princeps abstinet, detrimentum sequi necesse est. *Ius nat.*

4886 Curato Princeps ne in delitiarum vsu ciues sint nimij. Eneruant enim animos deliciæ. *S.Tb.l.1.de reg.princ.c.4.*

4887 Curato Princeps vt in suis ciuibus numisma sit proprium. Plurima enim numismatis proprij commoda sunt. *Vid. S.Thom. 2. de reg. princ.c.13.*

4888 Mensuras esse à Principe, ponderaque tradenda. vt iustitia in commutationibus sit. *S.Tb. 2.de reg.princ.c.14.*

4889 Esse alienis commodis incumbendum. Ea enim est exercitatio amoris, & cura in bonum commune. *Ambr.3.off.c.3.*

4890 Caueto ne tua lucra alienis incommodis captes. Est id & iniustum, & contra politicam caritatem. *Ambr.3.off.c.4.*

4891 r Magnam esse in Rectore animarum debere prudentiam, ac dexteritatem. Plurimi enim sunt animorum morbi, & sæpè latentes, quique interdum ipsis remedijs fiunt deteriores. *Vid.Ber.ser.2.in Resurr.ad Abbates.* r *Claud.Aq. in l.Industr. per totum.*

4892 Benè à subditis gesta Princeps ipse probato, ac laudato: cum opportuna laus est. Nam virtus laudata crescit; multò magis, si laudet Princeps ipse. *Ambr.1.off.c.47.*

4893

s *Arist. in Polit. per totum.*

4893 *s* Vnus Rector, vnum summum regimē esto, quantum fieri potest. Nam vnus est Deus, vna Fides, vna Ecclesia. Ita paci consulitur, & bono communi. *Basil in Ascet. c.35.*

t *Arist. 3. Polit.*

4894 *t* Ad bonum commune, quicquid agunt, tum Princeps, tum multitudo, dirigunto. Nam is politicè agendi modus nobilissimus est, & in primis efficax ad Remp. conseruandam. *Basil. in Ascet. c.42.*

u *Arist. 2. Polit c.1.*

4895 *u* Ne Ministrum à munere remoueto: cui Ministerij peritiam, & legum, ac præceptorū exactam diligentiam seruarit. Superfluum enim remoto illo alium substituere; & molestum, ac difficile. *Basil. in reg breu. q.156.*

x *Arist. 1. Polit. c.8.*

4896 *x* Caueto ne non satis prudentia, & virtutibus instructus ad regimen venias. Eris enim communi bono noxius maximè. Sapientia autē requiritur in Rectore tum de agendis, tum de agēdorū modo. *Bonau. de sex alis Seraph. c.1.2.7.*

4897 Verum, syncerumque communis boni zelum esse Rectori debere. Excitabit enim is zelus ad vigilantiam, ad executionem; ad vrgendū ea, quæ oportet ad negligendum, quæ negligi debent. *Vid. Bonau. supra c.3.*

4898 Esto Principis cura diligens, ne nimium grauentur subditi, aut vexentur. Nam pater esse debet, non herus. Curandum igitur, ne merces eorum operi debita differatur; ne emere, vendereue cogantur inuiti; ne in Principis commodum à Ministris vexentur. *DD.*

4899 Illam multitudinem esse regimini aptissimam; in qua secūdum vitæ commoda omnes sunt pares. Nam & excessus, & defectus commodorum difficiles reddit homines ad parendum: ea

felix

felix æqualitas in Regularium Cœnobijs cernitur, sapienter institutis. *Arist.*4.*Polit.c.*11.

4900 Inæqualitatem ciuium, quam in Republica esse contigerit, legibus esse temperandam. Legibus enim congruentibus prouidendum est, ne potentiores opprimant cæteros, ac non pareant; neve deteriores, ac tenuiores sint Reip. siue ob impotentiam, siue ob pusillanimitatē, inutiles. *Arist.*4.*Polit.c.*13.*et l.*5.*c.*2.

4901 In eam curam diligentissimè à Principibus incumbendum, vt quantum fieri potest nullus in Republica sit, qui cupiditatis vitio laboret, aut se vllo signo cupidum ostendat. Maxime autem legibus id cauendum videtur. Nam radix odiorū, ac dissentionum cupiditas est. Pernicies autem Rerumpub. sunt dissentiones, & odia. *Vide Arist.* 5.*Polit.c.*2.3.

4902 *y* Videri eam esse curā debere cuiusque Reipublicæ, cuiusque Principis, vt optimę formæ imitationē exprimat regimen, quantū fieri potest. Optima autem regiminis forma videtur ea esse. Vt secundum voluntatem, ac iudicium maxima sit in Rectore vnitas; summum in Rempub. imperium; prudentia præstantissima: vt consiliarios habeat sapientia, & voluntate in bonum publicū excellentes: *z* vt sit circa Rectorem prouidentia, vt non contingat contra bonū commune peccare in imperando. Ea regiminis forma cernitur in Christi Ecclesia, in qua vnum est summum imperium penes Iesu Christi Vicarium, successorem Petri: vbi tanta est Patrum legitimè ad decernendum congregatorum sapientia diuinitus accepta, vt errare non possit: vbi hierarchicis legibus à Christo conditis, & Spiritus sancti afflatu ita

y Ex Arist. in Polit. per totum.

z Vid. Arist. 6.*Polit.c.*4.

Sum-

Summus Pontifex regitur, vt eius spirituale imperium nunquam possit non rectum esse. *P P.*

4903 In eam curam incumbendum, vt (quantum fas fuerit) neque augeatur quisquam supra modum; neque vt statim, præsertim parui, magnis honoribus ornentur. Est enim id & inuidiæ, & ruinæ obnoxium. *Arist. 5. Polit. c. 8.*

4904 Ne expoliato, ne deprimito, ne vexato subditos, vt regnes. Animi enim parui, & cupidi, & praui ea regnandi ars est. & non Regis, sed Tyranni, suum non commune commodum intendentis. & imprudentis, nescientisque artes honestas inuenire ad potestatem conseruandam, & retinendam. *Ius nat.*

4905 Putato veram, christianamque in ciuibus religionem ad Reip. conseruationem posse maximè. Frænat enim illa cupiditatem, à qua Rerump. corruptio deriuatur. Et est animorum vnionis parens. *Exper.*

4906 Putanto Principes impij quicquid contra veram religionem, & ius illius moliuntur, in imperij sui ruinam aliquando casurum. Stabit enim semper Religionis veræ potestas, & ius; Deo tantam iniuriam vlciscente. *Dauid Ps. 2.*

a *Artes politicas docet Arist. in Polit. per totũ, præsertim à l. 5. c. 8.*

4907 *a* Ne putato te egregiè Remp. administraturum, si politicam tantum prudentiam, & artes humanæ mentis adhibeas: nisi etiam eam sapientiam adhibueris, quam sacra, diuinaq; doctrina docet. Nam regimen expers cælestis sapiẽtiæ, christianæque pietatis, vanum. Fons autem eius sapientiæ familiaritas, & vnio cũ Deo, & intentio syncera diuinæ gloriæ, diuiniq; seruitij. *Exper.*

b *Arist. 5. Polit. c. 9.*

4908 *b* Magistratus, Rectoresque eligito intelligentes Reipublicæ, amantesque. Nam si eius,

quam

quam gubernat, Reipublicæ rationem Rector ignoret; aut si non ametˌpræter alia incommoda, continget mutatio morum, ac status. *Ex Exper.*

4909 Curandum semper esse, vt potentior sit ea pars, quæ Remp. saluã esse velit, quàm ea, quæ nolit. Nam ex alterutrius potentia erit Reip. vel ruina, vel salus. *Arist.5.Polit.c.9.*

4910 Esto Principum studium, vt ciues à pueritia ad Reip. disciplinam erudiantur. Ita enim erunt plurimi Reipub. intelligentes, & amantes, aptissimi, qui ad regimen eligantur. *Arist.5.Polit. cap.9.*

4911 c Cauento Principes à simulatione virtutis. Nam dum virtutẽ simulant, vt à subditis amentur, ac regnent: in inimicitiam incidunt Dei, qui odit hypocritas. Enimuero si verum ius habent in alios, tutius illud retinebunt amico Deo; à quo est omnis potestas. *S.Thom.2.2.q.111.* c *Virtutis simulationẽ lege apud Arist.5.Polit.c.11.vt caueat.*

4912 Incumbendum esse Principi in eam curam, vt Iudicium in Reip. sit, quale esse debet. Vt iniustitia cohibeatur. Vt ciuicę paci cõsulatur. *Arist.7.Polit.c.8.*

4913 Incumbendum esse Principi in eam curam, vt in Rep. sint artes. Multis enim instrumentis indiget vita. *Arist.7.Polit.c.8.*

4914 Incumbendum esse Principi in eam curam, vt à pueritia instituãtur ciues ijs disciplinis, quæ valent ad Remp. defendendam. Vt bonum commune ne ruat. *Arist.7.Polit.14.*

4915 Maximam esse Principi curam debere, vt à pueritia ciues ad rectas secundum virtutes actiones instituantur. Nam præcipuus ciuitatis, id est, vitæ communis, finis, est actio recta. *Arist. 7.Polit.c.14.15.*

4916 In eam maximè curam Principibus incumbendum, vt selectus sit eorum, quibus puerorum cura committatur. Non enim cuicunque cõmittendum est negotium, quod magni Reipub. interest. Nam tales erunt viri, quales esse assueuerint à pueritia. *Arist. 7. Polit. c. 17.*

d De ratione pueros instituẽdi vid. nostr. Instr. 4. & 5.

4917 *d* Cura maxima Principum esto, vt hi, quibus puerorum cura publicè commissa est, contendant integris mentibus syncerã veræ politicæ rationem instillare. Prouidendum autem est, vt pueri nihil audiant, nihil videant, quod turpe sit; & vt egregiè honestis assuescant. *Arist. sup. & lib. 8. c. 1. & Eth. 10. c. 9. Conc. Later. sub Leo. X.*

4918 Picturæ obscœnæ, turpiaque spectacula prohibentor. Deturpant enim & mentẽ, & actiones. *Arist. supra.*

4919 Curanto Principes vt liberalibus disciplinis instituantur, quantum satis fuerit, etiam ij, qui gymnasticè sunt exercendi, ad Remp. armis defendendam, cũ opus fuerit. Decet enim id fieri, & vt quisque è ciuibus discat id, quod est homini magis proprium; & ne otio torpescat, cum bellum non est. *Arist. 8. Polit. c. 4.*

4920 Curato Princeps, vt quæ musica ad mentis quietem interdum adhibetur, vt ludi; eam habeat harmoniam, quæ apta sit animos ad virtutẽ concitare. Pestis enim animorum est musica, quæ ad turpia concitat. *Arist. 8. Polit. c. 5. 6. 7.*

e Ex Arist. 10. Eth. 9. et 7. Polit. 17. et l. 8. c. 1.

4921 *e* Videri Christiani populi virtutem, bonosque mores, pendere maximè à Clero, ac ludimagistris. Quales enim doctores, tales discipuli esse solent. Incumbendum ergo semper in eã curam, vt ludimagistri, Cleruſq; totus, sint, quales esse decet; & doctrina instructi, & bonis moribus.

Nam

Nam vanus est omnis in Christiano populo colendo labor; si eius cultus Ministri culti non sint. *Ex Iur.Can.per totum.*

4922 Videri curam regiminis in vniuersum debere triplicem esse, Corporis, morum, mentis. Cum enim corpus sit ad opera mentis necessariùs habenda est cura corporis, quantum opus fuerit ad ministrandum operibus mentis. Cum rursum magni referat ad opera mentis, vt sensus, & affectus pareant rationi: cura morum est habenda, vt generentur habitus, qui ad actiones inclinent cõformes rectæ rationi. Cum denique summa hominis perfectio sit in opere mentis: impendenda potissima cura est ad disponendam mentem ad opus illud. Est autem præcipuum mentis opus contẽplatio diuinorum. *Arist.7.Polit.c.*15.16.17.

Sectio III. a *De Iustitia Oeconomica, & pietate in parentes.*

a *Vide alia præcepta in Par.1. à pr. 2039.*

4923 Esse Patribus familias debere curã domus. Capitis enim rationem habet quisque Paterfamilias respectu suæ domus. *Arist. 1.Polit.c.3.*

4924 Patrum familias curam esse, purgaram à vitijs seruare familiam totam. Ab ipso enim pendet familiæ bonum. *Hier.d.47.post can.8.*

4925 Debere à Patrefamilias peccantes plecti tum filios, tum famulos. *b* Penes ipsum enim est regimen tum filiorum, tum famulorum. *Ex Decc.l.5.tit.23.De delictis puerorum.*

b *Arist. 1. Polit.c.3.*

4926 *c* Expelluntor è domo famuli, qui nec verbis, nec verberibus corriguntur. Ne famulo-

c *Arist.7. Polit.17.*

rum vitia in reliquam domum irrepant. *Arist. 7. Polit. c. 17.*

d *Vide Praxeis in nostr. Instr. 9. & Act. S. Car. Borr.*

4927 *d* Esto Patrisfamilias cura prima vt Dei cognitio, religioque vigeat & in suis filijs, & in tota familia. Ea enim sunt præcipua familię bona. *August. tr. 51. in Io.*

e *S. Car. vit. l. 8. c. 13.*

4928 *e* Sunto à Patrefamilias leges morum: quas seruare quilibet è familia teneatur. Vt enim mentis in omnes potentias; ita Patris familias regimen est in omnes domesticos. *Aug. tr. 51. in Io.*

f *Vid. Arist. 7. Polit. c. 16.*

4929 *f* Parentum curam esse, filios alere. Id enim est lege naturali, etiam in brutis ipsis sancitum. *Dist. 30. can. 14. & c. Si à patre De infan. & lang. expositis.*

4930 Parentum esse, Domus commoda procurare. Pars enim domesticæ curæ sunt commoda Domus. *Arist. 8. Eth. c. 11.*

4931 Nisi causa sit legitima, coniux coniugi corporis debitum ne denegato. Habet enim ex contractu Matrimonij vterque coniugum ius in corpus alterius. Sunt autem multæ ad negandum debitum legitimæ causæ, quæ in vtroque iure numerantur. *ff. de solu. l. quod dicimus. Greg. Dist. 5. can. 4. & Dist. 30. c. 2. 3. & 33. q. 5. & c. Inquisitioni De sent. exc.*

4932 Causa legitima si non sit, & iudicij Ecclesiæ, non licere vxorem dimittere. Cohabitationem enim coniugum exigit finis, contractusq; Matrimonij. *Dist. 30. & causa 27. q. 2. & 32. q. 5. & 33. q. 2.*

4933 Ab vtroque deberi alteri coniugũ amorem. Mutua enim corporum traditio mutuum amorem postulat, & rerum omnium eadem in familia communio. *Arist. 8. Eth. c. 11.*

4934

4934 Nisi causa legitima sit, ab vxore coniux diutius ne abesto. Vtriusque enim coniugis præsentia coniugali bono, familiæque multum interest. *33.q.5.*

4935 Ab vxore marito reuerentiam exhibendam esse vt Capiti. Vir enim vxoris caput est. *33.q.5.c.12.& seqq.*

4936 A marito vxori reuerentiam exhibendã esse vt coniugi, ac sociæ. Non enim agendum est cum vxore, vt cum famula. *Ius decen.*

4937 Causa legitima si non sit, ne vir impedimentum ponito vxoris operibus bonis spectantibus ad religionem, ac salutem. Non enim habet Ius ad hoc impedimẽtum ponendũ. *DD. Moral.*

4938 Causa legitima si non sit, ne parẽtes impedimentum ponunto filijs institutum vitæ religiosæ aggredi cupientibus. Non enim habent ius ad hoc impedimentum ponendum: quatenus potiot est salus animæ, diuinumque seruitium, quam parentes. *Ex Iur.nat.*

4939 Obedientes Filios exhibere se in parentes debere. Ius enim habent parentes in filios, vt totum in partes suas. *Dist.3.can.1.*

4940 Esse à filijs reuerentiam parẽtibus exhibendam. Sunt enim parentes filijs Maiores, potioresque. *Ius nat.*

4941 A filijs parentibus amorem deberi. Nam vt sint, ac viuant habent à suis parentibus. *Ius nat.*

4942 Esse à Filijs parentũ necessitatibus prouidendum. Debet enim pars ad totius conseruationem tendere, cum opus est. *Ius nat.*

4943 g Esse maritis ab vxoribus obediẽtiam exhibendam in ijs, quæ ad pietatem, & ad domus regi- g *Arist.1. Polit.c.8.*

regimen spectant. Vir enim caput vxoris est. *33.q.5.c.12.et seqq.*

4944 A parentibus filios ad vitæ statum mutādum cogendos non esse. Nam non eo vsque extenditur ius parentum in filios. *32.q.2.c.16. Trid. sess.25.de Regular.c.18.*

4945 Nisi crimen læsæ maiestātis, aut hæresis sit, caueto ne parentes in forum voces accusatione criminali. Nam hoc genus reuerentiæ exigit pietas in parentes. *Tolet.in Instr.Sacer.l.5.c.1.*

4946 Causa legitima si non sit, nutrito lacte matet ipsa filios, quos gignit. Pietatis enim is actus est; & cōtinentiæ comes. *Greg.Dist.5.can.4.*

4947 Non licere viro auctoritate propria cōiugem adulteram interficere. Coniux enim in alrius coniugis vitam non habet ius. *33.q.2.*

4948 Non licere parentibus filios interficere. Impium enim est: & non habent parentes ius in vitam filiorum. *Decc.l.5.tit.10. De his, qui filios occid.*

4949 Esse à seruis suis dominis obedientiam exhibendam. Nam serui instrumenta quædā sunt dominorū ad familiæ regimen. *Arist.1.Polit.c.3.*

4950 Prouidendum esse ijs, ad quos cura pertinet puerorum, vt pueri neque videant, neque audiant quicquam turpe. Ne cum adoleuerint, turpis actio sequatur. *Arist.7.Polit.c.17.*

4951 Prouidendum esse ijs, ad quos cura pertinet puerorum, vt pueri, quantum fieri possit honestis videndis, & audiendis assuescant. Agent enim honesta. *Arist.sup. Conc. Later. sub Leo. X.*

4952 Rogato Paterfamilias ex ecclesiastico Rectore instituendæ familiæ modum de credendis, & agendis ad vitam æternam. Is enim modus

ex ecclesiasticis Rectoribus discendus est. *Supra ex deff.de Eccl.Hier.*

4953 Doceto Rector ecclesiasticus quemque Patremfamilias modum regendæ secundum verã Religionem domus pro vita æterna consequẽda. Nam ad munus ecclesiastici Rectoris hoc pertinet. *Supra ex deff.de Eccl.Hier.*

Sectio IIII. a *De Iustitia Commutatiua.*

Siue

De Contractibus, & Maleficijs.

a *Alia Commutatiuę Iustitiæ præcepta vid. Par. 1.d.11.à n. 20 & à n. 137. et à pr. 1786. & à prop. 1816. ad pr. 1914. quæ noluimus hoc in loco repetere.*

4954 DEbere in contractibus ineundis seruari leges, quas ipsa natura præscribit. Non debet enim Ius naturale violari. *ff de reg.iur.l.8. & l.149.*

4955 Seruandas esse in contractibus ineundis leges, quas Ius humanũ præscribit. Habent enim Principes legitimi potestatem ad eas leges condendas. *Ius vtrunque.*

4956 Contractus ex conuentione legem accipere. *c.Contractus l.6.de reg.iur.*

4957 Debere in contractu Matrimonij seruari leges, quas Ecclesia præscribit. Est enim Ecclesiæ Ius in Matrimonium, quatenus Sacramentum est, & attinet ad Religionem. *Trid.sess.24. de Sacr. Matr.c.12. vide sup.def.3957.3972.*

4958 *b* Contractum ne ineunto, quos Ius inhabiles reddit ad cõtrahendum. Contingeret enim contractum inualidum reddi, ac ius alienũ lædi. *Vide supra Sect.1. De Matrim.*

b *Vid. inhabiles in Iure tum Canonico, tum Ciuili.*

4959 Videto cum quo contrahas, quave ratione. Ne cogaris in integrum restituere. *Vide Decc.*

l.1.tit.41. De restit.in integrum.

4960 In contractibus, qui cum pupillis ineuntur, ex quibus obligationes mutuæ nascuntur, vt in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, mandatis, depositis; si tutoris auctoritas non interueniat; eos quidem, qui cum pupillis contrahunt, obligari: pupillos non obligari. Par enim est alterius auctoritate firmari ea, quæ ab ijs aguntur, in quibus esse nō potest iudicium perfectum. *Instit.l.1.De auctoritate tutorum §.1. Decc.l.1.tit.41. De in integrum restit.*

4961 Mercedem debitam operarijs differendam non esse. Statim enim ac opera exhibetur, compensationem exigit: nisi alius contractus intercedat. *Ius nat.*

4962 Cauendum esse maximè, ne pauperes opprimantur. Turpissimum enim iniustitiæ genus est. *Dist.90.c.8.*

4963 Caueto ne violentiam inferas ad contrahendum. Nam & iniuriam facis contrahenti: & continget nihil facere. Similis enim contractus vi, metuque facti, esse irriti solent. *Decc.l.1.tit.40.*

ε *Vide sup. Deff.* 4132. 4135. *de ijs, quæ vi, &c.*

4964 *c* Negotiorum administratorum rationē reddendam semper esse. Ita omnes cauebunt ab iniustitia. *Instit.lib.1.de Attiliano tut. §.Impuberes. Trid.sess.24.de Refor.c.3. Tolet.IIII.d.38.c.2.*

d *Præcepta de Restitutione vide Par.1.d.11. à n.140. & prop.* 1799. 1809.1810. *et à p.* 1828. *ad pr.*1836.

4965 Nullum crimen pati eum, qui non prohibet, cum prohibere non possit. Negligentia enim non est culpa, nisi in eo, qui potest, & debet. Et Impossibilium nulla est obligatio. *ff. de reg.iur. l.110. & l.145.*

4966 *d* Ad intelligendum an restituendā quid sit, oportere tum naturales, tum gētium, tū ciuiles

leges

leges considerare. Nam cui ius ad bonũ aliquod hæ leges tribuunt, ei bonum illud restituendum est. Sint exempla: Secundum leges ciuiles, thesaurus, si inueniat quis in loco suo, totus est eius: si casu inueniat in loco alieno, dimidiũ est inuentoris, dimidium eius, cuius est locus. Secundum legem naturalem, res, quæ dono datur, est eius, cui à domino traditur. Res, quæ venditur, fit eius, qui emit; licet nõ per traditionem solam, sed per solutionem pretij, aut per alterius generis satisfactionem. Res, quæ à dominis habentur pro derelictis, fiunt occupantis. Non habentur autem pro derelictis merces, quę causa tẽpestatis proijciuntur in marisaut de rheda decidunt, non intelligentibus dominis. *Instit.lib.2.de rerum diuis.*

4967 Esse restitutionem faciendam etiam fructuum, seu damni, quod dominus patitur, cũ res possidetur mala fide. Est enim damnum illud voluntarium ei, qui vult damni causam, quatenus rẽ possidet mala fide. *Par.1.d.11.n.144. Instit.l.2. De rerum diuis. & Si quis à non domino, et lib.4. De off. iudicis §. Et si hæreditat. et c.Grauis ad nos De rest.spol.et c.Peccatum l.6. De reg.iur.*

4968 Qui occasionem damni dederit, de dãno teneri. Nisi ne accideret, de contingentibus nihil omiserit. *Vide Decc.l.5.tit.36.De iniurijs, & damno dat.*

4969 Damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi debere, non alijs imputare. *c.Damnum l.6. De reg.iur.*

4970 Esse restitutionem faciendam eius, quod quis ab alio accipit ratione mutui, præter ipsam rem, seu rei valorem, quam mutuauit. Quæ enim mutuantur, non faciunt ex se fructum, vt ratione

eorum

eorum possit aliquid accipi præter ipsa: nec in puro mutuo interuenit vlla mutuantis industria, vt in veris Cambijs; quam industriam possit mutuans vendere, & aliquid eius ratione accipere. *Par. 1. d. 11. n. 187.*

4971 Non firmari tractu temporis, quod de iure ab initio non subsistit. *c. Non firmari l. 6. de reg. iur.*

4972 Minus soluere, qui tardius soluit. Nam & tempore minus soluitur. *ff. de reg. iur. l. 12.*

4973 Bonam Fidem tantundem possidēti præstare, quantum veritatem; quoties lex impedimēto non est. *ff. de reg. iur. l. 179.*

4974 Semper esse obligationem restituendi ea, quæ mala fide possidentur. Sunt enim aliena. *c. Sæpè contingit De restit. spoliat. & c. Possessor malæ fidei l. 6. de reg. iur.*

e *Alia de Vindicatione præcepta vide Par. 1. à pr. 2095. vsque ad pr. 2105.*

4975 e Caueto ne in iniurijs vlciscendis, pœnisque exigendis, efficias quicquam quod contra ius aliorum sit, aut contra commune bonum, & charitatem, quam debes in alios. Id enim nō esset iniustum compensare, sed iniuriam inferre; ac proinde duplex dedecus habere & iniuriæ iam acceptæ, & turpis facti. Quod accidit ijs, qui cum non potuerint se defendere ne iniuriam reciperēt aut verborum, aut cœdis; priuato nomine vltionem persecuntur. *S. Th. 2. 2. q. 108. a. 1.*

4976 Non licere dominis suos seruos occidere. Publica enim requiritur potestas ad occidendum. *Instit. lib. 1. de ÿi, qui sui, vel alieni iuris sunt §. In potestate.*

4977 Non licere dominis in suos seruos nimium sæuire. Non enim habent tantam potestatem in seruos. *Instit. lib. 1. supra, et §. Sed et maior.*

Caput

Caput Duodecimum.

a De Fortitudine.

4978 PRæclaram fortitudinis actionem esse, victoriam sui. Nihil enim arduum magis. *Ambr.1.off.c.36.*

4979 Præclarum fortitudinis actum esse, Despicientiam temporalium. Potentissima enim est temporaliũ illecebra. *Ambr.sup.*

4980 *b* Actionem esse fortitudinis præstantissimam, omnium, in quibus honestas cernitur, quantumuis arduorum, vsque ad effectum, prosecutionem. Quid enim diuinius? *Ambr.sup.*

4981 *c* Semper animo ardua, præclaraque molienda. Ita enim assuescimus non timere, quæ nõ licet; & audere, quæ licet. *Ambr.1.off.c.36.38.*

4982 *d* Magnis periculis te objcito, vbi de rebus præclaris agitur: modo absit temeritas. Id enim fortis, ac magnanimi est. Præclarissima autem res est diuina gloria, Ecclesiæ defensio, animarum auxilium. *Arist.4.Eth.c.3.*

4983 Ne esto querulus, ne precabundus; non de paruis, neque de ijs, quæ necessario sunt perferenda. Id enim fortem, ac magnanimum decet. *Arist.4.Eth.c.3.*

4984 *e* Dicito, agito apertè omnia. Id enim magnanimi est. nisi contrarium suaserit diuinum seruitium. *Arist.4.Eth.c.3.*

4985 Tuam alteri operam libèter dato atque inseruito. Id enim magnanimum decet. *Arist.sup.*

4986 Ne admirator facile. Nihil enim magnanimo magnũ est in rebus humanis. *Arist sup.*

2 *Huc spectãt præcepta de Fortitudine, Magnanimitate, Patiẽtia, & huius generis virtutum: quæ vide Par.1. à prop. 2181. ad pr.2256.*

b *S. Carol. Borr. vita l.8.c.19.*

c *S.Ign.p.9. c.2.§.5.*

d *S. Carol. Borr. lib. 8. c.19.*

e *S.Car.vita l.8. c.24.*

4916 In eam maximè curam Principibus incumbendum, vt selectus sit eorum, quibus puerorum cura committatur. Non enim cuicunque cõmittendum est negotium, quod magni Reipub. interest. Nam tales erunt viri, quales esse assueuerint à pueritia. *Arist. 7. Polit. c. 17.*

d De ratione pueros instituẽdi vid. nostr. Instr. 4. & 5.

4917 *d* Cura maxima Principum esto, vt hi, quibus puerorum cura publicè commissa est, contendant integris mentibus syncerâ veræ politicæ rationem instillare. Prouidendum autem est, vt pueri nihil audiant, nihil videant, quod turpe sit; & vt egregiè honestis assuescant. *Arist. Iup. & lib. 8. c. 1. & Eth. 10. c. 9. Conc. Later. sub Leo. X.*

4918 Picturæ obscœnæ, turpiaque spectacula prohibentor. Deturpant enim & mentẽ, & actiones. *Arist. supra.*

4919 Curanto Principes vt liberalibus disciplinis instituantur, quantum satis fuerit, etiam ij, qui gymnasticè sunt exercendi, ad Remp. armis defendendam, cũ opus fuerit. Decet enim id fieri, & vt quisque è ciuibus discat id, quod est homini magis proprium; & ne otio torpescat, cum bellum non est. *Arist. 8. Polit. c. 4.*

4920 Curato Princeps, vt quæ musica ad mentis quietem interdum adhibetur, vt ludi; eam habeat harmoniam, quæ apta sit animos ad virtutẽ concitare. Pestis enim animorum est musica, quæ ad turpia concitat. *Arist. 8. Polit. c. 5. 6. 7.*

e Ex Arist. 10. Eth. 9. et 7. Polit. 17. et l. 8. c. 1.

4921 *e* Videri Christiani populi virtutem, bonosque mores, pendere maximè à Clero, ac ludimagistris. Quales enim doctores, tales discipuli esse solent. Incumbendum ergo semper in eã curam, vt ludimagistri, Cleruſq; totus, sint, quales esse decet; & doctrina instructi, & bonis moribus.

Nam

Nam vanus est omnis in Christiano populo colendo labor; si eius cultus Ministri culti non sint. *Ex Iur.Can.per totum.*

4922 Videri curam regiminis in vniuersum debere triplicem esse, Corporis, morum, mentis. Cum enim corpus sit ad opera mentis necessariùs habenda est cura corporis, quantum opus fuerit ad ministrandum operibus mentis. Cum rursum magni referat ad opera mentis, vt sensus, & affectus pareant rationi: cura morum est habenda, vt generentur habitus, qui ad actiones inclinent cõformes rectæ rationi. Cum denique summa hominis perfectio sit in opere mentis: impendenda potissima cura est ad disponendam mentem ad opus illud. Est autem præcipuum mentis opus contẽplatio diuinorum. *Arist.7.Polit.c.15.16.17.*

Sectio III. a *De Iustitia Oeconomica, & pietate in parentes.*

a *Vide alia præcepta in Par.1.à pr. 2039.*

4923 Esse Patribus familias debere curã domus. Capitis enim rationem habet quisque Paterfamilias respectu suæ domus. *Arist. 1.Polit.c.3.*

4924 Patrum familias curam esse, purgaram à vitijs seruare familiam totam. Ab ipso enim pendet familiæ bonum. *Hier.d.47.post can.8.*

4925 Debere à Patrefamilias peccantes plecti tum filios, tum famulos. *b* Penes ipsum enim est regimen tum filiorum, tum famulorum. *Ex Decc.l.5.tit.23.De delictis puerorum.*

b *Arist. 1. Polit.c.3.*

4926 *c* Expelluntor è domo famuli, qui nec verbis, nec verberibus corriguntur. Ne famulo

c *Arist.7. Polit.17.*

rum vitia in reliquam domum irrepant. *Arist. 7. Polit. c. 17.*

d *Vide Praxeis in nostr. Instr. 9. & Act. S. Car. Borr.*

4927 *d* Esto Patrisfamilias cura prima vt Dei cognitio, religioque vigeat & in suis filijs, & in tota familia. Ea enim sunt præcipua familię bona. *Augustin. tr. 51. in Io.*

e *S. Car. vit. l. 8. c. 13.*

4928 *e* Sunto à Patrefamilias leges morum: quas seruare quilibet è familia teneatur. Vt enim mentis in omnes potentias; ita Patris familias regimen est in omnes domesticos. *Aug. tr. 51. in Io.*

Vide eandē nost. Instr. 9.

f *Vid. Arist. 7. Polit. c. 16.*

4929 *f* Parentum curam esse, filios alere. Id enim est lege naturali, etiam in brutis ipsis sancitum. *Dist. 30. can. 14. & c. Si à patre De infan. & lang. expositi.*

4930 Parentum esse, Domus commoda procurare. Pars enim domesticæ curæ sunt commoda Domus. *Arist. 8. Eth. c. 11.*

4931 Nisi causa sit legitima, coniux coniugi corporis debitum ne denegato. Habet enim ex contractu Matrimonij vterque coniugum ius in corpus alterius. Sunt autem multæ ad negandum debitum legitimæ causæ, quæ in vtroque iure numerantur. *ff. de solu. l. quod dicimus. Greg. Dist. 5. can. 4. & Dist. 30. c. 2. 3. & 33. q. 5. & c. Inquisitioni De sent. exc.*

4932 Causa legitima si non sit, & iudiciū Ecclesiæ, non licere vxorem dimittere. Cohabitationem enim coniugum exigit finis, contractusq; Matrimonij. *Dist. 30. & causa 27. q. 2. & 32. q. 5. & 33. q. 2.*

4933 Ab vtroque deberi alteri coniugū amorem. Mutua enim corporum traditio mutuum amorem postulat, & rerum omnium eadem in familia communio. *Arist. 8. Eth. c. 11.*

4934

4934 Nisi causa legitima sit, ab vxore coniux diutius ne abesto. Vtriusque enim coniugis præsentia coniugali bono, familiæque multum interest. *33.q.5.*

4935 Ab vxore marito reuerentiam exhibendam esse vt Capiti. Vir enim vxoris caput est. *33.q.5.c.12.& seqq.*

4936 A marito vxori reuerentiam exhibendā esse vt coniugi, ac sociæ. Non enim agendum est cum vxore, vt cum famula. *Ius decen.*

4937 Causa legitima si non sit, ne vir impedimentum ponito vxoris operibus bonis spectantibus ad religionem, ac salutem. Non enim habet Ius ad hoc impedimētum ponendū. *DD. Moral.*

4938 Causa legitima si non sit, ne parētes impedimentum ponunto filijs institutum vitæ religiosæ aggredi cupientibus. Non enim habent ius ad hoc impedimentum ponendum: quatenus potior est salus animæ, diuinumque seruitium, quam parentes. *Ex Iur.nat.*

4939 Obedientes Filios exhibere se in parentes debere. Ius enim habent parentes in filios, vt totum in partes suas. *Dist.3.can.1.*

4940 Esse à filijs reuerentiam parētibus exhibendam. Sunt enim parentes filijs Maiores, potioresque. *Ius nat.*

4941 A filijs parentibus amorem deberi. Nam vt sint, ac viuant habent à suis parentibus. *Ius nat.*

4942 Esse à Filijs parentū necessitatibus prouidendum. Debet enim pars ad totius conseruationem tendere, cum opus est. *Ius nat.*

4943 g Esse maritis ab vxoribus obediētiam exhibendam in ijs, quæ ad pietatem, & ad domus g *Arist.1. Polit.c.8.*

regimen spectant. Vir enim caput vxoris est. *33.q.5.c.12.et seqq.*

4944 A parentibus filios ad vitæ statum mutādum cogendos non esse. Nam non eo vsque extenditur ius parentum in filios. *32.q.2.c.16.Trid. sess.25.de Regular.c.18.*

4945 Nisi crimen læsæ maiestatis, aut hæresis sit, caueto ne parentes in forum voces accusatione criminali. Nam hoc genus reuerentiæ exigit pietas in parentes. *Tolet.in Instr.Sacer.l.5.c.1.*

4946 Causa legitima si non sit, nutrito lacte mater ipsa filios, quos gignit. Pietatis enim is actus est; & cōtinentiæ comes. *Greg.Dist.5.can.4.*

4947 Non licere viro auctoritate propria cōiugem adulteram interficere. Coniux enim in alrius coniugis vitam non habet ius. *33.q.2.*

4948 Non licere parentibus filios interficere. Impium enim est. & non habent parentes ius in vitam filiorum. *Decc.l.5.tit.10. De his, qui filios occid.*

4949 Esse à seruis suis dominis obedientiam exhibendam. Nam serui instrumenta quædā sunt dominorū ad familiæ regimen. *Arist.1.Polit.c.3.*

4950 Prouidendum esse ijs, ad quos cura pertinet puerorum, vt pueri neque videant, neque audiant quicquam turpe. Ne cum adoleuerint, turpis actio sequatur. *Arist.7.Polit.c.17.*

4951 Prouidendum esse ijs, ad quos cura pertinet puerorum, vt pueri, quantum fieri possit honestis videndis, & audiendis assuescant. Agent enim honesta. *Arist.sup. Conc. Later. sub Leo. X.*

4952 Rogato Paterfamilias ex ecclesiastico Rectore instituendæ familiæ modum de credendis, & agendis ad vitam æternam. Is enim modus

ex

ex ecclesiasticis Rectoribus discendus est. *Supra ex deff.de Eccl.Hier.*

4953 Doceto Rector ecclesiasticus quemque Patremfamilias modum regendæ secundum verã Religionem domus pro vita æterna consequẽda. Nam ad munus ecclesiastici Rectoris hoc pertinet. *Supra ex deff.de Eccl.Hier.*

*Sectio IIII.*a *De Iustitia Commutatiua.*

a *Alia Commutatiuę Iustitiæ præcepta vid. Par. 1.d.11.à n. 20 & à n. 137. et à pr. 1786. & à prop. 1816. ad pr. 1914. quæ nolumus hoc in loco repetere.*

Siue

De Contractibus, & Maleficijs.

4954 DEbere in contractibus ineundis seruari leges, quas ipsa natura præscribit. Non debet enim Ius naturale violari. *ff de reg.iur.l.8. & l.149.*

4955 Seruandas esse in contractibus ineundis leges, quas Ius humanũ præscribit. Habent enim Principes legitimi potestatem ad eas leges condendas. *Ius vtrunque.*

4956 Contractus ex conuentione legem accipere. *c.Contractus l.6.de reg.iur.*

4957 Debere in contractu Matrimonij seruari leges, quas Ecclesia præscribit. Est enim Ecclesiæ Ius in Matrimonium, quatenus Sacramentum est, & attinet ad Religionem. *Trid. sess.24. de Sacr. Matr.c.12. vide sup.def.3957.3972.*

4958 *b* Contractum ne ineunto, quos Ius inhabiles reddit ad cõtrahendum. Contingeret enim contractum inualidum reddi, ac ius alienũ lædi. *Vide supra Sect.1. De Matrim.*

b *Vid. inhabiles in Iure tum Canonico, tum Ciuili.*

4959 Videto cum quo contrahas, quaue ratione. Ne cogaris in integrum restituere. *Vide Decc.*

l.1.tit.41. De restit.in integrum.

4960 In contractibus, qui cum pupillis ineuntur, ex quibus obligationes mutuæ nascuntur, vt in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, mandatis, depositis; si tutoris auctoritas non interueniat; eos quidem, qui cum pupillis contrahunt, obligari; pupillos non obligari. Par enim est alterius auctoritate firmari ea, quæ ab ijs aguntur, in quibus esse nō potest iudicium perfectum. *Instit.l.1.De auctoritate tutorum §.1. Decc.l.1.tit.41. De in integrum restit.*

4961 Mercedem debitam operarijs differendam non esse. Statim enim ac opera exhibetur, compensationem exigit: nisi alius contractus intercedat. *Ius nat.*

4962 Cauendum esse maximè, ne pauperes opprimantur. Turpissimum enim iniustitiæ genus est. *Dist.90.c.8.*

4963 Caueto ne violentiam inferas ad contrahendum. Nam & iniuriam facis contrahenti: & continget nihil facere. Similis enim contractus vi, metuque facti, esse irriti solent. *Decc.l.1.tit.40. de ijs, quæ vi, &c.*

c *Vide sup. Deff.* 4132. 4135.

4964 c Negotiorum administratorum rationē reddendam semper esse. Ita omnes cauebunt ab iniustitia. *Instit.lib.1.de Attiliano tut. §. Impubes. Trid.sess.24.de Refor.c.3. Tolet. IIII.d.38.c.2.*

d *Præcepta de Restitutione vide Par.1.d.11. à n.140. & prop.* 1799. 1809.1810. *et à p.* 1828. *ad pr.*1836.

4965 Nullum crimen pati eum, qui non prohibet, cum prohibere non possit. Negligentia enim non est culpa, nisi in eo, qui potest, & debet. Et Impossibilium nulla est obligatio. *ff. de reg.iur. l.110. & l.145.*

4966 d Ad intelligendum an restituendū quid sit, oportere tum naturales, tum gētium, tū ciuiles leges

leges considerare. Nam cui ius ad bonũ aliquod hæ leges tribuunt, ei bonum illud restituendum est. Sint exempla: Secundum leges ciuiles, thesaurus, si inueniat quis in loco suo, totus est eius: si casu inueniat in loco alieno, dimidiũ est inuentoris, dimidium eius, cuius est locus. Secundum legem naturalem, res, quæ dono datur, est eius, cui à domino traditur. Res, quæ venditur, fit eius, qui emit; licet nõ per traditionem solam, sed per solutionem pretij, aut per alterius generis satisfactionem. Res, quæ à dominis habentur pro derelictis, fiunt occupantis. Non habentur autem pro derelictis merces, quę causa tẽpestatis proijciuntur in marisaut de rheda decidunt, non intelligentibus dominis. *Instit.lib.2.de rerum diuis.*

4967 Esse restitutionem faciendam etiam fructuum, seu damni, quod dominus patitur, cũ res possidetur mala fide. Est enim damnum illud voluntarium ei, qui vult damni causam, quatenus rẽ possidet mala fide. *Par.1.d.11.n.144. Instit.l.2. De rerum diuis. §. Si quis à non domino, et lib.4. De off. iudicis §. Et si hæreditas. et c. Grauis ad nos De rest. spol. et c. Peccatum l.6. De reg. iur.*

4968 Qui occasionem damni dederit, de dãno teneri. Nisi ne accideret, de contingentibus nihil omiserit. *Vide Decc. l.5. tit.36. De iniurijs, & damno dat.*

4969 Damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi debere, non alijs imputare. *c. Damnum l.6. De reg. iur.*

4970 Esse restitutionem faciendam eius, quod quis ab alio accipit ratione mutui, præter ipsam rem, seu rei valorem, quam mutuauit. Quæ enim mutuantur, non faciunt ex se fructum, vt ratione

eorum

eorum possit aliquid accipi præter ipsa: nec in puro mutuo interuenit vlla mutuantis industria, vt in veris Cambijs; quam industriam possit mutuans vendere, & aliquid eius ratione accipere. *Par. l. d. 11. n. 187.*

4971 Non firmari tractu temporis, quod de iure ab initio non subsistit. *c. Non firmari l. 6. de reg. iur.*

4972 Minus soluere, qui tardius soluit. Nam & tempore minus soluitur. *ff. de reg. iur. l. 12.*

4973 Bonam Fidem tantundem possidéti præstare, quantum veritatem; quoties lex impedimẽto non est. *ff. de reg. iur. l. 179.*

4974 Semper esse obligationem restituendi ea, quæ mala fide possidentur. Sunt enim aliena. *c. Sæpè contingit De restit. spoliat. & c. Possessor malæ fidei l. 6. de reg. iur.*

c Alia de Vindicatione præcepta vide Par. 1. à pr. 2095. vsque ad pr. 2105.

4975 *c* Caueto ne in iniurijs vlciscendis, pœnisque exigendis, efficias quicquam quod contra ius aliorum sit, aut contra commune bonum, & charitatem, quam debes in alios. Id enim nõ esset iniustum compensare, sed iniuriam inferre; ac proinde duplex dedecus habere & iniuriæ iam acceptæ, & turpis facti. Quod accidit ijs, qui cum non potuerint se defendere ne iniuriam reciperẽt aut verborum, aut cœdis; priuato nomine vltionem persecuntur. *S. Th. 2. 2. q. 108. a. 1.*

4976 Non licere dominis suos seruos occidere. Publica enim requiritur potestas ad occidendum. *Instit. lib. 1. de ijs, qui sui, vel alieni iuris sunt §. In potestate.*

4977 Non licere dominis in suos seruos nimium sæuire. Non enim habent tantam potestatem in seruos *Instit. lib. 1. supra, et §. Sed et maior.*

Caput

Caput Duodecimum.

a De Fortitudine.

4978 PRæclaram fortitudinis actionem esse, victoriam sui. Nihil enim arduum magis. *Ambr.*1.*off.c.*36.

4979 Præclarum fortitudinis actum esse, Despicientiam temporalium. Potentissima enim est temporaliũ illecebra. *Ambr.sup.*

4980 *b* Actionem esse fortitudinis præstantissimam, omnium, in quibus honestas cernitur, quantumuis arduorum, vsque ad effectum, prosecutionem. Quid enim diuinius? *Ambr.sup.*

4981 *c* Semper animo ardua, præclaraque molienda. Ita enim assuescimus non timere, quæ nõ licet; & audere, quæ licet. *Ambr.*1.*off.c.*36.38.

4982 *d* Magnis periculis te obijcito, vbi de rebus præclaris agitur: modo absit temeritas. Id enim fortis, ac magnanimi est. Præclarissima autem res est diuina gloria, Ecclesiæ defensio, animarum auxilium. *Arist.*4.*Eth.c.*3.

4983 Ne esto querulus, ne precabundus; non de paruis, neque de ijs, quæ necessario sunt perferenda. Id enim fortem, ac magnanimum decet. *Arist.*4.*Eth.c.*3.

4984 *e* Dicito, agito apertè omnia. Id enim magnanimi est. nisi contrarium suaserit diuinum seruitium. *Arist.*4.*Eth.c.*3.

4985 Tuam alteri operam libẽter dato atque inseruito. Id enim magnanimum decet. *Arist.sup.*

4986 Ne admirator facile. Nihil enim magnanimo magnũ est in rebus humanis. *Arist.sup.*

4987

a *Huc spectãt præcepta de Fortitudine, Magnanimitate, Patientia, & huius generis virtutum: quæ vide Par.*1. *à prop.* 2181. *ad pr.*2256.

b *S. Carol. Borr. vita l.*8.*c.*19.

c *S.Ign.p.*9.*c.*2.*§.*5.

d *S. Carol. Borr. lib.* 8. *c.*19.

e *S.Car.vita l.*8. *c.*24.

4987 Ne memor iniuriarum esto. Nam pusilli animi hoc est. *Arist. supra.*

4988 Honesta potius eligito, quam fructuosa. Ea enim electio magni animi est. *Arist. sup.*

4989 Motum tardum, quantum decuerit, vocem grauem, orationem stabilem, ac sedatam habeto. Quia festinare non solet, qui paucis rebus studet; nec vehementer contendere, cui nihil magnum esse videtur. *Arist. sup.*

f Vid. Sum. Eth. d. 3. q. 1. pr. 2 §. 8. & S. Tho. 2. 2. q. 3.

4990 *f* Pellendum esse ex animo amorē eius, ex quo timor oritur. Nam non timetur amissio eius boni, quod non amatur. Quare si frænetur amor vitæ, non erit mortis timor; neque paupertatis, si auaritiam cohibeas; neque infamiæ, si gloriæ appetentiam reprimas. *Ambr. 1. off. c. 39.*

4991 Frænandum esse timorem præmeditatione malorū, quæ possunt euenire. Iacula enim præuisa minus feriunt. *Ambr. 1. eff. c. 38.*

4992 In eam curam incumbito, vt tibi persuadeas, causam esse magnarum vtilitatū mala, quæ patienter toleras. Firmat enim contra tristitiam, timoremque animum spes bonorum. *Ambr. sup.*

4993 Auertito cogitationē à malo, quod vel est præsens, vel times ne accidat. Opinio enim malorum est, quæ tristitiam, ac timorem excitat. *Seneca epist. 24. & 75.*

4994 Exempla proponito eorum, qui maiora perpessi sunt. Valent enim plurimum ad omnem virtutem exempla. *Ambr. 1. off. c. 40. 41.*

4995 Illud tibi suadeto, nullam esse tristitiæ, timorisque vtilitatem. Diuertit enim à tristitia, timoreque animum ea cogitatio. *Exper.*

4996 Incommoda tibi proponito, quæ ex tristitia, timoreque oriuntur. Odium enim incom-

mo-

modorum, quæ tristitia parit, ac timor; ipsam tristitiam, ac timorem fugabit. *S.Th.2.2.q.38.*

4997 *g* Aut in occupationes graues, aut in cõtemplationem incumbito diuinorum. Auertitur enim animus à tristium cogitatione, tum quatenus alijs cogitandis intentus est; tum quatenus iucundorum delectationem capit. contemplatio autem diuinorum est iucundissima. *Sum. Eth. d.3.q.1.prop.2.§.8.*

g *S. Carol. Borr. lib. 8. c.22.*

4998 Ab adulationibus audiẽdis caueto. Eneruare enim illæ animos fortes solent. *Ambr. 1.off.c.42.*

4999 Miscenda esse colloquia cum amicis. Delectant enim ea colloquia; ac proinde tristitiam fugant. *Sum.Eth sup.*

5000 *b* Proponendam esse animo speciem illam virtutis, quæ in ijs elucet, *i* qui quantumuis magno impendente malo, constanti, & magno, tranquilloque animo sunt. Vrget enim ea species ad fortiter quiduis ferendum. *Vid.Ambr.1.off. c.40.41.*

h *S.Ign.p.9. c.2.§.5. & l.exer. RR. 1. de discer. spir.r.12.* i *S.Car. l.8. vita c.19.*

5001 Opinionem deponito mali futuri, quæ timorem excitat. Deponitur autem cogitando aut non esse malum, quod timetur; aut non tantũ, quàtum putatur, aut non euenturum. *Senec.ep.24.*

5002 *k* Spem tibi excitato, diuinæ opis siue pro vitando malo, siue pro patientiæ, ac fortitudine retinendæ. Nemo enim sperauit in Deo, & confusus est. *l* Ex amore autem, & pietate in ipsum Deum oritur affectus fiduciæ. *Eccles.2.11.*

k *S. Ignat. l.exer. RR. 1. de discer. spir.r.8.* l *Arist. 2. Rhet.c.5.*

5003 *m* Esto animo semper erecto. Id vt assequare, cogita nobilitatem animi ad imaginem Dei procreati. *Ambr.1.off.c.36.*

m *S. Ignat. p.9.c.2.§.5.*

5004 Caueto ne viro præstãti dignum, & honori-

norificum existimes id, quod est contrarium rationi. Summa enim hominis dignitas, ac nobilitas, ratio est. Vile igitur est iniurias contra Dei voluntatem, & contra leges vlcisci: quoniam contra rationem id est. *Ambr. 1. off. c. 36.*

n S. Ign. p. 9. c. 2. §. 5.

5005 *n* Assuescito fortibus, generosisque animi cogitationibus, & affectibus; vt grauia, mortemque patiendi pro Dei gloria propaganda; pro Christi fide, ac religione tuenda; pro Dei offensa vitanda. Has cogitationes, & affectus, singulis, si fieri potest, horis repetito. Ita enim redditur promptus animus ad fortiter perferendum. *Ambr. 1. off. c. 36.*

o S. Ign. p. 9. c. 2. §. 5. S. Ambros. 1. off. c. 36. 37.

5006 *o* Caueto ne ob timorem vllũ aut omittas agere, quod ratio recta præcipit agendũ; aut agas aliquid, quod agendum secundum rectam rationem non est. Esset enim à virtute discedere. *Greg. d. 43. c. 1. 4. Nicolaui Pap. ibid. c. 5. Cyprian. d. 47. c. 10.*

5007 Curato vt fortiter persistas in castitatis proposito, etiam si contigerit pati violentiam libidinis alienæ. Animi enim illa fortitudo sanctitatem etiam corpori tribuit. *Aug. 32. q. 5. c. 3. 4. & seqq.*

p S. Ign. p. 5. c. 4. §. 5. & l. exer. RR. 1. de discer. spir. r. 8.

5008 *p* Caueto ne sis inconstans. Nihil enim ad perfectionem adduces. *Par. 1. dist. 10. n. 49.*

5009 Ne putato fortis esse nihil timere. Nam eius etiam est timere; cũ oporter. *Arist. 8. Eth. c. 7.*

5010 Caueto ne sis fortis ad finem prauum. Nam non est virtutis ea actio. *Arist. 4. Eth. c. 8.*

q S. Ignat. l. exer. Ann. 7. et De scrupulis.

5011 *q* Abigito timores vanos ab ijs, quos regere, quibusve dare consilia contigerit. Corrumpit enim magnas actiones vanus timor. *c. Inquisitioni De sent. excom.*

5012

5012 *r* Prospicito quo te pacto gerere possis, si quod malum ingruerit. Vt robur animi maturè compares ad passionum impetus reprimendos. *Ambr.*1.*off.c.*38.

r *S. Ign.lib. exer.RR.*1. *de discr.spir.* r.10.14.

5013 Ne assuescito ita sine metu esse, vt non timeas iudicia Dei. Est enim is timor vtilis ad salutem. *Basil.in Reg.breu.q.*209.

5014 *s* Caueto ne ob inutiles, ancipitesque cogitationes de tua prædestinatione, de diuinis circa bona electorum opera, & circa reproborum pœnas decretis; sis in rectis actionibus aut anxius, aut negligens, aut inconstans, aut timidus. Eas cogitationes ne admittito. Certum enim est velle Deum nos rectè agere, & meliora semper nobis in infinitum bona largiri; ad idque assequendum, sufficientem nobis gratiam exhibere. Cogita igitur, quod nisi per te steterit non cooperantem diuinæ gratiæ, nec eam postulantem; magnam spiritualium bonorum copiam assequere. Cogita diuinum de impiorum pœnis decretū ab impiorum operibus pendere. Ergo ita agito fortiter, ac si Dei de tua, aliorumque salute, ac perfectione decretum, non iam ab æterno factum, sed nūc in tempore sit faciendum. Ad omnem perfectionem enitendum, ad cōsecutionem cuiusque boni. *August.l.*1.*ad Simpl.q.*2. *Alens.*1.*p.q.*28.*m.*3.*a.*1. *Valent.*1.*p.q.*23.*pu.*4.§.*Probatur. Vasq.*1.*p.q.*89. *&c.*2. *Praxis Sanctorum.*

s *Vide Par.* 1.*d.*6.*n.*24. *et supra def.* 4163.

t *De Patientia.*

t *Vid.Cass. Coll.*18.*c.*13. 14.15.16.

5015 *u* CAueto ne quid ex prioribus consilijs rationabiliter decretis, immutes, cum vel ira, vel alio immoderato motu perturbatur.

u *S.Ign.lib. exer.in RR.* 1.*de discr.spir.* r.6.7.8.

turbatus est animus: sed firmandus patientia. Multa enim bona perdidit impatientia. *Ambros. 1. off. c. 21.*

x *Plut. lib. de cohibēda iracundia. S. Ambros. 1. off. c. 4. 5. 21.*

5016 *x* Nihil nec verbo, nec facto tentandum esse, cum ira cōcitamur: sed quiescendum, donec ardor ille per se remittatur. Periculum enim est, nisi id fiat, amittendæ fortitudinis, & patientiæ. *Greg. 23. q. 4. c. 27.*

Cass. coll. 16. c. 27.

5017 Impatientiæ motus præcaueto consideratione tristium, quæ solent accidere; & inuestigatione artis ad iram repellendā. Omnibus enim malis occurritur prouidentia. *Ambr. 1. off. c. 21.*

5018 Cogitato ad beatitudinem tolerandis tristibus peruenire. Habet enim etiam in hac vita præmium patientia. *Ambr. 2. off. 4. 5.*

y *Seneca de Ira l. 3. c. 29*

5019 *y* Minuendam esse, quoad fieri possit, in nobis opinionem existimatæ iniuriæ. Sæpè enim fallimur, iniuriam reputantes id, quod non est, aut non tantum, vt ob id irasci debeamus. *Ambr. 1. off. c. 48.*

z *Plut. sup.*

5020 *z* Cogitandum nos aliquanto post tempore alio modo sensuros esse de iniuria, quam sentimus tunc, cum ira concitamur. Agendum ergo tunc, quod aliquanto post tempore ageremus. *Ex Exper.*

a *Plut. sup.*

5021 *a* Proponendam nobis esse miseriā eius, à quo patimur iniuriam. Valde enim miser est, qui malè agit. Nemo autem in miserum irascitur. *Chrys. hom. 47. in Io.*

5022 Cogita tibi præsentem, teque spectantem Deum. Quis enim morigerus committet in oculis Principis quidpiam, quod illi displiceat? *Basil. in Reg breu. q. 29.*

5023 Reputanda incōmoda, quę multò maiora se-

sequentur, si velimus vlcisci. Ita constans eris in iniurijs sustinendis. *Ambr.1.off.c.48.*

5024 Paucis contentos esse. Ita enim subtrahitur irascendi materia. *Cassian.coll.16.c.9.*

5025 Nolito ea perquirere, quæ cognita iram prouocant. Propositio enim, & opinio iniuriæ iram excitat. *Vide Claud.Aqu.Industr.c.14.*

5026 Iracundorum societatem vitato. Ne tu quoque assuescas impatiens esse. *Exper.*

5027 Speciem tibi proponito fortitudinis, cõstantiæ, mansuetudinis; & vim, quam habent, ad assequẽdum quod volumus. Ita firmabis animum amore virtutis. *Ambr.1.off.c.21.*

5028 *b* Exempla tibi proponito mansuetorũ, præsertim Christi. Excitaberis enim ad imitationem mãsuetudinis, ac patientiæ. *Aug.23.q.1.c.2.*

b *Vid.Amb. 1.offic.c.21. 48.*

5029 *c* Cogitato diuinæ voluntatis effectum esse quidquid aduersi perpeti contigerit. Amor enim in diuinam voluntatem parens est patiẽtiæ. *Ambr.1.off.c.48.*

c *Bellar.vita c.38. S.Ign. Par. 3.c.1.§.17.*

5030 Illud tibi persuadeto, vilis animi esse nolle iniurias remittere, ac indigentis. Nam ideo Deus semper promptus est ad ignoscendum, quia nullius indiget, nec vllũ ex vlla iniuria in infinita substantia patitur detrimentum. Paratus autem semper est Deus ad nostra detrimenta compensanda, quæ inferuntur ex aliorum iniurijs: si nos ad condonandum prompti simus. Sit ergo noster animus magnus, ac diues in Deo. *Ambr.1.offic. c.21.48.*

5031 *d* Putato ad iram, omnemque aliam perturbationem frænandam, rationes humanas prodesse parum, nisi diuinas consulas, & æternas. An quia hæ fallere possunt, illæ nũquam? An quia

d *Bellarm. vita c.12.*

vt audiantur rationes diuinæ Deo magistro est opus? scit autem efficaciter suadere Magister sapientissimus, & omnipotens. *Ex Exper.*

5032 Melancholici, tristesque, lætorum meditatione exercentor. Ita se paratos exhibebunt ad fortitudinem, ac patientiam. *Exper.*

e Gregor. 2. Past. c. 9. Claud. Aqu. Indust. c. 14. S. Basilius in Ascet. c. 50. & in Reg. br. q. 165.

5033 *e* Caueto ne boni zeli specie deceptus in aliorum vitijs corrigendis sis intempestiuus. Magis enim nocebis, quàm proderis. 11. q. 3. c. 23.

f Arist. 4. Eth. c. 5.

5034 *f* Caueto ne inordinatam remissionem pietatem credas; & effrænatã iram spiritalis zeli virtutem existimas. Ne aut remittendo, quod ferire debes; ad æterna supplicia subditos trahas: aut immaniter feriendo quod delinquitur; ipse grauius delinquas. *Greg. 2. Past. c. 9.*

5035 Acceptam iniuriam, non solum patienter tolerato, sed conator etiam compensare beneficijs. Ea enim ars patientiam quandam animo diuinam inserit. *Ambr. 1. off. c. 48.*

Caput Decimumtertiam.

a De Temperantia.

a Huc spectant præcepta de delectationibus tactus, Abstinẽtia, Sobrietate, Castitate, Continentia, Modestia, Liberalitate, Magnificentia: quæ vide Par. 1. à prop. 2257. duo Magnificentiæ præcepta vide Par. 1. prop. 2241. 2242. de Liberalitatis præceptis agitur ibid. à prop. 2156. ad pr. 2180.

5036 PRimum Temperantiæ præceptum illud esse: Appetitum ita frænandum esse, vt obediat rationi. Nam difficile fieri potest, quod decet; nisi appetitus pareat rationi. *Ambr. 1. off. c. 24. 47. Basil. in Ascet. c. 16.*

5037

5037 Ne putato voluptatem sensuum omnem turpem esse: sed immoderatam, & non ordinatã. Nam quæ sensuum actiones honestæ sunt, earum quoque voluptas honesta est; modò modum habeat. Caueto igitur, ne si velis omnem à sensibus voluptatem abigere, naturam corrumpas. *Arist. 7.Eth.c.12.13.14. & l.10.c.3.4.5.*

5038 *b* Ab omnibus Temperantiam, sed in primis ab Ecclesiæ Ministris sectandam esse. Ne alijs obsint malo vitæ exemplo. Vt se dignos reddant, qui sacris ministrent. *Dist.44.et de Cõsec. d.5.c.35. & Can.Apost.41.42. & c.Acrapula De vita, & honest.cler.*

b *Vid.Basil. in Ascetica c.16.*

5039 Virtutis honestatem proponendã animo frequẽter esse. Ita enim amor in illam excitatur, quo frenatur cupiditas immoderatior. *Ex Exper.*

5040 Cogitationes turpium vitandas esse. Nam sola cogitatione potest temperantia corrumpi. *32.q.5. & q.7.c.15.*

5041 Vitiorum turpitudinem, ac fœditatem esse frequenter animo obijciendam. Vt odium in illam excitetur, quo frænetur cupiditas immoderatior. *Ex Exper.*

5042 *c* Custodiendos sensus esse. Per sensus enim in animum sensibilium irrepit cognitio: quę amorem excitat immoderatum. *Aug.de Consecr. d.6.c.25.*

c *Bellar.vita c.34.*

5043 Desiderium ferués excitato placitorum Dei. Ita quæ minora sunt contemnes, & auersaberis; multoque magis quæ sunt probro digna. *Basil.in Reg.breu.q.30.*

5044 Inquirenda, contemplandaque mala, & incommoda, quæ infert vsus immoderatus sensibilium. Hęc enim ars immoderatum frænat amo-

rem in sensibilia. *Sum. Eth. d. 3. q. 1. prop. 2. §. 7.*

5045 Delectationes cohibeto consideratione illarum tanquam abeuntium, & fugientium, & quasi fessarum; non vt firmarum, ac stabilium. Voluptates enim molestę sunt abscedentes. *Sum. Eth. sup.*

5046 Delectationes fugato imaginatione malorum, quæ consequi eas solent. Mala enim consequi voluptates solent; Dolor, cœcitas mentis, infamia, & his similia. *Sum Eth sup.*

d *S. Ign. ex. c. 4. §. 44. 45. 46.*

5047 *d* Maius, ac impensius animi tui studium esto, quærere maiorem tui abnegationem, & continuam in rebus omnibus, secundum prudentiæ regulam, mortificationem. Eo enim maximè studio ad cupiditatum mediocritatem peruenitur. *Ambr. 1. off. c. 36.*

e *S. Basilius in Ascetica c. 33. S. Ign. Par. 3. c. 1. §. 14. S. Ambr. 1. off. c. 20.*

5048 *e* Diligentè cuiusque curam esse debere ad remouendas occasiones castitatis corrumpendę. Negotium enim & magni momenti est, & arduum, custodia castitatis. *Trid. sess. 25. de Regular. c. 5. 7. & de Refor. c. 14 15. Concil. Nic. d. 32. c. 16. Hier. ibid. c. 17. Greg. ibid. c. 18. & d. 34. c. 1. 19. & d. 81. c. 9. 20. & seq. & 18. q. 2. c. 20. et seq. & Decc. l. 3. tit. 1. De vita, & honest. cler & tit. 2. De cohab. cler. & c. Periculoso l. 6. De statu Regul.*

5049 In ministeria incumbito salutis animarum, & in contemplationem æternorum. Horum enim præclarorum cogitatio, & occupatio, vilescere faciet animo cupiditatem temporalium, vt voluptatum, diuitiarum, honorum. *Exper.*

5050 Præclaram temperantiæ regulam esse Imitationem Christi Iesu. Cedit enim in honorem, & cultum Christi Dei. *S. Ignat. l. exerc. in Reg. 7. de distrib. eleem.*

5051 In eam curâ Princeps incumbito, vt ipse suis præeat & temperantiæ, & virtutum aliarum exemplo. Principis enim exemplum efficacitatem magnam habet ad subditorum cupiditatem frænandam. *Trid.sess.25.de Refor.c.1.& Dist.44.*

5052 *f* Temperantiæ regula in ciborũ vsu esto naturæ necessitas. Ad sustentationem enim naturæ cibi sunt. *Dist.30.can.13 & d.41.c.2.3.4.& d.44.c.6.& 10.q.3.c.10.& de Consecr. d.6.c.27. & seqq.*

5053 Temperantiæ regula in ciborum vsu esto regionis consuetudo, ac præceptum Ecclesiæ. Non solũ enim cuiusque ratio, sed Principis etiã, atque communitatis, agendorũ regula esse debet. *De Ieiunio Telesphorus Pap.dist.4.can.4.5. Greg. ibid can.6.& Dist.30.c.8.& d.41.c.1.4.& d.76. vide De consecr.d.3.& d.6.à c.16.et c.32.& Can. Apost.68.& Decc.l.3.tit.46. De obser.ieiun.*

5054 *g* Animi æquanimitatem in ciborum vsu seruandam esse. Nam turpe est ardenter, ac intolerabiliter cibo inhiare; etiam si cibi quantitas parua sit, aut qualitas vilis. *Aug.d.41.can 4.*

5055 *h* Esse mensas, præsertim Clericorum, sacra lectione condiendas. Sacra enim lectio ad ciborum temperantiam maximè potest. *Greg. d.44.c.6.8. Tolet. III. ibid.c.11.*

5056 *i* Esse cibum benedicendum. Vt cedat in gloriam Dei. *Dist.44.c.8.*

5057 *k* Esse gratias post cibum agendas Deo. Ab ipso enim est omne bonum. *Dist.44.c.8.*

5058 Abstineto etiam à licitis ob reuerentiam sacrorum. Debetur enim diuinis, sacrisque rebus ea reuerentia. *33.q.4.& De consecr.d.2.c.21.& d.6.c.12.*

f *S.Basil.in Ascet c.18. 19.& in Reg. breu. q.129.*

S.Ignat. lib. ex.c.1.§.6. & p.3.c.2. §.3.& in l. exercit.in Reg.de vict. temper.

g *S. Ignat. Par.3.c.1. §.5.& lib. exer.Reg.7. de vict. tẽp.*

h *Basil. in Reg. breu. q.180.*

S. Ign. Par. 3.c.1.§.5.et litt.E.et lib. exerc.reg.6. de vict. tẽp.

S.Car. Bor. vit.l.8.c.12.

i *S.Ign. Par. 3.c.1.§.5.*

k *S. Ignat. P.3.c.1.§.5.*

l *Vid. Arist. 10. Eth. c. 3.*

5059 *l* Caueto ne à nuptijs, aut cibis abstineas, non propterea quod mens ad cultū pietatis exercitatior reddatur, sed propter abominationem. Omnia enim, quæ fecit Deus, bona sunt. *Can. Apost. 50. 52.*

m *S. Ignat. Loy. ex. c. 1. §. 6. & p. 3. c. 2. §. 5. & p. 6. c. 3. §. 1. & litt. A.*

5060 *m* Corporis afflictionum regula esto maior Dei gloria, & Rectoris iudicium. Corporis enim afflictiones bonitatem habent, quatenus ad diuinum obsequium sunt. *DD. Morales.*

n *S. Ign. 3. p. c. 2. §. 5. & p. 6. c. 3. §. 1.*

5061 *n* Corporis castigationem immoderatam esse non debere, nec indiscretam. Solet enim & nocumentum afferre, & maiora bona impedire. *DD. Mor.*

5062 Ad delectationes illicitas vitandum, nullum esse remedium efficacius ipsa fuga delectabilium. Non enim potest affectus cohiberi ne propendeat ad ea, ad quæ naturalem propensionem habet, cum sunt præsentia. *Experientia.*

5063 De ijs, quæ ad corpus pertinent, ne solicitus esto nimium. Solet enim ea cura immoderatior actionem impedire virtutum præstantiorum. *S. Ign. p. 3. c. 2. §. 1.*

o *S. Ign. p. 3. c. 2. §. 1. 6. & litt. F. G. & p. 4. c. 4. §. 1. & p. 6. 6. 3. §. 1.*

5064 *o* Cura esto, sed moderata, valetudinis, viriumque corporis tuendarum. Necessarium enim est & contemplationi, & actioni, corporis ministerium. *S. Thom. 2. de reg. Princ. c. 4.*

5065 Esse corporis afflictiones suscipiendas ad peccatorum satisfactionem, ac pœnitentiam. Quid enim non agendum, vt satisfacias Deo? *Vid. S. Ign. in l. exerc. Add. 10.*

5066 Esse ab immoderatis delicijs abstinendum. Eneruant enim animi vires deliciæ nimiæ. *S. Th. 2. de reg. Princ. c. 4. Basil. in Ascet. c. 19. 20.*

5067 Turpe quemque, præsertim iuuenem, & fœ-

fœminam, inuerecũdum esse. Est enim verecundia pudicitiæ comes, cuius societate castitas ipsa tutior est. *Ambr.1.off.c.18.*

5068 Expelli incontinentes debere è cœtu eorum, è quibus Ecclesiæ Ministri, Rectoresque aliorum sunt eligendi. Nam turpe est incontinẽtes esse Ministros sacrorum, Rectoresque. Et noxium erit malum eorum exemplum communi bono: nec agent ministeria, quæ oportuerit, à voluptate sensus distracti. *S.Ign.p.2.c.2.§.2.*

a *De Liberalitate*.

5069 b MOderatum esse Principem debere in tributis exigendis. Principum enim maximè propria virtus liberalitàs. *PP.1. q.1.2.& q.16. per totum. & Decr.l3. tit.39. De Censibus & c.Quia plerique De immunit.Eccl.& l.6. De censib. & exact. & Clement.l.3. eo.tit.& Extrau. Vas electionis eo.tit.*

5070 c Moderatum esse Principis debere in consanguineos affectum. Ne dum immoderatior est in ijs ditandis, ac nobilitandis, intustè aliquid agat, aut in regendo sit negligentior, aut in subditorum odium incurrat. *Trid sess.25. de Refor: c.1. Ambros d.86.c.16.*

5071 d Synceram esse debere, & ab humanis affectibus liberam, quæ pro Deo initur, temporalium abdicationem. Vt vera sit in Deum libera litas. *Ex Arist 4.Eth c.1.*

5072 Præclaram liberalitatis regulã esse Imitationem Dei. Et huius quidem generis cultum à nobis exigit immensa in nos liberalitas Dei. *Christus Dominus Matt.5.48.*

a *Vide alia Liberalitatis præcepta supra c.9 de Amic.*

b *Bellar. in vita c.26. Arist.4.Eth. c.1.*

c *Bellar. supra. Arist.4.Eth. c.1.*

d *S.Ign.ex. c.4.§.2.& Par.3.c.1. §.7.8.9.& litt.G.H.*

e *S. Ign. ex. c. 4. §. 1. & Par. 3. c. 1. §. 7. 8. 9. & litt. G. H. Arist. 4. Eth. c. 1. 3.*

5073 *e* Perfectam liberalitatem esse, quæ sine recuperandi, recompensationisve spe, largitur. Eo modo liberalis est Deus. *Vide Ambr. 2. offic. c. 15. 25.*

f *Bellar. vit. c. 37. Supra def. 3843.*

5074 *f* Munera Princeps, Iudexve, ne accipito. Solent enim munera & iustitiam corrumpere, & cupiditatem augere. *Trident. sess. 24. de Refor. c. 3. 6. 18. VII. Syn. d. 18. can. 7. 8. et 1. dist. c. 3. & 24. d. c. 5. & 1. q. 1. c. 114. Impp. Gratianus, Valentin. & Theodos. 1. q. 1. c. 126. & seqq. et Greg. 11. q. 3. c. 66. 71. 72. et 15. q. 2.*

g *S. Ignat. Loy. ex. c. 1. §. 3.*

5075 *g* Ab omni auaritia, & auaritiæ specie cauendum ab Ecclesię Ministris. Turpissima enim est auaritia in Ministris sacrorum, ac diuinorum. *Trid. sess. 21. c. 1. de Refor. & sess. 22. Decr. de obser. in celebr. Miss. & sess. 24. de Refor. c. 6. & sess. 24. c. 14. & sess. 25. de Regular. c. 2. & de Reform. c. 1. VII. Syn. d. 18. c. 7. 8. & 1. dist. c. 2. 3. & 24. d. c. 5. Conc. Laodic. d. 46 c. 9. Leo Pap. ibid. c. 10. et d. 47. per totum. et d. 85. et Concil. Chalcedon. d. 86. c. 26. & d. 88. & d. 93. c. 23. & 10 q. 2. c. 7. & 14. q. 4. & 15. q. 2. & 16. q. 6. & q. 7. c. 9. & 20. q. 3. c. 5. et Can. Apost. 43. & c. Cum ab omnis De vita, et hon. cler. & Decc. l. 3. tit. 50. per totum. & Extr. Excommunicamus l. 5. de sent. excomm.*

h *Ambr. 2. off. 16. S. Ign. Par. 3. c. 1. §. 7. 8. 9. & litt. G. H. Arist. 4. Eth. c. 1.*

5076 *h* Seruandum esse in liberalitate rectum modum. Seruatur autem, si consideres quid, cui, quãdo, debeas ipse largiri. *Dist. 86. c. 16. 17. 18. 19.*

5077 Quæ gratis accepisti, gratis dato. Cauendum ergo, quantum fieri potest, à dono quocunque, quo doctrina, vel prædicatio, vel sacrificia, & Sacramentorum administratio compensari videatur. *S. Ign. p. 4. c. 7. §. 3. & c. 15. §. 4. & p. 6. c. 2. §. 7. & litt. G.*

5078

5078 *i* Caueto ne quid alteri dones, quod legitimè dare non licet. *12.per totum.et 13.q.2.c.5. & Can.Apost.37.39.*

i *S.Ign.Par. 3.c.1.§.8. et p.6.c.2.§.9.*

5079 Decere concessum à Principe beneficiũ, permanere. *c.Decet l.6.de reg.iur.*

Arist.4.Eth. c.1.

5080 Indultum à iure beneficium, non esse vlli auferendum. *c.Indultum l.6.de reg.iur.*

5081 *k* Ex pecuniarijs, quas alteri iniunxeris, pœnis, tibi lucrum ne facito: vt sit iudicium syncerum: vt absis ab auaritiæ vitio. *16.q.6.et c.Licet De pœnis.*

k *Arist. 6. Polit.c.5.*

5082 Licentiam, præsertim docendi, ne vendito. Turpe enim auaritiæ genus est. *Dece.l.5. tit.5. de Magistris.*

5083 *l* Caueto ne sub parsimoniæ nomine tenaciam pallies: neque effusionem sub appellatione largitatis occultes. Nam plerunque vitia virtutes se esse mentiuntur. *Greg.2.Pastor.c.9.*

l *Ex Arist. 4.Eth.c.1.*

5084 *m* Ab immoderata cupiditate caueto. Extinguit enim immoderata cupiditas omnem iustitiam. *Ambr.1.off.c.28.*

m *Arist. in Polit.sæpè.*

5085 *n* In conferendis beneficijs esto volens, libensque. Nam si inuitus agas, non ages ex virtute. *Ambr.1.off.c.30.*

n *Arist.4. Eth.c.1.*

5086 In male vtentes, beneficia ne conferto. Ne malitiam iuues. *Amb.1.offic.sup.et lib.2.c.25.*

5087 *o* Curato vt liberalis sis iustè, & cum virtute. Eris autem iustè, & cum virtute, si absque fraude, non mala causa, loco, tempore, ordine, bene facias. *Ambr.sup. & l.2.c.16.*

o *Ex Arist. 2.Eth.4. & l.4.c.1.*

5088 Perpendito terrenorum bonorum vanitatem, & inconstantiam. Hac enim arte, liberalitatis virtus acquiritur. *Ambr.1.off.c.49.*

p *Ex Arist. 4.Eth.1.*

5089 *p* Tuum ad largiendum officium, & indi-

digentium neceſſitatē conſiderato. Vrgebit enim ad liberalitatem ea conſideratio. *Ambr. 2. off. 15.*

5090 Ad liberalitatis materiā ſuggerito menti opera miſericordiæ. Sunt enim illa & ſtimuli, & occaſiones ad liberalitatis actiones. *Ambr. 2. offic. 21.*

q *Ex Ariſt. 4. Eth. c. 1.*

5091 *q* Ab immoderata temporalium ſolicitudine cauendum eſſe. Defectum enim indicat ſpei, quam in Deum debemus. *Baſil. in Reg. breu. q. 200. 207. 272.*

5092 Curato vt ſumptus, quem facere contigerit, decorus ſit & tibi, & in quo, & circa quod fit. Id enim magnificentiæ virtus requirit. *Ariſt. 4. Eth. c. 2.*

5093 Expelluntor è cœtu eorum, qui in Eccleſiæ Miniſtros, Rectoreſque aliorum ſunt eligendi, ij, quos nimium cupidos deprehenderis. Turpe enim eſt in Eccleſiæ Miniſtros, & in aliorum Rectores eligi cupidos. Noxium etiam communi bono. *S. Ign. p. 2. c. 2.*

De Modeſtia.

a *S. Ambr. 1. off. c. 18. S. Ign. Par. 3. c. 1. §. 4. Lege vit. S. Car. Borr. l. 8. c. 16.*

5094 *a* Eſſe ab omnibus modeſtiam, præſertim à Clericis, conſectandam. Turpe enim eſt diſcedere à regula rectæ rationis. *Diſt. 44. & d. 46. c. 6. & d. 99. c. 5. & de Conſecr. d. 5. c. 35. 37. & Can. Apoſt. 33. vid. Decc. l. 3. t. 1. De vit. & bon. cleric. & c. Cum Apoſtolus De cenſibus. & l. 6. De vit. & bon. cler. & Clement. l. 3. De vit. & bon. cler. & ibid. c. Ne in agro De ſtat. mon. & Extrau. Docta l. 3. de vit. & bon. cler.*

5095 Decentem ornatum, ac munditiem in locis, vaſis, veſtibus ſacris eſſe curanda. Diuina enim

enim sanctitas eum modestiæ cultum exigit. *Trid.sess.22.de obser.in celebr. Miss. & sess.24.de Refor.c.12.*

5096 Abstinendum esse Clericis à venatione. Ea enim Clericorum modestiam non decet. *Trid. sess.24.de Refor.c.12. Ibid. d.23.c.3. & d.34.c.1. 2.3. & d.86. c.11. 12.13. & c.Cum Apostolus De censibus. et c.Episcopũ & seq. De clerico venatore.*

5097 Non omnem ludum clericos decere, qui sæculares non dedecet. Maior enim est modestia Clericorum. *Trid.sess.22.de Refor.c.1.& sess 24. c.12.Ibid.d.23.c.3.Concil.Nannet.de Consecr.d.5. c.35.& Can.Apost.41. & Clement. Ne in agro De statu mon.*

5098 *b* Non omnem ornatum Clericos, Deiq; seruitio mancipatos, decere, qui non dedecet sæculares. Magna enim esse debet modestia c Clericorum. *Trid.sess.22. de Refor. c.1. & sess.24. c.12.& sess.25.de Regular.c.2.Ibid.d.23.c.3.Carthag.IIII.d.23.can.24 & d.41.c.8.& 20.q.1.c.16. & 21.q.4.& Decc.l.3. tit.De vit. & hon.cleric.& Clem.l.3.eo.tit.& Clem.Ne in agro De stat.mon.*

b *Bellar. in vita c.36. S.Ignat p.6. c.2.§.15.*

c *De modestia Episcoporum Carthagin.IIII. d.41.c.7.*

5099 Esto clericis habitus proprius, ac tonsura. Vt enim interius charactere à laicis, ita etiam exterius debent signo aliquo Ecclesiæ Ministri distingui. *Trid.sess.14.de Refor.c.6.& sess.23.c.6. 18.& Carthag.IIII. d.23. c.21.22. 23. & c.32.& Concil.Tibur.17.q.4.c.25. & Decc.l.3.tit.1.De vit. & hon. cleric. & c.Ioannes nobis De clericis coniug. & c.Vt consultationi eo.tit. & c.Contingit De sent.excom.& l.6.de cler.coniug.& Extr.Vt Prælatorum l.1.De maior.& ob.*

5100 Quantumuis agas solitarius, putato semper adstare spectatem aliquem. Adest enim semper

per præsens, videnſque Deus. *Basil. sup. Def.* 4306.

5101 Esto tibi modestiæ regula præclariſſima, Imitatio Iesu Christi. Hoc enim genus gratitudinis exigit Verbum Dei, quod pro ſalute noſtra factũ est homo. *Trid. ſeſſ.* 14. *de Sacr. Pœn. c.* 8.

d *Bellar. vita c.* 31.

5102 *d* In ornatu, geſtu, motu corporis; in tradenda doctrina, in conſiliis dandis; in actionibus cæteris, modestiã esse conſectandam. Decus enim illa est, ac ſpecies actionum. *Ambr. in off.*

5103 Esse modestiam in riſu debere. Nam impotenti, & effuſo riſu corripi, ſignum est intemperantiæ, & quod animi motus non ſint repreſſi, nec animi mollities diligenti ſtudio cohibita. *Basil in Ascet. c.* 17.

5104 Ab officio rationis ne diſcedito, etiam ſi contra modestiæ leges, omnium ſit, quibus cum verſaris, exemplum. Nihil enim turpe agendum; quicquid agunt cæteri. *Ambr. 1. off. c.* 18.

e *Ambr.* 1. *off. c.* 18. 19. *S. Ignat. ex. c.* 1. §. 6. *S. Car. Bor. in vita l.* 8. *c.* 16.

5105 *e* Caueto ne ita ſis ſecundum externam modestiam exquiſitus, vt excedas modum cõmunem hominum modeſtorum. Singulare enim est id genus modestiæ: ac ſemper accipi in malam partem ſolet. *Dist.* 30. *can.* 15. *& d.* 41. *c.* 1. 5. *& Extr. Quorundam De verb. ſign.*

f *S. Ignat. Par.* 3. *c.* 1. §. 4.

5106 *f* Externa modestia internam animi humilitatem, ac modestiam excitandam, & conſeruandam esse. Mouetur enim maximè animus noſter operatione ſenſuum externorũ. Oculi ergo, vultuſque depreſſus; vox demiſſa; veſtitus vilior, modo ſit congruus; ſilentium, cum non neceſſarium est loqui; & alia his ſimilia, animi modestiã excitant, & conſeruant. *Trid. ſeſſ.* 25. *de Refor. c.* 1.

5107 Diuinæ excellentiæ, noſtræque vilitatis contemplatione esse in animum modestiæ virtu-

tem inducendam. Quis enim superbiat, si probe Dei excellentiã, suumque nihil intelligat? *Exper.*

5108 Peccatorum in Deum admissorum cõsideratione frænandum esse animum, ne sese efferat contra rationem. Quis enim efferatur, qui vel vnius peccati admissi conscius sit? quo nullum malum turpius, aut maius. *Greg. Pastor. p.* 4.

5109 Nostræ ad bonum impotentiæ, ac omnimodæ à Deo dependentiæ consideratione frænãdum esse animum ne sese efferat contra rationẽ. Quis enim efferatur, qui se videat nihil ex se posse? *Greg.* 4. *Pastor.*

5110 *g* In eam curam incumbito, vt post rectam actionem statim te colligas: & impotentiæ, vitiorumque tuorum consideratione animum, ne intumescat, cohibeas. Vt ea modestia retineat actionis bonitatem, ne euanescat. *Greg.* 4. *Past.*

g *S. Carol. Borr. vita l.* 8. *c.* 23.

5111 *h* Non debere Principes ita se humiles subditis exhibere, vt vilescant, & contemnantur. Nam contra commune bonum esset hoc genus modestiæ. *Dist.* 86. *c.* 4. 5.

h *Gregor.* 2. *Past. c.* 6.

5112 Caueto ab vsurpatione eius honoris, qui sit illegitimus. Est enim contra modestiam. *Dist.* 100.

5113 *i* Eximiam Christianæ humilitatis actionem esse, cupere, atque curare, vt quæcunque notata in eo, & obseruata fuerint, per quemuis siue ipsi, siue viro alteri prudenti, qui ipsum moneat, manifestantur. *S. Ign. ex. c.* 4. §. 8. 9.

i *S. Carol. Borr. vita l.* 8. *c.* 16.

5114 *k* Necessariam ad salutem humilitatis actionem esse: vt ita te penitus subdas diuinæ legi obseruandæ, vt ne mundi quidem totius oblato tibi dominio, vel extremo vitæ discrimine obiecto, transgrediaris ex deliberato, mandatũ vllum

k *S. Ignat. lib. exerc. de primo grad. humil.*

diui-

diuinum, aut humanũ, quod quidem peccati mortalis vinculo te obliget. *Ius diu.*

l *S. Ign. sup.* 5115 *l* Perfectiorem humilitatis actionẽ esse: vt ita te diuinæ voluntati subijcias, vt nulla vel humanæ quantæcunque felicitatis, vel propriæ mortis conditione propositas; adducaris vnquam, vt culpam, licet venialem tantum, decernas admittere. *Ius diu.*

m *S. Ignat. l. exer. in 2. gr. humil.* 5116 *m* Perfectiorem humilitatis actionem esse: vt fixo animo, ad diuitias, paupertatem; honorem, ignominiam; breuitatem, longitudinem vitæ: æquè propendeas: vbi æqualis est tibi diuinæ laudis, & salutis occasio. *Ius nat.*

5117 Perfectissimam humilitatis actionẽ esse, Ita te reuerenter Deo subijcere; vt, prioribus humilitatis actionibus positis, etiam si nullo superaddito, laus Dei par foret; ad maiorẽ tamen imitationem Christi, eligas potius cum eo paupere, spreto, & illuso, pauperiem, contemptum, & insipientiæ titulum amplecti, quam opes, honores, & sapientiæ æstimationem. *S. Ign. l. exer. in 3. gr. humil.*

n *Ex Arist. 4. Eth. c. 3.* 5118 *n* Caueto ne te sine virtute regendi munere dignum existimes. Tuo enim malo experiere, quantum in Rectore virtutis regimen requirat. *Greg. Past. p. 1. c. 4.*

5119 Inordinatæ cognitionis actionem fugito tum sensitiuam, tum intellectiuam. Vana enim est, quatenus non refertur ad Deum, qui est summum verum, cuius cognitione felices sumus. Abstinendum ergo ab omni curiositate, præsertim oculorum, & aurium, vt sis & secundum sensus, & secundum intellectum, modestus. *S. Ign. p. 3. c. 1. §. 4.*

5120

5120 In prosperis à nimia lætitia, in aduersis ab immoderata tristitia caueto. Ita enim magnanimo agendum est. *Arist.*4.*Eth.c.*3.

5121 Caueto ne tua ipse laudes. Difficile enim secundum modestiam esse potest laus, quã profert os proprium. *S.Car.Bor.vit.l.*8.*c.*16.

5122 Oculos, aures, linguam, præcipuas sensuum portas, ab omni inordinatione custodito; teque in pace, ac vera humilitate interna conseruato: *o* & eam in silentio, cum tacendum est; cũ autem loquendum, in circumspectione, & ædificatione verborum, & modestia vultus, ac maturitate incessus, motuumque omnium, sine vllo impatiẽtiæ, aut superbiæ signo exhibeto: omnes cogitatione, tanquam Dei imagines, agnoscendo; & exterius honorem, ac reuerentiam, quam exigit cuiusque status, cum simplicitate, & moderatione Christiana exhibendo. Est enim hæc excellens quædam veræ modestiæ forma, *S.Ignat.p.*3.*c.*1.§.4.

o *S.Basilius Reg. brev. q.*208.

5123 E cœtu eorum, è quibus Ecclesiæ Ministri, Rectoresue aliorum sunt eligẽdi, expelli eos oportere, qui ambitiosi esse, vel inobedientes, vel nimium callidi, vel iudicij defectu, aut notabili in proprio sensu obdurationè laborantes, fuerint deprehensi. Nam turpe est hos Ministros esse sacrorum, & Rectores aliorum. Erunt etiam bono communi maximè noxij. *S. Ignat. p.*1.*c.*3. *& p.*2.*c.*2.

Caput Decimumquartum.

De Verborum significatione.

a *Omittuntur hoc in loco verba ad Ethicã speculatiua, quæ habentur in Distinctionibus præced. et in 1. Par. Dist. 6, 10, 11, 12, 13.*

Sectio I. a *De Interpretatione aliquorum verborum ex morali Theologia.*

5124 b SPontaneum dici, quod est ab appetitu agente cum cognitione obiecti, quod appetitur; siue is appetitus sensitiuus sit, siue intellectiuus. *Arist. 3. Eth. c. 1.*

b *Vid. Sum. Ethic. d. 1. q. 3. p. 1.*

5125 Inuitum dici, quod spontaneo opponitur: id est, Tum id, quod est contra appetitum, seu inclinationem agentis; cuiusmodi etiam de brutis dicitur. Tum id, quod ab agente cum cognitione sine cognitione particularium fit: vt qui volés inimicum occidere, amicum ex ignoratione percussit, dicitur percussisse inuitus. *Sum. Eth. d. 1. q. 3 p. 1. §. 1.*

5126 Voluntarium ampla significatione dici quicquid spontaneum est. *S. Th. 1. p. q. 82. a. 1. & 1. 2. q. 6. a. 1. Sum. Eth. sup. §. 2.*

5127 Voluntarium propriè dici, quod est à voluntate, seu appetitu intellectiuo, hoc est, agente cum cognitione particularium, & dirigente media ad finem. quod fit cognoscendo finem, & proportionem, quam habent media ad illum. *Sum. Eth. sup. S. Th. 1. 2. sup. a. 2.*

5128 Liberum dici tum Agens, tum effectum illius. *Sum. Eth. sup. §. 3. & sup. Dist. 2.*

5129

5129 Voluntarium presſa ſignificatione dici, quod à libere agente pendet. *Sum.Eth.sup.§.3.*

5130 Inuoluntarium dici, quod opponitur voluntario tum propriè, tum presſe ſumpto. *Sum. Eth.sup.*

5131 Inuoluntarium dici, quod voluntas refugit. *Sum.Eth.sup.n.1.*

5132 Inuolũtarium dici, neceſſarium coactionis, ſeu violentum. *Sum.Eth.supra n.1.*

5133 Inuoluntarium dici, quod nullo modo pendet à voluntate. Huius generis inuoluntariũ eſt, quod ex ignoratione fit, quæ à voluntate non pendeat. *Sum.Eth.sup.*

5134 Directè voluntarium dici, quod poſitiuè pendet à voluntate per actum voluntatis elicitum. *Sum.Eth.supra §.4.*

5135 Indirecte voluntarium dici, quod quidẽ non pendet à voluntate per actum voluntatis elicitum; ſed tamen ita ſe habet ad voluntatem, ac ſi voluntas actu poſitiuo illud vellet. Quod accidit cum voluntas poteſt, ac debet aliquid agere, & non agit. *Sum.Eth.supra.*

5136 Voluntarium in ſe, denominati obiectũ illud, in quo immediate fertur voluntas. *Sum. Eth.sup.§.5.*

5137 Voluntarium in alio dici id, in quod non expreſsè fertur voluntas, ſed in cauſam illius. Debet autem ea cauſa cognoſci vt cauſa illius. *Sum.Eth.supra.*

5138 Voluntarium expreſſum dici, quod actu voluntatis ſiue directo, ſiue indirecto, ſiue in ſe, ſiue in cauſa, realiter exprimitur. *Sum.Eth.sup.*

5139 Volũtarium interpretatiuum dici, quod licet actu voluntatis realiter non exprimatur ſub-

intelligitur tamen actus volendi illud in actu aliquo expreſſo comprehendere. Vt, cum aliqua lex non obſeruatur Superiore aduertente, interpretamur Superioris conſenſum circa actum non obſeruandi. *Sum. Eth. ſup.*

5140 Voluntarium ſimplex dici, cum volũtas ita fertur in obiectum actu proſecutionis, vt non ſimul illud fugiat ſecundum vllam rationem. Vt eſt amor beatorum in Deum. *Sum. Eth. ſupra.*

5141 Voluntarium mixtum dici, quod ſimul cum fuga habet actum proſecutionis. vt ſunt ea, quæ fiunt ex metu; vt cum oborta tẽpeſtate proijcit mercator merces in mare: à quibus nude, & per ſe conſideratis, voluntas abhorret; ea tamen omnibus circumſtantijs perpenſis, amplectitur. *Sum. Eth. ſup. Ariſt. 3, Eth. 1.*

5142 Morem dici Conſuetudinem, quã Græci ἔθος nominant. *Ariſt. Moral. Eudem. l. 2. c. 4. S. Th. 1. 2. q. 58. a. 1.*

5143 Mores dici habitus appetitus vt ſubditi rationi, ſeu vt agentis cum deliberatione rationis, quod Græci ἦθη appellãt. *Ariſt. & S. Th. ſup.*

5144 Diſciplinam illam, quæ humanam vitã contemplatur, ac ſuis præceptis eam inſtituit, ac docet, Moralem latino vocabulo, Ethicam græco, nominari; & Actiuam Philoſophiam. Quæ tres habet partes, Monaſticam, Oeconomicam, Politicam. *S. Th. 1. Eth. in princ.*

5145 Monaſticam Philoſophiam, quæ Ethica ſtricta ſignificatione appellatur, actiones hominis in ſe abſolutè conſiderati contemplari. *S. Th. ſupra.*

5146 Oeconomicam, ſeu Familiarem philoſophiam, domeſticam diſciplinam conſiderare,

& ad propriæ familiæ gubernationem erudire. *S.Thom sup.*

5147 Politicam, seu Ciuilem philosophiã de optima Republica agere, & hominem dirigere; vt ea, quæ ad totius Reip statum, & vniuersale bonum spectant, probe exequatur. *S.Th.sup.*

5148 Felicitatem dici Possessionem boni optimi. &, Vitam optimam, pulcherrimam, iucundissimam. *Arist.1.Eth.c.8.& 1.Magn.Mor.c.4.*

5149 *c* Actionem à Philosophis moralibus dici, omnem hominis actum, ac operationẽ; quæ voluntaria sit cum aduertentia rationis. *Arist. 6.eth.c.4.*

c *Sum.Eth. d.1.q.1.def. 3.& q.4. pr.1.*

5150 *d* Actiones, & operationes à Philosophis moralibus appellari actus hominis, qui respiciunt bonum alterius; vt sunt actus iustitiæ. *S.Th.1.2.q.60.a.2.*

d *Sum.Eth. d.3.q.1.p.6.*

5151 Passiones à Philosophis moralibus appellari, actus morales, qui solum ipsius operantis bonum respiciunt. *Vid.Sum.eth.d.3.q.1.p.2.§.17. S.Thom.sup.*

5152 Prudentiam dici rationem ordinis rerũ ad finem. *S.Th.1.p.q.22.a.1.*

5153 Prouidẽtiam esse Rationem ordinis rerum in finem, quæ in mente Rectoris est. *S.Th. 1.p.q.22.a.1. Boet.l.4.de consol. Prop.6.*

5154 Regimen, seu Gubernationem esse Prouidentiæ executionem, quæ fit à Rectore. *S.Th. 1.p.q.23.a.2.*

5155 Liberum arbitrium esse appetitũ rationalem, seu voluntatem, quatenus circa electionẽ versatur mediorum cum connotatione iudicij non necessarij circa vnum, sed indifferentis ad plura. Voluntatis enim est eligere liberẽ, vt supra

dictum est, præeunte cognitione rationis circa eligenda. *S.Th.1.p.q.83.Arist.6.eth.c.2.*

5156 Circumstantias dici quascunque conditiones, quæ extra actus humani substantiam sunt, & tamen illum attingunt aliquo modo. Dicuntur autem circumstantiæ ad similitudinem eorum, quæ corpus aliquod circumstant. eæque vt accidentia quædam sunt respectu actus: quatenus respectum habent ad actum, vt accidentia ad substantiam. *S.Th.1.2.q.7.a.1.*

e Sum.Eth. d.1.q.4.pr.1. Burid. 6. Eth.q.18.

5157 *e* Eubuliam dici habitum, qui circa rectam Consultationem versatur. Recta autem consultatio est, quæ & bonum sibi finem proponit; & media ad illum assequendum licita inquirit; nec præceps in deliberando est, quod ex vehementi cupiditate contingere solet; nec nimium tarda, sed matura, ac lente festinans; & tempestiue ad consultandum accedit, ne rei benè gerendæ occasio dilabatur. *Arist.6.eth.9.S.Th.1.2.q.57.a.6.*

5158 Synesim, seu Perspicaciam, esse habitum inclinantem ad rectè secúdum leges communes, & ordinarias iudicandum de singularibus agibilibus, quæ cadunt sub imperium prudentiæ. *Arist. 6.eth.10.S.Th.2.2.q.51.a.3.*

5159 Gnomen, esse habitum inclinantem ad rectè de singularibus agibilibus iudicãdum præter communes regulas, secundum altiora quædã principia, seu secúdum rationem naturalem, cum lex alia deficit. *Arist.6.eth.c.11. S.Th.sup.a.4.*

f Vid.Sum. Ethic. d. 3. q.1.pr.6.

5160 *f* Virtutes principales, seu cardinales dici virtutes morales: quatenus non solum tribuunt facultatem bene agendi, sed etiam ipsum vsum boni operis causant. eæ sunt, Prudentia, Iustitia, Fortitudo, Temperantia. *S.Thom.1.2.q.61.a.1.*

& 2.2.*q.*123.*a.*11.

5161 Exemplares virtutes dici Cardinales virtutes: quatenus exemplariter in Deo sunt. Nam ipsa diuina mens prudentia dicitur. Conuersio autem diuinæ intentionis ad se ipsum temperantia appellatur; quia in nobis temperantia dicitur, quatenus appetitus concupiscibilis rationi conformatur. Fortitudo autem Dei est eius immutabilitas. Iustitia, obseruatio legis æternæ in suis operibus. *S.Th.*1.2.*q.*61.*a.*1.

5162 Politicas virtutes dici virtutes morales, ac humanas: quatenus Homo secundum naturam suam animal politicum est; his autem virtutibus rectè se habet in rebus humanis gerendis. *S.Th. supra.*

5163 Purgatorias, ac transcendentium virtutes dici virtutes morales: quatenus per illas ad diuinorum morum imitationem, ac similitudinem tenditur: vt Prudentia omnia mundana diuinorū contemplatione despiciat, omnemque animi cogitationem dirigat in sola diuina. Temperantia ab ijs etiam abstineat, quæ corporis vsus requirit, quantum fas sit. Fortitudo ipsum à corpore recessum non horreat, vt accedat ad diuina: Iustitia, vt toto animi conatu ad conformitatem cum diuina voluntate contendat. *S.Th.supra.*

5164 Purgati animi, perfectique virtutes dici virtutes morales: quatenus in animis reperiuntur diuinam imitationem, ac similitudinem assequentium. Vt Prudentia, sola diuina intueatur: Temperantia, terrenas cupiditates nesciat: Fortitudo, passiones ignoret: Iustitia, perpetuo cum diuina voluntate conformetur. *S.Th.supra.*

5165 g Ignorantiam probabilem, ac inuinci-

g *Vid.Sum. Eth.d.*1.*q.*3. *prop.*1. §.8. *Ad* 2.

bilem dici, quæ studio superari non potest. Ea ignorantia peccatum non est. Non enim est in nostra voluntate eam repellere: ac proinde voluntaria non est. *S.Th.1.2.q.76.a.2.*

5166 Ignorantiam vincibilem, dici, quam tollere est in nostra potestate. Peccatum ea est, si sit circa ea, quæ quis scire tenetur. Scire autem quilibet tenetur ea, quæ ad eius statum, vel officium pertinent: & multò magis, quæ fidei sunt, ac iuris, præsertim naturalis, præcepta. *S.Th.1.2.q.76.a.2.*

5167 Ignorantiam affectatam dici, quam quis vult ex electione. Vt cum quis vt liberius peccet conscientia non repugnante, non vult scire, quod tenetur. *Sylu.v.Ignorantia §.5.*

5168 Ignorantiam crassam, ac supinam dici, qua quis scienda nescit ex negligentia lata, siue latæ culpæ: vt quia nescit publica, & manifesta, quæ omnes sciunt. *Sylvest sup.*

5169 Ignorantiam pravæ electionis, seu potius Inconsiderationem, dici eam, qua omnis malus dicitur ignorans, quatenus quod in vniuersali scit esse malum, in particulari putat bonum; vt cũ quis fornicatur. Accidit autem ea inconsideratio ex malo habitu, aut passione, aliaue peccati causa, prohibente rationem ab actuali consideratione. *Sylu.sup.*

5170 Ignorantiam consequentem dici, quæ voluntatem consequitur, & ab illa pendet. Ea ignorantia cum sit voluntaria, non excusat à peccato. Talis est ignorantia vincibilis, & affectata, & supina. *Sum.Eth.d.1.q.3.pr.1. S.Th.1.2.q.76.*

5171 Ignorantiam antecedentem dici, quæ volũtatis actum causat; quatenus ea posita sequitur actus, qui nõ fuisset secutus posita cognitione igno-

ignorantiæ contraria: vt cũ quis putans occidere ceruum, amicum interficit. Ea ignorantia, cum nullo modo sit volita, efficit simpliciter inuoluntarium. *Sum.Eth.supra.*

5172 Ignorantiam concomitantem dici, quæ neque antecedit volũtatem causans actum illius, neque subsequitur pendens ab illo. Estque cum quis efficit quidem aliquid ignorãter, sic tamen, vt si cognouisset, feciſſet nihilominus: vt cũ quis occidit inimicum in sylua, putans esse ceruum. *Sum.Eth.supra.*

5173 Peccatum ex industria, vel ex certa malitia, dici, cum scienter malum eligitur. Vt cum quis, vt bono temporali potiatur, eligit priuari bono spirituali, cuius priuatio est simpliciter malum. *S.Th.1.2.q.78.a.1.& 2.2.q.14.a.4.*

5174 Peccatum, vitiumque capitale dici, cuius finis primariam aliquam rationem habet ad mouendum appetitum ad alia vitia, & peccata. Vt superbia peccatum est capitale, quia propriæ excellentia, quam superbia intendit, mouet ad multa peccata perpetranda. *S.Th.1.2.q.84.a.4.*

5175 Bonum naturæ dici, tũ ipsa naturæ principia, ex quibus ipsa natura constituitur; & proprietates ex his profluentes, quales sunt ipsæ animi potentiæ. Tum ipsa ad virtutem inclinatio: quatenus eam homo habet à natura. Tum originalis iustitiæ donum; quatenus in primo homine fuit toti humanæ naturæ collatum. *S.Thom.1.2.q.85.a.1.& q.94.a.3.*

5176 Contra naturam solere dici, tum ea, quæ naturæ hominis contraria sunt, quatenus homo habet rationem. Tum ea, quæ contraria sunt ijs, quæ & homini, & alijs animalibus cõtraria sunt:

vt concubitus masculorum. S. *Thom.* 1.2. *q.* 94. *a.* 3. *ad* 2. *Dam. l.* 2. *c.* 30. 31.

5177 Priuilegia dici leges, quæ cõmunes quidem sunt, ac veræ leges, quatenus ad plura negotia extenduntur: singulares autem sunt, quatenus singulares personas respiciunt. *Dist.* 3. *can.* 3. *Arist.* 5. *Eth. c.* 7. S. *Th.* 1.2. *q.* 96. *a.* 1.

5178 Dispensationem dici eam actionem, qua quis habens auctoritatem, in personis, vel in casibus, in quibus lex deficit, licentiam tribuit, vt præceptum legis non seruetur. Debet autem dispensatio ad bonum commune proficere. S. *Th.* 1.2. *q.* 97. *a.* 4.

5179 Ius dici quamcunque legem tum diuinam, tum naturalem, tum humanam. Dicitur autẽ Ius, quia iustũ est. *Par.* 1. *d.* 11. *à n.* 1. *Isid. d.* 1. *c.* 2.

5180 Fas, dici Ius, quatenus est secundum legem diuinam. *Dist.* 1. *c.* 1.

5181 Consuetudinem dici Ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex. *Dist.* 1. *c.* 5.

5182 Ius publicum dici, quod est in sacris, & in Sacerdotibus, & in Magistratibus. *Dist.* 1. *c.* 11.

5183 Mortificationem, & Abnegationem, à Theologis moralibus dici omnem actionem, qua motus, actusque potentiarum tum cognoscitiuarum, tum appetitiuarum frænamus: vt aut nõ sint, aut fiant moderatè, secundum rectam rationem. Vt enim morte pereunt in corpore actus vitæ: ita mortificatione tolluntur ex animo actus vitæ irrationalis. *Vide DD. Mor.*

5184 Scrupulum vulgò dici, cum ex propria liberi arbitrij motu, & iudicio, aliquid concludimus peccatum esse, cum peccatum non sit. Quod

potius

ponus iudicium erroneum est appellandum. S. *Ign. Lexer. Spir. De Scrupulis.*

5185 Scrupulum propriè dici, cum post actionem oboritur nobis extrinsecus peccati admissi suspicio, ambiguitatem eius, & perturbationem animi sentimus, an peccauerimus, nec ne; quamuis ex altera parte veniat in mentem nos minimè peccasse. S. *Ign. supra.*

5186 *b* Ciuitatem esse hominum multitudinē aliquo societatis vinculo colligatam, *i* quæ vera virtute beata redditur. S. *Th.* 4. *de reg. Princ. c.* 23. *ex Aug.* 1. *Ciu.*

h *Arist.* 2. *Polit. c.* 1. & l. 3. c. 1.

i *Arist.* 7. *Politic. c.* 1.

5187 Prudentiam solere dici, quācunque veri cognitionem, quæ humano studio comparari potest, siue ea sit practica, siue speculatiua. Quæ etiā sapientia nominari solet. *Ambr.* 1. *off. c.* 24. 25.

5188 Sumi quoque Prudentiam solere pro Ethica, seu scientia morali. *Sum. Eth. d.* 1. *q.* 4. *pr.* 1.

5189 Sumi quoque Prudentiam solere pro rectitudine discretionis in quibuscunque actibus. S. *Thom.* 1. 2. *q.* 61. *a.* 4.

5190 Prudentia strictè sumpta, est is habitus, qui propositis per syndereſin virtutum moralium finibus, deducit ex ijs, quid circa eorum acquisitionem agendum sit. *Sum. Eth. d.* 1. *q.* 4. *Prop.* 1. *Arist.* 6. *Eth. c.* 5.

k *Aliæ Iustitiæ significationes vide in Sum. Ethic. d.* 3. *q.* 1. *p.* 1. & *p.* 6. § 4. & S. *Tho.* 1. 2. *q.* 61. *a.* 4.

5191 *k* Iustitiam dici virtutem, quæ suum cuique tribuit, alienum non vendicat: vtilitatem propriam negligit, vt communem æquitatem custodiat. *Ambr. supra.*

l *Aliter in Sum. Eth. et* S. *Th. supra.*

5192 *l* Fortitudinem dici virtutem, quæ & in rebus bellicis excelsi animi magnitudine, & domi eminet, corporisq; præstat viribus. *Ambr. sup.*

m *Aliter supra;*

5193 *m* Temperantiam dici virtutem, quæ mo-

modum, ordinemque seruat omnium, quæ vel agenda, vel dicenda arbitramur. *Ambr. supra.*

5194 Quamquam sępissimè Honestũ, & Decorum idem significant: propriè tamen Honestum est, quod est rectæ rationi conforme; Decorum, quod præter conformitatem cum recta ratione, leporem quendam honestatis habet. Vt Facies honesta dicitur, quæ homini, vt hominem decet, conueniens est; Decora, quæ non solum conuenientiam, sed etiam florẽ quendam leporis habet. *Ambr. 1. off. c. 45.*

5195 Oeconomiam propriè dici rei domesticæ administrationem. *Basil. in Asceт. c. 49.*

5196 Oeconomiæ nomine lata significatione dici quamcunque dispositionem, distributionem, ac dispensationem. *Hier. Dam Chrysost.*

5197 Curam temporariam, seu temporalem dici, quæ ad pietatem nihil facit, etiam si nihil vetiti videatur cõplecti. *Basil. in Reg. breu. q. 88.*

5198 Politiam, siue Rempublicam dici, eorũ, qui in ciuitate degunt, institutionem quandam, & ordinem. *Arist. 3. Polit. c. 1. 4.*

5199 Ciuem maximè propriè dici, cui habilitas est participandi potestatis publicæ deliberatiuæ, ac iudiciariæ. *Arist. 3. Polit. c. 1.*

5200 Regimen, siue gubernationem esse potestatem in multitudinem. Necesse autem est potestatem aut penes vnum, aut penes paucos, aut penes multos esse. Rectum autem regimen, rectaque Reipub. species est; cum vnus, vel pauci, vel multi, communem vtilitatem in gubernando sequuntur. Naturalis enim finis, ob quem ciues in vnam ciuitatem ad simul viuendum conueniunt, est bonum, quod quisque ex aliorum societate sperat.

sperat. *Arist. 3. Polit. c. 5.*

5201 Regnum dici Regimen vnius ad vtilitatem communem gubernantis. *Arist. supra.*

5202 Aristocratiam dici, cum pauci gubernãt, plures tamen vno, ad communem vtilitatem. Ita dictã, vel ex eo, quod optimi præsunt, vel ex eo, quod regimen referunt ad id, quod est communitati optimum. *Arist. sup.*

5203 Politiam, & Rempublicam, communi omni regimini nomine, appellari regimen, Cum multitudo ad communem vtilitatem gubernat. *Arist. sup.*

5204 Tyrannidem esse, dominatum vnius ad proprium commodum intendentis. *Arist. sup.*

5205 Oligarchiam, seu Paucorum potentiam dici regimen Aristocratiæ corruptiuum; cum ad opulentorum commodum gubernatur. *Arist. sup.*

5206 Democratiam, seu popularem dominatum dici, cum ad egenorum commodum dirigitur regimen. *Arist. sup.*

5207 Monarchiam dici gubernationem vnius: siue is ad proprium, siue ad commune commodũ gubernet. *Ex Arist. sup.*

Sectio II. De Interpretatione aliquorum verborum ex iure Pontificio.

5208 VErba in eo sensu accipiẽda esse, quem solent rectè intelligẽtibus generare; & secundum verborum communem intelligentiam. *c. Ex litteris De spons. & matr.*

5209 Canonem græcè, latinè Regulam dici. Ea voce præcepta, legesque nuncupantur, quate-

nus

nus humanarum actionum regulæ sunt, quæ illas dirigunt, vt rectè agantur. Canonum voce Patrum sententiæ, Pontificum decreta, statuta Conciliorum, nuncupantur. *Dist. 3. can. 1. 2.*

5210 Synodum dici cœtum Patrum, ac sapientum: qui ad definiendum de agendis, ac credendis solent in Ecclesia conuenire. *Dist. 15. can. 1.*

5211 Concilium dici cœtum Patrum, ac sapientum Ecclesiæ, qui ad definiendum de credendis, ac agendis solent conuenire. *Dist. 15. c. 1.*

5212 Eulogia, ac Benedictiones, dici munera, quæ deferunt subditi suis Prælatis. *Dist. 18. can. 8. & d. 28. c. De eulogijs.*

5213 Clericos dici omnes, qui deseruiunt in Christi Ecclesia. Quorũ gradus, & nomina sunt, Ostiarius, Lector, Exorcista, Acolytus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, Episcopus. Clerici dicti, quia de sorte domini sunt, vel quia Domini partem habent. κλῆρος enim græcè, sors latinè, vel hæreditas dicitur. *Ibid. d. 21. c. 1. & c. Cum tibi De verb. sign.*

5214 Præsbyteros dici, non solum seniores, vt sonat vox græca; sed Sacerdotes omnes, etiam Episcopos ipsos: quatenus esse seniores debent secundum scientiam, ac prudentiam. *Ibid. d. 21. c. 1. Anacl. d. 84 c. 6. Hier. d. 93. c. 24. Trid. sess. 14. de Sacr. Extr. Vnct. c. 3.*

5215 Leuitas, Diaconos dici à Leuitis antiquis, qui tabernaculi ministeria exercebant. *Ibid. supra.*

5216 Episcopos dici omnes, qui in summo gradu sunt Ecclesiasticæ Hierarchiæ. Quia & laicis, & clericis superintendunt, sibi commissis. Episcopi in Ecclesia Apostolis successerunt, vt

Sa-

Sacerdotes cæteri discipulis LXXII. à Christo electis. 21.d.c. *Cleros & 8.q.1.c. Qui Episcopatum.*

5217. Manifestum dici, quod vel per confessionem, vel per probationem legitimè notum fuerit, aut euidentia rei, quæ nulla possit tergiuersatione cælari. *c. Cum olim De verb. sign. & c. Super eo tit.*

5218. Euidens idem esse, quod manifestum. *c. Constitutionem l.6. de verb. sign.*

5219. Apocrypha dici scripturas illas, quarum auctor ignoratur, vel de quorum veritate dubitatur. *16. dist. c. Canones qui.*

5220. *a* Negotiationem dici, emptionem cuiuscunque rei, vt nulla in ea mutatione facta, carius vendas propter lucrum. *Dist. 88.*

5221. Munus aliud ab obsequio, aliud à manu, aliud à lingua. Munus obsequio esse subiectionem indebitè impensam. Munus à manu, pecuniam. Munus à lingua, fauorem. *Greg. 1.q.1.c.114. & Verbum. II. 1.q.3.c.8.*

5222. *b* Præbendam dici Ius, quod habent ij, qui sunt de Collegio, ad prouentus in Ecclesia Collegiata percipiendos. &, Ius, quod cuicunque, quauis ratione, conceditur ad vtendum, ac fruendum Ecclesiæ bonis. *De Mag. 16. q.1. & 1.q.3. c.2. & c. Olim De verb. sign. & c. Tua nobis eo tit.*

5223. Pecuniæ nomine appellari quicquid homines in terra possident; omnia, quorum sunt domini: vt seruus, ager, vas, arbor, pecus? *Aug. 1.q.3.c.6.*

5224. Ignorantiam aliam esse facti, aliâ Iuris: vtramque posse & excusabilem, & damnabilem esse: excusabilem semper esse, cum quis scire aliquid non potuit; aut si potuit, non debuit. *Gratianus*

a Negotiatio Clericis prohibetur vide Decr. lib.3. tit.50. Ne cler. vel mon.

b De iure cõferẽdi præbẽdas, ac dignitates vid. lib.6. tit. De præb. et dig. et tit. De cõcess. præb. et tit. Ne sede vacãte, etc. et Clem. l.3. tit.2.3.4. & Extrau. De præb. et dig. et De cõcess. præb. et Extr. Vniuersalis Ecclesiæ l.1. De treg. & pac. et Extr. l.5. de præb. & dign.

c De precarijs ineũdis vide Decc. l.3.tit.14.

d De Iure decimarum vid. Ext.l.3. De decimis, & Clem. 2. eo.tit. et Extrau. Inter cunctas l.5. De priuil.

e S. Th. in Add.q.21. Tolet. Instr. Sacerd. l.1. c.4. & 11. q.3. c. Si quis De sent.excom.

f Vide 15. q.6.

g Trid. sess. 25. de Refor.c.2.et 2. q.1.c.11. & 11.q.3.c.41. 42. 43. & c. Sacro approbãte De sent.exc. & c. Cũ medicinalis l.6. De sẽt. exc.

tianus 1.q.4.c.12.

5225 Precarias dici, præstationes vsusfructus in recompẽsationem eius proprietatis, quæ datur Ecclesiæ. c Præterea Precaria contractus quidã est affinis emphyteusi, qui de quinquennio in quinquennium renouatur. Est etiam Precarium, quod precibus ad vtendum alicui datur; quod reuocari potest quandocunque. Gloss.10.q.2.c.4.

5226 d Oblationes dici, quæcunque de propijs, & licitis rebus Ecclesiæ à fidelibus offeruntur. Quare oblationes, vt & Primitiæ, & decimę, in solis Ecclesiarum bonis præcipuè numerãtur: Ergo non licet ea per sæcularem potestatem obtinere. c. Causa de verb.sign. & c. Cum inter eo.tit.

5227 e Excommunicationem dici Canonicã à licita fidelium communione separationem. Communicatio fidelium alia spiritualis, alia politica. Spiritualis communicatio sunt mutuæ orationes, & conuentus ad sacra percipienda. Politica communicatio sunt, osculum pacis, salutationes, mensa, & similia. Excommunicatio alia maior, alia minor. Maior & spirituali, & f politica communione priuat. Minor solam Sacramentorum participationem prohibet. Aliquæ autem excommunicationes sunt à Iure: quia in aliquo Canone, vel Statuto, vel Constitutione fulminantur. Aliquæ ab homine: quia per aliquem Iudicem feruntur. Ferri autem solent aut ipso facto, seu Iure: eæque statim contrauenientes ligant, absque vllius sententiæ expectatione. aut sunt cõminatoriæ: & expectanda est Iudicis sententia, per quam fulminetur. g Non debet autem excõmunicatio temerè, aut leuibus ex rebus fulminari; sed maturè, & cum delicti qualitas, ac necessi-

tas

tas exigit; & præcedente bina saltem monitione, etiam per edictum. *b* Non licet autem cum excommunicatis communicare. * Si quis communicet in excommunicationem incurrit. *i* & ab vno Episcopo excommunicatus, debet & ab alijs Episcopis excommunicatus haberi. *k* Quamquā multi sunt casus in quibus cum excommunicatis communicare conceditur. *l* Debet autem canonica forma seruari & in excommunicatione ferenda, & in excommunicatis reconciliandis. *m* Non potest autem excommunicatus excōmunicare. *n* neque Sacerdos quilibet à qualibet excommunicatione absoluere. *o* Ea, ad quæ excōmunicati inhabiles redduntur, in Iure canonico legenda. Alia ad excom. spectantia *vid. Decc. l. 6. De sent. excomm. et Extrau. Infidelis l. 5. de furtis.* Excommunicationes autem (præter Bull Cœn.) quæ in Trid. & in Iure Pontificio numerantur, & non sunt reuocatæ, eæ ferè sunt:

I. Contra Prælatos 1. *a* Card. simon. &c. in elect. Pap. *Iul. II. Extr. 2. Cum tam diuino.* Reseruatur Papæ. 2. *b* Card. reuelantes secreta Consist. *vide Concil. Later. sub Leone X. sess. 9.* Ref. Pap. 3. Card. & alios ambientes Papatum, &c. *Paulus IIII. Extr. 38. Cum secundū. Greg. XIIII.* Ref. Pap. 4. Card. & alios omnes simoniacos. *Extr. Cum detestabile De simonia.* R. P. 5. *c* Suspensos à collatione, & præsent. benef. & officiorum, si conferāt, vel præsentent. *Pius V. Extr. 53. Quanta Ecclesia Det.* R. P. 6. *d* Trahentes alias personas ecclesiasticas ad forum laicale. *Martinus V. Extr. 5. Ad reprimendas.* R. P. 7. Inferiores Episcopis publicantes

h 11. q. 3. à c. 15. et c. 102 & c. Nulli de sent. exc. et c. Cū non ab homine, eo. tit. et seq. * Can. Apo. 10.
i 11. q. 3. c. 73.
k *Vide* 11. q. 3. c. 103. 104. 105.
l *Vide* 11. q. 3. c. 107. 108. *et seqq.*
m 24. q. 1. c. 4. 35. 36. 37.
n *Vid. Decc.* l. 5. tit. 39. De sēt. exc. et l. 6. tit. 17.
o *Vide l. 6. de Rescriptis c. 1.*
a *Vid. Sayr.* l. 3. c. 31. n. 3.
b *Nauarr.* c. 27. n. 110. 111.

c *Soar. d. 22. sect. 6. n. 21.* d *Nauarr. c. 27. n. 71.*

cātes indulgentias cū iuspicione simoniæ. *Pius V.*
e *Graff. l.4.* *Extr.99. Quam plenum.* R.P. 8. *e* Prælatos do-
c.23.n.3. nantes aliquid nunciantibus prouisiones benefi-
ciorum, &c. *Greg. XI. Extrau.4. Solicitè.* R.P.
f *Ant.3.p.* 9. *f* Consentientes electioni suæ illegitimæ in
tit.24.c.48. Papatum. *c. Licet De elect.* 10. *g* Episcop. in ciuitates
g *Nauarr.* diuersarum linguarum se intrudētes. *c. Quoniam*
c.27.n.114. *De off. iud. ord.* 11. Nuncios impetrantes à Prin-
Sayr. c.32. cipibus fauores ad dignitates. *Pius* IIII. *Ext.* 124.
n.2. *Et si Romanum.* 12. *b* Prælatos permittentes
h *Tolet. l.1.* Fraticellorum ritum, &c. *Io. XXII. Extr. Sancta*
c.38.n.12. *Romana.* 13. Prælatos à Curia Romana absque
licentia Papæ discedentes, &c. *Io. XXII. Ext. Et si*
i *Soar. d.23.* *deceat.* 14. *i* Sacerdotes post monitionem reti-
sect.3.n.21. nentes Præfecti sæcularis officium. *c. Clericis Ne*
cler. vel mon.
k *Sayr. l.3.* II. Contra Clericos 1. *k* Participantes in diui-
c.29.n.5. nis cum excommunicato à Papa. *c. Significauit*
l *Sylu. exco.* *De sent. excomm.* R.P. 2. Inducentes aliquem ad
7.n.49. promittendū de sepultura. *Clem. Cupientes §. fin.*
m *Sayr. l.3.* De *pœnis*. R.P. 3. *m* Non inseruientes beneficio
c.31.n.5. Curato contra iuramentū, &c. *Pius IIII. Ext.* 87.
n *Less. l.2.* *Inter multiplices curas.* R.P. 4. *n* Simoniam rea-
c.35. *dub.* lem in beneficio, vel ordine committentes. *Extr.*
24.25. *Cum detestabile* De *simonia.* R.P. 5. *o* Simoniam
o *Soar. d.* confidentialem committentes. *Pius V. Extr.* 87.
22. *sess.6.n.* *Intolerabilis.* R.P. 6. Consentientes occupantibus
15. *et l.4. De* bona Ecclesiæ. *Trid. sess.22. de Refor. c.11.* R.P.
simon. c.43. 7. Trahentes aliam personam ecclesiasticam ad
p *Caietan.* forum laicale. *Supra §.1.n.6.* R.P. 8. Donantes
c.52. nunciantibus prouisiones. *Supra §.1.n.8.* R.P.
q *Soar. d.23* 9. *p* Locantes domos publicis vsurarijs alieniges
sect.3.n.9. nis. *c.1. De vsuris in 6.* 10. *q* Studētes Medicinæ,
Tol. l.1.c.37. vel Legibus. *c. Super specula Ne cler. vel mon.*
n.4.

11. Ha-

11. Habentes officium Præfecti sæcularis. *Supra* §.1.*n*.14. 12. *r* Clericos, &c. matrimonium de facto contrahentes. *Clem.1. De consang. & affin.* 13. *s* Locantes res Ecclesiæ vltra triennium. *Ext. Ambitiosæ. De reb. Eccl.non alien.*

III. Contra Religiosos 1. Inducẽtes aliquẽ ad promittẽdũ se de sepultura, &c. *Sup.§.2,n.2.* R.P. 2. *t* Ministrantes Vnct. Extremam, Eucharistiam, Matrimonium sine licentia Parochi, vel absoluentes, &c. *Clem. Religiosi De Priuil.* R.P. 3. Euntes vltra mare sine licẽtia Superioris. *Io.XXII. Ext. Ad nostrum. De Regular.* R.P. 4. *u* Simoniacè accipientes aliquid pro ingressu Monasterij. *Ext. Sane De Simonia.* R.P. 5. *x* Mendicantes transeuntes ad nõ Mendicantes, &c. *Extr. Viam ambitiosæ De Regular.* R.P. 6. Detinentes Apostatas Fratrũ Præd. *vide apud S. Ant.3.p.tit.24.c.71.* R.P. 7. Minores, & Eremitanos recipientes in suam Relig. Prædicatores. *Vide S. Antonin. sup.* R.P. 8. Recipientes in suã Relig. Iesuitas, &c. *Pius V. Extr. Aequum reputamus.* R.P. vel Sup. Societ. 9. Humiliatos dantes alicui habitum. *Pius V. Ext.122. Quemadmodum.* R.P. 10. Minores tempore interdicti admittentes ad diuina Tertiarios. *Clem. Cum ex eo, De sent. excom.* R.P. 11. Superiores non denunciantes suos subditos suspectos de hæresi. *Paulus V. in Bull. Romanus Pontifex an.1606.* R.P. 12. Superiores Monialium ingredientes nõ legitimè earũ Monasteria. *Greg. XIII. Extr.75. Dubijs.* 13. *y* Dimittentes habitum. *c. Vt periculosa Ne cler. vel mon. in 6.* 14. *z* Accedẽtes ad aliqua studia sine licentia. *c. Vt periculosa, sup.* 15. Exeuntes è Monasterijs pro studio Medicinæ, vel Legum. *c. Non magnopere Ne cler. vel mon.*

r *Soar. sup. sect.5.n.23.*
s *Sayr. l.3. c.32.n.22.*
t *Tolet. l.1. c.36.n.2.*
u *Sayr. l.3. c.31.n.5.*
x *Soar.d.22 sect.5.n.16.*
y *Caie.c.61.*
z *Soar.d.23 sect.4.n.26.*

a *Sayr. l.3. c.33. n.44.*
b *Tol. lib.1. c.39. n.3.*
c *Soar. d.23 sect.5. n.4.*
d *Caietan. c.65.*
e *Nauarr. c.27. n.144.*
f *Tolet. l.1. c.38.*
g *Nauarr. c.27. n.139.*
h *Graff. l.4. c.21. n.32.*
i *Huc faciũt excõ. §. III. contra Religiosos.*
k *Nau. in c. Statuimus, 19. q.3. n.39 & seqq.*
l *Nau in c. Statuimus, q.3. n.62.*
m *Nauarr. c.27. n.105.*
n *Nau. sup. n.110. 111.*

a *Sayr. l.3. c.33. n.44.* 16. *a* Non seruantes interdictum seruatum à Matrice. *Clem. 1. De sent. excom.* 17. *b* Sibi appropriantes decimas. *Clement. Religiosi De decimis.* 18. *c* Proficiscentes ad aulas Principum malo animo contra suos. *Clem. Ne in agro §. Quia vero De statu mon.* 19. *d* Auertentes à solutione decimarum, & Confessarios, &c. *Clem. Cupientes De pœnit.* 20. Contrahentes de facto Matrim. *Sup. §.2. n.12.* 21. Sequentes ritum Fraticellorum. *Sup. §.1. n.11.* 22. *e* Mendicantes loca accipientes, vel detinentes sine licentia. *Clem. Cupientes* 23. *f* Mendicantes quosdam, qui recipiunt aliquem in suum ordinem. *c. Vnicum De relig. domib. in 6.* 24. *g* Monachos habentes arma intra Monast. *Clem. Ne in agro De statu monach.* 25. *b* Sacerdotes habentes off. Præpos. sæcul. *Sup. §.2. n.11.*

IV. *i* Contra Fœminas 1. Moniales inducentes aliquem ad promittendum de sepult. *Supra §.3. n.1.* R.P. 2. *k* Moniales exeuntes de Monast. &c. *Pius V. Extr. 100. Decori.* R.P. 3. Moniales intromittentes viros intra Monast. *vide infr. §.7.9.* R.P. 4. Moniales contrahentes de facto Matr. *Sup. §.2. n.11.* 5. Fœminas sequentes ritũ Beguin. *Sup. §.1. n.11.* 6. *l* Fœminas ingred. Monast. Religios. *Pius V. Extr. Regularium.* R.P. 7. Fœminas ingredientes Monast. Monialium. *Paulus V. 10. Iul. 1612.* R.P.

V. Contra Confessarios, & Concionatores. 1. Confessarios absoluentes à casibus reseruatis. *Clemens VIII. anno 1602. & Paulus V.* R.P. 2. *m* Confessarios absoluentes à quinque Votis. *Extrau. Et si dominici 2. De pœnit. & remiss.* R.P. 3. *n* Concionatores, qui prædicant miracula falsa,

falsa,&c. *Conc. Lateran. sub Leone X. sess.11.* R.P. 4. *n* Concionatores, & alios taxantes opiniones de Concept. B. V. *Extr. Graue nimis De Reliq. et vener. Sanct. Greg. XV.* R.P. 5. Concionatores taxantes Relig. Minorum, & Prædic. *Vid. S. Ant. 3. p. tit. 24. c. 7.* o. R.P. 6. Concionatores, & alios impugnantes Montes Pietatis. *Concil. Later. sub Leone X.* 7. Confess. Religiosos non facientes scrup. non soluentibus decimas. *Supra §. 3. n. 19.*

VI. Contra Offic. Inquisition. & Commiss.

1. *p* Inquisitores, & alios S. Officij omittentes procedere, &c. *Clem. Multorum §. Verum De Hæret.* R.P. 2. *q* Inquisit. & eorum Commiss. extorquentes pecuniã. *Clem. Nolentes De Hæret.* 3. *r* Commissarios consentientes alienationi bon. Eccles. *Paul. II. Extr. Cum omnibus.* R.P.

VII. Contra Dominos tẽporales 1. *s* Cogentes Sacerdotes in locis interdictis celebrare, &c. *Clem. Grauis De sent. excom.* R.P. 2. *t* Concedẽtes Duellum. *Trid. sess. 25. De Refor. c. 19. Clem. VIII. De duello, alij PP.* R.P. 3. *u* Prohibentes suis subditis vendere Ecclesiasticis. *c. fin. De immun. Eccl. in 6.* R.P. 4. *x* Non procedentes contra Cardinalium insecutores. *c. Felicis De pœnis in 6.* 5. *y* Non seruantes seruanda in elect. Papæ. *c. Vbi periculum §. Præterea De elect. in 6.* 6. *z* Nõ obedientes Episcopis, & Inquis. in requir. Hæret. &c. *c. Vt inquisitionis De Hæret. in 6.* 7. *a* Fauentes vsuræ. *Clem. 1. De vsuris.* 8. *b* Facientes seruari statuta, vel cõsuetudines contra libert. Ecclesiast. *c. Nouerit De sent. excom.* 9. *c* Concedentes represal. contra Eccles. *c. Vnico De Iniurijs in 6.* 10. Non iuuantes Episcopos in clausura Monialium. *Trid. sess. 25. de Refor. c. 5.* 11. Non obedien-

o *Sayr. l. 3. c. 30. n. 10.*

p *Soar. d. 22 sect. 3.*
q *Tolet. l. 1. c. 39. n. 11.*
r *Nau. c. 27. n. 108.*
s *Soar. d. 22 sect. 4. n. 27.*
t *Sayr. l. 3. c. 31. n. 2.*
u *Soar. d. 23 sect. 4. n. 24.*
x *Nau. c. 27 n. 136.*
y *Caietan. c. 54.*
z *Tolet. l. 1. c. 38. n. 19.*
a *Nau. c. 27. n. 143.*
b *Caietan. c. 31.*
c *Nau. c. 27. n. 136.*

dientibus Card. Inquis. ad S. Offic. *Pius V. Extr. Sanctissimus.* 12. Permittentes fieri taurorum, seu ferarum agitationes. *Pius V. Extr.* 47. *De salute.* 13. Non facientes inquiri in domibus Iudæorum Talmut. *Decr. Card. in Bull. tom. 1. fol.* 122.

d *Sanchez lib.* 4. *d.* 22. *n.* 8. 14. *d* Facientes fieri Matrim. ab inuitis. *Trid. sess.* 24 *c.* 9. *de Reform. Matrim.* 15. Non facientes iustitiã post trinã monit. *c. Administratores* 23. *q.* 5.

e *Sayr. l.* 3. *c.* 31. *n.* 8. VIII. Contra status particulares 1. *e* Officiales S. Pœnitentieriæ accipientes aliquid, etiã à sponte dantibus. *Pius V. Bull.* 85. *In omnibus.* R. P. 2. Iudices intromittentes se in Off. Aud. Camerę. *Pius IIII. Extr.* 38. *Adeximiæ.* R. P. 3. Officiales Montis Pier. distrahentes pec. Montis. *Paulus V. Bull. Onerosa an.* 1615. R. P. 4. Ecclesiast. recip. Bann. in Reg. Neap. *Sixt. V. apud Quarant. v. Bannitorum fautores.* R. P. 5. Assistentes in Tribunali Cameræ non seruantes seruanda. R. P. *Vid. Sayr. l.* 3. *c.* 31 *n.* 1. Alias excom. contra Offic. Cam &c.

f *Caie. c.* 62. *Vid. in Bull. Sed nemini reseru.* 6. *f* DD docentes Relig. Medicinã, vel Leg. &c. *c.* 2. *Ne cle. vel mon.* 7. DD. promouẽtes ad gradũ contra Bull. Pij IIII. *Extrau. In sacrosancto.* 8. Officiales Sed. Apost. concedentes archibuscios, &c. *Pius IIII. Ext.* 65. *Cum vices.* 9. Offic. terrarum PP. pœnas pecun. non applic. Cam. Apost. *Pius IV. Extrau. Decet.* 10. Impediẽtes Notarios, qui officia emerũt, &c. *Pius IV. Extr.* 107. *Superna.* 11. Officiales Pœniten. intromittẽtes se in prohibitis sibi à Pio IV. *Extr.* 60. *In sublimi.* 12. Offic. & omnes, qui molestant Religiosos Mendic. & eorum colonos, & bona per Gabellas, &c. *Pius V. Extr.* 14. *Cum ad vberes.* 13. *g* Parochos, & Mendicantes in Germania pacem violantes. *Extr.* 2. *De tregua, et pace.*

g *Sayr. l.* 3. *c.* 33. *n.* 49.

14.

14. *b* Laicos oblationes Sacerdotibus factas accipientes. *c.Hanc* 10.*q.*1. 15. *i* DD. & Scholast. Bonon.cõducẽtes domos alterius DD.vel Schol. *c.*1. *De locato.* Alias excom.contra particulares statuũ *vid.in particul.Constit.& Priuil.*

IX. Contra omnes 1. *k* Percussores Clericorũ. *c.Si quis suadente.* 17.*q.*4. *vide etiam c.Cum contingat De æt.& qual.& c.*1. *De cler.coniug. in* 6. *& c.Cum illorum De sent.excom.et c.De Monial. De sent.excom.& c.Religiosi §. Quamuis De sent. exc.in* 6. *& c.Nõ dubium De sent.excom.et c.Mulieres De sent.excom.et c.Cũ quis De sent.exc.in* 6. *et c.Cum quantæ De sent.exc.& c.Nuper eo.tit.& c.Contingit eo.tit.* Grauis percussio R. P. Ieuis Episcopo. 2. *l* Perseuerantes per annũ in excom. inflicta à Deleg. à Papa, & habentes litt. Apost. falsas. *c.Quærenti De off.deleg.& c.Dura* 6. *Adjicientes De crim.falsi.* R. P. 3. *m* Incendiarios: *Vide Tolet.l.*1.*c.*35.*n.*5. R.P. 4. *n* Raptores, & fractores Ecclesiarum. *c.Conquesti De sent.exc.* R.P. post denunc. 5. *o* Aggrauantes eos, qui excommunicant, &c. *c.Quicunque De sent.exc.in* 6. R.P. post duos menses. 6. Nominantes in Senat. Rom. personas prohibitas. R.P. 7. Inter. & excõ. exire nolentes ab Ecclesia. *Supra §.*7.*n.*1. R.P. 8. Exenterantes corpora fidelium, &c. *Extr. Detestandæ De sepult.* R.P. 9. Simon. pro ingressu Monast. *Sup.§.*3.*n.*4. R.P. 10. Simon. pro ordine, vel benef. *Sup.§.*2.*n.*4.5. R.P. 11. Taxantes opin. de Cõcept. B. Virg. *Sup §.*5.*n.*5. R.P. Quære alias excom. cõtra asserentes propositiones damnatas à Sede Apost. vt; Licitum esse absoluere à peccatis absentem, &c. R.P. Habita copia Confessarij, non necessariò præmittendam esse confess. com-

h *Graff. l.*4. *c.*24.*n.*10.
i *Nauarr. c.*27.*n.*114. *§. Quarta.*
k *Tolet.l.*1. *c.*34.*n.*7.
l *Tolet. l.*1. *c.*22.
*Sayr. lib.*3. *c.*29 *n.*3.
m *Soar. d.* 22.*sect.*2.*n.* 15.
n *Tolet. l.*1. *c.*35.*n.*6.
o *Tol.sup.*

munioni. & nemini refer. &c. 12. Violātes clausuram Monial. *Decr. Clem. VIII. an. 1602.* R.P. Contra ingredientes Monast. Monial. fine licen. vel extra necessitatem. *Vide Trid. sess. 25. c. 5. De Regul. & Extr. Pij V. Regularium, Greg. XIII. Vbi gratiæ, Pauli V. an. 1612.* 13. Fingentes se priuileg. pro exped. Bull. grat. *Innoc. VIII. Ext. 7. Cum sicut.* R.P. 14. Ornamenta de Eccles. surripientes. *Sixtus IV. Extrau. 3. Cum prouida.* R.P. 15. Scripturas Cam. Apost. surripientes. *Iul. III. Extr. 24. Cum acceperimus.* R.P. 16. Ambientes Papatum. *Sup. S. 1. n. 3.* R.P. 17. Se pro alio supponentes in exam. ad benef. *Paulus IV. Ext. 33. Inter cæteras.* R.P. 18. Deferentes alumina ex infidelibus ad fideles. *Pius IV. Extr. 43. Ex Apostolicæ seruitutis.* R.P. 19. Ad Conclaue, vel de Conclaui scribentes, &c. *Pius IV. Extrau. 81. In eligendis.* R.P. 20. Non reuelantes crim. contra Card. *Pius V. Extrau 93. Infelicis seculi.* R.P. 21. Capientes Christianos, qui habitāt inter Turchas, &c. *Pius V. Extr. 56. Licet omnibus.* R.P. 22. Recipientes Papam indebitè electum. *Vide* p *Sayr. l. 3. c. 31. n. 14. Soar. d. 23. sess 3. n. 2.* R.P. 23. p Capientes fructus beneficij vacantis. *Pius V. Ext. 106. Durū nimis.* R.P. 24. Suadentes PP. vt alienet loca Eccles. *Pius V. Extr. 35. Admonet nos.* R.P. 25. Promittentes pro iustitia, vel gratia obtinēda à Sede Apost. *Greg. XIII. Extr. 28. Ab ipso.* R.P. 26. Iurantes, aut iurare facientes, &c. cōtra eccl. libert. aut decreta Trid. *Greg. XIII. Extr. 103. Inter Apostolicas.* R.P. 27. Crim. notorios furantes in Italia, &c. *Greg XIII. Extr. 100. Non sine graui.* R.P. 28. Facientes ſpōſiones ſuper Pontificis vita, &c. *Greg. XIV. Extr. Li maluagi, anno 1591.* R.P.

29.

29. Extrahêtes delinq.de locis sacris. *Greg XIV. Extr.Cum alias*. R.P. 30. Taxantes Institutum Societ.Iesu. *Greg.*XIII. *Ext.Ascendente Domino.* R.P. 31. Duellantes,&c. *Trid.& Pius* IV. *& Greg.*XIII. *& Clem.*VIII. *Extr.Illius vices*. R.P. 32. Extrahêtes ex statu ecclesiastico fruméta,&c. *Paulus V. Ext.Inter grauissimas*. R.P. 33. Inuadentes bona existentium in Conclaui. *Conc.Constan.sess.*41.*c.Omnis ætas*. R.P. 34. Conuertentes bona eccles.in propriũ vsum,per vim,vel suppos. pers. &c. *Trident. sess.*21.*c.*11. *de Refor.* R.P. 35. Occupantes bona eccl.per vim,&c. *Trid.sup.* R.P. 36. Non dimittentes Christ. captiu. liberos,&c. *Pius V. Extr.*56. *Licet* R.P. 37. Impedientes eos, qui volunt Religionem ingredi, & alias iniurias facientes statui Religionum. *Vide Vivald. de excom.n.*45. *S.Antonin.p.*3.*tit.*24.*c.*7. *Caiet.v.Excomm.c.*81. *Priuil.Inn. IV. concessum Min.* R.P. 38. Accedentes ad sepulcrũ Domini sine licentia. *S.Antoninus p.*3.*tit.*24.*c.*30. R.P. 39. *q* Communicantes in crimine cum excommunicatis. R.P. si excom.est à Papa; aut ei,à quo est lata. *c.Nuper, De sent.excom.* 40. *r* Absolutos ab excom.reseruata in periculo mortis, non adeuntes, quẽ adire debent. & absolutos à Sede Apost. non satisfacientes,&c.*c.Eos qui De sent.exc.in* 6. R.P. si excom.est à Papa; aut ei,à quo fuit lata. 41. *s* Vexantes personam eccles. quia non elegit eum,pro quo rogabatur.*c.Sciunt cuncti De elect. in* 6. 42. Occupantes loca Ecclesiæ titulo defensionis,&c.*c.Generali De elect.in* 6. 43. Alloquentes Cardinal. dum sunt in Conclaui. *c. Vbi periculum De elect. in* 6. *Pius IV. supra nu.* 19. 44. Vocatos vt interfint elect. Monial. fouentes

q *Tolet.l.*1. *c.*13.*n.*1. *Soar. d.* 22. *sect.*2. *n.*22. r *Nau.c.*27. *n.*46.*et* 113. s *Soar.d.*23 *sect.*4.*n.*3. *Pro hac, & seqq.excom. vide alios DD.*

discordias. *c. Indemnitatibus §. Postremò De elect. in 6.* 45. Incitantes Conseruatores ad procedendum, &c. *c. fin. De off. Deleg.* 46. Vi extorquentes absolutionem, vel reuocationem censuræ. *c. vn. De ijs, quæ vi, &c. in 6.* 47. Fraude inducentes Iudicem ad exigendum testim. fœminæ. *c. Mulieres De Iud. in 6.* 48. Compellentes Ecclesiast. vt iura Ecclesiæ sibi submittant, &c. *c. 2. De reb. eccl. non alien. in 6.* 49. Sepelientes Hæreticos, vel eorum fautores in loco sacro, &c. *c. 1. De Hæret. in 6.* 50. Legentes, tenentesve lib. Hæret. *Vide Bull. Cœn.* 51. Sepelientes aliquem in loco interdicto, vel interdictos, aut excom. aut vsur. manifestos. *Clem. 1. De sepult.* 52. Impedientes visitat. Monial. &c. *Vide Clem. Attendentes De stat. monac.* 53. Contrahentes de facto Matrim. in grad. prohibitis. *Sup. S. 2. n. 12.* 54. *t* Commentantes Clem. Exiui de Paradiso, & Concilium Tridentinum. *Clem. Exiui, Pius IV. Extr. 96. Benedictus.* 55. Impugnantes litteras electi Pap. ante quam coronetur. *Extr. fin. De sent. excomm.* 56. *u* Imprimentes, &c. libros sine nomine auctoris, & approbat. &c. *Trid. sess. 4.* 57. *x* Asserentes non esse necessariam confess. ante commun. *Trid. sess. 13. can. 11.* 58. *y* Raptores mulierum, & fautores. *Trid. sess. 24. c. 6.* 59. *z* Impedientes sententiam Sedis Apost. super sequestratione, &c. *Clem. 9. De sequ. poss. et fruct.* 60. Cogentes mulierem fieri Monialem, & fautores. *Trid. sess. 25. c. 18. De Regular.* 61. Impedientes mulierem ne velum accipiat, vel voueat. *Trid. sess. 25. c. 18. De Regular.* 62. *a* Pingentes, vel pingi facientes Agnus Dei. *Greg. XIII. Extr. 2. Omni certo studio.* 63. *b* Ex vindicta offendentes aliquem in Vrbe.

t *Sayr. lib. 3. c. 35. n. 21.*

u *Soar. d. 23 sect. 7.*

x *Soar. tom. 3. d. 66.*

y *Sanch l. 7. d. 13.*

z *Tolet. l. 1. c. 39. n. 1.*

a *Sayr. l. 3. c. 35. n. 23.*

b *Graff. l. 4. c. 23. n. 22.*

Pius V. Extr.93. Insel. 64 Asserentes licitum esse absoluere absentem. *Clem.*VIII. 65. Impedientes Iudices ecclesiast. *c. Quoniã De immun. eccl.in 6. c* est R. P. si impediatur Iud.eccl.ordin. c *Vid.Soar. in Bull.Cœn.§.16.* 66. Vexantes Sanctum Offic *d.21.sect.2. Pius V. Extr.83. Si de protegendis.* Sunt & aliæ *n.91.* excom.sent.non quidem latæ, sed ferendæ.

X. Excom.reseruatæ Episcopis 1. Contra cõmunicantes in crimine cum excom.ab Episcopo. *Supra §.9 n.39.* 2.Contra absolutum in ar.mor. ab excom.episcopali, non se præsentantẽ Episcopo. *Sup.§.9 n.40.* 3. Contra leuiter percutientẽ Clericum. *Supra§.9.n.1.* 4. *d* Contra excomm. d *Vid.Nau.* à Papa,non potentes adire Papã,nec Legatũ,&c. *c.27. n.89.* 5. Contra facientes prohibita sub pœna excom. 90. episcopalis, 6. Contra Fratres Min.admittentes tempore interdicti ad diuina Tertiarios,post præ stitam satisfact. *Supra §.3. n.12.* 7. *e* Contra e *Vid.Sayr.* causantes abortum fœtus animati. *Greg.XIV.* *lib.3.c.35.* 5228 * Suspensionem,esse ecclesiasticam cen- *n.24. et seq.* suram,priuantem vsu ecclesiastici officij, aut be- * *Varia Su* neficij. Suspẽsus ab ordine,si talis ordinis actum *spẽsionis ge* exerceat,fit irregularis. *DD. Vide Tol.l.1.à c.42.* *nera vid. in* Suspensiones autem, quæ sunt in Iure, eæ ferè *Glos. Clem.* sunt: *Cupientes De*

I. Contra Episcopos. 1. *a* Consecratos à vi- *pœnis.* tandis. *c.1.& 2. De Schismate, c.Gratia 1.q.1.&* a *Soar.d.31.* *alibi.* R.Superiori. 2.Fratres Prædicatores con- *sect.1.n.65.* secratos antequam resignauerint libros, &c. Suspen. à Pontificalibus. *Clem.IV. apud S.Anton. 3.p.tit.27.de susp.c.4 col.6.* R.P. 3. *b* Exercen- b *Tolet.l.1.* tes Pontificalia in aliena Diœcesi,&c. *Trid.sess.6.* *c.48.* *c.5.* Susp.à Pontif.R P. 4.Titulares promouentes etiam in loco exempto sine licentia,&c. *Trid.*

sup.

c Soar. d 31. sect. 5 n. 6.
d Sayr. l. 4. c 12. n. 18.
e Soar. d 31. sect. 5. n. 8.
f Sayr. lib 4. c. 12. n. 32.
g Sayr. sup. n. 35.
h Soar d. 31. sect. 5 n. 9.
i Sayr. sup. n. 37.
k Soar. d. 22 sect. 3. n. 6.
l Sayr. supra n. 55.
m Soar. d. 31. sect. 5. n. 13.
n Sayr. l. 4. c. 13. n 50.
o Soar. sup. n. 17.
p Soar. sup. n. 23.
q Sayr. l. 4. c. 12. n. 44.

sup. Susp. per an. à pontif. R. P. 5. *c* Ordinantes non subditum, &c. *Trid sess. 23. c. 8.* Susp. à coll. ord per an. R. P. 6. *d* Conferentes primam tōsuram illiterato, infanti, &c. *c. fin. De temp. ord. n. 6.* Susp. per an à coll. prim. tonſ. R. P. 7. *e* Conferentes Confirmationem, & Conſecr. Epiſcopalem poſt appell. &c. *c. Prouida De elect. in 6.* Susp. à confir. & conſecr. Ep. per ann. R. P. 8. Conferentes duos ord. ſacros eodem die, &c. *c. Litteras De temp. ord.* Susp. ab amb. ord. collat. R. P. ſoli. 9. *f* Ordinantes ſimoniacè, &c. *c. penult. De Simonia, Sixtus V. bull. Sanctum, ac ſalutare.* Susp. à Pontif. R. P. ſoli. 10. *g* Non examinantes electionem ad curam animarum. *c. Nihil De elect.* Susp. cōfir. ſucceſſorem, & à benef. R. P. 11. *b* Subijcientes bona Eccleſiæ laicis, &c. *c. Hoc conſultiſſimo De reb. Eccl. non alien. in 6.* Susp. ab off. & ab admin. R. Super. 12. *i* Sibi vſurpantes bona Eccleſiæ, &c. *c. Exigit De cenſibus in 6.* Susp. ab admin. Eccl. R. Super. 13. *k* Abutentes poteſtate in cauſa alien. rerū Eccl. *Paul. II. Ext. 2.* R. P. Susp. ab exec. off. per an. 14. *l* Admittentes reſignationes contra Bull. Pij V. *Bull. 58. Quanta.* Susp. à coll. & inſtit. benef. R. P. 15. *m* Locantes domos vſurarijs, &c. *c. 1. De vſur. in 6.* Susp. ab off. & benef. R. Super. 16. *n* Non procedentes contra Hæreticos, &c. *Clem. 1. §. Verū De Hæret.* Susp. ab off. per triennium. R. Super. 17. *o* Procurantes capi Clericos à laicis, vt benef. renuncient, & ne, &c. *Clem. 2. De pœnis.* Susp. à fruct. per trien. R. Super. 18. *p* Recedentes poſt promot. à Sede Apoſt. ſine litt. authenticis, &c. *Ext. 1. De elect.* Susp. ab admin. fruct. R. Super. 19. *q* Relaxantes pœnam incendiarijs. *c. Peſſimam 23. q. 8.*

R. P.

R.P. 20. *r* Concubinarios à Synodo admonitos *Trid.sess.25.de Refor.c.14.* R.P. 21. Percipiētes fructus primi,& secūdi anni,&c. Io.*XXII.Extr.2.* Susp.à pontif. *s* Facta resti.cessat susp.vt & similes suspens. 22. *t* Ordinantes sine titulo,&c.quosdā non professos. *Pius V. Bull. Romanus Pontif.* Excipiuntur Iesuitæ per Bull. Greg. XXIII. *Ex Sedis Apost.* Susp.à coll.tal.ord.per ann. 23. Publicantes indicem gratiarum ex pretio. *Pius V. Bull.99.Quam plenum.* Susp.à percep.fruct.R.P. 24. *u* Non visitantes limina Apost, *Sixtus V.Bull. Romanus Pont.* R. P. 25. *x* Alienantes bon. eccl.inconsulto Pontif. *Extr. Ambitiosæ De reb. eccl.non alien.* Interdictum,eoq; elapso suspensio à regim. *y* Aliæ sunt contra Episc. suspensiones vel non vsu receptæ, vel comminatoriæ, vel solum prouinciales,vel sublatæ,& vel solum Interdicta ab ingr.Eccl.

II. * Cōtra Capitula,& Iudices ecclesiasticos, & Electores 1. *a* Capitula recipientia Superiorem carentem litteris authenticis. *Extr.1.De elect.* Susp.à benef. R.P. 2. Occupantia Eccl.vacantis bona. *c.Quia sæpe De elect.in 6.* Donec fiat plen. rest. 3. Exigentia pretiū pro ingressu in Monast. *Clem.Sanè De simonia.* R.P. 4. Admittentia resignationes contra Bull. Pij V. 58. *Quanta Eccl.* Susp.à coll.benef.&c.& si hęc susp.violetur,susp. à diuinis. R.P. soli. 5. *b* Iudices ferentes censuram sine scriptis, &c. *c.1. De sent excom.in 6.* Susp.à diu.& interdictū ab ingr.Eccl.per mēsem. R.P. 6. Aggrauantes partem contra iustitiam, & conscientiam. *c.1.De sent.et re iud.in 6.* Susp. ab off.Iurisd.& ord.per ann. 7. *c* Conseruatores se intromittentes in non notorijs. *c.vlt. De offic. Deleg.*

r *Soar.d 31. sect.5. n.24.*
s *Vid.Nau. c.27.n.161. in fin.*
t *Sayr.supra n.21.*
u *Sayr. sup. n.53.*
x *Nau.c.27 n.149.*
y *Vid.Soar. d.40. sect.8. n.5.*
z *Vid.Auil. 3.p.d.3.dub. 1. concl.3.*
* *In seqq.suspensionibus nō cōprehenduntur Episcopi, nec in Interdictis; quia non fit specialis mētio de ipsis.*
a *Sayr.l.4. c.12 n.25.*
b *Vid.Soar. d.37.sect.1. n.2.*
c *Soar.d 31. sect.3. n.17.*

d *Soar. sup. n. 10.* *Deleg. in 6.* Susp. ab off. per ann. 8. *d* Eligentes indignum ad Dignitatem, vel curam animarum. *Vide quæ dignitas requiratur c. Cum in cunctis §. Clerici De elect.* Susp. à benef. per triennium.

e *Soar. sup. n. 1.* 9. *e* Electores Episcoporum non manifestantes elect. electo. *c. Cupientes §. Cæterum De elect. in 6.* Susp. à ben. per triennium.

f *Soar. sup. n. 5.* 10 *f* Compromissarios eligentes indignum. *Vide c. Si compromissarius De elect. in 6.* Susp. à ben. per triennium.

g *Sayr. l. 4. c. 15. n. 13.* 11. *g* Opponentes contra personam electam, & deficientes in probatione. *c. 1. §. Adjicientes De elect. in 6.* Susp. à ben. per trien.

h *Soar. d. 31. sect. 3. n. 12.* 12. *b* Eligentes ad præbendam per abusum sæcularis potestatis. *c. Quisquis De elect.* Susp. per triennium cõminatoria.

i *Sayr. sup. n. 26.* & tunc susp. à potest. elig. 13. *i* Visitatores recipientes munera, &c. *c. Exigit De cens. lib. 6.* Durat quousque restituatur duplum. 14. Visitatores accipientes procurationem à locis non visitatis. Eadem, quæ supra *c. Exigit.*

k *Soar. sup. n. 15.* 15. *k* Conferentes, vel recipientes beneficia accedentium ad Curiam Rom. *Extr. 3. De Priv.* R. Episcopo.

l *Soar. d. 31. sect. 1. n. 7.* III. Contra Clericos. 1. *l* Recipientes ord. sacrum ab Episcopo, qui renunciauit. *c. 1. De ordinat. ab Ep. &c.* Susp. ab ord. suscepto. R. Episc. si sit ignor. probabilis; alias R. P. 2. Recipientes ord. à vitando. *Vid. n. præced.* Susp. vt sup. Reser. vt præcedens.

m *Quaran. v. Ordo.* 3. *m* Recipientes ord. sacrũ sine licentia. *Pius II. in bull. Cum ex sacrorum.* Susp. ab ord. suscepto. R. Episc. 4. Recipientes ord. sacr. ante legitimam ætatem. *Pius II. sup.* Susp. ab ord. susc. R. Episc. 5. Recipientes ord. sacr. extra tempora. *Pius II. sup.* Susp. ab ord. susc.

n *Nau. c. 25 n. 71.* R. Ep. 6. *n* Recipientes plures ord. sacr. eodem die. *c. Litteras De Temp. ordin.* Susp. à secundo ord.

ord. fusc. R. soli P. 7. *o* Recipientes ord. sine testimonio suæ probitatis. *Trid.* Susp. ab ord. fusc. R. prop. Ordinario. 8. *p* Recipientes ord. sacr. ficto titulo. *Trid. sess.* 21. *c.* 2. *Pius V. bull. Romanus Pont.* R. Episc. 9. Recipientes ord. per saltum *c. Solicitudo d.* 52. *et c. Vnicum De cle. pro. per saltum, & Trid. sess.* 23. *c.* 14. Susp. ab ord. sup. R. P. 10. *q* Recipientes ord. sacrum post contractũ Matrim. *Extr. Antiquæ lo. XXII. De voto.* Susp. totalis. R. Episc. 11. *r* Recipientes ordinem simoniacè. *c. pen. & c. Per tuas De sim. & Extr.* 2. *Pij* II. *de sim.* Susp. ab ord. R. Episc. 12. *s* Recipientes ordinem in excommunicatione, Suspens. vel Interd. *c. Cum illorum De sent. excom.* Susp. ab ord. perpetua in sęculari; in Religioso donec dispen. ab Episc. Cum ignorantia dispensat in seculari solus Pap. in Religioso Superior ipsius. cum ignor. inuinc. excusatur. 13. Recipientes oblationem vsurarij denunciati. *c. Quia in omnibus De vsur. Vid. Soar. d.* 31. *sect.* 2. *n.* 10. R. Ep. 14. Sepulturam Eccl. dantes vsurario. *c. Quia in omnibus De vsur.* 15. Iurantes se retenturos schisma. *c.* 1. *De schism.* Susp. à sacr. ord. & dignit. R. Episc. 16. *t* Vtentes veste partita, vel virgata, si habeant dignit. &c. *Clem.* 2. *De vit. & hon. cleric.* Susp. à fruct. per an. 17. *u* Grauantes Eccl. alienis debitis. *c.* 2. *De solut.* Susp. ab admin. spir. & temp. R. Ep. 18. Concubinarios, vel fornicarios notorios. *c. Quæsitum De coh. cler. & mul. & c. Præter d.* 32. *& c. Si qui sunt d.* 81. *& Trid. sess.* 25. *c.* 14. *de Refor.* Susp. totalis. 19. Matrim. & bened. celebrantes sine licentia Parochi. *Trid. sess.* 24. *c.* 1. *de Refor.* R. Ordinario Parochi.

o *Tolet. l.* 1. *c.* 49.
p *Vide Tol. lib.* 1. *c.* 48. *n.* 16.
Soar. *d.* 31. *sect.* 1. *n.* 33.
q *Sayr. l.* 4. *c.* 14. *n.* 28.
r *Soar. sup. sect.* 3. *n.* 31.
s *Soar. sup. sect.* 1. *n.* 59.
t *Tolet. l.* 1. *c.* 48 *n.* 15.
u *Soar. d.* 31. *sect.* 3. *n.* 2.

IV.

a *In suspen. nō incurrūt Religiosi, quando de illis non fit mētio. Sayr. lib. 4. c. 13. n. 21.*

b *Soar. d 31. sect. 6. n 2.*

c *Sayr. l. 4. c. 13. n. 13.*

d *Soar. sup. n 8.*

e *Sayr. sup.*

f *Soar. sup. n. 11.*

g *Soar. sup. n. 21.*

h *Tolet. l 1. c. 49. n. 5.*

i *Sayr. sup. n. 20.*

IV. *a* Contra Religiosos: 1. Matrim. celebrantes sine Parochi licentia. *Vid. §. 3. n. 19.* R. Ep. 2. *b* Apostatas suscipientes ordinem sacrum. *c. vlt. De Apostatis.* Susp. ab ord. susc. R. P. 3. *c* Mendicantes dantes professionem ante completum annum probat. *c. Non solum, et c. Constitutionem De Regular.* Susp. à recept. ad profes. 4. *d* Concedentes alicui ad vitam, vel ad certum tempus iura Religionis, &c. *Clem. 1. De reb. Eccl. non alien.* Susp. ab off. 5. Vsurpātes decimas, &c. *Clem. 1. De decimis.* Susp. ab admin. off. vel benef. *Vide v excomm §. 3. n. 17.* 6 Monachos nigros nō vtentes debito habitu. *Clem. 1. §. Si quis autem De statu mon.* Susp. per ann. &c. 7. *e* Eosdem venantes, &c. *Clem. ea.* 8 *f* Prælatos non satisfacientes damno dato excessibus quibusdam suorum. *Clement. Religiosi §. Quibus De Priuil.* Susp. ab off. vsque ad satisfact. 9 *g* Confessarios non facientes scrupulum de decimis non solutis. *Clem. Cupientes De pœnis* Susp. ab offic. prædic. si prædicat, excommunicatur. 10. *b* Abbates facientes dimissorias non suis subditis Regular. *Trid. sess. 23. c. 10.* Susp. totalis per an. 11. Fratres Prædicatores perturbantes Fratres Minores Inquisitores, vel contra. *In Priuil. Clement. 4. vide S. Anton. 3. p. tit. 27. de Susp. c. 4.* 12. *i* Introducētes mulieres intra Monasteria. *Pius V. Bull. 22. Regularium.* Susp. à diu. cum Inhabilit. Alias *vide in Conflit. Ordinum.*

2 *De iure Interdicti vi de c. Si sententia l. 6. De sent. excom & c. seq. & Clem. Exfrequentibus l. 5. De sent. excom. & c. seqq & Extr. Prouidè l. 5. De sent. excom.*

5229 *a* Interdictum Ecclesiasticum, seu Canonicum, esse separationem à iure, siue à iudice fa-

factam, à certis Sacramentis, & omnibus diuinis officijs, & ecclesiastica sepultura. Interdictum autem aliud locale tantum, aliud personale, aliud locale & personale simul. *b* Locale duplex, aliud generale, quo interdicitur regnũ, vel prouincia, vel ciuitas, vel castrum, aut villa. aliud speciale, siue particulare, quo vna, vel plures certæ Ecclesiæ interdicuntur. *Vid. alia in Sylu. v. Interdictum.* Quæ concedantur tempore Interdicti. *Vid. c. Quod in te De pœnit. & remiss. & c. Responso De sent. excom. & c. Permittimus eo. tit. & c. Alma mater l. 6. de sent. excom.*

b *c. Cum in partibus De verb. sig.*

I. *a* Interdicta in Iure lata, Generalia loci ex culpa Domini temporalis sunt 1. Cum Dominus impedit ne Legatus, vel Nuncius Apost. Exequatur suum offic. Interdicto subiacent loca ei subiecta, donec Domini contumacia perseuerauerit. *Extr. Inter gentes De Consue.* 2. Cum Episcopum percutit, capit, &c. eius loca sunt interdicta vsque ad condign. satisfact. & locus, vbi Episc. detinetur, quamdiu durat detentio. *Clement. 1. De Pœnis §. Terra quoque.* 3. Cum Rectores ciuitatis, in qua facienda est electio Summi Pontif. non faciunt obseruari quæ constituta sunt. *c. Vbi periculum De elect. l. 6.*

a *Vide Sayrum lib. 5. c. 12.*

II. Interd. Gener. loci ex culpa Ecclesiasticorũ sunt 1. Cum Ecclesiastici non expellentes vsur. alienigenas, per mensem perseuerant in pœna excom. & suspens. terræ ipsorum sunt interdictæ quandiu ibi vsur. commorantur. *c. 1. De vsur. in 6.*

III. Ex culpa Ciuitatis sunt 1. Cum ab vniuersitate, Collegio, &c. exiguntur ab ecclesiasticis Pædagia, &c. Subiacet interdicto terra, donec satisfactum fuerit. *c. Quamquam De censibus in 6.*

2. Si

2. Si Episcopum percusserit, cæperit, &c. Interdicitur donec satisfecerit. *Clem. 1. De Pœn. §. Ciuitas.* 3. Si percutientibus Cardinalem fauerit, &c. aut non punierit, &c. *c. Felicis De pœnis in 6.*

IV. Interdictũ speciale loci, habetur 1. Contra Clericos siue sæculares, siue Regulares. Interdicitur eorum Eccl. & Cœmet. vbi sepelierũt eum, quem induxerũt ad electionem sepult. &c. donec restituant, &c. *c. Animarum De sepult. l. 6.* 2. Cum hæreticus traditur scienter eccl. sepulturę, locus in perpetuũ est interd. quoad sepulturam. *c. Quicunque De Hæret. l. 6.*

* *Nauarr. c. 27. n. 167.* V. Interd. generale personale 1. * Quando locus est interdictus generaliter ob delictum vniuersitatis, omnes illius loci sunt interdicti, saltem nocentes. *c. Si sententia De sent. excom. in 6.* 2. Cum vniuersitas concedit, vel extendit represalias contra pers. ecclesiasticas. *c. vnico De iniur. in 6.* 3. Cum communitas imponit ecclesiasticis tallias, &c. *c. Clerici De immun. Eccles. in 6.* sed est reuocatum per *Clem. vnicam De Immun. Eccl.* 4. Cum Communitas appellat à mandatis Pontif. ad Concil. gener. *Bull. Cœn. §. 2.* 5. Cum Capitulum Sede vac. concedit infra annum Dimissorias ad ord. *Trid. sess. 7. c. 10. De Reform. 6.* Cum Capitulum Sede vac. aliquid abstrahit contra *Extr. vnic. Ne sede vac.* Donec restituerit.

VI. Specialiter interdicitur ab ingressu Ecclesiæ 1. Iudex eccl. qui censuræ sent. pronunciat sine scripto, &c. *c. Cum medicinalis De sent. exc. in 6.* 2. Qui Dignitatem de manu laici recipit. *c. Si quis deinceps 16. q. 7.* 3. Qui sibi vsurpat de redditibus Dignit. vacantis, &c. *c. Præsenti*

De

De *off.ordin.l.6.* 4. Episcopus, aut Abbas, non legitimè alienans eccl.bona. *Extr.vn. De rebus eccl.non alien.* 5. Metropolitanus, aut Suffraganeus, qui non denunciat non residentem, &c. *Trid.sess.6.De Refor.c.1.* 6. Visitator, qui in visit. aliquid accipit contra ea, quæ ei conceduntur. *c.Exigit De censib.l.6.Trid.sess.24.De Refor.c.3.*

5230 Cessationem à diuinis, esse factũ ipsum, quo Ministri suspendunt organa, vt in aliquo loco non celebrent. *Sylu.v.Interdictum 1.* De ratione cessandi à diu. vide *c.Quamuis super lib.6. De off.ordinarij.*

5231 Degradationẽ esse susceptι ordinis perpetuam depositionem. Degradatus, omni officio, & beneficio ecclesiastico priuatur. hæc enim in ordiue fundantur. Est autem Degradatio alia verbalis tãtum, alia etiam actualis, quæ re ipsa aufert ab ordinato ea, quibus illum verbis priuat. *Vide Tolet.l.1.c.50.*

5232 c Censuræ ecclesiasticæ nomine, & Interdicti, & Suspensionis, & Excommunicationis sententiam intelligi. *Innoc. III. c.Quærenti De verb.sign.*

5233 d Irregularitatem dici Canonicam Inhabilitatem ordines suscipiendi, aut susceptos exercendi, à solo iure prouenientem. Ea enim sola inhabilitas stricta significatione Irregularitatis voce à Doctoribus appellatur. Quamuis etiam Irregularitas dici lata significatione posset omnis inhabilitas ad sacra; vt est fœminæ, & nõ baptizati, ad ordines; vt sunt excõmunicatio, suspẽsio, & interdictũ, quæ nõ à solo iure, sed etiã ab homine solent esse. *Vid.sup.deff.4597.4598.* vbi omnes irregularitates numerantur ex Iure can. collectæ.

c De *modo in impositione* Cẽsurarum *vide Triden. sess. 25. De Reform.c.3.*

d *Tolet.l.1. Instr.c.51.*

5234 Matrimonium, esse contractum viri, & fœminæ legitimum, quo mutua corporum traditur potestas, gratiæ spiritualis in hominibus Christianis collatiuum. Est autem fidelium Matrimonium Sacramentum. Proinde spectat ad Ecclesiã Matrimonij leges sancire. *Trid. sess. 24. de Sacr. Matr. Aug. 27. q. 1. c. 41.*

5235 *e* Sponsalia dici Promissionem mutuam futuri matrimonij, signo sensibili expressam. Fit autem promissio vel absolutè, vel sub cõditione. Absolutè quatuor modis. Primò nuda promissione: vt cum dicitur, Accipiam te in meam, in meũ. Secundo, datis arrhis sponsalitijs, vt pecunia, vel aliquo huiusmodi. Tertio, Annuli subarrhatione. Quarto, interueniente iuramento. Sub conditione promissio, stante conditione stat; non stante, non stat. Conditio autem contraria bonis matrimonij, non facit sponsalia, vt si dicas, Accipiam te, si venena procures sterilitatis. Porrò ad sponsalia contrahenda non sunt expectandi anni pubertatis, vt in Matrimonio; sed possunt statim post septennium contrahi. Solui autem possunt sponsalia multis modis. 1. *f* Si vterque sponsus promissionem factam soluat. 2. Si alter Religionem ingrediatur. 3. Per maioris Ordinis susceptionem. 4. Per Matrimonium de præsenti cum altero contractum. 5. *g* Cum vnus illorum in longinquas partes abit, vnde incertus est reditus. 6. Cum superuenit affinitas, vt si sponsus habuerit rem cum consanguinea sponsæ, vel è contra, *h* intra secundum gradum, cum copula est illicita. 7. Cum ante annos septẽ, duo contraxerunt sponsalia per parentes, & postea peruenientes ad tẽpus legitimum, noluerunt ratificare. 8. Cum signa-

e S. Tho. in Add. q. 47. Tolet. Instr. l. 7. c. 16. Isidor. lib. 9. Ethym.

f c. Præterea. De spõs. & matr.

g c. De illis autem. De spon. et mat.

h Trident.

gnatum fuit certum tēpus pro futuro Matrimonio,& tunc vnus illorum deest. 9.Cum post spōsalia vnus illorum contagiosum morbum, aut deformitatem notabilem contraxit. 10.Cum alter in fornicationem incidit; tunc qui non est fornicatus potest soluere sponsalia, si vult. 11.Cum alter illorum post sponsalia fit hæreticus, aut infidelis. 12.Cum post sponsalia superuenit inimicitia notabilis inter sponsos, tunc potest vnus petere solutionem. 13.Cum sponsa promisit se daturam certam pecuniæ summam, vel conditio aliqua honesta apposita non est impleta. 14. Cum fama est esse inter sponsos impedimentum matrimonij. 15.Cum vnus illorum est nimis asper,ac rigidus. 16. *i* Cum superuenit aliquid post sponsalia,quod, si superueniret ante,mutaret rationabiliter animos sponsorum. *Vid.Decc.l.4.tit.1.2. & l.6. De desponsat.impub.*

i *S. Thom. 4.dist.27.*

5236 *k* Consanguinitatem esse vinculum ab eodem stipite descendentium, carnali propagatione contractum. Est enim peculiaris quidam societatis, & amicitiæ nexus,in natura fundatus, inter eos,qui eiusdem carnis, ac sanguinis sunt. Ex eadem autem individua stipitis carne, decisa è stipite videntur filij vsque ad quartam generationem posse notabiliter participare. Solet enim non solum filij, & nepotes, & pronepotes, sed etiam abnepotes esse similes stipiti. *Alex. II. 35.q.5.c.2.*

k *S. Th. in Add. q.54. a.1.*

5237 *l* Lineam Consanguinitatis dici progressionem Personarum ab vno stipite deinceps propagatarum. Est autem triplex ea linea, Ascendētium,descendentium,transuersalis. Ascendentiū linea dicitur,quatenus ab aliquo vltimum genito

l *S. Tho. in Add. q.54. a.2.*

fit deinceps ad progenitores gradus vsque ad stipitem. Descendentium linea dicitur, quatenus à primo stipite fit deorsum progressio deinceps ad progenitos. Transuersalis dicitur linea, quatenus ab vno principio plures propagantur, qui non cum stipite comparantur, sed inter se; vt duo Fratres; deinde filij duorum fratrum inter se; tum horum filiorum filij, &c. *Alex. II. 35. q. 5. c. 2.*

m S. Th. in Add. q. 54. a. 2. Vide Decc. lib. 4. tit. 14. De cõsang. & affi.

5238 *m* Gradus secundum Ius Canonicũ dici distantiam personarum ab inuicem consanguinitate, vel affinitate sibi coniunctarum, facta collatione cum stipite; qui nõ numeratur in gradibus. vt Filius, est in primo gradu cõsanguinitatis, quia est primus post stipitem, primam habens à stipite distantiam: fratres quoque sunt in primo gradu, quia primam habent respectu stipitis distantiam. Nepos autem est in secundo gradu respectu stipitis: quia secundam distantiam habet à stipite. Ii autem, qui in linea transuersali inter se comparantur; distare à se dicuntur tot gradibus, quot maximè distat alter à stipite, si non æquè vterque distat. Vt filius fratris à patruo secundo gradu distat; quia secundo gradu ipse distat à stipite auo, licet eius patruus vno tantum gradu distet ab eodem stipite. *Piut V. in Declar. Regulæ Pũ IV. Alexand. II. 35. q. 5. c. 2.*

n S. Tho. in Add. q. 55. a. 1. & 3.

5239 *n* Affinitatem esse vinculum ex carnali copula contractum. Fiunt enim per eam copulã duo in carne vna, & mixtio contingit seminũ ad generationem, carnisque propagationem ordinata. Vt ergo consanguinei vinculum inter se habent, quatenus ex eadem carne participant: ita & vinculum habent inter se affines, quatenus vtrorumque caro facta est vna in ijs, qui carnali copu-

la

la cõiuncti inter se sunt. *Trid.sess.24.de Refor.c.4.*

5240 *o* Publicæ honestatis iustitiam dici propinquitatem ex sponsalibus proueniẽtem, ab Ecclesia institutam. Si enim duo contrahant inter se sponsalia: quia ea ad matrimonium ordinantur, quod perfecta quædam affinitas est: moralis quædam inter eos affinitas intercedit. Quam vt affinitatem quandam Ecclesia vult haberi, ob honestatem. Non enim videtur honestum non vereri quasi affines eos, qui ad affinitatem sponsalia contraxerunt, habitique sunt quasi matrimonio coniuncti. *Trid.sess.24. de Refor.c.3. & Eugen. Pap c.Iuuenis De sponsa.& matrim.*

o *S.Tho. in Add. q.55. a.4.*

5241 *p* Cognationem spiritualem dici vinculum spirituale, quod per generationem spiritualẽ contrahitur in Sacramentis, quatenus per gratiã, quæ per Sacramenta confertur, fit homo filius Dei. Per duo autem Sacramenta Baptismum, & Confirmationem, spiritualis cognatio ex Ecclesiæ institutione contrahitur. Quia in eis Sacramentis est maior cum generatione carnali similitudo. Horum ergo Sacramentorum Ministri, vt Patres; susceipientes autem de sacro fonte, aut confirmatum tenentes, respectu eius, qui Sacramentum suscipit, vt Matres habẽtur; quia loco Ecclesiæ sunt, quæ Mater nostra est. *Trid.sess.24.de Refor.c.2.*

p *S.Tho. in Add. q.56. a.1.2.3. Vide Decc. lib.4. tit.11. De cognat. spir.*

5242 *q* Procuratorem esse, qui aliena negotia, mandato sibi à domino facto, gerenda gratuitè susceipit plura, vel vnum. Si merces interueniat, non est propriè Procurator, sed locator operarũ. *ff. De neg. ge. l.3. §. Negotia, & ff. vi bo. rap. l.2. §. Quod ait & 1.q.3.c. Saluator.*

q *De Procuratoris iure vide l.6. tit. De Procuratore. et in Clem. tit. De Procurat.*

5243 Aduocatum dici, seu Patronum, seu Legatum; qui in forensibus, seu extraneis negotijs

præbet litigantibus suum patrocinium. Procurator causam absentis tractat, Aduocatus præsentis. Procurator etiam ad negotia extenditur extra iudicium, ac lites. *Vid. l. 1. §. Aduocatus, de va. & extr. cognit.*

5244 Oeconomum, domus curatorem significare. Accipi autem in iure pro eo, cui res Ecclesiæ gubernandæ mandantur. *C. De iacr. Eccl. Iubemus. Gloss. c. Quoniam 16. q. 7.*

5245 Vicedominum dici, qui res Episcopi administrat. *89. dist. Volumus. Glos. c. Quoniã 16. q. 7.*

5246 Actorem esse, qui à non domino, & auctoritate iudicijs, & ad præsentes lites tantum constituitur. *Instit. de cura §. vlt. ff. quod cuiusque vniuer. item eorũ §. Actor. Glos. c. Si quis erga 2. q. 7.*

5247 Syndicum esse procuratorem vniuersitatis, vel Collegij, ad vnam, & ad plures causas præsentes, & futuras de auctoritate Episcopi cõstitutum. *Glos. c. Si quis erga 2. q. 7.*

r *De iuramẽto calumniæ vide Decc. lib. 6. eo. tit.*

5248 r Calumniam esse, cum quis ex certa scientia iniustè agit, vel resistit. seu, Petitionem iniustam ex certa scientia in iudicio factam, & iustæ petitioni iniustam responsionem. seu, Falsi criminis impositionem. *ff. ad Turp. l. 1. §. Calumniari & ff. de verb. sign. l. Si quis calumniatur.*

s *De restit. spoliat. vide l. 6. eo. tit.*

5249 s Spoliatũ dici, qui tota rei, de qua agitur, substantia, vel maiori parte ipsius, se per violentiam destitutum affirmat. *c. Frequens l. 6. de restit. spoliat.*

t *De iure Instit. vide l. 6. eo. tit.*

5250 t Instituere, esse spiritualis iuris beneficij, vel dignitatis, corporalem tradere possessionem. Inuestire autem esse ius canonis, vel dignitatis tribuere. Quod per annulum, vel librum potest fieri. Quamquam & instituere, & inuestire

solent indifferenter accipi. *Glos.extr. de Instit. c.Auctoritate.*

5251 *a* Bigamiam, quod genus quoddam Irregularitatis est, dici multitudinem nuptiarum. Dicitur enim Bigamus, qui pluries contraxit. Est autem Bigamia triplex, Vera, Interpretatiua, Similitudinaria. Vera, cum re ipsa interueniunt multæ nuptiæ, vt cum quis successiuè duas vxores legitimas duxit. Interpretatiua, cum plures nuptiæ ex parte viri non interuenerunt, sed tamen ius eum bigamum interpretatur: vt, cum duxit viduã; aut cum bis matrimonium est attentatum, semel validè, semel nulliter, alijsue modis. Similitudinaria; cum qui votum habet solenne, de facto cõtrahit. Censetur enim bigamus, quatenus matrimonium spirituale contraxerat cum Deo, & iterum tentat matrimonium carnale. Arcetur autẽ ab altaris ministerio bigamus, quatenus cum Minister sit Christi, non est Christo similis, qui vnam sponsam habet, eamque virginem, Ecclesiam. *Dist.26.vid.28.q.1.c.1.*

a *Tolet. in Instr. lib.1. c.59.*

5252 Coniugem dici, qui Matrimonium contraxit, etiam concubitu non secuto. *Aug.27.q.2. c.9.Ambr.ibid.c.35.*

5253 Liberos, dici filios, qui ex libero matrimonio sunt orti. *Ibid.32.q.4.c.15.*

5254 Naturales dici ingenuarum concubinarum filios, quos sola natura genuit, non honestas coniugij. *Ibid.32.q.4.c.15.*

5255 Diuortium verum non esse, nisi quod animo perpetuam constituendi discessionem fit. *De Pœnit.d.1.c.21.*

5256 Sepulturam dici, Et officium, quod sepeliendis impenditur. Et ipsam terrã ad vsum se-

pulturæ deputatâ. Et ipsam tumbâ, in qua corpus quiescit. & ius funerandi potestas sepeliendi in cœmiterio proueniens Ecclesiæ ex Pontificis cõcessione. De iure sepulturæ *vid. Decc. l. 6. tit. De sepulturis. & Clement. l. 3. eo. tit. & Extrau. l. 3. de sepult. & Extr. Inter cunctas l. 5. de Priuil.*

5257 Rescriptum ampla significatione dici scripturam quamlibet, Superioris dispositionem, continentem. *Gos.*

5258 Rescriptum minus ampla significatione dici Superioris scriptum super aliqua re vel ad lites, vel ad beneficia, vel ad annotationem, & pragmaticã sanctionem, spectãte. *Tit. de Rescrip.*

b *De Rescriptis vide l. 6. tit. 3. & Clem. lib. 1. tit. 2.*

5259 *b* Rescriptum strictè sumptum sumi pro scriptura dispositionem Superioris continente; per quam conceditur ad litem Iudex, vt coram eo ius tibi competens assequare. *c. Super litteris eo. tit.*

c *De ratione Postulationis vide l. 6. tit. 5. & Extr. Dispẽdij De postul. Præl.*

5260 *c* Postulationem, esse gratiæ petitionem; pro qua necessario Superior est adeundus, qui potestatem habet ad concedendum. Vt si quis secundum leges inhabilis est vt eligi possit in Episcopum, postulandus est Summus Pontifex. *Glos. Tit. 5. De Postul. Prælat. in 6. Canones ad Postulationem Prælat. faciẽtes vid. in Tit. de Postul. Prælat. in Decret. & in 6.*

5261 Transactionem, seu Compositionẽ, esse, de re quæ dubia, & incerta est lite, nondum finita, dato aliquo promisso, vel retento, non gratuitam pactionem. Non potest autem de rebus spiritualibus transactio fieri, ne contractus sit simoniacus. *Decc. tit. 36. De transaction.*

5262 Procuratorem dici, qui in iudicio, vel extra,

extra, mandato domini negotia ministrat agendo, vel defendendo. *l.1.§.1.ff.eo.tit.*

5263 Ius patroni, seu patronatus, esse auctoritatem, siue potestatem prouenientem ex beneficijs ante consecrationem Ecclesiæ collatis. siue fundatione, siue dotatione, siue ædificatione, siue sola collatione, fuerint tributa. Quanta autem sit Patroni potestas ex sacris Canonibus petendum est. *Vid.Decc.l.3.tit.38.De Iurepatronatus.*

5264 Pallium esse insigne ornamentum Archiepiscopi, vel Episcopi; quod ex priuilegio concedi tur in signum plenitudinis pontificalis officij. *Vid. c.Significasti De elect. & Tit. De auctor. & vsu pallij. & Extr. Malitijs l.1. De auct. & vsu pallij.*

5265 Negotia sæcularia dici, quæ nō sunt Clericorum, Monachorumque statui congruentia. Ea quatuordecim in Concilio Moguntino numerantur. *c.Multa sunt Ne clerici, vel mon.*

5266 Filios, alios naturales, & legitimos dici: qui nascuntur per legitimum torum. Alios legitimos tantum; vt adoptiuos. Alios naturales tantum; qui ex concubina vnica nascuntur. Alios spurios; qui ex soluta cum non soluto, aut contra, ex adulterio gignuntur. Contingit autem naturales legitimari, si matrimonium verum cum concubina, ex qua nati sunt, contrahatur. *Vid.Decc.l.4. tit.17.qui filij sint legit.*

5267 Dotem dici, quod à muliere marito datur, propter onera matrimonij. Soluto matrimonio dos ad vxorem redire debet, vel ad eius hæredes; vt donatio propter nuptias ad maritum, vel eius hæredes: iuxta Iuris ciuilis, & canonici dispositionem. *C.de pact.conuen.super dot.l.pen. & in Auth.de æqual. dot. & propter nupt. don. &*

Decc.

Decc. l. 4. tit. 20. De don. inter vir. & uxor.

5268 Collusionem esse latentem, ac fraudulentam inter actorem, & reum conuentionem; per quam alter iudicio se superari permittit. *Decc. l. 5. tit. 22. De colluſ. detegenda.*

d *De ratione, ac iure pactorũ vide lib. 6. De pactis.*

5269 *d* Pactum, esse duorum, vel plurium cõsensum in idem placitum, quod referatur, ac respectum habeat ad dandum, vel faciendũ aliquid vni ab altero. seu, esse scripturam inter partes, ex pace cõuenientem, legibus, ac moribus comprobatam. nam sæpè ad probationem pacti scriptura interponitur. *ff. de pact. l. 1. §. 1. & de verb. sign. c. Pactum.*

5270 Represalias dici, Cum Dux, aut Iudex (post quam monuit Remp. satisfacere læsis, nec illa satisfacit) concedit licentiam generalem, vt in recompensam rapiant bona à quocũque illius ciuitatis. *Suyr. l. 5. c. 12. n. 18.*

e *c. Priuilegium lib. 6. De reg. iur.*

5271 Priuilegium esse Principis beneficium contra ius commune indultum. Aliud personale, aliud reale. e Extincta persona, aut mutatione facta circumstantiæ, secundum quam concessum fuit; extinguitur priuilegium. Perditur etiam in casibus à Iure præscriptis. Item Priuilegiũ aliud generale, vt quod communitati conceditur; aliud speciale; quod vni personæ. *c. Abbatem De verb. sign. vid. Ius priuilegiorum Decc. l. 5. tit. 33. De Priuilegijs, & l. 6. eod. tit.*

5272 Purgationem esse, Innocentiæ de obiecto crimine ostensionem. Duplex autem est Purgatio, altera Canonica; quæ per Iuramentum fit. Altera vulgaris, & illicita, quam vulgus inuenit, quæ per ferrum candens fieri solet, per duellum, per aquam frigidam, aut bullientem. De Purga-

tionis

tionis ratione vide *Decc.l.5.tit.34.35.*

5273 Causam dici, materiam, & originem negotij, necdum discussionis examine parefactam. Quæ dum proponitur, causa est: dum discutitur, Iudicij: dum finitur, Iustitia. *c.Forus De verb.sign.*

5274 Negotium, multa significare. Modo actū alicuius rei, cuius contrarium est, otium. Modo actionem causæ, quod est Iurgium litis. Negotium autem in Causis, Negotiatio in commercijs dicitur, vbi aliquid datur, vt maius fiat lucrum. *c.Forus De verb.sign.*

5275 Iurgium dici, quasi Iuris garrium: quod hi, qui causam dicunt, iure disceptant. *c. Forus De verb.sign.*

5276 Argumentum in iudicijs dici, solam veritatis inuestigationem, & naturalem probationem, quæ sine testibus, sine tabulis fit. Probatio autem testibus, & fide tabularum constat. *c.Forus De verb.sign.*

5277 Reum à re, quæ petitur, appellari. Quia quamuis conscius sceleris non sit; reus tamen dicitur, quandiu in iudicium pro re aliqua petitur. *c.Forus sup.*

5278 Præsumptionem esse argumentum, ac probationem ad credendum aliquid ab alio factum, aut ad putandum aliquid posse fieri; rerum è signis, ac circumstantijs. Quæ signa, circumstantiæque, si leuia sint, & parum habeant firmitatis ad probandum factum; ea, quæ consequitur, Præsumptio, temeraria nominatur: estque reijcienda. Est autem alia Præsumptio probabilis, ac verisimilis: quæ ex multis causis, ac suspicionibus gignitur. Eaque ad probationem admittitur semiplenam. Est & Præsumptio violenta, quæ firmas

con-

5234 Matrimonium, esse contractum viri, & fœminæ legitimum, quo mutua corporum traditur potestas, gratiæ spiritualis in hominibus Christianis collatiuum. Est autem fidelium Matrimonium Sacramentum. Proinde spectat ad Ecclesiã Matrimonij leges sancire. *Trid. sess. 24. de Sacr. Matr. Aug. 27. q. 1. c. 41.*

e *S. Tho. in Add. q. 47. Tolet. Instr. l. 7. c. 16. Isidor. lib. 9. Ethym.*

5235 e Sponsalia dici Promissionem mutuam futuri matrimonij, signo sensibili expressam. Fit autem promissio vel absolutè, vel sub cõditione. Absolutè quatuor modis. Primò nuda promissione: vt cum dicitur, Accipiam te in meam, in meũ. Secundo, datis arrhis sponsalitijs, vt pecunia, vel aliquo huiusmodi. Tertio, Annuli subarrhatione. Quarto, interueniente iuramento. Sub conditione promissio, stante conditione stat: non stante, non stat. Conditio autem contraria bonis matrimonij, non facit sponsalia, vt si dicas, Accipiam te, si venena procures sterilitatis. Porrò ad sponsalia contrahenda non sunt expectandi anni pubertatis, vt in Matrimonio; sed possunt statim post septennium contrahi. Solui autem possunt sponsalia multis modis. 1. *f* Si vterque sponsus promissionem factam soluat. 2. Si alter Religionem ingrediatur. 3. Per maioris Ordinis susceptionem. 4. Per Matrimonium de præsenti cum altero contractum. 5. *g* Cum vnus illorum in longinquas partes abit, vnde incertus est reditus: 6. Cum superuenit affinitas, vt si sponsus habuerit rem cum consanguinea sponsæ, vel è contra, *h* intra secundum gradum, cum copula est illicita. 7. Cum ante annos septẽ, duo contraxerunt sponsalia per parentes, & postea peruenientes ad tẽpus legitimum, nolucrunt ratificare. 8. Cum signa-

f c. *Præterea De spõs. & matr.*

g c. *De illis autem De spon. et mat.*

h *Trident.*

gnatum fuit certum tēpus pro futuro Matrimonio, & tunc vnus illorum deest. 9. Cum post sponsalia vnus illorum contagiosum morbum, aut deformitatem notabilem contraxit. 10. Cum alter in fornicationem incidit; tunc qui non est fornicatus potest soluere sponsalia, si vult. 11. Cum alter illorum post sponsalia fit hæreticus, aut infidelis. 12. Cum post sponsalia superuenit inimicitia notabilis inter sponsos, tunc potest vnus petere solutionem. 13. Cum sponsa promisit se daturam certam pecuniæ summam, vel conditio aliqua honesta apposita non est impleta. 14. Cum fama est esse inter sponsos impedimentum matrimonij. 15. Cum vnus illorum est nimis asper, ac rigidus. 16. *i* Cum superuenit aliquid post sponsalia, quod, si superueniret ante, mutaret rationabiliter animos sponsorum. *Vid. Decc. l. 4. tit. 1. 2. & l. 6. De desponsat. impub.*

i *S. Thom. 4. dist. 27.*

5236 *k* Consanguinitatem esse vinculum ab eodem stipite descendentium, carnali propagatione contractum. Est enim peculiaris quidam societatis, & amicitiæ nexus, in natura fundatus, inter eos, qui eiusdem carnis, ac sanguinis sunt. Ex eadem autem individua stipitis carne, decisa è stipite videntur filij vsque ad quartam generationem posse notabiliter participare. Solet enim non solum filij, & nepotes, & pronepotes, sed etiam abnepotes esse similes stipiti. *Alex. ll. 35. q. 5. c. 2.*

k *S. Th. in Add. q. 54. a. 1.*

5237 *l* Lineam Consanguinitatis dici progressionem Personarum ab vno stipite deinceps propagatarum. Est autem triplex ea linea, Ascendentium, descendentium, transuersalis. Ascendentiū linea dicitur, quatenus ab aliquo vltimum genito

l *S. Tho. in Add. q. 54. a. 2.*

fit deinceps ad progenitores gradus vsque ad stipitem. Descendentium linea dicitur, quatenus à primo stipite fit deorsum progressio deinceps ad progenitos. Transuersalis dicitur linea, quatenus ab vno principio plures propagantur, qui non cum stipite comparantur, sed inter se; vt duo Fratres; deinde filij duorum fratrum inter se; tum horum filiorum filij, &c. *Alex. II. 35. q. 5. c. 2.*

m *S. Th. in Add. q. 54. a. 2. Vide Decc. lib. 4. tit. 14. De cõsang. & affi.*

5238 *m* Gradus secundum Ius Canonicũ dici distantiam personarum ab inuicem consanguinitate, vel affinitate sibi coniunctarum, facta collatione cum stipite; qui nõ numeratur in gradibus. vt Filius, est in primo gradu cõsanguinitatis, quia est primus post stipitem, primam habens à stipite distantiam: fratres quoque sunt in primo gradu, quia primam habent respectu stipitis distantiam. Nepos autem est in secundo gradu respectu stipitis: quia secundam distantiam habet à stipite. Ii autem, qui in linea transuersali inter se comparantur; distare à se dicuntur tot gradibus, quot maximè distat alter à stipite, si non æquè vterque distat. Vt filius fratris à patruo secundo gradu distat; quia secundo gradu ipse distat à stipite auo, licet eius patruus vno tantum gradu distet ab eodem stipite. *Pius V. in Declar. Regulæ Pij IV. Alexand. II. 35. q. 5. c. 2.*

n *S. Tho. in Add. q. 55. a. 1. & 3.*

5239 *n* Affinitatem esse vinculum ex carnali copula contractum. Fiunt enim per eam copulã duo in carne vna, & mixtio contingit seminũ ad generationem, carnisque propagationem ordinata. Vt ergo consanguinei vinculum inter se habent, quatenus ex eadem carne participant: ita & vinculum habent inter se affines, quatenus vtrorumque caro facta est vna in ijs, qui carnali copu-

la

la cõiuncti inter se sunt. *Trid.sess.24.de Refor.c.4.*

5240 *o* Publicæ honestatis iustitiam dici propinquitatem ex sponsalibus proueniẽtem, ab Ecclesia institutam. Si enim duo contrahant inter se sponsalia: quia ea ad matrimonium ordinantur, quod perfecta quædam affinitas est: moralis quædam inter eos affinitas intercedit. Quam vt affinitatem quandam Ecclesia vult haberi, ob honestatem. Non enim videtur honestum non vereri quasi affines eos, qui ad affinitatem sponsalia contraxerunt, habitique sunt quasi matrimonio coniuncti. *Trid.sess.24. de Refor.c.3.& Eugen. Pap c.Iuuenis De sponsa.& matrim.*

o *S.Tho. in Add. q.55. a.4.*

5241 *p* Cognationem spiritualem dici vinculum spirituale, quod per generationem spiritualẽ contrahitur in Sacramentis, quatenus per gratiã, quæ per Sacramenta confertur, fit homo filius Dei. Per duo autem Sacramenta Baptismum, & Confirmationem, spiritualis cognatio ex Ecclesię institutione contrahitur. Quia in eis Sacramentis est maior cum generatione carnali similitudo. Horum ergo Sacramentorum Ministri, vt Patres; suscipientes autem de sacro fonte, aut confirmatum tenentes, respectu eius, qui Sacramentum suscipit, vt Matres habẽtur; quia loco Ecclesiæ sunt, quæ Mater nostra est. *Trid.sess.24.de Refor.c.2.*

p *S.Tho. in Add. q.56. a.1.2.3. Vide Decc. lib.4. tit.11. De cognat. spir.*

5242 *q* Procuratorem esse, qui aliena negotia, mandato sibi à domino facto, gerenda gratuitè suscipit plura, vel vnum. Si merces interueniat, non est propriè Procurator, sed locator operarũ. *ff. De neg. ge. l.3. §. Negotia, & ff. vi bo. rap. l.2. §. Quod ait & 1.q.3.c. Saluator.*

q *De Procuratoris iure vide l.6. tit. De Procuratore. et in Clem. tit. De Procurat.*

5243 Aduocatum dici, seu Patronum, seu Legatum; qui in forensibus, seu extraneis negotijs

præbet litigantibus suum patrocinium. Procurator causam absentis tractat, Aduocatus præsentis. Procurator etiam ad negotia extenditur extra iudicium, ac lites. *Vid. l. 1. §. Aduocatus, de va. & extr. cognit.*

5244 Oeconomum, domus curatorem significare. Accipi autem in iure pro eo, cui res Ecclesiæ gubernandæ mandantur. *C. De iudic. Eccl. iubemus. Gloss. c. Quoniam 16. q. 7.*

5245 Vicedominum dici, qui res Episcopi administrat. *Sq. dist. Volumus. Glos. c. Quoniã 16. q. 7.*

5246 Actorem esse, qui à non domino; & auctoritate iudicijs; & ad præsentes lites tantum constituitur. *Instit. de cura §. vlt. ff. quod cuiusque vniuer. item cortã §. Actor. Glos. c. Si quis erga 2. q. 7.*

5247 Syndicum esse procuratorem vniuersitatis, vel Collegij, ad vnam, & ad plures causas præsentes, & futuras de auctoritate Episcopi cõstitutum. *Glos. c. Si quis erga 2. q. 7.*

r *De iuramẽto calumniæ vide Decc. lib. 6. eo. tit.*

5248 r Calumniam esse, cum quis ex certa scientia iniustè agit, vel resistit. seu, Petitionem iniustam ex certa scientia in iudicio factam, & iustæ petitioni iniustam responsionem. seu, Falsi criminis impositionem. *ff. ad Turp. l. 1. §. Calumniari & ff. de verb. sign. l. Si quis calumniatur.*

s *De restit. spoliat. vide l. 6. eo. tit.*

5249 s Spoliatũ dici, qui tota rei, de qua agitur, substantia, vel maiori parte ipsius, se per violentiam destitutum affirmat. *c. Frequens l. 6. de restit. spoliat.*

t *De iure Instit. vide l. 6. eo. tit.*

5250 t Instituere, esse spiritualis iuris beneficij, vel dignitatis, corporalem tradere possessionem. Inuestire autem esse ius canonis, vel dignitatis tribuere. Quod per annulum, vel librum potest fieri. Quamquam & instituere, & inuestire

solent

solent indifferenter accipi. *Glos.extr. de Instit. c.Auctoritate.*

5251 *a* Bigamiam, quod genus quoddam Irregularitatis est, dici multitudinem nuptiarum. Dicitur enim Bigamus, qui pluries contraxit. Est autem Bigamia triplex, Vera, Interpretatiua, Similitudinaria. Vera, cum re ipsa interueniunt multæ nuptiæ, vt cum quis successiuè duas vxores legitimas duxit. Interpretatiua, cum plures nuptiæ ex parte viri non interuenerunt, sed tamen ius eum bigamum interpretatur: vt, cum duxit viduã; aut cum bis matrimonium est attentatum, semel validè, semel nulliter, aliisue modis. Similitudinaria; cum qui votum habet solenne, de facto cõtrahit. Censetur enim bigamus, quatenus matrimonium spirituale contraxerat cum Deo, & iterum tentat matrimonium carnale. Arcetur autẽ ab altaris ministerio bigamus, quatenus cum Minister sit Christi, non est Christo similis, qui vnam sponsam habet, eamque virginem, Ecclesiam. *Dist.26.vid.28.q.1.c.1.* a *Tolet. in Instr. lib.1. c.59.*

5252 Coniugem dici, qui Matrimonium contraxit, etiam concubitu non secuto. *Aug.27.q.2. c.9.Ambr.ibid.c.35.*

5253 Liberos, dici filios, qui ex libero matrimonio sunt orti. *Ibid.32.q.4.c.15.*

5254 Naturales dici ingenuarum concubinarum filios, quos sola natura genuit, non honestas coniugij. *Ibid.32.q.4.c.15.*

5255 Diuortium verum non esse, nisi quod animo perpetuam constituendi discessionem fit. *De Pœnit.d.1.c.21.*

5256 Sepulturam dici, Et officium, quod sepeliendis impenditur. Et ipsam terrã ad vsum se-

pulturæ deputatã. Et ipsam tumbã in qua corpus quiescit. & Ius funerandi in Ecclesiæ cœmiterio. Est autem ius funerandi potestas sepeliendi in cœmiterio proueniens Ecclesię ex Pontificis cõcessione. De iure sepulturæ *vid. Decc. l. 6. tit. De sepulturis. & Clement. l. 3. eo. tit. & Extrau. l. 3. de sepult. & Extr. Inter cunctas l. 5. de Priuil.*

5257 Rescriptum ampla significatione dici scripturam quamlibet, Superioris dispositionem, continentem. *Gos.*

5258 Rescriptum minus ampla significatione dici Superioris scriptum super aliqua re vel ad lites, vel ad beneficia, vel ad annotationem, & pragmaticã sanctionem, spectãte. *Tit. de Rescrip.*

b *De Rescriptis vide l. 6. tit. 3. & Clem. lib. 1. tit. 2.*

5259 *b* Rescriptum strictè sumptum sumi pro scriptura dispositionem Superioris continente; per quam conceditur ad litem Iudex, vt coram eo ius tibi competens assequare. *c. Super litteris eo. tit.*

c *De ratione Postulationis vide l. 6. tit. 5. & Extr. Dispẽdij De postul. Præl.*

5260 *c* Postulationem, esse gratiæ petitionem; pro qua necessario Superior est adeundus, qui potestatem habet ad concedendum. Vt si quis secundum leges inhabilis est vt eligi possit in Episcopum, postulandus est Summus Pontifex. *Glos. Tit. 5. De Postul. Prælat. in 6. Canones ad Postulationem Prælat. faciẽtes vid. in Tit. de Postul. Prælat. in Decret. & in 6.*

5261 Transactionem, seu Compositionẽ, esse, de re quæ dubia, & incerta est lite, nondum finita, dato aliquo promisso, vel retento, non gratuitam pactionem. Non potest autem de rebus spiritualibus transactio fieri, ne contractus sit simoniacus. *Decc. tit. 36. De transaction.*

5262 Procuratorem dici, qui in iudicio, vel extra,

extra, mandato domini negotia ministrat agendo, vel defendendo. *l.1.§.1.ff.eo.tit.*

5263 Ius patroni, seu patronatus, esse auctoritatem, siue potestatem prouenientem ex beneficijs ante consecrationem Ecclesiæ collatis. siue fundatione, siue dotatione, siue ædificatione, siue sola collatione, fuerint tributa. Quanta autem sit Patroni potestas ex sacris Canonibus petendum est. *Vid.Decc.l.3.tit.38.De Iurepatronatus.*

5264 Pallium esse insigne ornamentum Archiepiscopi, vel Episcopi; quod ex priuilegio conceditur in signum plenitudinis pontificalis officij. *Vid. c.Significasti De elect. & Tit. De auctor. & vsu pallij. & Extr. Malitijs l.1. De auct. & vsu pallij.*

5265 Negotia sæcularia dici, quæ nō sunt Clericorum, Monachorumque statui congruentia. Ea quatuordecim in Concilio Moguntino numerantur. *c.Multa sunt Ne clerici, vel mon.*

5266 Filios, alios naturales, & legitimos dici: qui nascuntur per legitimum torum. Alios legitimos tantum; vt adoptiuos. Alios naturales tantum; qui ex concubina vnica nascuntur. Alios spurios; qui ex soluta cum non soluto, aut contra, ex adulterio gignuntur. Contingit autem naturales legitimari, si matrimonium verum cum concubina, ex qua nati sunt, contrahatur. *Vid.Decc.l.4. tit.17.qui filij sint legit.*

5267 Dotem dici, quod à muliere marito datur, propter onera matrimonij. Soluto matrimonio dos ad vxorem redire debet, vel ad eius hæredes; vt donatio propter nuptias ad maritum, vel eius hæredes: iuxta Iuris ciuilis, & canonici dispositionem. *C.de pact.conuen.super dot.l.pen. & in Auth.de equal. dot. & propter nupt. don. &*

Decc.

Decc.l.4.tit.20. De don.inter vir.& vxor.

5268 Collusionem esse latentem, ac fraudulentam inter actorem, & reum conuentionem; per quam alter iudicio se superari permittit. *Decc.l.5.tit.22.De colluf.detegenda.*

d *De ratione, ac iure pactorũ vide lib.6. De pactis.*

5269 *d* Pactum, esse duorum, vel plurium cõsensum in idem placitum, quod referatur, ac respectum habeat ad dandum, vel faciendũ aliquid vni ab altero. seu, Esse scripturam inter partes, ex pace cõuenientem, legibus, ac moribus comprobatam. nam sæpè ad probationem pacti scriptura interponitur. *ff.de pact.l.1.§.1.& de verb.sign. c.Pactum.*

5270 Represalias dici, Cum Dux, aut Iudex (postquam monuit Remp. satisfacere læsis, nec illa satisfacit) concedit licentiam generalem, vt in recompensam rapiant bona à quocũque illius ciuitatis. *Sayr.l.5.c.12.n.12.*

e *c.Priuilegium lib. 6. De reg.iur.*

5271 Priuilegium esse Principis beneficium contra ius commune indultum. Aliud personale, aliud reale. *e* Extincta persona, aut mutatione facta circumstantiæ, secundum quam concessum fuit; extinguitur priuilegium. Perditur etiam in casibus à Iure præscriptis. Item Priuilegiũ aliud generale, vt quod communitati conceditur; aliud speciale; quod vni personæ. *c.Abbatem De verb. sign. vid. Ius priuilegiorum Decc.l.5.tit.33.De Priuilegijs, & l.6.eod.tit.*

5272 Purgationem esse, Innocentiæ de obiecto crimine ostensionem. Duplex autem est Purgatio, altera Canonica, quæ per Iuramentum fit. Altera vulgaris, & illicita, quam vulgus inuenit, quæ per ferrum candens fieri solet, per duellum, per aquam frigidam, aut bullientem. De Purgationis

tionis ratione vide *Decc.l.5.tit.34.35.*

5273 Causam dici, materiam, & originem negotij, necdum discussionis examine parefactam. Quæ dum proponitur, causa est: dum discutitur, Iudiciũ: dum finitur, Iustitia. *c. Forus De verb.sign.*

5274 Negotium, multa significare. Modo actũ alicuius rei, cuius contrarium est, otium. Modo actionem causæ, quod est surgium litis. Negotium autem in Causis, Negotiatio in commercijs dicitur, vbi aliquid datur, vt maius fiat lucrum. *c. Forus De verb.sign.*

5275 Surgium dici, quasi Iuris garrium: quod hi, qui causam dicunt, iure disceptant. *c. Forus De verb.sign.*

5276 Argumentum in iudicijs dici, solam veritatis inuestigationem, & naturalem probationem, quæ sine testibus, sine tabulis fit. Probatio autem testibus, & fide tabularum constat. *c. Forus De verb.sign.*

5277 Reum à re, quæ petitur, appellari. Quia quamuis conscius sceleris non sit; reus tamen dicitur, quandiu in iudicium pro re aliqua petitur. *c. Forus sup.*

5278 Præsumptionem esse argumentum, ac probationem ad credendum aliquid ab alio factum, aut ad putandum aliquid posse fieri seu rutam è signis, ac circumstantijs. Quæ signa, circumstantiæque, si leuia sint, & parum habeant firmitatis ad probandum factum, ea, quæ consequitur, Præsumptio, temeraria nominatur: estque reijcienda. Est autem alia Præsumptio probabilis, ac verisimilis: quæ ex multis causis, ac suspicionibus gignitur. Eaque ad probationem admittitur semiplenam. Est & Præsumptio violenta, quæ firmas

con-

coniecturas habet. eaq; nititur modo Iuri canonico, vel ciuili; quæ præsumptionibus vtuntur, & admittunt: modo Iuri naturali: modo conditioni Personarum: modo ipsi facto. *Gloss. in c. Is qui De sponsal. & Matr.*

5279 Contritionem à Theologis dici, Præteriti peccati, vt est Dei offensa, voluntariam supra omnia detestationem, cum proposito non peccandi de cætero. Is actus ad remissionem peccatorum præparat, si cum fiducia diuinæ misericordiæ coniunctus sit, & cum voto præstandi omnia, quæ ad reconciliationem cum Deo requiruntur. Ad eum actum statim sequitur reconciliatio cum Deo, etiam ante confessionis Sacramentum, quatenus Sacramenti votum includit. *Trid. sess. 14. De Sacr. Pœnit. c. 4.*

5280 Attritionem dici contritionem imperfectam: quatenus ab aliqua conditione defecit ex ijs, quæ ad veram contritionem requiruntur. Solet ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ, & pœnarum metu, is actus communiter concipi. Qui quamuis se solo non valeat hominem ad Dei reconciliationem perducere: si tamen voluntatem peccandi excludat, cum spe veniæ; ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam disponit. *Trid. sup.*

5281 Irritationem, esse annullationem obligationis ex beneplacito voluntatis. *Sylu. v. Votum 4.*

5282 Dispensationem dici commensuratam applicationem, vel distributionem alicuius communis, ad singula. S. *Th. 2. 2. q. 97. a. 4. et q. 88. a. 10.* *f Vide Sylu. v. Dispensatio.* *& 1. q. 7. c. Dispensationes.*

5283 *f* Dispensationem quoque dici, Rigoris iuris

iuris per eum, ad quem spectat, misericordem, & canonicè factam relaxationem. Ad dispensandum autem causa rationabilis esse debet, nempè vel necessitas, vel vtilitas, vel euidens prærogatiua meritorum. *1.q.7.c.Vbi, & c.Tali coniugio, & c.Exigunt.*

5284 *g* Immunitatem Ecclesiæ dici exemptionē Ecclesiæ ab oneribus, vel operibus, vel vsibus eius sanctitati, ac libertati repugnantibus. Est autem Ecclesiæ immunitas duplex, alia Personarū vel in seipsis, vel in bonis suis; alia templorum tū in seipsis, tum in dote sua. Fundatur autem Ecclesiæ immunitas tum in iure diuino, tum ecclesiastico. *Vid.supra Def.de religione.*

g *Vid.Soar. De Relig. tom.1. tract. 2.l.3.c.8.*

5285 *h* Characterem dici signaculū, quo aliquid insignitur, vt ordinetur ad aliquem finem. Vt charactere insignitur denarius ad vsum commutationis; & milites ad militiam deputati. Ita in tribus Sacramentis, Baptismi, Confirmationis, & Ordinis, character in anima imprimitur, id est signum spirituale, & indelebile. *Par.1.d.4 n.56. et pr.753. Trid.sess.7.de Sacram.can.9. & Dist.68. c.1.2. & 1.q.1.c.48.51.57. & alibi.*

h *Vide Bell. de Sacramē tis l.2. c.19. 20.21.22.*

5286 Ordinem dici vnum è septem Ecclesiæ Sacramentis; quo spiritualis potestas ad sacra ministeria confertur ordinato. Plures autem sunt in Ecclesia ministrorum ordines, qui Sacerdotio ex officio deseruiant, ita distributi, vt qui iam clericali Tonsura insigniti sunt, per minores ad maiores ascendāt; Ostiarij, Lectoris, Exorcistæ, Acolyti, Subdiaconi, Diaconi. Episcopatus, si dignitatem attēdas, & iurisdictionem, qua Episcopi sunt reliquis Sacerdotibus superiores; *i* distinctum à reliquis ordinibus ordinem dixeris; sin characterem

i *Vid.Cano nistas, & Altisiod. & Goffr. 4. p. c.1. et Dur. in 4. d.24. q.6. Bellar. l.1. De Sacram. Ord.c.5.*

cterem solum considereres: non habere characterē putabis à charactere Sacerdotij diuersum; sed illum per nouam, qua Episcopatus confertur, cōsecrationem, extensum, ac dilatatum ad potestatem conferendi duo Sacramenta, Confirmationis, & Ordinis. Siue dilatatio, & extensio illa sit per deputationem extrinsecam: siue per maiorem Sacerdotalis characteris intensionem. *Trid. sess. 23. de Sacr. Ord.*

5287 Patres Ecclesiæ dici eos Doctores, qui sacrarum Scripturarum interpretationē, & apostolicam traditionem docuerunt; auctoritate vsi diuina fidei; & rationibus è solo fidei lumine deriuatis. Nam ij, quos Patres vocamus, vt Dionysius, Augustinus, Gregorius, Chrysostomus, eam in docendo rationem secuti sunt. *Ex vsu loq.*

5288 Scholasticos dici eos Doctores, qui sacram Doctrinam rationibus e naturali lumine accersitis confirmant. Ferè autem hoc agunt argumentando, ac respōdendo. Nam ij, quos Scholasticos appellamus, vt S. Thomas, Scotus, S. Bonauentura, Durandus, eo modo docent doctrinā sacram. *Ex vsu loq.*

5289 Dignitatem dici latissima significatione quamuis excellentiam. *Bart. l. 1. C. De dign.*

5290 Dignitatem quoque dici, potestatē, vel conditionem, vel prærogatiuam sæcularem. *23. q. 5. Administratores, & C. de dign. lib. 12.*

5291 Dignitatem quoque dici quamlibet Ecclesiasticam præeminentiam. *Glos. in c. Sedes Apostolica De rescriptis v. Maiores.*

k *De Dignitatibus vide Clemen. l. 3. tit. 2. Personatus.*

5292 k Dignitatem strictè dici eminentiam prærogatiuæ personæ ecclesiasticæ: qua quis præfertur aliis sui ordinis. Cognoscitur autem ea

præ-

prærogatiua, vel quatenus quis habet administrationem rerum Ecclesiæ cum iurisdictione. Vel quatenus habet nomen dignitatis, & prælationē tam in Choro, quam in Capitulo. Vel quatenus ex consuetudine Ecclesiæ habetur quis in dignitate. Atque Dignitas eo modo strictè sumpta alio nomine Personatus appellatur. *Bart. l.1. C. de dign.*

5293 *l* Degradare, esse Deponere de ordine. Deponere autem fit simplici verbo, sicut Suspendere; Degradare autem, cū solennitate. *Dist.81.*

l *De Iure Degradationis vide c. Quoniā l.6. De Hæreticis & c. Degradatio l.6 De pœnis.*

5294 Desertum locum dici, qui non habitatus penitus, neque cultus fuerit, vel vltra memoriam hominū est sub Saracenorum potestate detentus. *Inn. IV. c. Veniens l.6. De verb. sign.*

5295 Ratum non posse quempiam habere, quod ipsius nomine non est gestum. *c. Ratum l.6. De reg. iur.*

5296 Ratihabitionem retrotrahi, & mandato non est dubium comparari. *c. Ratihabitionem l.6. De reg. iur.*

5297 Dolo facere, qui petit, quod oportet eundem restituere. Vt si quis petat vsuras prætextu alicuius stipulationis. *c. Dolo l.6. De reg. iur. & Glos. ibid.*

5298 Non esse in mora, qui potest exceptione legitima se tueri. *c. Non est l.6. De reg. iur. & Glos. ibid.*

5299 Surreptionem esse repentinam, & festinam alicuius falsitatis suggestionem. Nullius valoris est rescriptum, quod exprimendo falsum, aut tacendo verum, malitiosè impetratur. *c. Super litteris De rescriptis.*

5300 Officia propriè dici actiones alteri debitas

bitas ratione honesti, atque decentiæ. *c. Cum in officijs De testam.*

5301 Officium dici tum Ministerium, tum actionem alicuius personæ propriam, tum Dignitatem, seu Personatum. *c. Monachos 16. q. 1. & c. Ad hæc De præb. & c. Quia De cler. non resid.*

5302 Officium quoque dici potestatem, quam quis habet ad exercendum omnia, quæ ad eius iurisdictionem spectant. *Card.*

5303 Simplex officium dici, cum quis habet administrationem aliquarum rerum sine vlla prærogatiua. Vt sunt Syndici, & Procuratores. *c. Saluator 1. q. 3.*

5304 Natura seruos esse, qui sapientiorum directione indigent, vt rectè viuant, rectèq; agant. *Arist. 1. Polit. c. 3. 4.*

5305 Beneficium dici latissimè omnem liberalitatem. Minus latè, liberalitatem Principis appellari. Hoc autem modo pro Principis liberalitate sumptum, lata significatione dici & Rescriptum, & Priuilegium, & id, quo Princeps largitur de re, vel iure proprio, Stricte autem appellari id, quod Princeps de re, vel iure proprio, concedit. *l. fin. ff. de const. Princ. & c. Cum dilecti, in fin. De donat. & de verb. sign. c. Olim.*

5306 Beneficium iuris dici, quod à Iure conceditur, vel indulgetur. *Siue ordinariè, siuè extraordinarie concedatur, vt cum ex priuilegio conceditur. ff. de const. Princ. l fin. 32.*

m *Vide Azor. Instit. p. 2. l. 3. c. 1.*

5307 *m* Beneficium ecclesiasticum dici, quod datur ratione officij; seu Pro annuo prouentu Sacerdotis, vel Clerici, ex bonis Ecclesiæ. *c. Cum secundum Apostolum De præb. & 80. dist. Si quis am.*

5308

5308 Pensionem esse certam portionem ex aliquo beneficio ecclesiastico iuta de causa ad tempus detractam, & separatam. *Gard. Ancharr. Imol. Gloss.* 1. *De suppl. neglig. Prælat.*

5309 Præstimonium, siue Præstimonialem portionem dici annuos quosdam prouentus ex beneficiorum redditibus detractos, & destinatos ad sustentationem Clericorum, quæ solet dari in titulum, & ab eius, qui habet, vacare. Est q; simplex beneficium, nec curam animarum, nec iurisdictionem, nec dignitatem habens; item nec clerum, nec populum, nec administrationem. *Azor. Instit. p. 2. l. 3. c. 7.*

5310 Portionem dici annuum prouentum, qui ijs Clericis confertur, qui vna cum Canonicis in Choro diuinas laudes cantare tenentur. *Azor. sup. c. 10.*

5311 Hæreticam doctrinam dici quæ ita contraria est veritati fidei, vt illam omnino tollat, ac destruat. Vt est ea, quæ docet aliquid, cuius oppositum est aperte ab Ecclesia definitum. *Melch. Can. de loc. theolog. l. 12. c. 11. ex Concil. Constanc. sess. 8.*

5312 Errorem communi vocabulo appellari omnem doctrinam, quæ contraria est Catholicæ veritati. Ita erroris nomine etiam Hæresis nominatur. *Melch. Can. supra.*

5313 Erroneam doctrinam stricta significatione dici, quæ catholicæ quidem doctrinæ contraria est, sed quæ tamen nondum est ab Ecclesia definita. Est enim doctrina Catholica etiam ea, quam omnes Catholici tenent, quamuis nondum definitam ab Ecclesia vt in sacris Scripturis, vel apostolica traditione contetam; & ea, quæ vehe-

menti sapientum opinione vt fidei veritas habetur, licet non planè sit definita, nec certo argumẽto demonstrata; & ea sapientum omnium opinio valdè probabilis, ac fermè certa, quod aliqua doctrina certæ alicui veritati Catholicæ Fidei aduersetur. *Can. supra ex Concil. Constanc.*

5314 Temerariam doctrinã lata significatione dici omnem doctrinam à fide auersam, etiam si hæresis manifesta sit. *Melch. Can. supra.*

5315 Temerariam doctrinam stricta significatione à Theologis dici, quæ nimium audacter contra Ecclesiasticæ modestiæ regulam docetur, quamuis non sit contra fidem: & quæ in doctrina Fidei cum celebris alicuius Academiæ communi decreto, aut Doctoris sapientissimi sententia, pugnat. *Melch. Can. supra ex Concilio Constanc.*

5316 Scandalosam doctrinam lata significatione dici, quatenus occasionem præbet ruinæ. Qua ratione doctrina hæretica maximè scandalosa est. *Melch. Can. sup.*

5317 Scandalosam doctrinam stricta significatione dici, quæ ruinæ quidem occasionem præbet, sed hæretica non est; & interdum nec erronea, nec temeraria. Sed doceri non debet, ne infirmis sit in ruinam, accipiantque ex ea occasionem ad auertendum se à fide, aut ab obedientia, aliave virtute. *Melch. Can. supra ex Concilio Constanc.*

Sectio III. De Interpretatione quorundam verborum ex Iure Cæsareo.

5318. a IVs naturale dici, quod natura omnia animalia docuit. *Instit. l. 1. §. Ius naturale De Iur. nat. gen. & civ.* a *Par. 1. d. 11. n. 18.*

5319. b Ius gentium dici, quod naturalis ratio inter omnes gentes constituit. *Instit. l. 1. §. Ius autem civile & §. Ius autem gentium, eo. tit. l. 1. §. Ius naturale, & §. Ius gentium ff. de iust. & iur.* b *Par. 1. d. 11. n. 18.*

5320. c Ius ciuile dici, quasi ius proprium ipsius ciuitatis. Quod quisque populus ipse sibi constituit. *Instit. sup. l. Omnes populi ff. de iust. & iur.* c *Par. 1. supra §. 19.*

5321. Ius ex non scripto dici, quod vsus approbauit. Nam diuturni mores consensu vtentium comprobati, legem imitantur. *Instit. l. 1. §. Ex non scripto, sup. l. De quibus ff. de legibus, sen. & lon. consuet.*

5322. Libertatem (ex qua liberi vocantur) esse naturalem facultatem eius, quod cuique facere libet, nisi quod vi, aut iure prohibetur. *Instit. l. 1. De Iur. pers. §. Et libertas. l. Summa ff. de stat. hom. l. Libertas ff. eod. l. Et seruorum ff. eo.*

5323. Seruitutem esse constitutione iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subijcitur. Serui autem aut nascuntur, aut fiunt. nascuntur ex ancillis nostris: fiunt aut iure gentium, id est, ex captiuitate; aut iure ciuili, cum homo liber maior viginti annis ad pretium participandum sese venundari passus est. *Instit. l. 1. De Iur. pers. §. Seruitus, & §. Serui. l. Et seruorum ff. de stat. hom. l. Quod seruus ff. de stipul. seru. l. Si*

vsumfructum ff. de liber. cau. l. Si ministerium C. De liber. cau.

5324 Ingenuum esse, qui nascitur, vel concipitur à matre libera; etiam si libertina sit, etiam si pater sit seruus. *Instit. l. 1. De Ingenuis. l. Et seruorum ff. de stat. hom. l. Quod ex libera C. de oper. libert.*

5325 Libertinos, siue Libertos, esse, qui ex iusta seruitute manumissi sunt. *Instit. l. 1. De libertinis l. Manumissiones ff. de iust. & iur. l. Libertini ff. eo.*

5326 Manumissionem, esse dationem libertatis. Potest autem libertas multis modis, & vbique dari. modo libertas non sit in fraudem creditorum, id est, & consilio manumittentis, & ipsa re, eò quod eius bona non sint sufficura creditoribus. Licet autem testamento manumittere dominis etiam minoribus viginti annis, modo decimum octauum annum attingant. Licet & domino minori decem annis manumittere seruos suos nō minores decem & septem annis; sed non aliter, quàm si vindicta apud consilium, iusta causa manumissionis approbata, fuerint manumissi. *Instit. l. 1. De libertinis §. Manumissio, & seq. l. Adeo §. Cum quis ff. de acquir. rer. dom.*

5327 In potestate patris esse filium legitimū, qui ex propria vxore nascitur; & qui ex filio, & vxore eius nascitur, id est, nepotem, & neptem; & pronepotem, & proneptem, & deinceps ceteros omnes. Qui tamen ex filia tua nascuntur, in potestate tua non sunt, sed patris eorum. *Instit. l. 1. De patria potest. §. Iur autem l. Item ff. de ij, qui sunt sui, vel alieni.*

5328 In potestatē patris redigi, qui per oblationem Curiæ legitimantur; vel per subsequens ma-

matrimonium. *Inst.l.1. De nuptijs.§.Aliquando.§.Si quis igitur Autho.quib.mo.nat.effic.sui.coll.7.*

5329 d Adoptiuos etiam liberos esse in potestate adoptantis, secundum Iuris dispositionem. Sed hodie per adoptionem non transit quis in potestatem, nisi ascendenti sit quamuis patri adoptiuo extraneo succedat. *l.Cum in adoptiuis C.de adopt.§.Sed hodie Inst.de adopt.*

d *Instit.l.1. De adoptionibus.*

5330 e Adoptare, esse aliquem, qui sui iuris non est, sed alterius potestati subiectus, in filium recipere. *Instit.sup.l.2.in fin.C.eo.§.Nulla Autho. de defens.ciuit.Coll.3.l.2.ff.de off.Proc.& leg.*

e *S.Tho. in Add.q.57. a.1.*

5331 Arrogare, esse aliquem, qui sui iuris est, in filium recipere. *Instit.sup.l.1.ff.eo.*

5332 Filium sui iuris esse dici, si è patris potestate soluatur. Soluitur autem è potestate patris per mortem patris; aut per deportationem siue patris, siue suam; non autem per relegationem: aut si pater poenæ seruus fiat, ad metallũ damnatus, vel bestijs subiectus; aut si filius Patriciatus dignitatem obtineat; aut si coram Iudice emancipetur; aut adoptetus ab ascendente, si corã Iudice fiat adoptatio præsente adoptato, & eius patre. *Inst.l.1.§.Quibus modis iur.patr.potest.soluitur. l.Sic euenit ff de adopt.§.Deinceps Autho.De nupt.& l.1.§.Quidam filium ff.de con.tab.& l.Verum §.Societas ff pro socio.& l.3.ff.de his,quæ pro non script.hab.Sed nouo iur.nemo ingenuus fit seruus ex suppl.& §.Quid autem,& §.Si vero Autho.De nupt.coll.4.& §.Sui.Autho.Constit.quæ de dignit.coll.6.& Autha.Sed dignitas C.de Episc.& cler.& l.fin.C.De Decurionibus.*

5333 Emancipare, esse è potestate, manu, & iure patris, vel aui, filium, vel nepotem liberare.

l. fin. C. de emancip. lib. & l. Liberum ff. de adopt.

5334 Ius Postliminij dici ius illud, quod retinet quis, quamuis ab hostibus capiatur, & exercet cum reuertitur in patriam ad sua. Postliminiũ enim dictum, quatenus ad idem limen fit reditus, quod fuerat amissum. *Instit. l. 1. De modis, quib. ius patriæ potest soluitur §. Dictum est autem l. in bello §. Si quis capiatur, et §. Cætera ff. de captiu. et postli. reuer.*

5335 *f* Tutelam esse vim, atque potestatem in capite libero ad tuendum eum, qui propter ætatem se defendere nequit: iure ciuili datam, ac permissam. *g* Tutores autem esse, qui eam habent vim, ac potestatem. Permissum enim est parentibus, liberis impuberibus, quos in potestate habent, testamentó tutores dare; atque nepotibus etiam, ac neptibus, si ij post aui mortem non sint in patris potestatem recasuri. *h* Dari autẽ potest tutor etiam seruus, fitq; eo ipso liber. *i* Cum testamẽto tutor datus nõ est, agnati tutores sunt, *k* qui proximiores sunt gradu: nisi capitis diminutio impediat. *l* Libertorum, & libertarum tutela ad patronos, liberosque eorum pertinet. Impuberum emancipatorum tutela est eius, qui emancipauit. Tutor autem debet pupilli negotijs præsens esse, vt sua firmet auctoritate, quod pupillo putauerit vtile fore. *m* Finitur autẽ tutela, cũ pupilli puberes esse cœperint; & arrogatione, *n* deportatione, seruitute, vel aduentu cõditionis, sub qua data erat; & morte naturali pupilli, vel tuto-

f l. 1. ff. eod. l. Ei qui ff. de tut. & curat. dat. ab his.

g l. 1. ff. de testam. tut. l. Nec mandante §. fin. ff. de tut. & cur. dat. ab his. l. fi. C. de confir. tut.

h l. Quidam §. Cũ igitur C. de necess. seru. &c.

i l. 1. et l. Sũt ff. eod.

k l. Tutelas ff. de capit. dimin.

l l. Obligari ff. eod. l. pupillus ff. de acq. rer. dom.

m l. Si arrogati ff. de tut.

n l. Nisi in princ. ff. de tut. §. Deinceps Auth. de nupt. coll. 4.

tutoris; & capitis diminutione tutoris maxima, vel media, vel etiam minima pupilli. *Instit.l.1. De tutelis, & seq.*

5336 Agnatos dici cognatos, per virilis sexus cognationem coniunctos. Vt frater ex eodem patre natus, fratris filius, neposve ex eo: item patruus, & patrui filius, neposve ex eo. *Instit.l.1. De legit.agnat.tut.§. Sunt autem. & lib.3. De legit. agnat.succeſſ. l. Sunt autem ff de leg agn.tut.*

1337 Cognatos dici, qui per fœminini sexus personas cognatione iunguntur. Ita amitæ, id est, sororis patris tui filius, non est tibi agnatus, sed cognatus: & inuicem tu illi eodem iure coniungeris: quia qui ex eo nascuntur, patris, non matris familiam sequuntur. *Instit. sup. §. At qui.*

5338 Capitis diminutionem dici, prioris status commutationem. *Instit l.1. De capitis dimin. §. Est autem. l.1.ff. Capitis ff ad Tertull.*

5339 Maximam capitis diminutionem esse: cum quis simul & ciuitatem, & libertate amittit: quod accidit ijs, qui serui pœnæ efficiuntur atrocitate sententiæ: vel libertis vt ingratis erga patronos condemnatis: vel ijs, qui se ad pretium participandum venundari passi sunt. *Instit. l.1. De cap. dimin. §. Maxima.*

5340 Minorem, siue mediam capitis diminutionem esse, cum ciuitas quidem amittitur, libertas verò retinetur. Quod accidit ei, cui aqua, & igni interdictum fuerit; vel ei, qui in insulam deportatus est. *Inſt. sup. §. Minor. l.3. ff. ad leg. Iul. pecul. l. Cognationem in fin ff de var. cognit.*

5341 Minimam capitis diminutione esse: cum ciuitas retinetur, & libertas; sed status hominis commutatur. Quod accidit ijs, qui cum sui iuris

fuerint, cœperunt alieno iuri subiecti esse, vel contra: velut filiusfamilias, si à patre emancipatus fuerit, est capite diminutus. Seruus autem manumissus, vel dignitatem nactus, non dicitur capite diminutus. *Inst. sup. à §. Minima.*

§343. Patronum dici, qui manumisit seruum suum ipontes seruum autem ita manumissum, libertum appellari respectu eius, qui manumisit. *Instit. l. 1. de legit. patron. tutela.*

§343. Impuberes dici masculos vsque ad completum ætatis annum decimum quartum; fœminas autem vsque ad duodecimum completum. *Instit. l. 1. quibus mod. tutela finitur §. Pubertatem.*

§344. Minorem dici, qui vigesimum quintum annum nondum impleuit. *Anton. Nebris. in vocabulario iuris, & D. 34. t. 2. l. 31.*

o *l. 1. & 2. C. de ijs, qui veniam ætatis impetr. Sed de iure Regni vsq; ad 18. annū datur curator, quia post 18. annum quis est maior. Cōst. Regni Minorum iura De rest. Minorum. Similis ætas statuitur in Auth. Vt cum de appell. cogn. coll. 8. §. Vnam de prædicto vers. Hanc autem pœnam l. pen. & l. 2. §. fœminas C. de his, qui veniam ætatis impet. l. Mela §. 1. ff. de alim. & cib. leg.*

§345. o Curatorem dici, qui curam alicuius gerit, defendendo ipsum, à Prætore secundū leges legitimè datus. Datur autem puberibus vsque ad 25. annum completum, & p furiosis, & prodigis, & perpetuo vitio laborantibus, & pupillo tutoris loco, cum tutor negotijs pupilli vacare non potest. *Instit. l. 1. de Curatoribus.*

§346. Satisdationem esse, Cautionem fideiussoriam, vel etiam iuratoriam, si fideiussorem quis dare non possit. Nemo alienæ rei sine satisdatione defensor idoneus intelligitur. *Instit. lib. 4. de satisdationibus. l. Non quasi in princ. ff. rem pupilli sal.*

p *l. De creationibus C. de Episcop. audien.*

sal fore l. Prætoriam ff. de præt. stipul. l. 1. ff. qui satisdare cogantur.

5347 Suspectum dici, qui non ex fide administrat. *Instit. l. . . § Suspectus autem est, & § Suspectum enim. l. . C. Quando lic. uni fi. iud. se vind.*

5348 Euictionem esse rei emptæ, vel ex alia iusta causa acceptæ, per iudicis sententiam, acquisitionem. *Azo. in sum. c. De euict.*

5349 q Permutationem esse vicaria præstatione mutationem. Cum inter aliquos conueniatur, vt certa res pro certa detur. *C. eod. tit.*

5350 r Solutionem esse rei, quæ debetur, redditionem. *Inst. qui. mo. tollit. oblig. in princ.*

5351 Communia iure naturali dici, ac esse, Aerem, aquam profluentem, mare, flumina, portus, littora, riparum vsum. *Instit. l. 2. de rerum diuisione. l. Omnes §. Quid vero ff. de iust. & iur.*

5352 Communia Ciuitatum, siue vniuersitatis dici, ac esse, Theatra, stadia, & his similia. *Instit. l. 2. supra. l. Sicut §. 1. ff. quod cuiusq; vniuers. nom.*

5353 Nullius iuris dici, ac esse, res sacras, religiosas, ac sanctas. Quod enim diuini iuris est, id nullius in bonis est. *Instit. supra l. 1. §. 1. ff. de rer. diuis.*

5354 s Feras bestias, & volucres, & pisces, & omnia animalia, quæ mari, cœlo, & terra nascuntur, simul atque ab aliquo capta fuerint, iure gentium statim illius esse. t Item ea, quæ ex hostibus capiuntur. u Item lapilli, & gemmæ, & cætera, quæ in littore maris inueniuntur. x Item ea, quæ ex animalibus dominio tuo subiectis nata sunt. y Præterea quod per alluuionem agro tuo flumen adiecit. Et quod iustæ Principum leges iuri tuo attribuunt. *Instit. supra.*

q *Vid. Iura canonica. De permutatione, l. 3. tit. 19*

r *Vide Ius soluendi canonicū l. 2. tit. 23 De solutionibus.*

s *l. Naturalem §. Illud ff. de acq. rerum dom. et §. apium ff. de leg.*

t *l. Naturalem § fin. l. Adeo ff. de acq. re. dom.*

u *l. Item lapilli, & l. Itē quæ ff. de acq. re. dom. l. Et si non ff. de aur. & arg. leg.*

x *l. In pecudū ff. de vsu.*

y *l. Adeo §. 1. ff. de acq. re. dom.*

z *l. Adeo §. Ex diuerso ff. de acq. re. dom.*

5355 z Vnam rem alteri rei, cui coniungitur, cedere; esse, Possessionem eius rei ad eum pertinere, qui ius habet in alteram rem. Ita ædificium dicitur cedere solo, id est, possessioni eius, cuius est solum; *a* & arbores cedere terræ; *b* & tabulam picturæ; *c* & fructus fundi cedere possidenti fundum bona fide. *Instit. sup.*

a *l. Adeo §. fin. ff. de acq. rer. dom.*

b *l. Qua ratione §. Litteræ ff. de acq. re. dom.*

5356 Vendicare, esse coram iudice dicere, vel intendere rem esse suam. vt sua declaretur, & sibi dominium applicetur. Quæ actio dicitur vendicatio. *Inst. lib. 4. de Actionibus §. Appellamus autē. C. de rei vend. per totum. ff. de rei vend per totum. ff. si vsusfructus petatur per totum. ff. si seruitus vindicetur per totum. ff. de publi. per totum & ff. si ager vectigal per totum.*

c *l. 4 §. Sed ante ff. fin. regun.*

d *l. 3. in princ. ff. de iureiur. l. Et eleganter in princ. ff. de dolo l. 2. §. Circa ff. de dol. except.*

5357 *d* Exceptionem, esse Rei defensionē, per quam se Reus defendit, & tuetur ab actore. *e* Exceptionum aliæ perpetuæ, ac peremptoriæ; quæ semper agentibus obstant, & semper rem, de qua agitur, perimunt; qualis est exceptio doli mali: aliæ temporales, & dilatoriæ; quæ valent ad certum tempus, deinde non valent; vt si quis agat ante tempus, quo conueniſtis ne ageretur. *Instit. lib. 4. de exceptionibus. Iuris Canonici de exceptionibus statuta vid. in Decc. l. 2. tit. 25. & l. 6. tit. de except.*

e *l. Purè §. fin ff. de dol. except l. Peremptorias, C. sententiā rescindi nō poss. l. Interdū ff. de ver. obl.*

5358 Defensionem propriè dici, quæ ipso iure actionem tollit. Vt solutio, quæ eius, quod debetur, reddito. & acceptilatione omnis obligatio tollitur. *Instit. quibus mo. oblig. tollitur in princ. & §. Item per acceptilationem. §. 1. Auth. quomodo oportet Epis. Coll. 1. l. Si ex pluribus ff. de acceptilat. l. duobus. §. 1. ff. de iureiur.*

f *l. Quæsitas ff. de seruit. rust. præd et l. Inter ff. eo.*

5359 *f* Rusticorum prædiorum Iura dici, & esse:

esse: Iter, actum, viam, aquæductum. Iter, est ius eundi, ambulandi hominis, non etiam agendi iumentum, vel vehiculum. *g* Actus est ius eundi, ambulandi hominis, agendi iumentum, vel vehiculum. *b* Via est ius eundi, & agendi, & ambulandi. *i* Aquæductus, est ius aquæ ducendæ per fundum alienum. *Instit. l.2. de seruit prædiorum.*

5360 Vrbanorum prædiorum, seu ædificiorũ seruitutes dici, ac esse, quæ ædificijs inhærent: ité vt vicinus onera vicini sustineat: vt in parietem eius liceat vicino tigoum immittere: vt stillicidiũ, vel lumen recipiat, in ædes suas, vel in aream, vel in cloacam: vel non recipiat: & ne altius quis tollat ædes suas, ne luminibus vicini officiat. *Instit. sup. §. Prædiorum vrbanorum. l.1. ff. de seruit. rust. prædi. l. Vrbana prædia ff. de verb. sign.*

5361 *k* Feudum esse beneficium, seu beneuolam actionem; qua res aliqua, inuestitura interueniente, alteri ita traditur, vt dominium rei penes concedentem remaneat; licet alter dominium vtile habeat in illã rẽ. *Host. & Azo. eo. tit. in sum. §. 1.*

5362 Alienare, esse propriè rem aliquam in dominium alterius transferre. & Alienationẽ esse omnem pactionem, per quam transfertur dominium. *l* Maritus alienare, vel obligare prædium dotale non potest, etiam muliere consentiente. *m* Creditor autem potest pignus ex pactione, quamuis eius ea res non sit, alienare, certo modo seruato. *n* Pupillus nullã rẽ alienare, sine tutoris auctoritate, potest. *Inst. l.2. Quibus alienare licet.*

5363

g l. Loci §.1. ff. Si seruitus vendicetur l.1. ff. de adim. legat.

h l. Via l. Certo §. Latitudo l. Vis constitui ff. de ser. rust. præd. l. Qui fossa §.1. ff. de ser. rust. prad.

i l. Labeo ff. de ser. rust. prad.

k Ius ecclesiasticorum Feudo ũ vi de l.3 tit.20 De Feudis.

l l.1. §. Et cũ lex C. de rei vxor. actio. l. De die ff. de pact. dot. l.1. ff. solut. matr.

m l. fin. C. de pact. pign. l. fin. §.1. & 2. C. de iure dot. impe. l. si conuenerit ff. de pignorat. act.

n l. Quod si forte in fin. et l. pupillo ff. de solut. & l. Non omnis §. fin. ff. si cert. pet.

5363 Acquirere, esse aliquid suo iuri subijcere. Acquiritur autem nobis, non solum per nosmetipsos, sed etiam per eos, quos in potestate habemus. Quicquid liberi acquirũt, patri o (exceptis castrensibus peculijs) acquirunt: p ita tamen, vt quod ex re patris obuenit, totum parẽti acquiratur: quod autem ex alia causa sibi filius familias acquisiuit, q huius vsum fructum patri quidẽ acquirat, dominium autem apud eum remaneat. r Quicquid serui acquirunt, dominis acquirunt. s Per extraneam personam, nempe eam, qui extra nostram potestatem est, nihil acquiri nobis potest, nisi Procurator illa sit. *Instit. l. 2. Per quas pers. nobis acquiritur, & lib. 3. per quas personas nobis oblig. acquiritur. ff. de verb. sign. l. 171. & de Reg. Iur. l. 94.*

5364 t Possessionem esse corporalis rei detẽtionem, corporis, & animi, & iuris adminiculo concurrente. Retinere autem possessionem potest quisque per quẽlibet, qui eius nomine sit in possessione. u immo solo animo retineri possessio potest: vt si quis non relinquendæ possessionis animo, sed postea reuersurus inde discesserit: x adipisci autẽ possessio animo solo non potest: neque si possessio lege prohibeatur. *Instit. lib. 4. de Interdictis §. Possidere.*

5365

o *l. Si forte l. castrense ff. de castr. pecul. l. fin. C. de inoff. test. l. sacrosanctũ l. Cũ lege C. de Episc. et cle. l. 1. §. Nec castrense ff. de coll. bon. l. Cum oportet §. Exceptis, et §. Eadẽ obseruando C. de bonis, quæ lib.* p *l. 1. §. 2. ff. de incẽ. rui. naufra. l. in fideicõmissi §. cum possidius ff. de v. u. l. Aditio in fin. ff. de acq. hæred. l. Eo tempore ff. de pecul.* q *l. Cum oportet C. de bonis, quæ liber.* r *l. Etiam inuitis ff. de acq. rerum dom. l. vetante ff. de verb. oblig.* s *l. 1. C. de acquir. poss. l. Possessio quoque §. Etsi possessio ff. de acq. poss. l. 1. C. per quas pers. nobis acquir.* t *l. Si quis certè ff. de acq. poss.* u *l. Quemadmodum ff. de acq. poss. l. Licet C. de acquir. poss.* x *§. Adipisci verò Instit. De interdictis.*

5365 Rem abesse, non solum quæ in humanis non est, aut definit in nostra potestate esse; sed etiam cuius valor corruptus sit, vt si quid frangatur, aut è tabula radatur pictura; aut cuius forma mutata; aut si emam quod meum erat, & amiseram. *ff. de verb. sign. l. 13. 14.*

5366 y Ius in re, dici Ius circa rem aliquam, ad quod res ipsa deuincta est. Dicitur aut res alicui deuincta, in quam quis iam habet dominium. Acquiritur autem dominium, non per solam rei existētiam, aut per solum titulum in illam, qualis esset emptio, vel donatio; sed requiritur rem illā aliquo traditionum genere nobis tradi. *l. Traditionibus C. de pactis, Instit. de rerum diuis. §. Per traditionem, & quatuor seqq.*

y *Moli. De iust. tract. 2. d. 2.*

5367 z Ius ad rem dici, Ius circa rem aliquā, ad quod res ipsa nondum est deuincta. Esse autē deuinctam, vel non deuinctam iuri alicui rem aliquam multum pendet ex humani, positiuue iuris dispositione. *l. Quotiens C. de rei vendicatione.*

z *Molina supra.*

5368 Res corporales dici, quæ tangi possunt, vt vestis, domus, aurum, argentum, & cæteræ similes res. *Instit. de rebus corp. & incorp. §. vnico. l. 1. §. Quædam ff. de rer. diuis.*

5369 Res incorporales dici, iura ad aliquid: Ipsum enim ius in se tangi non potest, sed intellectu percipitur. *Instit. sup. l. Seruus §. Incorporales ff. de acq. rer. dom. l. Vsucapionem ff. de vsucap.*

5370 Dominium stricte sumptū, esse Ius perfecte disponendi de re corporali, nisi lege prohibeatur. *Bart. in l. Si quis vi §. differentia n. 4 ff. de acquirenda possessione. Molin. de Iust. tr. 2. d. 3.*

5371 a Dominium latè sumptum esse dominium directum, & vtile, & illud, quod etiam ad

a *Molina supra.*

in-

incorporalia extenditur. Est enim verum dominium, sed nō stricte sumptum. *l. Generaliter ff. Qui, & à quibus, et l. si ita stipulatus §. Titius ff. de verb. obligat.*

5372 Dominium Iurisdictionis esse Ius, ac potestas gubernandi, iudicandi, protegendi, defendendi alios, & accipiendi ab eis emolumenta, quæ ea de causa ipsis debentur. *Molin. de Iust. tr. 2. d. 3.*

b *Molina supra.*

5373 *b* Dominium vniuersitatis dici Dominiū non Iurisdictionis, sed proprietatis respectu locorum, aut rerum, quæ ita sunt vniuersitatis propriæ, vt ad singulorum vsum sint deputatæ. Vt prata ad pastum pecorum deputata; syluæ ad ligna cædenda; & similia. *l. Sed si hac §. Qui manumittitur ff. de in ius voc. l. Inter publica ff. de verb. signif. l. sed Celsus §. 1. ff. de contrah. empt.*

c *l. 1. & 2. ff. de vsufr. l. 1. ff. Si cert. pet. l. Permiscere ff. de acq. poss.*

5374 Dominium particulare dici, dominium proprietatis in res suas. Quod dominium etiam Communitas habet, vt Ciuitas, aut oppidum, cū aliquid habet nō in vsum singulorum, sed vt redditus ex eo accipiat ad publicos sumptus. *Molin. supra.*

d *l. Verum §. pen. ff. pro socio.*

5375 Dominium directum dici, Dominium proprietatis sine vsufructu. *Instit. l. 2. de vsufructu §. Vsusfructus à proprietate l. 1. §. filij C. de muliер. quas ser. prop. l. 1 C. communia de manumiss.*

e *l. 3. §. Constituitur ff. de vsufructu l. vt si vsui in princ. ff. si vsusfruct. pet. l. sed & si quid §. Et si vestimentorū ff. de vsufr.*

5376 *e* Vsumfructum dici, dominiū vtile, seu Ius alienis rebus vtendi, fruendi, salua rerum substantia. *d* Est autem Ius in corpore, quo sublato, & ipsum tolli necesse est. Fructus autem non sunt vsufructuarij, nisi eos ipse percipiat. *e* Constituitur autem vsusfructus non tantum in fundo, & ædibus, sed etiam in seruis, & iumentis, & cæteris

rebus,

rebus, exceptis ijs, quæ vſu conſumuntur. *f* Finitur autē vſusfructus morte vſufructuarij; & duabus capitis diminutionibus maxima, & minima; & non vtendo per modum, & tempus à legibus ſtatutum; *g* & per ædium conſumptionem, etiam ſi area remaneat. *Inſtit.l.2.de vſufructu. Vid. Extrau. Ad conditorem De verb.ſign.*

f *l. Neceſſario §. fin. ff. de pericul. & com. rei uend. l. verū §. Societas ff. pro ſoc.*

5377 Vſum ijſdem regulis procedere, quibus vſumfructum: minus tamen iuris habere. *b* Non enim poteſt domino, neque cultoribus impedimento eſſe, nec ius ſuum in alium transferre. *i* nec is, cui pecorum, vel ouium vſus legatus ſit; *k* lacte, vel agnis, vel lana vti poteſt. *Inſtit.l.2.de vſu, & habit.*

g *l. repeti §. pen. ff. quib. mod. vſusfr. amitt.*

h *l.1.l. Plenum §. 1. l. Sed neque ff. de vſu, & habit.*

5378 Habitationem eſſe Ius vtendi loco. Poteſt autem alijs locari. *Inſtit. ſupra l. Cum antiquitas C. de vſu, & habitatione.*

i *l. Plenum §. Si vſus, et §. Sed ſi pecoris ff. de vſu, & hab.*

5379 Vſucapionem (quam Ius Canonicum Præſcriptionem vocat) eſſe acquiſitionem dominij vtilis directam rei alienæ per continuationem poſſeſſionis ſpatio temporis lege definito. quæ in immobilibus dicitur præſcriptio. Suadet enim æquitas naturalis, vt poſtquam quis iuſto titulo bona fide certo temporis ſpatio rem tenuerit, dominium acquirere debeat, & imputetur domino, qui negligens eſt tanto tempore rem ſuā quærere, & cuſtodire. Porrò in liberum hominem, vel rem ſacram, vel religioſam, vel ſeruum fugitiuum, non cadit vſucapio. Neque in rem furtiuè ſublatam, etiam ſi ab alio bona fide poſſideatur. Error autem falſæ cauſæ vſucapionem non parit: veluti ſi quis, cū non emerit, emiſſe ſe exiſtimans, poſſideat: vel cum ei donatum non fuerit, quaſi ex donatione poſſideat. *Inſtit.l.2.de vſucapion. vid. leges*

leges Canonicas 16.q.3.& 4. et Decc. l.1.tit.26. De præscript. & l.6.eo.tit. & cc. Possessor, & Sine possessione l.6.de reg.iur. l.fin. ff.pro socio l.nunquam 2.§.1.ff.de vsuc.l.Si finita §. Non autem ff.de dam. infect.l.2. C.de milit.pecun.l.fin. C.de præscr.longi temp.l.2 ff.de off.Proconsulis l.Superuacuam C.de temp.in integ.rest.l.furtum. & l.Quare ff.de vsuc. l.bene à Zenone C.de quad.præscrip.

k *Vide Ius canonicum lib.3.tit.24. De donationibus.*

5380 k Donationem, esse rei licitæ, nullo iure cogente, mera liberalitate, factam collationem. C.de donat.ff.eod.tit.l.donati.

5381 Mortis causa donationem esse, quæ propter mortis fit suspicionem: cum quis ita donat, vt si quid humanitus ei contigisset, haberet is, qui accepit; sin autem superuixisset, is, qui donauit, reciperet, vel si eum donationis pœnituisset: aut prior decesserit is, cui donatum sit. Hoc donationis genere magis quis vult habere, quam eum, cui donat; magisque eum, cui donat, quam hæredem suum. *Instit.l.2. De donat. l.1.& l.Senatus §.Sed mortis ff.de don.causa mortis l.1.2.3.4.5.et 6.ff.de don.cau.mort. l.Senatus §.Mortis ff.eod.l.1.ff.de condit.& demonstr.*

l *Vide Ius canonicum lib.3.tit.26. De testamentis.et tit.27. De succeff. ab intest.& l.6.De testa. & vlt.vol. et Clement. l.3.tit.eo.*

5382 Donationem inter viuos, esse, Cum rem, quam dono, malo habere illum, cui dono, quam me. Quæ donatio temere reuocari non potest. nisi ob ingratitudinem: vt si atroces iniurias effundat in eum, qui dedit, vel impias manus inferat, vel graue damnum in bonis, vel vitæ periculum, vel legi dictæ in donando non paruerit. *Instit.l.2.de donat.& C.de reuoc.don.l.fin. l.Si quis§.fin.C.de don.l.5.§.Stipulatio ff.de verb.obl. l.Si quis argentum§.fin.C.de donat. l.tale ff.de pactis.*

5383 l Testamentum, esse voluntatis nostræ iustam

iustam sententiam, de eo, quod quis post mortem suam fieri vult, cum institutione hæredis de universo patrimonio. *m* Adhibendi autem sunt testes, quales præscribunt leges. *n* Voluntas autem militis in expeditione existentis quocunque modo declarata vim obtinet testamenti. *o* Filiusfamilias in castrensi, quasi castrensi peculio potest facere testamentum. ipsius enim solius est, quod in castris acquisiuit. *p* Quisquis autem est in potestate, testari non potest: nec impubes, aut furiosus: nec prodigus, cui bonorum suorum administratio interdicta est: nec surdus, aut mutus, nisi in certis casibus. *Instit. lib.2. de Testam. ordin. ff.eo.tit.l.1.*

m *l.penult. & antepen. ff. de test. l. Hæredes ff. eod. l. Cum antiquitas, C.eod. l.Iubemus in fi. C.eod. l. Ad testū §. Ad signū ff.eod. l. Signatorius ff. de verb. signif. l. Qui testamēto §. Mulier ff. eod.*

n *l.pen.C.de test. l.fin. in princ. C.de iur.delib.l.1. C. de iuris, et fact.ign.*

o *l.1.§.Nec castrense ff. de coll. bon. l.Velut C.de assessor. l. fi. C.de aduoc. diuer.iud.*

5384 Hæredem instituere, esse aliquem post mortem suam loco sui in omnibus bonis dominū constituere. Permissum autem est tam liberos homines, quam seruos, tam proprios, quam alienos, hæredes instituere; vnum, aut plures, vt lubet. In hæredem non solent actiones transire, quæ pœnales sunt, vt furti, damni, iniuriæ, iniuriarum, vi bonorum raptorum. *Instit.lib.2. de hæred.instit. & ff.de reg.iur.l.112.§.1.Autb. De iureiur.à min. coll.5. l.Cum miles ff.quib.ex causis maior.l.Cum quidam C.de nec.seru.hær.instit.*

5385 Exhæredare, esse suum hæredem hæreditate priuare. Fieri autem id non potest sine causa. Potest autem pater filium exhæredem facere ob causas legitimas. *Inst.lib.2.§.1. De exhæred.liber.* Causas legitimas vide §. *Aliud quoque capit. Autb. Vt cum De appell.cogn.*

5386

p *l.Illa constitutio ff.de hæred.instit. l.Quæ ætate ff.eod. l.Cum prætor §.Non autē ff.de iud. l.furiosum C.eod.l.1 ff.de cur.fur.*

5386 Testamentum rumpi, & infirmari, esse, irritum fieri, ac nullius valoris. *q* Rumpitur autē agnatione filij adoptati, vel arrogati: & posteriore testamento, quod iure perfectum est *r* nisi *in* secundo asseruerit se velle valere primum: *s* & cum is, qui fecit testamentū, capite diminutus fit. *Instit. lib. 2. Quibus modis testam. infirmentur.*

q l. Cum in adoptiu. C. de adopt. l. 1. in fin. ff. de iniusto, rup. testa. & l. 3. in princ. & l. Certum.

r l. Sācimus C. de test. l. Si quis priore, ff. ad Treb.

s l. Cōficiuntur §. Si post factum ff. de codic.

5387 Hæredem necessarium dici, qui siue velit, siue nolit, cogitur hæreditatem adire. Talis hæres est seruus, cum is hæres à suo domino instituitur, quod dominus suas facultates habet spectas, ne possint sufficere ad satisfaciēdum creditoribus, quibus est obligatus: & non credit aliū suam hæreditatem aditurum, si eum hæredem instituat. Dicitur autem seruus hæres necessarius, quia siue velit, siue nolit, cogitur hæreditatē adire, vt creditoribus satisfaciat. *Instit. lib. 2. de hæred. qualit. & differ.*

5388 Suos hæredes dici, qui domestici hæredes sunt, & viuo quoque patre quodammodo domini existimantur. Vt sunt filius, filia, nepos, neptis ex filio, & deinceps cæteri liberi, qui in potestate morientis sint. Quare, si quis intestatus moriatur, prima causa est in successione liberorum. *Instit. lib. 2. supra. & lib. 3. de hæredit. quæ ab intest. deferuntur. l. Qui in aliena §. interdum ff. de acq. hæred. l. 3. §. definere §. usus fructus quēad. au.*

5389 Extraneos hæredes dici, qui testatoris iuri subiecti non sunt. Eo in numero sunt etiam liberi, qui in potestate nostra nō sunt. Et qui à matre hæredes instituuntur: quia fœminæ in potestate liberos non habent. Et seruus hæres à domino institutus, & post testamentum factum abeo manumissus. Extranei autem debent esse capaces

hære-

hæreditatis tempore testamenti, mortis, & additionis. Hæreditatem autem adire dicitur, qui sciens se hæredem institutum, pro domino se gerit circa res hæreditarias. *Instit.l.2. supra. l. scimus §. & hæc quidem C.de iure deliber. l.si is ad quem. l.eum qui duobus ff.de acq.hær.*

5390 *t* Legatum dici, donationem à defuncto relictam, ab hærede præstandam. *u* Legari autē possunt etiam res alienæ, vt hæres eas emat, & det legatario. *x* Legari autem illis solum potest, cum quibus testamenti factio est. *y* Non licet autem ita legare, vt non pars saltem quarta bonorum apud hæredem remaneat. *Instit.lib.2.de legatis, & de lege Falcidia.*

t *l. Legatum ff.de leg.2.*

u *l.Ab omnibus §.Etiā ff. de leg. 1. l. Seruus ab hostibus, & l.Id quod ff. eod. l.cōmuni diuid. §. fin ff.cōmuni diuid.*

5391 Fideicommissum esse legarū illud, quod à testatore hæredis fidei committitur, vt alicui detur. Fideicommissorum, & legatorum eadem est natura. *Instit.lib.2. De fideicommissa ijs hæred. l. Proximè ff.de ijs quæ in testamen. delentur l.fin. ff.de codic. l. Scæuola ff.ad Trebell.*

x *l.2. ff. de leg.1. l.1. C. de hær. inst. l.1.§ pen. ff. de cōtra tab. l. Si in metallum ff.de ijs, qui pro non script. hab.*

5392 *z* Codicillum esse scripturam, per quā testator voluntatem suam declarat, sine vlla solennitate. Est autem codicillis auctoritas, vt defunctorum voluntatibus subueniatur, deficiente solennitate legalium verborum, ac numero testiū. Codicillis autem hæreditas neque dari directo, neque adimi potest. *a* Nam per fideicommissum hæreditas codicillis iure relinquitur. Nec conditionem hæredi instituto codicillis adijcere, neque

y *l.Lineam in fin. ff. de leg. & l.Plautius ff.eod l.2. C.eod.*

z *l.Cum proponas C.de codic.l.1. § dictus ff.eod.*

a *l.2. § fin. ff.eod. l.Hæreditatem C.de codic. l.Si idem C.eod.l.2.§.1. ff eod.l.1. ff.de cond. ex lege 1 pen.ff.de cond.inst.l.Scæuola ff.ad Trebell.*

neque substituere directo quis potest. *Instit. lib. 2. De codicillis.*

5393 Intestatum decedere, qui aut omnino testamentum non fecit, aut non iure fecit: aut id, quod fecerat, ruptum, irritumve factum est; aut si ex eo nemo hæres extiterit. *Instit. lib. 3. tit. 1. §. 1. ff. de verb. signif. l. 64. l. 1. in princ. ff. de suis, & legit. l. 1. ff. de iniust. rup. etc. l. 1. C. de codic. l. Si quis cum in fi. 1. resp. ff. de iure cod. l. Si quis filio §. Eius ff. de iniust. rupt. &c.*

b *Gradus, et nomina secundum ius canonicum vid. 35. q. 5.*

5394 *b* Gradum esse quandam habitudinem, siue distantiam personarum ad inuicem consanguinitate, & affinitate sibi coniunctarum, facta collatione ad communem parentem. Ius ciuile ideo gradus numerat, vt hæreditas, & successio ab vna ad alteram personam inter consanguineos deferatur: ideo in singulis personis singulos gradus perficit, hoc modo. Sit stipes Petrus. Primo gradu supra est Pater, Mater: infra, Filius, Filia. 2. supra, Auus, Auia: infra, Nepos, Neptis: ex transuerso, Frater, Soror. 3. supra, Proauus, Proauia: infra, Pronepos, Proneptis: ex transuerso, Fratris filius, filia; sororis filius, filia; & conuenienter, Patruus, Amita; Auunculus, Matertera. Patruus, est frater patris; Auūculus, frater matris. Amita, patris soror; matertera, matris soror. 4 gradu supra est Abauus, Abauia: infra, Abnepos, Abneptis: ex transuerso, Fratris, sororisque nepos, neptisve; & conuenienter, Patruus magnus, Amita magna, id est, Aui frater, & soror; item Auunculus magnus, & Matertera magna, id est, Auiæ frater, & soror; Consobrinus, & consobrina, id est, qui, quæve ex sororibus; & fratribus procreantur. Quamquam melius, Consobrini dicuntur

cuntur qui ex duabus sororibus progenerantur; & fratres patrueles, qui ex duobus fratribus; & sorores patrueles, quæ item ex duobus fratribus; & Amitinos, qui ex fratre, & sorore gignuntur. 5. gradu supra, Atauus, Atauia: infra, Atnepos, Atneptis: ex transuerso, Fratris, sororisque pronepos, proneptis; & conuenienter, Propatruus, Proamita, id est, Proaui frater, & soror; & Proauunculus, & Promatertera, id est, Proauiæ frater, & soror; item fratris patruelis, vel sororis patruelis; consobrini, & consobrinæ; amitini, & amitinæ filius, filia, propior sobrinus, proprior sobrina: hi sunt patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ filius, filia: 6. gradu, supra Tritauus, Tritauia: infra, Trinepos, Trineptis: ex transuerso fratris, sororisque abnepos, abnepris; & cõuenienter abpatruus, abamita, id est, abaui frater, & soror; & abauunculus, abmatertera, id est, abauiæ frater, & soror; item propatrui, proamitæ, proauunculi, promateterteræ filius filia; item proprioris sobrini filius, filia; item sobrini, sobrinæ, id est, qui, quæve ex fratribus, vel sororibus patruelibus, vel consobrinis, vel amitinis progenerantur. Semper autem generata persona gradum adijcit. *Instit. lib. 3. De gradibus cognationum, l. Stemmata ff. eod. l. 1. in princ. ff. eod. l. Iurisconsultus in princ. ff. de grad. cogn. & §. Gradus eadem lege, l. fin. §. Parentes ff. eod.*

5395 Obligationem, esse iuris vinculum, quo necessitate astringimur alicui rei soluendæ secundum Iura. Obligatio autem aut naturalis est, aut ciuilis; aut ex lege, aut ex iurisdictione; aut ex contractu, aut ex quasi contractu; aut ex ma-

leficio, aut ex quasi maleficio. Obligatio ex contractu quatuor modis contrahi potest, aut re, aut verbis, aut litteris, aut consensu. *Instit. lib. 3. de oblig. l. rei §. 1. ff. de verb. sign. l. debitor. ff. de verb. sign. l. 4. §. Prætor ait ff. de re iud. l. 1. in princ. ff. ad leg. Aqui. l. 1. primo resp. ff. ti quad. paup fecis. dicatur. l. ius autem ciuile §. ius prætorium ff. de iust. & iur. l. 1. in princ. ff. de act. & oblig. l. Labeo 2. ff. de verb. sign. l. certi conditio ff. si certum petatur l. 2. ff. de off. Proc. & Leg.*

5396 Obligationem re contractam dici, cum necessitate astringimur reddendi rem ipsam. Vt accidit in Mutuo, in acceptione indebiti, in commodato, in depositio, in pignoris acceptione. *Instit. l 3. Quibus modis re contrahitur oblig. l. 1. §. item mutuum ff. si cer. pet. l. 2. §. appellata ff. si cer. pet. l. cum quis. C. de iuris, & facti ignor. §. 1. Instit. de loc. & cond. §. fin. Instit. de mandato.*

5397 Mutuum esse dationem earum rerũ, quæ pondere, numero, mensuraue cõstant: vt vini, olei, frumenti, pecuniæ numeratæ, æris, argenti, auri: quæ aut numerando, aut metiendo, aut appendẽdo, in hoc damus, vt accipientium fiant. & quandoque nobis non eædem res, sed aliæ eiusdem naturæ, & qualitatis reddũtur. Ex quo contractu nascitur actio, quæ Condictio appellatur. *Instit. lib. 3. supra. l. 2. §. appellata ff. si cer. pet. l. qui pecuniam ff. si cert. pet.*

5398 Condictionem esse personalem actionẽ: qua in iudicio petitur ab alio aliquod sibi dandũ. *Instit. lib. 3. supra, & lib. 4. de Actionibus §. Appellamus autem, l. 2. §. omnium ff. de orig. iur. l. 1. et 2. C. de permut.*

c *l. 3. §. Si reddita ff. com.*

5399 c Commodatum esse, cum res alteri da-

tur,

tur, non vt eius fiat, sed vt ea vtatur, & restituat, nulla intercedente mercede. Qui mutuum accepit, si quolibet fortuito casu amiserit, quod accepit, veluti incendio, ruina, naufragio, aut latronũ, hostiumve incursu; nihilominus obligatus remanet. *d* At is, qui vtendum accepit, tanè quidem exactam diligentiam custodiendæ rei præstare iubetur: nec sufficit ei tantam diligentiam adhibuisse, quantam suis rebus adhibere solitus est, si modo alio diligentius poterat eam rem custodire: sed propter maiorem vim, maioresve casus, nõ tenetur: si modo non ipsius culpa is casus interuenit. Alioquin si id, quod sibi commodatum est domi, peregre tecum ferre malueris, & vel incursu hostium, prædonumve, vel naufragio amiseris, dubium non est, quin de restituenda ea re tenearis. *Instit. lib. 3. supra. ff. de Reg. Iur. l. 24. vid. c. Cum gratia De commodato.*

d *§. Item is, Inst. Quibus mo. re cõtr. oblig.*

5400 Depositum, esse, quod ad custodiendum alicui datum est. Si deposita res pereat domino, non tenetur depositarius, nisi de dolo: culpæ autẽ nomine, id est, desidiæ, ac negligentiæ non tenetur: quia qui negligenti amico rem custodiendam tradit, nõ ei, sed suæ facilitati id imputare debet. *Instit. sup. ff. de Reg. Iur. l. 24. vid. Decc. l. 3. tit. 16. De Depos. l. 1. ff. depositi. l. cum mandato § fin. ff. de min.*

5401 *e* Pignus esse rem mobilem, vel se mouentem, creditori traditam à debitore ad soluendi debiti securitatem. Id, quod sine traditione, nuda conuentione tenetur, propriè Hypothecam appellari. Obligatur autem creditor ad pignus restituendum. Quoniam autem pignus vtriusque causa datur: & debitoris, quo magis pecunia ei

e *Vide Iur canonicum: lib. 3. tit. 21. De pignoribus.*

creditur; & creditoris, quo magis ei in tuto sit creditum: si creditor casu fortuito rem amiserit, non impeditur ad petendum creditum; si ad rem custodiendam exactam diligentiam adhibuerit, *Instit. supra, et lib. 4. de Actionibus §. inter pignus.*

f l. 5. §. Stipulatio ff. de verb. oblig. l. 1. ff. de creditic. actio. l. Sed & si me §. 1. ff. de cond. indeb.

ff. de Reg. iur. l. 24. l. 1. ff. de pignor. act. l. cum venderet §. venit, et l. sequenti C. de pign. act. et l. si creditor C. de pign. act.

f 5402 Stipulationem esse obligationem, quæ verbis contrahitur; ex interrogatione, & responsione, cum quid dari, fierive nobis stipulamur. Vt, Decem aureos dare spondes? Spondeo. g Omnis autem res, quæ dominio nostro subijcitur, in stipulationem deduci potest. Erit autem stipulatio inutilis, si fit de re, quæ non est, aut esse nō potest; aut de re sacra, aut religiosa, aut publica; aut de libero, quem seruum esse credebat; vel cuius commercium non habuerit; vel si rem suam dari quis stipuletur. Item, licet initio vtiliter res in stipulatum deducta sit; si tamen postea in aliquam eorum causam, de quibus supra dictum est, sine facto promissoris deuenerit, extinguitur stipulatio. h si quis alij, quam ei, cuius iuri subiectus est, stipuletur, nihil agit. Si quis ad ea, quæ interrogatus fecerit, non respondeat, inutilis est stipulatio: item si ab eo stipuleris, qui tuo iuri subiectus est, vel si is à te stipuletur. Sed seruus quidem non solum domino suo obligari non potest, sed ne quidem vlli alij. Filij verò familias alijs obligari possunt. i Sed qui in potestate parentis est impubes, ne auctore quidem patre obligatur. Pupillus non potest se alteri obligare sine tutoris auctoritate: alium autem sibi obligare etiam sine tutoris auctoritate potest. k Mutus, surdus, furiosus,

g l. Inter stipulantem §. Sacrā ff. de verb. oblig. l. Hanc l. In modicis ff. de contrab. empt. l. Viā ff. de via public.

h l. Stipulatio ista §. Alteri ff. de verb. oblig.

i l. Cum iuris ciuilis ff. de pact.

k §. Auctū, Inst. De inutil. stip.

infans,

l infans, stipulari nō possunt. Si impossibilis conditio obligationibus adijciatur, nihil valet stipulatio, vt, Si digito cælum tetigero. m Impossibilis autem conditio habetur, cui natura impedimento est, vt existat. n Item verborum obligatio inter absentes concepta inutilis est: aut, si de vna re stipulator senserit, de alia promissor: o aut, si stipulatio sit turpis, aut turpi ex causa descendens; vt si quis homicidium, vel sacrilegium sibi facturum promittat. *Instit.l.3. De verb.oblig. & de inutilibus stipul.*

5403 p Fideiussorem esse, q qui alienam obligationem in suam recipit, principali nihilominus manente obligato. r In omnibus obligationibus sumi fideiussores possunt. s Remanent autem etiam hæredes obligati. t Si plures sint fideiussores, quotquot erunt numero; singuli insolidum tenentur. Non possunt autem fideiussores ita obligari, vt plus debeant, quam debet is, pro quo obligantur. *Instit.lib.3. De fideiussoribus.*

5404 Litteris dici obligationē contrahi: cum quis confitetur scripto recepisse se pecuniam, quam nondum recepit, sub spe numerationis futuræ sibi faciendæ, vt ei fuit à creditore promissum. *Instit.lib.3. De litter.oblig. l.In contractibus C.de non num.pecun. l.Qui agros C. de communi agro deser.lib.11. l.Generalium C.de non num.pec.*

5405 Obligationem dici consensu contrahi: quatenus neque scriptura, neque præsentia omni modo opus est; nec dari quicquam necesse est; sed sufficit eos, qui negotia gerunt, consentire. & alter alteri obligatur in id, quod alterum alteri ex bono, & æquo præstare oportet. Consensu fiunt obligationes in emptionibus, venditionibus, locaca-

l *l.Si infanti C.de iure delib.*
m l. *Non solū ff.de act. & oblig.*
n §. *Item de verb. oblig. Inst. De inutil.stip.*
o *l.Filius ff. de cōd. inst.*
p *Vide Ius canonicum lib.3.tit.22. De fideiussoribus.*
q *l. Græcæ §. fin. ff. de fideiuss. l.Si rem §.1. ff. de pign.act.*
r *l.Cum lex ff.eod.*
s *l. Ex contractibus ff. de actio. & oblig.*
t *l.fi.ff.quod ius, &c.*

cationibus, conductionibus, societatibus, mandatis. *Instit. lib. 3. de oblig. ex consensu l. 1. & fin. ff. de contrab. empt. l. quicquid astringendæ ff. de verb. oblig. l. Iulianus §. ex vendito. ff. de act. empt.*

u Vide alia emptionis, ac venditionis præcepta in Decc. l. 3. tit. 17. De empt. et ued.

5406 *u* Emptionem, ac venditionem contrahi simul atque de pretio conuenerit, quamuis nondum pretium numeratum sit, ac ne arrha quidem data fuerit. Non contrahitur autem obligatio in emptionibus, quæ scriptura fiunt, donec scriptura perfecta fuerit secundum leges: nisi arrharum nomine fuerit aliquid datum. Non licet enim ab eo contractu recedere, si sit arrha subsecuta. Pretium autem constitui oportet: nam nulla emptio sine pretio esse potest. Pretium autem in numerata pecunia consistere debet. Cum autem emptio, & venditio contracta fuerit, periculum rei venditæ statim ad emptorem pertinet, tametsi ea res emptori tradita non sit. si ergo interim perit, emptori perit: modo absit venditoris dolus, & culpa. Sed & commodum, si quid accesserit, ad emptorem pertinet. *Instit. lib. 3. de empt. & vendit. l. ne-*

x Vide ius canonicum Decc. lib. 3. tit. 18. De locato, & conducto.

cessario ff. de peric. & com. rei vend. l. si quis rem alienam ff. de act. empt. l. contrahitur ff. de pign. l. contractus C. de fid. instr. l. 2. C. de rescin. vend. l. cum quid ff. si cert. pet. l. cũ filius §. varij ff. de leg. 2. l. 2 ff. eod. l. empti. C. eod. l. 1. 9. 1. ff. eod. l. qui sæpe. §. cum ij ff. eod. l. id qui ff. de peric. & com. rei vẽd. l. secundum naturam ff. de reg. iur. l. custodiam ff. de peri. & com. rei ven. l. si vt certo §. interdum ff. depos. l. ff. commo.

y l. 1. §. Si quis seruũ, ff. de depos. l. Naturalis, §. At cum, ff. de præscr. verb.

5407 *x* Locationem *y* esse personæ, vel rei, ad vsum factam concessionem, mercede constituta. Conducere autem is dicitur, qui rem ab alio data mercede, vel promissa, accipit vtẽdam. interdum

ta-

tamen locator dicitur, qui pretium dat, conductor qui accipit. Eisdem autem iuris regulis locatio, & conductio, quibus emptio, & venditio consistit. Qui pro vsu, aut vestimentorum, aut argenti, aut iumenti, mercedē aut dedit, aut promisit; ab eo custodia talis desideratur, qualem diligentissimus paterfamilias suis rebus adhibet: quam si præstiterit, & aliquo casu fortuito eam rem amiserit, de restituenda ea non tenebitur. Mortuo conductore intra tempora conductionis, hæres eius eodem iure in conductione succedit. *Instit.lib.3. de locat.& conduct.*

5408. Emphyteusim esse locationē rei immobilis: cum dominium retinetur, & aliquid certum annuatim recipitur. Si totius rei interitus accesserit, periculum ad dominum redūdat: sin autem particularis, ad emphyteuticarium huiusmodi damnum venit. *Instit.lib.3. de locat. & conduct. et l.1.C. de iur. emphyt. Auth. perpetua quoque C. de sacrosanct. Eccl. §. Alienationis Auth. de non alien. aut permut. col.2. l.1. & 3. ff. si ager vectig. §. licentiam Auth. de alien. & emphyt. coll.9.*

5409. Societatem esse duorum, aut plurium conuentionem honestè contractam, de partibus lucri, & damni, secundum proportionem vel rei, vel operæ, quam quisque cōtrahentium confert. *a* Societas morte cuiusuis ex contrahentibus solvitur; *b* nisi in coeunda societate aliter conuenerit. Item si alicuius rei contracta societas sit, & finis negotio impositus est, finitur societas. *c* Tenetur autem socius non solum de dolo, sed etiam de culpa, si minus diligens sit in communibus rebus, quàm in suis esse solet. *Instit. lib.3. De societate.*

z *l. Quoties §. Hæredes ff. de hæred. inst. l. Si nō fuerit ff. eod.*

a *l. Furti §. Illud ff. de permut. ijs, qui not. infamia.*

b *l. Rerum §. In hæredem ff. eod. & l. Adeo, primo resp. ff. eod.*

c *l. Quod Nerua ff. depos. l. Hæredes §. Nō tantū ff. famil. herciscis.*

5410 Mandatum, esse officium ab eo, qui gratuitò suscepit, exhibendum. Quatenus quod quis per se facturus erat, alteri gerendum committit.

d l. 1. ff. Mandati. d Contrahitur solo consentu. Contrahitur autem

e l. 1. eod. e quinque modis, siue sua tantum gratia aliquis

f l 47. ff. de reg. iur. tibi mandet; siue sua, & tua; siue aliena tantum; siue sua, & aliena; siue tua, & aliena. At si tua tantum gratia mandatum sit, superuacuum est man-

g l. Si remunerandi §. rei turpis. l. 22. §. 6. ff. Mandati. datum: & ob id nulla ex eo f obligatio, nec mandati inter vos actio nascitur: & magis Consilij, quam mandato rationem habet. Eius autem gratia dicitur mandatum fieri, ad cuius vtilitatem

l. Filius ff. de eod. inst. cedit. Obligatorium mandatum non est, si contra g bonos mores sit: itaque nullam habes contra

h l. 12. C. Mandati; l. 5. ff. eo. mandantem actionem, si mandatum illud exequaris. Mandati b fines excedere nō debet, qui mandatum exequitur. Mandatum contractum, si dum

i l. 69. ff. de reg. iur. adhuc integra res sit, reuocatum fuerit, i euanescit: item si mors alterius accidat adhuc integro

k l. 26. ff. Mandati. l. ii C. eod. mandato, siue k mandantis, siue l mandatum recipientis. m Mandatum non suscipere cuilibet liberum est: susceptum autem cōsummandum est,

l l. 27. §. Morte ff. eod. aut quam primum renunciandum, vt per semetipsum, aut per alium eandem rem mandator exequatur. Semper qui non prohibet pro se interuenire, mandare creditur. Sed & si quis ratum habuerit, quod gestum est, obstringitur mandati

m l. 22. §. fi. fin. & l. 27. §. Cui mandatū ff. eo. actione. *Instit. lib. 3. de Mandato*, & ff. de Reg. iur. l. 61. & l. 195.

5411 Quasi contractum dici obligationē omnem, quæ non oritur ex aliquo ex contractibus

n Tit. in ff. et C. de negest. nominantis. Quasi contractus sunt 1. n Negotia gesta: cum quis negotium alterius gerit, eo nescio. Oritur enim obligatio ei, qui gessit ad

red-

reddendam rationem domino rerum gestarum; & tenetur ad diligentissimam earum curam: rursum oritur obligatio domino erga eum, qui vtiliter eius negotia gessit. 2. Tutela. Nam oritur obligatio Tutori rei bene administrandæ; & pupillo satisfaciendi Tutori, si quid ex suo impenderit. 3. Si inter aliquos communis res sit sine societate. Tenetur alteri de fructibus, si solus ipse eos perceperit: tenetur alteri alter de impensis, si solus alter impensas fecerit. 4. Hæres tenetur creditoribus, & *o* legatarijs ex quasi contractu. Contraxit autem obligationem adeundo hæreditatem. 5. Is, cui quis per errorem *p* indebitum soluit, quasi ex contractu debere videtur. Obligatur enim ac si mutuum ei daretur. *q* Legata, & fideicommissa, Ecclesijs, & alijs locis, quæ religionis, vel pietatis intuitu honorantur, relicta: si indebita soluantur, non repetuntur. *Instit. lib. 3. de obligat. quæ ex qu. contr. nasc.*

o *l. 3. § fin. ff. ex quibus cau. in poss. eatur.*

p *Tit. ff. de condict. indeb.*

q *§. Furti, Instit. de actionib.*

5412 Obligationem tollere, est soluere vinculum, quo adstringimur ad reddendum aliquid alteri. *r* Soluitur autem illud vinculum solutione eius, quod debetur; aut, *s* si quis consentiente creditore aliud pro alio soluerit. Nec interest quis soluat, vtrum ipse, qui debet, an alius pro eo. *t* Liberatur enim & alio soluente, siue sciente, siue ignorante debitore, vel eo inuito solutio fiat. Item si reus soluerit, etiam ij, qui pro eo interuenerunt, liberantur. Idem ex contrario contingit, si fideiussor soluerit: non enim ipse solus liberatur, sed etiam reus. Item per *u* acceptilationem soluitur obligatio: quatenus creditor dicit se acceptum habere quicquid ei alter debebat. Est autem acceptilatio imaginaria solutio. *x* Item obli-

r *l. 20. ff. de solut.*

s *l. 2. §. 1. ff. si cer. pet.*

t *l. 39. ff. de negot. gest.*

u *l. 1. et l. 19. §. Inter. ff. de acceptil.*

x *§. Rectè. Instit. De mand. l. 35. ff. de reg. iu.*

l. 80. ff. de solut.

obligationes, quæ consensu contrahuntur, contraria vtriusque partis voluntate dissoluuntur. *Instit. lib. 3. quibus mo. toll. oblig.*

y *l. 34. ff. de iur. fis. l. 84. §. Is natura ff. de reg. iu.*

5413 *y* Obligationem ex maleficio dici, quæ ex ipso maleficio existit; vt ex furto, rapina, damno, iniuria. *Instit. lib. 4. de oblig. quæ ex del. nasc.*

z *l. 1. in fin. ff. de furt. l. 3. §. Si rem. ff. de acqui. poss.*

5414 *z* Furtum esse contrectationē rei *a* fraudulosam lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam *b* vsus eius, *c* possessionisve, quod lege naturali prohibitum est admittere. *Instit. lib. 4. de oblig. quæ ex delicto nasc.*

a *l. 37. in princ. ff. de vsucap.*

b *§. Furtū autē fit. Inst. de obli. quæ ex del. nasc.*

c *l. 16. ff. de vsucapio. §. Aliquando. Inst. de obl. quæ ex del. nasc.*

5415 *d* Iniuriam generaliter dici omne, quod non iure fit: Specialiter modo contumeliam, modo culpam, modo iniquitatem, & iniustitiam significare. Iniuria autem committitur, non solum cum quis pugno pulsatus, aut fustibus cæsus, vel etiam verberibus erit: sed & si cui conuicium factum fuerit: siue cuius bona quasi debitoris, qui nihil deberet, possessa fuerint ab eo, qui intelligebat nihil eum sibi debere: *e* vel si quis ad infamiam alicuius libellum, aut carmen, aut historiam scripserit, composuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quo quid eorum fieret: siue quis *f* matremfamilias, aut prætextatum, prætextatamve affectatus fuerit: siue cuius pudicitia attētata esse dicetur: & denique alijs plurimis modis admitti iniuriam manifestum est. Patitur autem quis iniuriam, non solum per semetipsum, sed etiam per *g* liberos suos, quos in potestate habet: item per *h* vxorem suam: item per *i* seruos, cum quid atrocius commissum fuerit, & quod apertè ad contumeliam

d *l. 1. ff. de iniur.*

e *l. 5. §. 9. & l. 15. §. 29. ff. eo. l. vnic. C. de famos. libell.*

f *l. 3. §. vlt. ff. de lib. exhib. et l. 46. §. 1. ff. de verb. sign.*

g *l. 1. §. 1. et §. Item ff. de iniur.*

h *d. l. 1. §. Item.*

i *§. Seruis Inst. de iniur.*

meliam domini respicit. Atrox iniuria æstimatur vel *k* ex facto, veluti si quis ab alio vulneratus sit, vel fustibus cæsus: vel ex loco, veluti si cui in theatro, vel in foro, vel in conspectu Prætoris iniuria facta sit: vel *l* ex persona, veluti si magistratus iniuriam passus fuerit, vel si senatori ab humili persona iniuria facta sit, aut parenti, patrono fiat à liberis, vel libertis: nonnunquam & locus vulneris iniuriam atrocem facit, veluti si in oculo quis percussus fuerit. Iniuriarum actio *m* dissimulatione aboletur; vt si risi, vel lusi, vel comedi postea cum illo. *Instit. lib. 4. de Iniurijs.*

5416 Obligationem ex quasi maleficio dici, quæ ex delictis oritur innominantis. Vt si iudex per *n* imperitiam malè iudicet: *o* aut per imprudentiam si quid deijciatur, quod alteri noceat; aut si quod maleficium fiat in *p* naui, aut *q* caupona, aut stabulo, ab ijs, quorum opera nauem, aut cauponam, aut stabulum exercet. *Instit. lib. 4. de oblig. quæ quasi ex del. nasc.*

5417 *r* Actionem esse Ius persequendi in iudicio quod sibi debetur. *s* Actio autem aut est in personam, aut in rem: in personam, cum quis obligatus alicui est ex contractu, vel ex maleficio: in rem, cum alicui non obligato, mouetur de aliqua re controuersia. Actio in rem, vendicationis; in personam, Condictionis nomen habet. *t* Actionum autem aliæ rei prosequendæ gratia dantur, aliæ pœnæ persequendæ, aliæ mixtæ sunt. *u* Item actionum aliæ in simplum dantur, vt ex stipulatione, mutui datione, &c. Aliæ in duplum, vt furti non

k *l.8. ff. de iniur. l. Est tor in fine ff. eod.*
l *l. 17. §. Quædã iniuriæ ff. eo.*
m *l. 11. in princ. ff. eo.*
n *l. 132. ff. de reg. iur.*
o *Vide tot. tit. ff. de his, qui dele. vel effud. d. l. 5. §. Is quoque ff. de oblig. & act.*
p *§. Si igitur. Instit. Quod cum eo &c.*
q *l. 5 ff. nau. caup. & stabul. qui etc.*

r *l. 51. ff. de oblig. et act.* s *l. 25. ff. eod.* t *§. Sequens. Instit. de actio.* u *§. Omnes. ibid.*

non manifesti: aliæ in triplum, cum quidam maiorem vera æstimatione quantitatem in libello conuentionis inserunt: aliæ in quadruplum, vt furti manifesti. *x* Item actiones aliæ sunt bonæ fidei, cum iudicio libera potestas permittitur ex bono, & æquo æstimando quantum actori restitui debeat. Aliæ stricti iuris, secundum quas compensatio inducitur. Aliæ arbitrariæ, cum ex arbitrio iudicis pendet vt is, cum quo agitur, actori satisfaciat. *y* Accidit interdum ab actore plus peti, quam ei debeatur. Plus autem petitur tum re ipsa, vt si quis pro decem aureis viginti petierit: tum tempore, vt si quis ante diem, vel ante conditionem petierit: tum loco, vt si quis id, quod certo loco sibi dari stipulatus sit, alio loco petit: tum causa, vt si quis vel seruum, vel decem aureos tibi dare spoponderit, tu petas determinatè seruum, vel decem aureos. Plus enim ab alio petitur, cum adimitur ei potestas eligendi. *z* Porrò agere quisque potest tum suo, tũ alieno nomine. *a* Potest enim quique agere per Procuratorem. *b* Ex maleficijs pœnales actiones in hæredem rei non competunt: veluti furti, vi bonorum raptorũ, iniuriarum, damni iniuriæ. Sed hæredibus huiusmodi actiones competunt, nec denegantur: *c* exceptra iniuriarum actione, & si qua alia similis inueniatur. *Instit. l. 4. De Actionibus, et De ijs, per quos agere possumus, et De perpetuis, et temp. act.*

x §. *Actionum. ibid.*

y §. *Si quis agens. ibid.*

z *l. 5. ff. de obl. & act.*

a *l. 1. ff. eod.*

b *l. vnic. C. ex delict. de funct. l. 26. ff. de dolo malo. l. 17. ff. quod met. cau.*

c *l. 3. l. 28. ff. de iniur. l. 10. §. 1. ff. si quis caut.*

5418 Replicationem esse Exceptionis factæ exclusionem. *d* Est q; quædam exceptio cõpetens actori contra exceptionem rei. *e* Contra exceptionem actoris datur duplicatio reo; & rursum cõtra duplicationem rei datur actori triplicatio. & sic in infinitum. *Instit. lib. 4. De replicationibus.*

d *l. 2. §. 1. & l. antepen. ff. de exceptio. l. 7. & l. 10. C. eod.*

e *d. l. 2. §. Illud ff. eod.*

5419

5419 *f* Interdictum esse Prætoris decretum, quo aliquid aut prohibet, aut restitui iubet, aut exhiberi. *g* Interdictorum quædam adipiscendæ possessionis causa comparata sunt, quædam retinendæ, quædam recuperandæ. *Instit. lib.4. De interdictis.*

5420 Armorum nomine, non solum scuta, & gladios, & galeas, sed & fustes, & lapides significari. *Instit.l.b.4. De interdictis §. Recuperandæ possessionis, & ff.de verb.sign.l.41.*

5421 *b* Litem esse mutuam inter actorem, & reum coram Iudice contentionem, & contradictionem. Tunc lis contestata dicitur, cum proposita intentione actoris, ac actione cõtra aliquem, negatum statim coram iudice ab illo fuerit. Ne facilè homines ad litigandum procedant, temeritas tam agentiũ, quàm eorum, cũ quibus agunt, modò *i* pecuniaria pœna, modò *k* iusiurandi religiosè, modò *l* infamiæ metu coercetur. *m* Litis autem principium fit à citatione. Vocandus est enim reus in iudicium. Non possunt autem liberi suos parentes, nec pupilli suos patronos ad iudicium vocare; nisi id à Prætore prius postulauerint, & impetrauerint. *Instit.lib.4.De pœn.temerè litig. & ff.de verb.sign.l.36.*

5422 *n* Iudicem esse, qui ex iurisdictione propria, aut sibi delegata, & cõmissa, ius habet super causas litigiorum, vel litigatorum cognoscendi. Qui ex Iurisdictione propria illud habet, Iudex dicitur ordinarius: qui ex delegata, Delegatus, & extraordinarius. Illud in primis obseruare Iudex debet, ne aliter iudicet, quã *o* legibus, aut con-

f *l.1. & tot. tit. ff.de interdict.*
g *l.2.§.Hæc autẽ interdicta.ff.eod.*
h *De iure Põtificio in litis contestatione seruãdo vide l.6. tit. De litis contest.*
i *l.4. C. ad leg. Aquil.*
k *l.19.§.4. ff. de petit. hæred.*
l *l.1.et Auth.In isto. C.de iuram. calum. l. 6. & l.7.ff. de eden.*
m *l.1.4.et 5. ff.de his, qui not. infam. l.16. C.eod.*
n *l.1. & tit. ff. de in ius vocan.*
o *l.7.C. de legibus.*

l.20.ff.de quæst. & l.14.C.de iudic.

constitutionibus, aut p moribus proditum est. *Instit. lib. 4. De off. Iudicis.*

p *l. 13. §. 1. ff. comm. prædio. l. 1. et 2. C. quæ sit longa consuet. l. 1. C. de seruit. l. 1. C. de adopt.*

5423 Sponsionē dici, non solum quę per sponsi interrogationem fit; sed omnem stipulationem, promissionemque. *ff. de verb. sign. l. 7.*

5424 Munus, donum significare. Inde dicuntur munera dari, mittive. *ff. de verb. sign. l. 18.*

5425 Item Munus, pro onere sumi. Vnde immunis, cui onus remittitur. *ff. de verb. sign. l. 18.*

5426 Item Munus, pro officio sumi. Inde munifices, quod munera ciuilia capiant. Propriè munus est, quod necessariò subimus lege, more, imperiove eius, qui iubendi habet potestatem. *ff. de verb. sign. l. 18. & l. 214.*

5427 Actum, generale verbum esse, siue re, siue verbis quid agatur. Contractum, vltro, citroque obligationem, significare: Gestum, rem sine verbis factam. *ff. de verb. sign. l. 19.*

5428 Exhibere, esse præsentiam corporis præbere. Restituere, esse etiam possessorem facere, fructusque reddere, & alia præstare. *ff. de verb. sign. l. 22.*

5429 Rei appellatione & causas, & iura contineri. *ff. de verb. sign. l. 23.*

5430 Hæreditatem, esse successionem in vniuersum ius, quod defunctus habuit. *ff. de verb. sign. l. 24. et de Reg. iur. l. 63.*

5431 Coniunctionem interdum pro disiunctione accipi. Vt, si promittis dare decem mihi, hæredique meo. id est, vel hæredi; vt mihi dando, non tenearis hæredi. *ff. de verb. sign. post l. 28. et l. 29. et l. 52.*

5432 Disiuncta pro coniunctis interdum accipi. Vt cum dicitur: Super pecunia, tutelave sua:

tutor seperatim sine pecunia dari non potest. Et cum dicimus: Quæ dedi, aut donaui, vtraque continemus. *ff.de verb.sign.l.52.*

5433 Orationem, quæ neque coniunctionem, neque disiunctionē habet, ex mente pronuncian-tis vel disiunctam, vel coniunctam accipi. *ff.de verb.sign.l.28.in fin. et l.52.*

5434 Nouale, ex iure Canonico, esse agrum de nouo ad cultum redactum, de quo non extat memoria, quod aliquando cultus fuerit. *c.Quid De verb.sign.*

5435 Noualem esse terrā præcisam, quæ anno cessat. Integram autem, in quam nondum dominus pascendi gratia pecus immisit. *ff.de verb.sign. l.30.Hier.c.1.de verb.sign.*

5436 Pratum esse, in quo ad fructum percipiendum falce duntaxat opus est. Ex eo dictum, quod paratum sit ad fructum capiendum. *ff.de verb.sign.l.31.*

5437 Minus solutum intelligi, etiam si nihil sit solutum. ff.*de verb.sign.l.32.& l.150.*

5438 Palam, esse coram pluribus. ff.*de verb. sign.l.33.*

5439 Victus nomine contineri, quæ esui, potui, cultuique corporis, quæque ad viuendum homini necessaria sunt. Quare vestis quoque victus nomine comprehenditur. ff.*de verb. sign. l.43. 44.45.234.*

5440 Pronunciatum, & Statutum idem dici posse. Promiscue enim & pronunciasse, & statuisse solemus dicere eos, qui ius habent cognoscendi. *ff.de verb.sign.l.46.*

5441 In bonis nostris videri computari, non solum, quæ dominij nostri sunt, sed & si bona fide

à nobis possideantur, vel superficiaria sint: æquè bonis annumerabitur si quid est in petitionibus, actionibus, persecutionibus. *ff. de verb. sign. l. 49.*

5442 Nurus appellationem etiam ad pronurum, & vltra porrigendâ esse. *ff. de verb. sign. l. 50.*

5443 Appellatione parentis non tantum patrem, sed etiam auum, & proauum, & deinceps omnes superiores contineri: sed & matrem, & auiam, & proauiam. *ff. de verb. sign. l. 51. & l. 201.*

5444 Inter gestum, & factum nihil interesse: licet subtilis quædam differentia videatur esse. *ff. de verb. sign. l. 58.*

5445 Mercis appellationem ad res mobiles tantum pertinere. *ff. de verb. sign. l. 66.*

5446 Dedisse intelligendum esse etiam eum, qui permutauit, vel cõpẽsauit. *ff. de verb. sign. l. 76.*

5447 Propriè bona dici non posse, quæ plus incommodi, quam commodi habent. *ff. de verb. sign. l. 83.*

5448 Littus esse, quousque maximus fluctus hibernus à mari peruenit. *ff. de verb. sign. l. 96. & l. 112.*

5449 Morbum esse temporalem corporis imbecillitatem: vitium verò perpetuum corporis impedimentum; vt luscus, vitiosus est. *ff. de verb. sign. l. 101.*

5450 Capitalem causam, mortis, vel amissionis ciuitatis intelligẽdâ esse *ff. de verb. sign. l. 103.*

5451 Bonæ fidei emptorem esse videri, qui aut ignorauit eam rem alienam esse: aut eum, qui vendidit, ius putauit vendendi habere; puta procuratorem, aut tutorem esse. *ff. de verb. sign. l. 110.*

5452 Generi appellatione, & neptis, & proneptis, tam ex filio, quam ex filia editarum, cæte-

rarumque maritos cõtineri. ff. *de verb. sign. l.* 136.

5453 Perfeciſſe ædificium eum videri, qui ita conſummauit, vt iam in vſu eſſe poſsit. ff. *de verb. sign. l.* 139.

5454 Soceri, ſocrus appellatione auum quoque, & auiam vxoris, vel mariti, contineri. ff. *de verb. sign. l.* 146.

5455 Delatam hereditatem intelligi, quâ quis poſſit adeundo conſequi. ff. *de verb. sign. l.* 151.

5456 Hominis appellatione tàm fœminam, quam maſculum contineri. ff. *de verb. sign. l.* 152.

5457 Singularem numerum interdum vſurpari, cum plura generis eiuſdem ſignificare volumus. Nam multum hominem veniſſe Romam, piſcem vilem eſſe dicimus. ff. *de verb. sign. l.* 158.

5458 Pluralem locutionem duorum numero contentam eſſe. *c. Pluralis l.* 6. *De reg. iur.*

5459 Æs dicimus etiam aureos nummos. ff. *de verb. sign. l.* 159.

5460 Tugurij appellatione omne ædificium, quod ruſticæ rei magis cuſtodiendæ conuenit, quam quod vrbanis ædibus, ſignificari. ff. *de verb. sign. l.* 180.

5461 Pronunciationem ſermonis in ſexu maſculino ad vtrumque ſexum plerunque porrigi. ff. *de verb. sign. l.* 195. & *l.* 172. & 84.

5462 Familiam dici plures perſonas; quæ ſub vnius poteſtate aut natura, aut iure ſubiectæ. Itẽ, Familiam dici omnes, qui ex eadem gente, ac domo proditi ſunt. Item Familię nomine & liberos, & ſeruos contineri, & ipſum familiæ principem. ff. *de verb. sign. l.* 40. & *l.* 195. & *l.* 196.

5463 Patremfamilias appellari, qui in domo dominium habet, quamuis filium non habeat.

ff. *de verb. sign. l.* 195.

5464 Filij appellatione vt filiam, ita & nepotem comprehendi. ff. *de verb. sign. l.* 201. *et l.* 220.

5465 Pueri appellationem tres significationes habere. Vnam, cum omnes seruos pueros appellamus. Alteram, cum puerum contrario nomine puellæ dicimus. Tertiam, cum ætatem puerilem demonstramus. ff. *de verb. sign. l.* 204.

5466 Præuaricatores eos appellari, qui causam aduersarijs suis donant, & ex parte actoris in partem rei concedunt. ff *de verb. sign. l.* 211.

5467 Latam culpam esse nimiam negligentiam, id est, non intelligere, quod omnes intelligunt. ff. *de verb. sign. l.* 213.

5468 Dona propriè esse, quæ nulla necessitate iuris, officij; sed sponte præstantur. Quæ si non præstentur, nulla reprehensio est; si præstentur, plerunque laus est. ff. *de verb. sign. l.* 214.

5469 Liberorum appellatione nepotes, & pronepotes, cæterosque, qui ex his descendunt, contineri. ff. *de verb. sign. l.* 220.

5470 Magnam negligentiam culpam esse: Magnam culpam dolum esse. ff. *de verb. sign. l.* 226.

5471 Telum dici, non solum quod ab arcu mittitur, sed quicquid etiam mittitur manu, vt lapis, lignum, ferrum. ff. *de verb. sign. l.* 233.

5472 Plebem esse cæteros ciues sine senatoribus. ff. *de verb. sign. l.* 237.

5473 Nuptias nō concubitum, sed consensum facere. ff. *De reg. iur. l.* 31.

5474 Casum fortuitum dici, inopinatæ rei euentum, qui hominum prouidentia caueri, aut præuideri non potest. Vt mortes seruorum absq; vlla culpa; latronū, vel hostium incursus; piratarum

rum insidiæ, ruina, tumultus, naufragium; fuga seruorum, qui custodiri non solent. *l. In rebus commodatis §.1.ff. Commodati.*

5475 Postulare, esse desiderium suum, vel amici sui, in iure apud eum, qui iurisdictioni præest, exponere, vel alterius desiderio contradicere. *ff.tit. de postulando, & 3.q.7.c.2.*

5476 Statuere, rem perfectam significare, & consummatam. *De Pœnit. d.1.c.17.*

5477 e Censum dici, tributum, & pensionem publicam. *C.in quib.cau.pignus tacitè contr.l.1.et C.Si propter pensionem publicam l.Sic accipitur.*

e *De ecclesiastici cēsus ratione vid. Decc.l.3.tit. 35. De censibus.*

5478 Censum quoque patrimonium dici. *l.de creationibus C.de Epis.aud.*

5479 Forum, exercēdarum litium locum dici. *Isid.c.10.De verb sign.*

5480 Contractum proprie dici, obligationem ex voluntate partium ex vtraque parte surgentem. *Sylu.v.Contractus §.1.l.Labeo §.contractum ff.de verb.sign.*

5481 Contractum dici minus propriè, cum solum vna pars obligatur. Vt in donatione. *Sylu.sup.*

5482 Contractum quoque dici, cum ex nulla parte oritur obligatio, sed potius dissoluitur obligatio facta. Vt est transactio facta nudo pacto, ex qua non agitur ante complementum cōditionis. *Sylu.sup.*

5483 Contractus bonæ fidei dici, Emptionē, venditionem, locationem, conductionem, mandatum, depositum, societatem, pignus, commodatum, permutationem. Dicuntur autem bonæ fidei, tum quia, si dolus causam dedit, non tenent. Tum quia veniunt vsuræ ex mora; & iudex æsti-

mare potest ex bono,& æquo quid venit recompensandum,vel restituendum. *Sylu.sup.*

5484 Contractus stricti Iuris dici, Stipulationem, mutuum, & similes. Qui strictissimè sunt interpretandi. *Sylu.sup.*

5485 Contractus nominatos dici, qui habent nomina propria, & eis solis conuenientia. Vt venditio,locatio,& similes. *Sylu.sup.*

5486 Contractus innominatos dici, qui veri cõtractus sunt,sed non habent proprium nomen. Sunt autem quatuor, nempè, Do vt des, Do vt facias,Facio vt facias,Facio,vt des. Qui secuntur naturam cõtractuum nominatorum,quibus similes sunt. *l.naturalis §.sed si facio ff. de præsc.ver. Sylu.sup.*

INDEX

ISAGOGICVS, ET OECONOMICVS Rerum.

De huius Indicis arte, ac vsu.

IN Index, opus alterum. nostræ quidem tenuitati laboris magni; litterarum studiosis vtilitatis, vt speramus, & iucunditatis vberrimæ. Omnem huius operis materiam alphabetica methodo, ordine topico collectam, in singula verba coniecimus. Cum autem hæc Introductio summa quædam sit doctrinarum, quantum ad intelligentiam Scripturæ opus esse censuimus: rursum in hoc Indice omnem doctrinarum materiam ordine digessimus alphabetico. Cumque singularum rerum cognitio tunc perfectè habeatur, cum earum & nomen, & ratio formalis, & materialis, & finis, & efficiens, & proprietates, & effecta et si quæ sunt alia eis adiuncta, cognoscuntur: nos hæc omnia ex toto hoc opere collecta, & cuiusque rei, siue materiæ voci subscripta, studioso Lectori proponimus ad per-

perfectã intelligẽtiam rerũ, ac doctrinarum. Nam si is attentè, ac ordine perlegerit eos huius operis locos, quos Index in singulis verbis deinceps indicat: intelliget pro rerum cognitione laborem se suscepisse non pœnitendum. Quod si libuerit, & vacauerit, eos etiam libros perlegere, quos in singulis Propositionibus, ac Definitionibus citamus: deprehendet se cognitionem rerum hausisse omnino ablutam. Isagogicum ergo hunc Indicem appellamus; quia ad rerum cognitionem introducit: Oeconomicum, quod singularum rerũ materiam ordine dispositam exhibeat. Nunc vsum indicemus. Primus esto ad intelligentiam cuiuscunque libri, Scriptorisve. Nam cum intelligentia rerum magnã partem pendeat ex intelligentia verborum, ac terminorum: habes in hoc Indice alphabeticè conscriptos terminos ferè omnes disciplinarum. Cumque in terminos, ac voces, res ipsas conijcere conati simus: experire, obsecro, quid is Index valeat ad intelligentiam librorum. Sit alter vsus, ad cuiusque doctrinæ, reive studium, & cognitionem. Habes enim cuiusque rei materiam ordinatam secundum causas, & proprietates. Cognitis autem causis, ac proprietatibus; perfecta ipsius rei cognitio consequi-

sequitur. Poteris igitur quamcunque tum Philosophiæ, tum Theologiæ, tum vtriusque Iuris materiam secundum huius Indicis ordinem speculari, contemplarique. Sed in primis cupimus Indicem hunc in vsum venire interpretandarum Scripturarum: ad quæ præcipuè finē opus Introductionis scribimus. Veniet autē in eum vsum, si singulæ Scripturæ sanctæ verba ad Indicis nostri verba referas: tum ex verbis Indicis recurras ad Introductionis locos, qui citantur. Nam si eos locos cum Scriptura conferes, quam interpretaris: multiplicem, plenamque eius Scripturæ intelligentiam assequeris. Nam singulæ Introductionis Propositiones, Definitiones, Canones; sunt vel ipsæ Scripturarum sanctarum sententiæ, vel similitudines ad eas percipiendas, & explicandas, vel interpretationis Regulæ, quibus Patres vtuntur. Vltimus vsus esse poterit ad materiam, & ordinem concionum. Nec enim alia verbo Dei ad populum proponendo materia congruentior; quam quæ in vtraque Theologia habetur & diuina, & naturali. Illa dicenda populo, vt eam addiscat, quatenus necessaria est ad salutem. Hæc philosophica vsurpanda ad explicanda diuina secundum nostrum modum intelligendi. Ideo

ex

ex rebus naturalibus similitudines sumimus supernaturalium, vt ea percipi possint; et sensus, conceptusque formamus, quos mysticos appellant. Habes autem in nostro Indice tum omnem materiam sacram, tum philosophicam, ordine dispositam: vt non sit opus alio labore ad absolutam, perfectamq; concionem scribendam; quam eos locos paullo iusius scribere, quos Index citat in nostra Introductione; & ad rerum, quæ dicuntur, auctoritatem eos Doctores adducere, quos ipsi ad nostræ doctrinæ confirmationem adducimus. Ad motum autem in auditorum animis cõcitandum, habes media, quæ in Indice singulis virtutibus, ac vitijs subijcimus, quæ remedia solemus appellare. Ad sensus mysticos formandos valent plurimum rerum naturalium proprietates; quas abundè suggerunt Definitiones & physicæ, & mathematicæ, & metaphysicæ.

A

Abdicatio temporalium. Effecta.d.4316. Modus.d.5071.
Abesse. Quid.d.5365.
Abnegatio. Quid.d.5183.
Abolitio. Materia.d.4103.
Abortus. Fuga.d.4773.
Abrogatio. Vsus.d.4101.
Absentia. Effecta.d.3866.
Absolutio iudicialis. Cui.d.3897.
Absolutum. Quid.d.139. 3378.
Abstinentia. Actiones.d.5058.5059.
Abstractio. Quid.d.99.& dist.4.n.10. & d.2962. 3100.

3100. Modus. dist. 6. n. 1. & d. 2961. 2962. & seqq. Genera. Procem. n. 4. & d. 2961. 3120.
Abstractum. Quid. d. 134. Genera. dist. 6. n. 18. & d. 2956. 2957. 3120. Quot modis. d. 135. & seqq. 2961. 2962.
Abstractum nomen. Significatio. d. 3485. 3486 Prædicatio. d. 3574.
Abusus. Fuga. d. 4276.
Academiæ. Vsus. d. 3589. 3591. 3594. 3600. 3627. 4832.
Accentus fallacia. d. 476.
Acceptio personæ. Actiones. d. 3869. 4045. Effecta. d. 4338.
Accessorium. Proprietates. d. 3950.
Accidens. Quid. d. 90. 120. & dist. 6. n. 11. & d. 3006. 3111. 3128. & seqq. Principium. d. 632. & seqq. Subiectum. d. 570. 571. 972. 1974. 3214. Effecta. d. 628. 630. 633. 634. 635. 636. Proprietates. d. 3133. & seqq. Genera. d. 3100. 3130. 3131. Per accidens. 1062. & seqq. Accidentale compositum. d. 591. Accidens physicum. d. 3130. Accidens metaphysicum. d. 3131. Quot modis accidēs dicatur. d. 3473. & seqq.
Accidentis fallacia. d. 482.
Accusatio. A quo. d. 3888. 3899. 3904. 3905. 3916. 3918. 3943. 4945. Materia. d. 3889. In quem. def. 3894. 3944. 4418. 4881. Forma. d. 3901.
Acedia. Remedia. d. 4224.
Acetabulū. Quid. d. 2838.
Acquirendi ratio. d. 5363.
Actio. Quid. dist. 2. n. 26. & d. 874. 877. 878. 879. 880. & dist. 6. n. 13. & d. 3097. 3176. 3177. 3704. Subiectum. d. 876. 881. 882. 1042. & seqq. Terminus. d. 590. 3122. Principium. d. 3122. Finis. d. 681. 694. Proprietates. d. 711. & seqq. 890. 2634.
Actio iuris. Quid. d. 5417.
Actio immanens, transiens. Quid. d. 1019. & seqq. & d. 1439. 3178.
Actiones morales. Quid. d. 5149. 5150. Efficiens. d. 4176. 4177. & seqq.

Mo-

Modus. d.3795. 4141. 4142.4152.4153.4165. 4193.4203.4254.4255. 4257. Genera. d.3259 et dist.7.n.5. & seqq. & à d.3579 per tot. dist. & d.4304. Materia. dist.7. n.8.& d.4220. Dispositio. d.4158. Regula. d. 3579. 3670. 3704. 4172.4264.4371. Finis. d.3704. & seqq. 3719. 4894. Effecta. d.4213. Oeconomia. d. 3720. 3721.v. *Executio*.

Actio recta. Quid d.3705. 3718. Impedimenta. d.4195.& seqq. Principium. def.4221.4306. 4307.

Actio reflexa. Quid. d. 1017. Principiũ. d.1018. 2633.

Actor. Quid. d. 5246. Actiones. d.3895.

Actus. Quid. d.543.547. 2914. Quot modis dicatur. d.548. & seqq. 2816. 5427. Proprietates. d.555.

Actus entitatiuus. Quid. d.2914.

Actus intentionalis. Quid. d.1449.

Actus legitimus. Proprietates. d.4230.

Actus notionalis. d.3527.

Actus primus. Quid. d. 2923.3152.

Actus purus. Quid. d.2917.

Actus secundus. Quid. d.747.748.2924.3152.

Actus signatus, exercitus. d.261.262.

Actus supernaturales. Principium. d.2053. effecta. d.2011.2012.

Actus virtualis. Quid. d.2921.

Actus vitalis. Quid. dist.4. n.6. & d. 1439. 1440. 1441. Principiũ. d.1471. 1472. 2050. & seqq. Subiectũ. d.1473.1474. Effecta. d.2007. & seqq.

Acutum. Quid. d.210.

Ad aliquid. Quot modis dicatur. d.3353. & seqq. 3498. v. *Relatio*.

Additio. Quid. d.2378.

Adiacens. d.339.340.341.

Admiratio. Vius. d.4986.

Admonitiones. Præcepta. d.4114.4115. Actiones, & vsus. d.3797. 3798. 3816. & seqq. 4112. 4353.4428.4805.4806. Effecta. d.4214.

Ad-

Admonitores. Vſus. def. 4112.
Adoptare. Quid. d.5330.
Adoptiuus filius. Quis. d.5266.
Adulatio. Fuga. d.4414. Effecta. d.4998.
Aduocatus. Quid.d.5243.
Aduſtum. Quid. d.1363.
Aedificatio. Obiectum. d.2753.& ſeqq.
Aedificium. Quid.d.2737. Materia.d.2759 Requiſita. d.2738. & ſeqq. Conditiones. d.2754. Alia præcepta. d.2759. & ſeqq. Idea. d.2776. Locus. d.2778.2779.
Aequalia. Quid.d.2118. & ſeqq. 2219. 2349. & ſeqq. 2703. 3500. Proprietates. d.2113. & ſeqq. 2125.2127. 2155. 2227.2240.2243. 2268. 2291.
Aequator. Quid.d.2412. vſus.d.2889.
Aequilaterum. Quid. d. 2108.
Aequinoctialis circulus. Quid. d.2412. vſus. d. 2521.2835.
Aequinoctium. Quando. d.2510.
Aequipollētia. Quid.d.222. 341.
Aequitas. Actiones. d. 3858.3859. 3968.4284. 4285. 4286.
Aequiuocatio. 473.474.
Aequiuocum. d.125.337.
Aer. Partes. d.1189. & ſeqq. Qualitates d.1178. 1179.1190.& ſeqq.
Aereolus. Quid. d.2817.
Aes. Quid.d.5459.
Aeſtimatio. Quid.d.1801.
Aeſtus marinus. Subiectū. d.1306. Cauſæ.d.1304. Tempus. d.1305.
Aetas adulta. Quid. d. 1526.
Aeternitas. Quid.d.1095. Subiectum. d.961.962. 963.
Aeuum. Quid. d.1096. Subiectum.d.1096.
Affectus, Affectio. Regula. diſt.7.n.3. Bonitas. diſt. 7.n.3. Malitia. d.3980. 4021. Finis.d.3989. Effecta. d.3980.4380. Cautiones. d.4379. 4380. 4573.4574.4639.5070.
Affinitas. Quid. d.5239.
Affirmatio. Quid. Procem. n.6 & d.76.1933.
Agenda. Quid. d.3752. 3779.

3779. Vsus. d.3753. & seqq. Catalogus. d.3776. & seqq. v. *Actiones morales*.

Agens. Quid. Dist. 2.n.7. Agés principale. d.601. 602.603.604. Agens instrumentale. d.601.602. 603.604. Agens voluntarium. d.619. Agens liberum. d.620. Agens naturaliter. d.621. Finis. d.521.694. v. *efficiens*.

Ager. Forma. d.1558. 1559. Genera. d.1539.

Agere. Quot modis. d.613. Proprietates. v. *Actio*.

Agibile. Quid. d.1935.

Agnatus. Quis. d.5336.

Agricola. Effecta. 1531. & seqq. Idea. d.1558.1559.

Agricultura. Quid. dist. 4. n.11. & d.1530. Causæ. d.1537. 1538. 1545. & seqq. 1555. 1556. Actus. d.1531. & seqq. 1557. 1558. Tempus. d.1535. 2399. Locus. d.1536. 1540. 1541. Situs. d.1542. Adiuncta. d.1543. 1544.

Alienare. Ratio. d.5362.

Alienatio. Quid. d.214.

Alienatio bonorum. Fuga. d.4849.

Alienum. Quid. d.3560.

Alimentum Quid. d.1498. Proprietates. d.1496. & seqq. Locus. d.1503. 1504. 1505.

Aliquid. Quid. d.2978.

Alius, aliud. Qui. d.3566.

Alteratio. Quid. Dist. 2.n. 26. & d.928.985. Subiectum. d.999. & seqq. Effecta, ac termini. def. 986. Proprietates. d.987.

Alterna ratio. Quid. def. 2215.

Altitudo. Quid. d.2234.

Ambitio. Fuga. d.4020. 4191. Effecta. d.4020. 4191. Remedia. d.3834. 4029.

Amblygonium. Quid. def. 2109.2272.

Amicitia. Quid. d.1998. Actiones. d. 3673. & seqq. 4329. & seqq. 4433. & seqq. Electio. d.4015. 4385. Fuga. d.4486. Cautiones. def. 4327. 4438. 4440. 4475. Causæ. d.4329 & seqq. 4431. 4432. Officia. def. 4424. & seqq.

Amicitia diuina. Quid. d.1998. Actiones. def. 3673. et seqq. 3706. Prosecu-

secutio. d. 4308. 4310. & seqq. Effecta. d. 4308. 4325. Impedimenta. d. 4309.
Amicitia in exteros. Actiones. d. 4476. & seqq. Effecta. d. 4476. Cautiones. d. 4477. & seqq.
Amicitia inter ciues. Causæ. d. 4443. & seqq. Remedia. d. 4448. & seqq.
Amicitia inter sodales. Actiones. d. 4376. & seqq. Causæ. d. 4377. & seqq. Cautiones. d. 4379. & seqq. Finis. d. 4431. 4432. Officia. d. 4424. & seqq. 4439.
Amicitia Superioris in subditos. Prosecutio. def. 4326. Amoris signa. d. 4329. & seqq. Impedimenta. d. 4336. & seqq.
Amicitia subditorum cum Superiore. Motiuum. d. 4362. 4368. Actiones. 4361. & seqq. 4865. Causæ. 4363. & seqq. Impedimenta. d. 4368. & seqq. Remedia. def. 4374.
Amor. Quid. d. 1987. Obiectum. d. 3666. Vsus. def. 4152. Effecta. d. 4326.
Amor in Deum. Quid. d. 3740. Media. dist. 7. n. 2. & def. 3646. 3670. 3672. 3674. 3682. 3686. & seqq. 4222. Vsus. dist. 7. n. 2. & d. 3666. 3731. Proprietates. d. 3667. & seqq. 3671. Actiones. d. 3673. & seqq. 4317. 4507. 4508. Effecta. def. 3989. 4219. 4221. 4446.
Amor in homines. Actiones. d. 4068. 4138. 4329. & seqq. 4361. & seqq. 4390. Principium. def. 3677. 3683. Regula. d. 3678. 3679. & seqq. Effecta. d. 3699. 3700. & seqq. 4138. 4315. Cautiones. d. 4348. 4360. v. *Amicitia.*
Amor proprius. Effecta. d. 3702.
Amphibologia. 475.
Amphora. Quid. d. 2832. & seqq.
Amphoreum. Quid. def. 2842.
Ampliatio. Quid. d. 212.
Analogum. Quid. d. 126. 128. 2967. 3285. 3495. Quotuplex. d. 129. 130.
Angelus. v. *Intelligentiæ.*

Angulus. Quid. d 2096. Genera.d.2097.& seqq. Proprietates . d.2123. 2178.2179.2269.

Angulus rectus . Causæ . d.2261.2262.

Anima . Quid. dist.4.n.2. 3.& d.1434.1435.Subiectum.dist.4.n.3. & def. 1489. 1490. Genera . dist.4.n.4.11.13.& def. 1438. Potentiæ . dist.4. n.5. & d.1463. & seqq. 1480.Adiuncta.d.1442. Effecta. dist.4.n.6.11.& def.1441. 1470. 1471. 1502.

Animal.Potentiæ.d.1662. & seqq.1843.

Anima rationalis,seu intellectiua . Oeconomia . dist.4. n.14. Quid. def. 1867.& seqq.Subiectũ, & informatio. d.1875. & seqq. Proprietates. d.1870.& seqq. Numerus. d.1879. Principiũ . d.1881.1882.1884.1885. Animæ separatę operatio.d.1970.

Anima sensitiua . Quid. d.1657.Subiectum.def. 1659.1697. Actus. dist. 4.n.13. & d.1656.1659. Instrumenta.dist.4.n.13. & d.1662.& seqq.

Anima vegetatiua . Quid. d.1479.Potẽtię.d.1482. Subiectũ. d.1489.1490. Actus . dist.4. n 11. & d.1479.Effecta.d.1502.

Annihilatio . Quid.d.920.

Annona . Procuranda.def. 4357.4814.

Annulus instrumentum . Vsus. d.2794.2795.

Antarcticus circulus.Quid. d.2430.

Antecedens . Quid.d.267.

Antiparistasis . Quid. def. 1023. Principium . def. 1024.

Antipathia . Quid.d.1026.

Anxietas . v.*Curæ anxiæ* .

Apocrypha . Quæ.d.5219.

Apologus . Quid.d.175.

Apostata à fide . Pœna . d.3618.3619.

Apotome . Quid . d.2258. 2698.

Apparentiæ causæ . d.470. & seqq.

Appellatio . Quid . d.216.

Appellatio ad Superiorem . Vsus.d.4104.

Appetibile. Quid. d.3074.

Appetitio. Quid . d.1848. & seqq.1978. v.*Passio act.*

act. app.
Appetitio intellectiua. v. *Volitio*.
Appetitus sensitiuus. Quid. dist. 4. n. 13. & d. 1844. Principium. d. 1822. & seqq. 1853. Subiectum. d. 1843. Genera. d. 1845. Effecta. dist. 4. n. 13. & d. 1851. 1852. 1860. Motiuum. d. 1822. 1823. 1825. Actus. d. 1847. 1848. & seqq. 1854. & seqq. Obiectum. d. 1979.
Apprehensio simplex. Quid. d. 28. 1916. Quotuplex. d. 1917. Proprietates. def. 3043. 3044. 3055. 3057.
Appropriatio. Quid. def. 3505. Vsus. d. 3506.
Aqua. Qualitates. d. 1178. 1179. 1311. 1315. 1316. 1319. 1322. & seqq. 1633. Locus. d. 1194. 1195. 1317. 1318. Effecta. d. 1314. 1380. 1381. Vsus. d. 2786.
Arbiter. Qualis. d. 3947.
Arbor. Cædendi præcepta. d. 2771. & seqq.
Architectura. Quid. def. 2735. Partes. d. 2741. & seqq. Genera. d. 2752.
Arcticus circulus. Quid. d. 2429.
Area. Quid. d. 2298. Mensura. d. 2306. 2307. 2308.
Area meteoron. Quid. def. 1227. 1228. Proprietates. d. 1229. & seqq. Effecta. d. 1234. & seqq.
Arena. Genera. d. 2760. Vsus. d. 2762. 2763.
Argenteus. Quid. d. 2826.
Argumentatio. Quid. Dist. 1. n. 5. & d. 30. 350. 351. Partes. d. 270. Genera. d. 271. Materia. d. 318. & seqq. Forma. d. 323. & seqq. Vsus. Dist. 1. n. 5. & d. 315. 316. Modi argumentandi. d. 411. & seqq.
Argumentum. Quid d. 93. 267. Vnde. d. 3861. Vsus. d. 4237.
Argumentum in iudicijs. Quid. d. 5276.
Aridtas. Quid. d. 1527.
Aridum. Quid. d. 1431.
Aries. Proprietates. def. 1570.
Arietis principium. Quid. d. 2420.
Aristocratia. Quid. d. 5202.
Arithmetica. Quid. d. 2321. Obiectum. dist. 5. n. 7.

Vsus. dist. 5. n. 19.
Arithmetica practica. Quid. dist. 5. n. 16.
Arma. Quid. d. 5420.
Armentū. Genera. d. 1562.
Arrogantia. Fuga. d. 4472.
Arrogare. Quid. d. 5331.
Ars. Quid. d. 1936. 1939. Principium. d. 1937.
Artaba. Quid. d. 2852.
Artes. Vsus. d. 3804. 4913.
Artificiale. Quid. d. 502.
Aſcendens ſemicirculus. Quid. d. 2417.
Aſpectus diuerſitatis. Quid. d. 2452. 2455.
Aſſaron. Quid. d. 2854.
Aſſatio. Quid. d. 1362.
Aſſis. Quid. d. 2802. 2884.
Aſſumptum. 267.
Aſteriſmus. Quid. d. 2460.
Aſtrolabium. Quid, vſus. d. 2797.
Aſtrologia, ſeu Aſtronomia. Quid. dist. 5. n. 8. & def. 2593. Obiectum. dist. 5. n. 8. Vſus. dist. 5. n. 20. & def. 2395. & ſeqq. Aſtronomia practica, ſeu Iudiciaria. d. 2394.
Attentio. Modus. d. 3743. Effecta. d. 3743.
Attributio. Quid. d. 131. 2968.
Attritio. Quid. d. 5280.
Auaritia. Fuga. d. 4627. 4876. 5075. & ſeqq. Effecta. d. 4190. 4344. v. *Cupiditas*.
Auctor. Quis. d. 4232.
Auctoritas. Quid. d. 180. Modus argum. ab auctoritate. d. 452. 453. 454. Proprietates. d. 3959.
Audacia. Actiones. d. 4194.
Auditus. Obiectū. d. 1736. Inſtrumenta. def. 1735. 1752. Vſus. def. 1662. Actus. d. 1735.
Augmentatio. Quid. Dist. 2. n. 26. & d. 930. & ſeqq. 1027. 1028. 1480. 1509. Proprietates. d. 1029. & ſeqq. 1510.
Aures. Partes. d. 1752. Vſus. d. 1752.
Aureus. Quid. d. 2826.
Aux, Augis oppoſitū. Quid. d. 2448.
Auxilia diuina. Vſus. def. 4147.
Auxilia externa. Vſus. def. 4294. 4295. 4296. 4298. 4464. 4885.
Auxilium animarum. Quid. d. 4187. Proſecutio. d. 4187. & ſeqq. Impedimenta. def. 4188. 4190.

4190. 4191. Effecta. def. 5049.
Axioma. Quid. d. 2086.
Axis. Quid. d. 2273. 2276. 2402.
Axis mundi. d. 2406.

B

Baculus instrumētum. Vsus. d. 2794.
Baptismus. Necessitas. d. 4680. Minister. def. 4578. 4579. 4678. 4685. Effecta. d. 4320. Suscipientes. d. 4676. 4677. 4682. & seqq. Dispositio. d. 4681. Ritus. def. 4679.
Basis. Quid. d. 2274. 2277.
Batus. Quid. d. 2848.
Beatitudo. v. *Felicitas*.
Beatus. Cognitio. d. 2079. 3208.
Bellū. Præparatio. d. 3805. 4324. Fuga. def. 4478. 4812. Prosecutio. d. 4482 Tempus. d. 4560.
Benedictio. Quid. d. 5212. Actiones. d. 5056.
Beneficium. Quot modis dicatur. d. 5305. & seqq.
Beneficium ecclesiasticum. Quibus conferendum. d. 3631. 4612. 4846. Ratio conferendi. d. 4621. Vsus. d. 4846.
Beneficium Principum. Vsus. d. 5079. 5080.
Beneplacitum diuinum. Quid. d. 3543.
Bene viuere. Quid. d. 3705.
Beneuolentia. Quid. def. 4377. Actiones. d. 4377.
Bes, Bessis. Quid. d. 2884.
Bigamia. Quid, Quotuplex. d. 5251.
Bitumen. Quid. d. 1342. Effecta. d. 1340.
Blasphemia. Actiones. d. 4532.
Bona communia. Vsus. d. 4818. 4822. 4850. & seqq.
Bona defunctorum. Vsus. d. 3941.
Bona ecclesiastica. Procuratio. d. 4615. Vsus. d. 4619.
Bona fides. Quid. d. 5451. Actiones. d. 3955. Effecta. d. 3956. 4973.
Bona nostra. Quæ. d. 5441.
Bona opera. Quæ. d. 3697. Finis. d. 3717.
Bona temporalia. Vsus. d. 4619. & seqq. custodia. d. 4848. 4849.
Bonitas. Quid. d. 3066. v. *Bonum*.

Bonum. Quid.d.691.1979. & dist.6.n.8. & d.3059. & seqq. 5447. Quotuplex. d.693. 3067. & dist.7.n.8. Bonum honestum. d.3068. 3070. Bonum vtile. d.3069. Bonum iucundum. def. 3070. Bonum per essentiam.d.3061, Bonũ morale. d.3072.3073. Proprietates. d.3074.3075.

Bonum commune. Intendendum. d.3713.3714. 4345.4778.4889.4890. 4894. Conseruandum. d.4882.

Bonum proprium. Fuga. d.4821. 4890. Effecta. d.3713. Custodia. def. 4848.

Branchiæ. Effecta.d.1520. 1521.

C

Cabus. Quid.d.2855.

Cadus. Quid. def. 2844.

Caligo. Quid.d.1256.1257.

Calor. Quid.d.1171. Causæ. d.1714. effecta. def. 1172.1173.1179.1346. 1351. 1368. & seqq. 1502,1508. 1691.1757. 1759.1769.

Calumnia, Quid. d.5248. Actiones. d.3896.3914.

Calx. Materia. d.2761. Vsus. d.2762.

Cambium. Effecta.d.4970.

Canon. Quid. d.5209.

Caph. Quid. d.2846.

Capitalis causa. Quid.def. 5450.

Capitis diminutio. Quid. d.5338. Genera. def. 5339.& seqq.

Capræsaltantes. Quid.def. 1213.

Carbonabile. Quid.d.1419.

Caro. Quid.d.1861. Vsus. d.1861.

Castitas. Remedia.d.5027. 5048.

Castor, & Pollux. Quid. d.1221.

Casus. Quid. d.500.623. 658.659. Effecta.d.660. & seqq.

Casus fortuitus, Quid.def. 5474.

Casus planetæ. Quid. def. 2519.

Catalogus. Materia.dist.7. n.15.& d.3776.& seqq. Vsus. dist.7. n.15. & d. 3776.& seqq.4119.4644

Categoremata. Vox categorematica,syncategorem. d.39.

d.39. 40. Categorica propositio. d.335. categorematicè infinitum. d.864.
Catbetus. Quid d.2652.
Caualleria. Leges. d.4452.
Causæ. Quid. d.508.722. Quotuplex. d.195, & Dist.2. n.4. & seqq. & d.721.722. Proprietates. d.770.786. & seqq.
Causa in iudicijs. Quid. d.5273.
Causa libera. d.620.643. & seqq. v. *Liberè arbit.*
Causa naturalis. d.621.
Causa necessaria. d.616. 617.618.642.
Causa per se. d.516. 517. 518. Per accidens. def. 657.658.
Causalis prop. d.346.
Causa partialis. d.614.615.
Causalitas, Causatio. Quid. d.696.699.700. & seqq. 718.719. Principium. d.697. 703. 704. 705. 706. Genera. d.701. & seqq.
Causa prima. An sit. d.640. 641. Quid d.605.1048. Effecta d.631.644.707. Proprietates. def.773. 791.
Causa secunda. Quid. def. 606. Effecta. d.627.631. 708. Proprietates. def. 709. 791. Principium. d.710.
Causa vniuoca, & æquiuoca. d.607.508.
Cautio. Quid, d.3759. Actiones. d.3759. & seqq.3766.
Cedere. Quid. d.5355.
Celeritas. v. *Solicitudo*.
Censura Eccl. Quid. d. 5232. Effecta. d.4599.
Census. Quid. def.5477. 5478. Cui soluendus. d.4861.4866.
Centrum circuli. Quid. d.2103.2297. Vbi. def. 2177.
Centrum grauitatis. Quid. d.2304.
Centrum magnitudinis. Quid. d.2303.
Centrum mundi. Quod. d.1193. & seqq.
Centrum sphæræ. Quod. d.2401.
Cerebrum. Vsus. d.1672. 1805.1807.1834.
Certitudo. Quid. d.251. Quotuplex. d.252.253. 254. Proprietates, def. 3977. Actiones. d.4201.

Cessatio à diuinis. Quid. d.5230.
Chalcus. Quid.d.2817.
Character. Quid.d.5285.
Charitas, v.*Amor in Deū, in homines*. *Amicitia diuina*.
Chœnix. Quid. d.2845.
Christus. Quid. d.3571. 3572.Proprietates, seu Idiomata.d.3572.3573 Prædicata,seu Nomina. d.3571. & seqq. Vsus. d.4266.v.*Imitatio Christi*.
Chum. Quid. d.2845.
Cibus. Effecta. d.1834.
Cifra. Quid.d.2376.
Circulus. Quid. d.2102. Proprietates. d.2155. & seqq. 2168. 2169. 2172.2174.2292.2300. 2548.2551.
Circulus lacteus. Quid. d.1203.1204.
Circumferentia. v. *Peripheria*.
Circuminsessio in diuinis. Quid. d.3533.
Circumscribi figuram. Quid. d.2286.
Circumstantia. Quid.def. 164.5156. Quot.d.164. & seq.3754. Vsus. def. 3754.3929.
Citationes. Auctores. Procem. n. 7. Vsus. Procem.n.7.
Ciuis. Quid.d.5199. Qualis. def.4899. & seqq. 4903.4910. Officia inter ciues. v.*Amicitia inter ciues*. Officia in Remp. d. 4810. 4867. Officia principis in ciues, seu subditos.v.*Principes*. *Politia*, *Regimen*. ciuili institutio.d.4910. 4914.& seqq.
Ciuitas. Quid.d.5186.
Clementia. Actiones.def. 4127.Effecta. d.4356.
Clerici. Quid.d.5213.Genera. d.5213. Quales. d.5093. Actiones. def. 4614. 4616. & seqq. 5096.5097.Studia. def. 3660.3661.Iudicia. def. 3931. 3932. Habitus. d.5098.5099. v.*Clerus*. & *Ministri*.
Clerus. Institutio.d.3642. 3643.3656.3657. Vita. def. 4575. 4623. 4624. 4921. Doctrina.d.3642. 3643. Officium.d.3642. Exercitatio. def.3642. 3643. & seqq. Cautiones.

nes. d.4624.v.*Clerici*.
Clima. Quid.d.2539.
Cochlear. Quid.d.2839.
Codicillum. Quid.d.5392.
Cœlum. Quid.d.1124.& seqq. Partes. dist.3.n.2. & d.1124.1132.1136. & seqq.2446. Quot cœli.d.1153.2431.& seqq. Proprietates. d.1128. & seqq.1145. & seqq. 2683. Motus. d.1085. 1133. 1140. & seqq. 2433. & seqq. Locus. d.1137. 1138. Effecta. d.1149.1150. v.*Sphæræ celestes*.
Cœnobia. Vsus d.4575.
Cogitatio. Materia.d.4419. Fuga. d.4251.4419.
Cognatio spiritualis. Quid. d.5241. Effecta. d.4742. 5241.
Cognatus. Quis. d.5337.
Cognitio. Quid. d.3.4.& dist.4. n.8. & d.1447. 1448. & seqq.1458. & seqq.1468.1469.3740. 4304. Genera. d.1467. Obiectũ. d.1456.1457. Prosecutio. def. 4499. Principium. dist.2. n.1. & dist.4.n.7.10. & def. 2046. & seqq. & dist.5. n.17. & d.2971.2972. 2973. Proprietates. def. 1986. 1987. 3038. & seqq.3053.& seqq.3166 2623. Modus, Medium, & instrumenta ad cognoscendum. Dist.1.per totum. & dist.4. n.7.& d.2070.& seqq.& dist.5 n.18. & d.2391. 2392. 2395. & dist.6. n.1. 16. 17. & d.3099. 3159. & dist.7.n.12. Effecta. dist. 4. n.9. & d.1460.3732. Cognitio intellectiua. v. *Intellectio*. Cognitio intuitiua.d.11.1455.1913 1971. Cognitio abstractiua. d.11.1457.1462. Comprehensiua. d.12. 1462.1469.1913.1977. 2080. Confusa.d.1913. Demonstratiua. d.14. Scientifica.d.2064. Definitiua,& quidditatiua. def.13. Absoluta. d.15. Comparatiua.d.16. Directa. d.17. & dist.4. n.10. Reflexa. d.18. & dist.4. n.10. Cognitio diuina. v. *Deus*. Cognitio per essentiã.d.2070. per speciem. def.2071. 2072. per modum cogno-

gnoscentis. d.2073. Secundum modum rei cognitæ.d.2074. Vespertina.d.2078. Matutina. d.2079.

*Cognitionẽ dirigere.*d.288.

Cognoscere totum, totaliter. d.257.258.

Collatio. Materia. dist. 7. n.14. & d.4030.4164. Vsus.dist.7.n.14.& def. 3589.3594.3637.3645. 4030 4128.4164. Modus . def. 3794. 4128. v.*Consultatio.*

Collectiuum. Quid.d.66.

Colloquia de diuinis. Effecta. d.3733.3749.4305. 4427.

Colloquia familiaria. Materia . def. 3622. 3689. 3748. 3749. Effecta. d. 3689.4999.

Colluſio. Quid. def.5268. Effecta. d.3962.

Color. Quid.d.1223.1701. Causæ. d.1266. Effecta. d.1700. Significatio. d. 1655.

Colores apparentes. Quid. d.1222. & seqq. 1239. 1241. 1242.1249.1696. 2623.2624. Causæ. def. 2690.

Coluri Quid.d.2422.2423

Combuſtile, incombuſtile. Quid, quodve. d.1407. 1408.

Cometa. Quid. d. 1205. Causa . d.1206. Locus. d.1207. Motus.d.1208. Effecta. d.1209.

Comitantia. Quid.d.166.

Comma. Quid.d.2699.

Commensurabile. Quid . d.2191.2244. Proprietates. d.2255.

Commercium. Effecta.def. 4480. Cautiones . def. 4481.5026. v.*Societas.*

Commodatum. Ratio. d. 5399.

Commodum. Effecta.def. 3951.4197.

Commune. Quot modis. d.5351.5352.

Communicatiuum. Quid. d.3063.3065.

Comparatio. Quid.d.16.

Compassio. Actiones. def. 4341.

Compositio. Quid. Dist.1. n.2. & def. 477. 2348. Quotuplex. Dist.1 n.4. & d.29. Compositionis fallacia, def. 477. 479. Compositio rationis. d. 2217.2236. Compositio pro-

proportionis. d.2553.
Compositio, pactio. Quid. d.5261.
Compositū naturale. Quid. d.531.579.581.582.583 591. Quotuplex d.580. Proprietates. def.572. Partes. d.585.586.587. 588.589.1877. Principium.d.1882.
Comprehensio. Quid.d.12. 2594.
Concauum. Quid. def. 2546.
Concētricus globus. Quid. d.2447.
Conceptus mentis. Quid. d.7.8. Vsus.dist.5.n.22. 23. Conceptus formalis.d.7. Obiectiuus d.8. 92.544.§.6. Vltimatus, non vltim. d.37.
Concessiones. Proprietates. d.3949.
Concilia. Quid.5211. Auctoritas. d.3802. Vsus. d.3801.
Concio. vide *Prædicatio sacra*.
Conclusio. 267.
Concoctio. Quid, causæ, adiuncta. d.1355.1356. Locus. d. 1503. 1504. 1505.
Concordia. Actiones.d.3808
Concretio. Causæ. d.1368. & seqq.
Concretum. Quid.d.133. 2958. Proprietates.def. 1428. Significatio nominis concreti. d.3485.
Concupiscentia. Effecta. dist.7. nu.2. & d.3694. 3695. 3713. Remedia. dist.7. n.7.
Concupiscibilis appetitus. Quid. d.1845. Vsus. d. 1845. Proprietates. d. 1846.
Condemnatio. In quem. def. 3906. 3964. 4418. Præcepta.d.3865. v. *ludicium*.
Condensatio. Quid.d.937. Principium. d.1037.
Conditio. Quid.d.5398.
Conditio. Quid. d.1898.
Conditionalis prop. d.346.
Conditiones appositæ. Vsus. d.3942.4759 & seqq.
Conditio, sine qua non. d.612.
Conductio. Quid. d.5407.
Confessio. Quid. d. 3862. Effecta. d.3883. Actiones. d.3912.4014.
Confessio Fidei. Actiones. d.4438.

Con-

Confessio sacramentalis. Actiones. d. 4703. 4714.
Confirmationis Sacramentum. Minister. d. 4689. Effecta. d. 4688.
Confusum. Quid. d. 2965. 3564.
Congelatio. Causæ. d. 1271.
Congius. Quid. d. 2814. 2833.
Congregationes. Pro Missionibus. d. 3650. Pro doctrina Christiana. d. 3656. Pro legum observantia. d. 3799. Pro agendis. d. 3800. 3801. Pro Religione. d. 3801. Regulæ. d. 4277. v. *Consultatio*.
Coniectura. Vsus. d. 3757.
Coniugata. Quid. d. 162.
Coniūctionis vsus. d. 5431. 5433.
Coniux. Quid. d. 5252.
Connotatiuum, *Connotatum*. Quid. d. 140. 3173. 3174. 3176. 3191.
Consanguinitas. Quid. def. 4738. 5236. Linea. def. 5237. Gradus. d. 5238.
Conscientia. Quid. d. 1953. Adiuncta. d. 3716. Quibus aperienda. d. 3768. 4365.
Consecratio. Subiecta. def. 4561. Modus. d. 4570.
Consensus. Quid. d. 1985. Actiones. d. 4013.
Consentanea. Quid. d. 169.
Consequens. Quid. d. 267.
Consequenter. d. 3345.
Consequentia. Quid. def. 268. 269. Quotuplex. d. 362. 363. 364. Proprietates. d. 365. & seqq.
Consequentis fallacia. d. 485.
Conseruatio. Quid. d. 905. 947. 948. 949. Principiū. d. 950. 951. & seqq.
Consideratio. Vsus. d. 3756 3778. 4652. 4653.
Cōsiliarij. Quales. d. 3789. 3813. Vsus. def. 3786. 3787. 3814. 4351. Actiones. def. 3806. & seqq. Præcepta. d. 4115. 4298.
Consilium. Quid. d. 2063. Modus. d. 3828. Materia. d. 3827. Vsus. d. 3767 3768. 3821. & seqq. 4373. 4464. Effecta. d. 3938.
Consilium Dei. Quid. def. 3548.
Consistentia. Quæ sint. def. 1426.
Consonantia. Quid. def. 2694.

2694. Genera. d.2715. 2716. Materia. d.2729.
Consortium. v. *Conuentus. Societas. Colloquia*.
Constantia. Actiones. def. 4012. 4201. 4208. 4281. 4647. 4649. 5015. & seqq.
Cõstellatio. Quid. d. 2460.
Consuetudo. Quid. d. 4274. 5181. Effecta. d. 1616. 4170. 4274. 4278.
Consultatio. Modus. def. 3794. Materia. d. 3785. 3787. 3788. 3791. 3792. 3793. 3803. & seqq. Actiones. d. 3767. 3768. 3785. 3787. Adiuncta. d. 3806. & seqq. v. *Inquisitio. Deliberatio. Congregationes*.
Contemplatio. Quid. def. 3710. 3724. 3732. Modus. d. 3725. 3735. 3740. Media. dist. 7. à n. 2. & d. 3642. 3731. & seqq. Subiectum. def. 3728. 3729. Vsus. dist. 7. n. 1. & def. 3686. 3687. 3710. 3724. & seqq. 4544. Actiones. def. 3124. & seqq. Effecta. d. 4997. 5049. Tempus. d. 3726. & seqq. 3744. 3446. Locus. d. 3730.
Contemptus. Effecta. def. 4473.
Contentio. Fuga. d. 4405. 4408.
Contiguum. Quid. d 3347.
Contingens. Quid. d. 240. 321. 2944.
Continuum. Quid. d. 796. 3139. 3344. Genera. d. 3141. 3349.
Contractus. Quid. d. 5427. Quot modis dicatur. d. 5480. & seqq. Leges, & præcepta. def. 4954. & seqq. Quasi contractus. d. 5411.
Contradictoria. Quid. def. 154. 218. 1999.
Contrapositio. d. 226.
Contraria. Quid. def. 219. 1073. 3155. Genera. d. 2054. Quot modis dicantur. d. 3305. & seqq. Subiectum. def. 999. & seqq. 1074. 1075. 3124. 3126. 3146. 3155. 3311.
Contrariæ opinionis fallacia. d. 489.
Contritio. Quid. d. 5279.
Contumacia. Pœna. def. 3876.
Contumelia. Actiones. def. 4336.

Conueniens. Quid.d 1824.
Conuentus, Congressus. Quorũ fugiẽdus.d.4157
Conuersa, Conuertens. Quid. d.223.
Conuersio. Quid d.941.
Conuersio propositi. Quid. d.223.Quotuplex. def. 224.& seqq.
Conuersio rationis. Quid. d.2219.
Conuertentia. Quid.def. 3355.
Conuexum. Quid.d.2545.
Conuictus. Plectendus. d.3883.
Conum. Quid. d.2272. Partes. d.2273. 2274. Genera. d.2272. Proprietates. d.2278.
Copula Propositionis. Quid. Procem. n.6. & d.70.71.268.
Copulatiua Prop. d.347. 352.
Cor. Vsus.d.1673.
Corona. Quid. d.1222. v. *Area.*
Corporis membra. Vsus. d.4291.
Corporis vires. Vsus.def. 3744. & seqq. 5063.& seqq.
Corpus. Quid.d.505.3105. 3348.
Corpus naturale. Principia, & causæ. Dist.2.à nu.4. Genera. Dist.2. n.10.& seqq. & Dist.3. n.1.& seqq. Proprietates. Dist.2.à n.13.
Correctio. Actiones. def. 3981.3982.4287.4299. 4818.
Correctio fraterna. Materia. d.3890.3891. Modus.d.3701.3796.3826. 4243. 4245. & seqq. 4287.5033. Effecta. d.3700. Finis. d.4287.
Correlatiuum. Quid def. 3167.3365. Proprietates. d.3169.
Corruptibile Quot modis dicatur.d.3433.
Corruptio. Quid. d.924. 925. Causæ. d. 1508. 1512.& seqq 1527.1658.
Corus. Quid. d.2849.
Cotylarus. Quid. d.2843.
Cotylis. Quid. d.2836.
Crassum. Effecta.d.1429.
Creatio. Quid.Dist.2.n.16 & d.919.3242. Principium. d.957.958.959. 1881.3242.An sit.d.960 Proprietates. d. 961. 962. 963.

Creaturæ. Vſus.d.3625.
Credulitas. Vſus.d.3762. 3829.4389.4416.
Cruditas. Quid. d.1357.
Cubilia ſtructuræ. Quid. d.2765.
Cubitus menſura. d.2864. & ſeqq.
Cubum. Quid. d.2279. 2340. Principium. def. 2365. & ſeqq.
Culleus. Quid. d.2835.
Culpa. Quid.d.3088.3093 4965.5470. Modus eam tollendi. d.3093.4130. 4131. Culpa lata. def. 5467.
Cultus diuinus. Diligentia. d.4789.4831. Actiones.d.3711.4509.4510. & ſeqq. Modus. d.4543. 4548.4550. Locus. def. 4547.
Cupiditas. Effecta.d.3694. 3734.4199.4344. Cautiones. d.4574. 4634. 4875.4876. Remedia. d. 4199. 4575. 4795. 4825.4859. 4901.4905.
Cura. Circa quæ. d.4133. 4134.4162.4163.4188. 4209.4438. v. *Princeps*.
Cura animarum. Qui præficiendi. d. 4606. v. *Epiſcopus Miniſtri*.
Curæ anxiæ. Effecta. def. 3693.3736. 3795.4209. Remedia.d.3736.3795. 4163.5014. Principiũ. d.3987.
Curæ temporales. Quid. d.5197. Fugæ. d.4586. 4637. Effecta. d.3632.
Curator. Quis. d.5345.
Curioſitas. Cauenda.def. 3614.3639.3775.3831. 4163.4530.5119.
Cyathus. Quid.d.2833.
Cylindrum. Quid.d.2275. Partes. d.2276. 2277. Proprietates. d.2278.
Cylindrum inſtrumẽtum. Vſus.d.2794.

D

Daemones. Effecta. d.1968.1969.
Damnum. Fuga. d.4495. Effecta.d.4967.& ſeqq.
Dare. Quid.d 5446.
Dari Perſonam diuinam. Quid. d 3535.
Debitor. Actiones.d.3909. 4494.
Deceptio. Cauſæ. d.2463. 2596. 2607. & ſeqq. 2635.2679 & ſeqq.
Decimæ. Exhibitio.d.4511.
Declamatio. Vſus.d.4030.

Declinatio astrorū. Quid. d.2516.
Decorum. Quid. d.2750. 5194.
Decretio. Quid, causæ. d.1508.
Defensio. Quid. d.5358. Vsus d.3903.
Definitio. Quid. Procem. n.6. & Dist.1. n.2. & d. 13.51.53.298.407. Principium. Dist.1. n.6. & d.304. Materia Procem. n.6. Quotuplex. Procem. n.6.7. & d.54.55.56.57. Proprietates. d.299. & seqq. Vsus. Procem. n.9. & d.297. & seqq.
Definitum. Quid. d.305.
Degradatio. Quid. d.5231. 5293.
De inesse. Quid. d.234.
Deipara. Colenda. d.4549.
Delatio. Vsus. d.3830.
Delectatio. Principium. d.3070. Effecta. d.3713. Vsus. d.4293.5037. Fuga, & Remedia. d.5043. & seqq. 5062. v. *Voluptas.*
Delegatus. Potestas. d.4093
Deliberatio. Actiones. def. 3752. & seqq. per totū c.5. Præparatio. d.3771. Vsus. d.4084.
Deliciæ. Vsus. def. 4886. 5066.
Demensum. Quid. d.2847.
Democratia. Quid. d.5206.
Demonstratio. Quid. def. 389. Quotuplex. d.390. 391. Effectus. d.394.
Denarius. Quid. d.2811. 2812.
Denominatio. Quid. d.19. 2953. Quotuplex. d.20. 21. 2954. 3014. 3073. Subiectū. d.2951. 2952. Denominatio rationis. d.2955.
Denominator. Quid. def. 2202. 2235. 2386. 2552.
Densatile, indensatile. Quid, quodve. d.1405. 1406.
Densum. Quid. d.1034.
Denunciatio. Vsus. d.4882.
Dependentia. Quid. d.696. 698. 699. 700. 2968. Principium. d.697. 750. & seqq.
Depositio. Quid. d.5293. Qui deponendus. def. 4036. 4301. 4302. 4604. 4613. 4872. Vsus. def. 4883. 4884. 4895.
Depositum. Ratio. d.5400.
Descendens semicirculus. Quid. d.2418.

Descriptio. Quid. d. 56.
Desertus locus. Quid. def. 3294.
Desitio. Quid. d 896. 927. Quotuplex. d. 899. 900. Principium. d. 942. 943. 944. 973 1083. 1084. Subiectum. d 896. Desitionis modi. d. 915. 916.
Desolatio animi. Remedia. d. 3773.
Determinatum. Quid. d. 67
Detractio. Actiones. def. 4049. 4050. Cauenda. d. 4367. 4410. 4412. Effecta. d. 4410.
Deuotio. Actiones d. 4535. 4536. Conseruanda. d. 3646
Deus. Ens à se. d. 2895. 3198. 3510. Ens summum. d. 2933. 3193. Primum principium. d. 2937. 3004. Infinitus. dist. 4. n. 5. & dist. 6. n. 10. & d. 3200. Vnus. d. 1118. 3194. 3200. 3491 Immensus, vbique. def. 848. 1878. 3491. Æternus. d. 1878. Intelligentia infinita. d. 3196. 3197 3201. Subsistens. d. 3499. Simplex. d. 3213. 3214. Inuisibilis. d. 3491. Immortalis. d. 3491. Finis omnium. d. 3666. 3706. Existentia. d. 2937. Ratio essentiæ diuinæ. def. 2937. 3196. 3197. & seqq. 3221. & seqq. Effecta. d. 2005. 3228. 3242. 3343. Attributa. d. 3215. 3216. 3217. 3494. Symbola Dei. Procem. n. 10. Ratio Nominũ diuinorum. d. 3485. & seqq. Cognitio diuina. Quid efficiat. dist. 4. n. 9. Cognitionis diuinæ obiectum. d. 3202. & seqq. 3211. & seqq. 3538. 3539 3540. Species Dei. def. 1453. 1972. Cognitio de Deo. d. 2395. 3195. & dist. 7. n. 12. & à def. 3579. per totum cap. 1. 4304. Potentia diuina. d. 3209. 3219. 3220. Voluntas, & Amor. d. 3218. 3226. & seqq. Personæ. d. 3222. & seqq. 3239. Relationes. d. 3222. & seqq. 3238. 3239. Origenes. d. 3229. & seqq.
Deunx. Quid. d. 2884.
Dextans. Quid. d. 2884.
Dextrum. Quid. d. 1086. 2529.

Dialectica. Quid. Procem. n.4.& dist.1.n.1.& d.1. Materia. Procem.n.6.8. & dist. 1. per totum. Dialecticus syllogism⁹. d.395. Dialecticæ œconomia. Dist.1. per totũ.
Diameter. Quid. d.2104. 2176.2403.
Diameter visualis. Quid. d.2652.
Diapason. Quid. d.2719. & seqq. 2728.
Diapente. Quid. d.2718. 2725.2727.
Diaphanum. Quid.d.1703 2555. Subiectũ.d.2683. Vius.d.1700.1702.1711. 1716.Cognitio.d.2622.
Diaschisma. Quid.d.2701.
Diatessaron. Quid.d.2717. 2724.2726.2727.
Dicere. Quid. 3522.
Dictum, Dici. Quid.d.81. 233.
Didrachma. Quid.d.2827. 2828.
Dies artificialis. Quid.def. 2511.2523.2888.Horæ. d.2536.
Dies naturalis. Quid. def. 2522.
Diesis. Quid. d.2697.
Differentia. Quid. d.108. 546.& dist.6.n.16. & d. 3016.3159.Quotuplex. d.109. & seqq. Modus prædicationis. d.3159. Significatio. d.3556.
Differre. Quid, quot modis. d. 115. 116.3020. 3296.3297.
Difficultas. Effecta.d.3999 Remedia. d.4213.
*Digitus mensura.*d.2860.
Dignitas. Quot modis dicatur. d.5289.& seqq.
Dignitates. Cui conferendæ.d.4868.
Dignus. Quis. def.4038. 4040.& seqq.4871.
Diligentia. Materia.d.4151. Actiones.d.3887.4108. Remedia.def.4110. & seqq.4215. Modus.def. 4147. v. *Executio.*
Diminutio. Quid. d.215. & d.935.
Dioptrica. Quid. dist. 5. n.14.
Dipondium. Quid.d.2803.
Directile. Quid. d.1382.
Directum. Quid. d.2587. & seqq.
Disciplina. Quid. d.2069. v. *Doctrina.*
Discordia. Fuga. d.3796. 4413.Remedia.d.3834. 4460.

4460. Effecta. d. 4443.
Discrepans. Quid. d. 3560.
Discretum. Quid. d. 797. 3139.
Discursus actus intellectus. Quid. d. 30. 1919. Finis. d. 1921.
Disiunctionis vsus. d. 5432. 5433.
Disiunctiua prop. d. 348.
Disparatum. Quid. d. 3303
Disparitas. Quid. d. 3559.
Dispensatio. Quid. d. 5178. 5282. 5283. Vsus. d. 4102. 4282. 4283.
Dispositio. Quid. d. 2743. 3150. 3380. & seqq.
Dissentanea. Quid. d. 170.
Dissimilia. Quid. d. 179. 3158. 3299.
Dissimulatio. Actiones. d. 4243. 4409. 4462.
Dissonantia. Quid. d. 2695.
Distantia. Effecta. d. 712. 713. 714. Proprietates. d. 2158. Cognitio. def. 2600. & seqq. Modus distantiæ cognoscendæ. d. 2530.
Distinctio. Quid. d. 3018. 3023. Significatio. def. 3557. Genera. def. 711. 715. 3024. & seqq. Vsus. dist. 6. n. 12. Distinctio realis. d. 3026. Modalis. d. 3027. 3485. Rationis. d. 3032. & seqq. 3036. 3037. 3098. 3196. 3485. Formalis. d. 3035. Effecta. d. 3098.
Distinctum. Quid. d. 3018.
Distributio. Quid. d. 2751.
Ditonum. Quid. d. 2713. 2723.
Diuersum. Quid. d. 3019. 3295.
Diuersum genere. Quid. d. 3472.
Diuersum specie. Quot modis dicatur. d. 3312. & seqq.
Diuinatio. Actiones. def. 4529. & seqq.
Diuisio. Quid. Dist. 1. n. 3. & d. 29. 52. 58. Quid significet. d. 3558. Quotuplex. def. 308. & seqq. Partes. d. 307. Principium. Dist. 1. n. 6. Proprietates. d. 312. & seqq. Diuisionis fallacia. def. 478. 479. Diuisū. Quid. d. 306. Diuisio rationis. Quid. d. 2218.
Diuisio arithmetica. Quid. d. 2381.
Diuisio continui. Effecta. d. 1690. 1783. 1784.

Diuisor, seu Diuidens. Quid. d.2382.
Diuitiæ. Vsus.d.4790.
Diuortium. Quid.d.5255.
Docilitas. Quid. d.4353. Actiones.d.3814.3815. 4353.4805.4806. Effecta. d.4024.
Doctores, ac Magistri. Quales. d.3629.4212.
Doctrina. Principium. d. 266. Media.dist.7. n.2. & def. 3627. & seqq. 3803. Prosequenda. d. 4212.4434. Fugienda. d.4212. Doctrina practica. dist.7. n. 9. Vsus doctrinarum naturaliũ. v. *Physica, Metaph. Mathem. Moralis.* & def. 3614. Doctrina Christiana. Scholæ. def. 3590. Modus.3591.
Doctrina sacra. Quid. Procem.n.1. Finis. dist. 7.nu.10. Media. dist.7. n.10. v. *Fides Christiana.*
Dodranx. Quid.d.2884.
Dolor. Quid.d.1690. Causæ. d.1784. 1794.1819. Genera. d.1785. Effecta.d.1787. Subiectum. d.1788. Vsus.d.4143.
Dolus. Quid.d.5297.5470. Actiones.d.3874.4491. Remedia.d.3969.4055. Effecta. d.4490.
Dominium. Quot modis. d.5370.& seqq.
Domus planetarum. Quid. d.2517.
Dona. Quid.d.5468. Effecta. d.4313. Vsus. def. 4465.5077.5078.
Donatio. Quid. def.5380. Mortis causa. d. 5381. Inter viuos. d.5382.
Dos. Quid.d.5267.
Drachma. Quid.d.1809. 2816.2828.
Draco volans. Quid. def. 1220.
Dubium. Quid agendum re dubia. d.3836.3859. 3860.3868.3939.3960. 4297.
Ductile. Quid. d.1399.
Duellæ. Quid. d.2808.
Duellum. Cauendum.def. 4450. Leges.d.4452.
Duodecædrum. Quid.def. 2282.
Duratio. Quid.def.1092. 1093.3183. Genera. d. 1094.& seqq.3184.
Durum. Quid def.1364. 1365. Subiectum.1367.

E

Ecclesia. Auctoritas, & potestas. def. 4730. 4733. Conseruatio. d. 3801. v. *Hierarchia Ecclesiastica*.
Echo. Quid. d. 1748.
Eclipsis. Quid. d. 2520. Quando. d. 2540. 2541.
Ecliptica. Quid. d. 2414. 2520. Vsus. d. 2513. 2515
Edicta. Vsus. d. 4123.
Eductio. Quid. Dist. 2. n. 26
Effatum. Quid. d. 2086.
Effecta. Quid. vid. *Causalitas*. Principia. d. 750. & seqq. vid. *Causa*. Genera. d. 209. Proprietates. def. 724. & seqq. & 760. & seqq. Vsus. def. 2047.
Efficiens. An sit. Dist. 2. n. 7. Quid. d. 203. 593. 626. Genera. d. 204. & seqq. & d. 594. 595. 597. 599. & seqq. Effecta. d. 706. 767. 768. 769. Proprietates. d. 711. & seqq. & 745. & seqq. 774. & seqq. Causa efficiens physica. d. 597. Causa moralis. d. 598.
Electio. Quid. d. 1985. 3973 Materia. d. 3979. 3996. & seqq. 4007. 4009. & seqq. 4015. 4016. Præparatio. d. 3980. 3988. 3995. 4003. Finis. def. 678. 3978. 3989. Regula. d. 3974. Modus. def. 3992. & seqq. Præcepta. d. 3975. & seqq. per totum c. 7. Actiones. def. 3909. 3973. & seqq. per totum c. 7. Tempus. 4005. 4006. 4008. & seqq. Proprietates. def. 3975. 4011. 4012. Cautiones. d. 3983. & seqq. 3990. 3991. 4003.
Electio ad regimen. Præcepta. d. 4046. & seqq. Quis eligendus. d. 4017. & seqq. A quo. d. 4032. 4054. Cautiones. def. 4044. 4045. 4052. 4055. Modus. 4046. & seqq. 4054. & seqq. Adiuncta. d. 4028. & seqq. 4039. 4047. & seqq. 4053. 4058. & seqq.
Electus. Qualis. 4017. & seqq. 4035. Officia. def. 4033. 4034. Depositio. d. 4036.
Elementa. Quid. dist. 3. n. 3. & d. 1155. Quot. d. 1158. Partes. d. 1156. 1157.

1157. Proprietates. dist. 3. n. 3. & d. 1159. & seqq. Effecta. dist. 3. n. 4. & d. 1186. & seqq.
Elementum. Quid. d. 509 2087.
Elenchus. 462. 463.
Eleuatio. Quid. d. 3345.
Elixatio. Quid. d. 1360. Subiectum. d. 1361.
Elohim. Quid significet. d. 3511.
Emanatio. Quid d. 1016
Emancipare. Quid. d. 5333
Eminenter. Quid. d. 3420.
Emphyteusis. Ratio. d. 5408
Emptio. Ratio. d. 5406.
Empyreum cœlum. d. 1153. 1154. Magnitudo d. 2507
Ens. Quot modis dicatur. d. 551. 552. 2891. & seqq. 3263. 3287. 3510.
Ens ab alio. Quid. d. 2896.
Ens abstractum. Quid. dist. 6. n. 4. 11. & d. 2963. & seqq. 3100. Genera. dist. 6. nu. 10. & seqq. 2956. 2957. 3096. 3097. Principia. d. 2969. & seqq. Proprietates. dist. 6. n. 5. & seqq. & d. 2974 & seqq.
Ens abusiuum. d. 2901.
Ens actu. Quid. d. 2893.
Ens à se, increatũ. v. *Deus*.
Ens creatum. Quid. dist. 4. n. 5. & d. 1463. 2936. 1887. 2002. & dist. 6. n. 10. & def. 2936. 2938. 2942. Motus. d. 1038. Vbi. d. 849. 850. Duratio. d. 906. 907.
Ens in actu. Quid. d. 2919.
Ens in alio. Quid. d. 2903.
Ens in potentia. Quid. d. 2918.
Ens intellectuale. Quid. d. 645.
Ens per accidens. v. *Per accidens*.
Ens per essentiam. Quid. d. 2894.
Ens possibile. Quid. dist. 4. n. 9.
Ens potentia. Quid. d. 2893
Ens rationis. Quid. d. 23. & dist. 4. n. 10. & d. 2900 2945. 2948. 2949. Principium. dist. 4. n. 10. & d. 2946. 2947. 2950. Genera. d. 3015.
Ens reale. Quid. d. 2902.
Ἐντελέχεια. d. 543.
Enthymema. d. 274.
Entitas. Quid. d. 2920.
Enumeratio. d. 275.
Enunciatio. Quid. d. 48. 2081. Proprietates. def. 3047.

3047. 3048. 3056. vid. *Propositio. Sententia. Iudicium.*
Ephi. Quid. d. 2850.
Epicyclus. Quid. d. 2449.
Epÿ eia. Quid sit. d. 4285.
Actiones. d. 4284. 4285. 4286.
Episcopus. Quis. d. 5216. Qualis. d. 4037. 4594. 4602. 4603. 4622. Finis. d. 3711. 4577. Munera. def. 3594. 3665. 4185. 4577. 4784. 4842. 4843. 4844. Curæ. d. 3645. 3648. & seqq. 4788. 4789. 4831. 4832. 4840. Vsus. d. 3790. 4841. 4877. Iurisdictio. d. 4877. Priuilegia. d. 3906. Actiones. d. 4185. 4839. Ecclesia, seu Beneficium. d. 4874. 4875. v. *Princeps.*
Epistola. Vsus. d. 4442.
Error. Cautio. d. 3767.
Error in fide. Quid. d. 5312. 5313. Cautio. d. 3617.
Error sensuum. An sit. d. 1682. & seqq. Causæ. def. 1685. 2463. 2596. 2607. & seqq.
Esse in aliquo. Quot modis dicatur. d. 3478.
Essentia. Quid. d. 546. 2928 2929. 2939. 2941. Genera. d. 2932. Partes. d. 2933. Subiectū. d. 2931. Proprietates. d. 2943. Effecta. d. 2930. Essentia physica. d. 2929. Essentia metaphysica. d. 2928
Esse obiectiuum. Quid. d. 2939.
Esse receptū. Quid. d. 2934.
Ethica. Quid. dist. 7. n. 4. 9. & d. 5144. 5145. Obiectum. d. 5145. Methodus. dist. 7. n. 11.
Etymologia. Quid. d. 57.
Euaporabile. Quid. d. 1409
Euaporatio. v. *Exhalatio.*
Eubulia. Quid. d. 5157.
Eucharistia. Frequentanda. d. 4596. 4691. 4696. 4699. Dispositio. d. 4690 4695. Minister. d. 4692. 4694. Suscipientes. def. 4693. 4702. Modus corporis Christi sub speciebus. Dist. 2. n. 24. Effecta. d. 4696. Reuerentia. def. 4697. Ritus. d. 4698. & seqq.
Euclides. Procœm. n. 7.
Euictio. Quid. d. 5348.
Euidens. Quid. d. 5218.
Euidentia. Quid, quotuplex.

plex. d.255.256.
Eulogia. Quid. d.5212.
Eunuchus. Proprietates. d.1641.
Euritbmia. Quid.d.2748.
Ex æqualitate ratio. Quid. d.2220.
Ex aliquo. Quot modis dicatur.d.3449.& seqq.
Exaltatio planetæ. Quid. d.2518.
Examen. Librorũ.d.3607. 3610. Actionũ. d 3765. 3776.& seqq.4144.Eligendorũ. d.3782.4061. 4606.Iudiciorũ d.3929.
Examen conscientiæ. Materia. dist.7. n.15.& d. 3721. 3776. & seqq. 4008.Tempus. d.3721. 3776. & seqq. Modus. d. 3776. & seqq. Vsus. d.4118.4144.
Examinator. Qualis.def. 3770.
Exceptio. Ratio. d.5357. Actiones. d.3910.3912. 4180. Effecta.d.4179.
Exceptiua prop. d.243.
Exclusiua prop. d.241.
Excommunicatio. Ratio. 5227.Genera. d.5227. per totum. Effecta. d.3946.4721.5227.
Excusatio. Actiones. def. 4265.
Executio. Quid. d.4106. Præcepta. d. 4105. & seqq. per totum c.9. Modus. d.4108. 4109. 4141.4142.4147.4151. 4152.4153.4165.Impedimenta. d.4133.4134. 4145.4148. 4149.4166. 4178. 4834. Remedia. d.3799.& seqq. 4118. & seqq.4137.4138.4139 4143. 4144.4164.4183. A quibus.d.4279.4280. 4289. & seqq. 4458. Materia. v.*Opera*. vid. *Actiones morales*.
Exempla. Quid. d. 172. Genera. d.172.& seqq. Vsus.d.3755.
Exemplar. Quid. d.91. 543. §.5. & d.624.664. 665.
Exemplum. Quid.d.173. 276. A quo. def. 4137. 4841. Vsus. def 4137. 4166.4167.4206.4234. 4237.4252.4994. 5000. 5028.5051.5104.
Exercitatio corporalis. Effecta. d.3747.
Exercitatio pro muneribº. d.4030.4146.4214.

Exer-

Exercitia spiritualia. Vſus, & effecta. d. 3602. 3769. 4118. 4307.
Exhalatio. Quid. diſt. 3. n. 5. & d. 1200. 1411. 1413. Motus. d. 1201. Effecta. d. 1343. 1344. 1414. 1764. Exhalabilia. d. 1409.
Exhibere. Quid. d. 5428.
Exhortatio. Modus. 4246. 4247. & ſeqq.
Exire, Exitus in diuinis. Quid. d. 3530.
Exiſtentia. Quid. diſt. 6. n. 14. & d. 2927. 2938. 2940. 2942. Proprietates. d. 2944. 3005.
Experientia. Quid. d. 1938. 1939. Principium. def. 1938. Effecta. d. 1937. 4070. Vſus. def. 3763. 3764. 4070.
Exſpiratio. v. *Reſpiratio.*
Expoliatus. Quod ius habeat. d. 3894.
Expulſio. Quid. d. 1057.
Extenſio. Quid, quotuplex. d. 807. & ſeqq. 3415.
Extremæ Vnctionis Sacr. Vſus. d. 4720. & ſeqq. Effecta. d. 4722.
Extrema propoſitionis. Quid. Procem. n. 6.
Extremum. Quid. def. 3366.

F

Fabrica. v. *Aedificium.*
Facilitas. Effecta. d. 3999.
Factibile. Quid. d. 1936.
Factum. Quid d. 5444.
Fallacia. d. 469. Cauſa fall. 470. 471. 472. v. *Sophyſticus ſyllogiſmus.*
Falſitas. Quid. d. 50. 3053. Subiectum. d. 3054. & ſeqq. 3255. Principium. d. 2005. Effecta. d. 3983. & ſeqq. Fuga. d. 4802.
Falſum. Quid. 464. 3058.
Fames. Quid. d. 1779. 1783. 1785. Effecta. d. 1653.
Familia. Quid. d. 5462. Regimen. d. 4923. & ſeqq. Regiminis modus. d. 4952. 4953.
Familiaritas. Actiones. d. 4333. 4378. Cautiones. 4378. & ſeqq. Modus. d. 4391.
Familiaritas cum Deo. v. *Præſentia Dei.*
Faſi. Quid. d. 5180.
Faſta Eccleſiæ. Quid obſeruandum. d. 2398. v. *Feſti dies.*
Fatum. Quid. d. 622. An ſit.

plex. d.255.256.
Eulogia. Quid. d.5212.
Eunuchus. Proprietates. d.1641.
Euritbmia. Quid.d.2748.
Ex æqualitate ratio. Quid. d.2220.
Ex aliquo. Quot modis dicatur.d.3449.& seqq.
Exaltatio planetæ. Quid. d.2518.
Examen. Librorũ.d.3607. 3610. Actionũ. d.3765. 3776.& seqq.4144.Eligendorũ. d.3782.4061. 4606.Iudiciorũ d.3929
Examen conscientiæ. Materia. dist.7. n.15.& d. 3721. 3776. & seqq. 4008.Tempus. d.3721. 3776. & seqq. Modus. d. 3776. & seqq. Vsus. d.4118.4144.
Examinator. Qualis.def. 3770.
Exceptio. Ratio. d.5357. Actiones. d.3910.3912. 4180. Effecta.d.4179.
Exceptiua prop. d.243.
Exclusiua prop. d.241.
Excommunicatio. Ratio. 5227.Genera. d.5227. per totum. Effecta. d.3946.4721.5227.
Excusatio. Actiones. def. 4265.
Executio. Quid. d.4106. Præcepta. d. 4105. & seqq. per totum c.9. Modus. d.4108.4109. 4141.4142.4147.4151. 4152.4153.4165.Impedimenta. d.4133.4134. 4145.4148. 4149.4166. 4178. 4834. Remedia. d.3799.& seqq. 4118. & seqq.4137.4138.4139 4143. 4144.4164.4183. A quibus.d.4279.4280. 4289. & seqq. 4458. Materia. v.*Opera*. vid. *Actiones morales*.
Exempla. Quid. d. 172. Genera. d.172.& seqq. Vsus.d.3755.
Exemplar. Quid. d.91. 543. §.5. & d.624.664. 665.
Exemplum. Quid.d.173. 276. A quo. def. 4137. 4841. Vsus. def 4137. 4166.4167.4206.4234. 4237.4252.4994. 5000. 5028.5051.5104.
Exercitatio corporalis. Effecta. d.3747.
Exercitatio pro munerib. d.4030.4146.4214.

Exer-

Exercitia spiritualia. Vsus, & effecta. d. 3602. 3769. 4118. 4307.
Exhalatio. Quid. dist. 3. n. 5. & d. 1200. 1411. 1413. Motus. d. 1201. Effecta. d. 1343. 1344. 1414. 1764. Exhalabilia. d. 1409.
Exhibere. Quid. d. 5428.
Exhortatio. Modus. 4246. 4247. & seqq.
Exire, Exitus in diuinis. Quid. d. 3530.
Existentia. Quid. dist. 6. n. 14. & d. 2927. 2938. 2940. 2942. Proprietates. d. 2944. 3005.
Experientia. Quid. d. 1938. 1939. Principium. def. 1938. Effecta. d. 1937. 4070. Vsus. def. 3763. 3764. 4070.
Exspiratio. v. *Respiratio*.
Expoliatus. Quod ius habeat. d. 3894.
Expulsio. Quid. d. 1057.
Extensio. Quid, quotuplex. d. 807. & seqq. 3415.
Extremæ Vnctionis Sacr. Vsus. d. 4720. & seqq. Effecta. d. 4722.
Extrema propositionis. Quid. Procem. n. 6.
Extremum. Quid. def. 3366.

F

Fabrica. v. *Aedificium*. *Facilitas*. Effecta. d. 3999.
Factibile. Quid. d. 1936.
Factum. Quid d. 5444.
Fallacia. d. 469. Causa fall. 470. 471. 472. v. *Sophysticus syllogismus*.
Falsitas. Quid. d. 50. 3053. Subiectum. d. 3054. & seqq. 3255. Principium. d. 2005. Effecta. d. 3983. & seqq. Fuga. d. 4802.
Falsum. Quid. 464. 3058.
Fames. Quid. d. 1779. 1783. 1785. Effecta. d. 1653.
Familia. Quid. d. 5462. Regimen. d. 4923. & seqq. Regiminis modus. d. 4952. 4953.
Familiaritas. Actiones. d. 4333. 4378. Cautiones. 4378. & seqq. Modus. d. 4391.
Familiaritas cum Deo. v. *Præsentia Dei*.
Fas. Quid. d. 5180.
Fasta Ecclesiæ. Quid ob. seruandum. d. 2398. v. *Festi dies*.
Fatum. Quid. d. 622. An sit.

sit. d. 652. & seqq.
Fauor. Actiones. d. 3870.
Fax. Quid. d. 1212.
Felicitas. Quid. d. 1986. 3710. 3716. 3718. 3724. 5148.
Felicitas æterna. Quid. d. 4325. Media. d. 3716. 4308. 4325.
Festi dies Quid obseruandum. d. 2398. 4556. vide *Festa*.
Feudum. Quid. d. 5361.
Fideicommissum. Quid. d. 5391.
Fideiussor. Vsus. d. 5403.
Fides. Fidelitas. Quid. d. 1932. Cui d. 3921. 4235. 4837.
Fides Christiana. Quid. d. 3581. Actiones. d. 4496. 4499. 4500. 4501. Subiectum. def. 1006. 3580. 3581. Modus. d. 4497. Argumenta credibilitatis. Proœ n. 14. Media. d. 3581. & seqq. 4783. 4788. Cautio d. 3582. & seqq. 3621. Professio. d. 3584. 4498. Defensio. d. 3714. 4783. Effecta. d. 4905. & seqq.
Figura. Quid. def. 1679. 2101. 3154. 3189. Subiectum. d. 856. 857. 2181. & seqq. Genera. d. 2106 & seqq. 2270. & seqq. 2295. & seqq. Effecta. d. 1185. Proprietates. 2231. 2232. 2237. & sequent.
Figura argumentationis, seu syllogismi. Quid. d. 325. 353. & seqq. Quotuplex. def. 357. & seqq. Proprietates, & modi. d. 361.
Figuræ dictionis fallacia. d. 480.
Figuræ numerationis. Proprietates. d. 2377.
Filius. Quid. d. 3196. 3234 3520. 5464. Officia in parentes. def. 4939. & seqq. Filiorum genera. d. 5266.
Filius Dei. Quid. d. 3578.
Filius in diuinis. Ratio. Proœ. n. 10. & d. 3196. 3233. 3520. 3578. Origo. d. 3233. 3240. 3241. Symbola Filij. Proœm. n. 10. & d. 3523. 3524. v. *Verbum diuinum.*
Finis. Quid. Dist. 2. n. 8. & def. 521. 528. 667. 691. 692. 693. 720. 722. Quotuplex. d. 208. & d. 668.

& seqq. & dist. 7. nu 8. Effecta. d.682. & seqq. 718.119.765.766.2048. 3704. Proprietates. def. 685. 686. 730. & seqq. 773.774. & seqq.

Finis vltimus. Quid. d.664 & seqq.

Firmamentum. Quid. def. 1152. Quãtitas. d.2496. 2505.2506. & seqq. Distantia. d.2457.2495. & seqq. Motus. def.2508. 2509.

Fissile, Infissile. Quid, quodue. d.1400.1401. 1403.

Flamma. Quid. d.1202. 1212.

Flammatile. Quid. d.1418.

Flatus. Effecta. d.1725.

Flexile. Quid. d.1382.

Fluuij. Principiũ. d.1314. Qualitas. d.1315. Locus. def.1317. Proprietates. d.1319. & seqq.

Fœdus. Prosecutio. def. 4483.

Fontes. Principiũ. d.1314. Qualitas. d.1315. Locus. d.1317. Proprietates. d.1319.1320. & seqq.

Forma. Quid. def.86. & seqq. & dist 2. n.6. & d. 3001. Quotuplex, seu quot modis dicatur. d. 87. & seqq. & d.202. & d.543. & seqq. 3154.

Forma accidentalis. An sit. d.568. Quid sit. d.569. Subiectum. d.570. 571.

Formale. Quid. d.7.2992. 3419.

Formalitas, Formaliter. d.544.

Forma specifica. Quid. d. 2993.

Forma substantialis. An sit. Dist. 2. n.6. & d.530. Quid. d.564.3108. Principium. d.565.566.567. 628. Effecta. d.582.629. 632.704.705. Proprietates. d.741. & seqq.779. & seqq.

Forma syllogismi. d. 323. & seqq

Formatile. Quod. d.1393. 1394.

Formulæ. Vsus. d.3658.

Fornicatio. Effecta. d.4774

Fortitudo. Quid. d.5192. Actiones. def.4978. & seqq. Media. def.4981. Effecta dist.7. n.7. Finis. d.5010.

Fortuna. Quid. def.623. 638.659.

Forus. Quid. d.5479.

Fra-

Fractio. Quid. def. 1383. Subiectū. d. 1386. 1387.
Fractio, numerus fractus. Quid. d. 2384.
Friatio. Quid. def. 1384. Subiectū. d. 1385. 1387.
Frigus. Effecta. def. 1174. 1175. 1179. 1271. 1346. 1351. 1368. & seqq.
Fructus. Tempus, & aliæ circumstantiæ. d. 1554.
Fuga. Quid. d. 1847. Principium. d. 1826. Cautiones. d. 4884.
Fulgur. Quid. d. 1283.
Fuligo. Quid. d. 1416.
Fulmen. Quid. def. 1284. Effecta. d. 1285.
Fumus. Quid. d. 1415.
Fundamentum. Proprietates. d. 2777.
Fundamentum relationis. Quid. d. 3367.
Furtum. Quid. d. 5414.
Futura. Quid. d. 3211.
Futura cõditionalia. Quomodo à Deo cognoscãtur. d. 3212.
Futura contingentia. An determinatè vera. def. 3047. 3048.

G

Gaudium. Effecta. d. 1864. 1865. Symbola. d. 1865.
Gener. Quis. d. 5452.
Generabile. Quot modis dicatur. d. 3433.
Generatio. Quot modis dicatur. d. 921. 922. 923. Quid. Dist. 2. n. 26. Principium. d. 968. 969. 970. Subiectum. d. 968. 969. 970. 1481. Genera. def. 964. 1480. Proprietates. d. 965. 966. 967. Generatio viuentium. d. 1480 & seqq. 1522. 3234.
Generatio in diuinis. Quid. d. 5531.
Genus. Quid. d. 102. 533. & dist. 5. n. 18. & dist. 6. n. 12. 13. 16. & d. 2933. 3016. Genus summum. d. 103. & dist. 6. n. 11. & d. 3096. Genus subalternum. d. 104. Summorum generum vsus. d. 3099. Generis subiectum. d. 3213. Genus quot modis dicatur. d. 3469. & seqq.
Genus masculinum. Vsus. d. 5461.
Geodæsia. Quid. dist. 5. n. 10
Geographia. Quid. dist. 5. n. 9. Vsus. dist. 5. n. 21.
Geometria. Quid. d. 2088.

Obie-

Obiectum. dist.5. n.6. Vsus. dist.5.n.18.
Gestū. Quid.d.5427.5444.
Glacies. Quid. d.1270. Causæ. d.1271.
Gloria Dei. Quid.d.3675. Procuranda. def. 3675. 3706.4304.4313.
Glutinosa. Quæ.d.1404.
Gnome. Quid. d.5159.
Gnomonica. Quid.dist.5. n.13.
Gomor. Quid. d.2854.
Gradus artium. Vsus.def. 3629.& seqq.
Gradus consanguinitatis. Ratio,& ordo. d.5238. 5394.
Gradus mathematici. Quid d.2411.2881. Quantitas. d.2484.
Gradus metaphysici. Quid. Dist.1. n.6. & d.121.& dist.6.n.16.
Grando. Quid. d.1268. Causæ. d.1269.
Granum hordei. Quid.d. 2859.
Gratia diuina. Quid.def. 1998.1999.2001. Principium. d.2000. 2001. 3228. Effecta. d.2055. 4210. Proprietates. d. 1999.2057.Prosecutio. d.3706.4210.
Gratiæ. Effecta. d.3898. 4134.Vsus.d.4205.Modus. d.4330.4331.4864
Gratiarum actio. Vsus.d. 5057.
Gratificatio. Actiones.def. 4424.4425.4426.
Gratitudo. Actiones. def. 4430.4468.4545.
Grauitas. Quid. d. 1180. 1183. 1184. Principiū. d.1182.Effecta.d.1185.
Grex. Genera.d.1563.
Gubernatio. v. *Regimen.*
Gurgulio. v. *Larinx.*
Gustus. Obiectum.d.1767. Subiectū.d.1665.1775. 1776. Vsus.d.1662.Medium. 1777.
Gymnasia. Vsus. d.3627. Cura. d.4786.

H

Habere, Habitus. Quid. d.153. 574. 1988. & dist.6. n.13.& d. 3097. 3191. 3192. 3405.3406. Quot modis dicatur. d.3396. & seqq 3401. & seqq.
Habitare Personam diuinam. Quid.d.3536.
Habitatio. Quid.d.5378.
Habitudo. Quid. d.3356.

Ha-

Habitus acquisitus. Quid. d.2014.
Habitus infusus. Quid. d. 2014.2015.
Habitus qualitas. An sit. d.1997. Quid. d.1988. 1989.3150. 3407. Principium.d.2007.& seqq. 2016.& seqq.Subiectũ. d.1990.& seqq. Genera. d.1996.1997.1998. 2003. & seqq. 2013. & seqq. Effecta. d.2050.& seqq. Proprietates. def. 2054. 2056. 2057.
Habitus supernaturalis. An sit. v. *Virtutes supernaturales*. Principium. d.2011.
Habitus theologicus. Quid. d.2028.& seqq.
Hæccitas. Quid. dist.6. n.16. v. *Singulare*.
Hæreditas. Quid. d.5430. Delatio. d.5455.
Hæres. Institutio. d.5384. Exhæredatio. d.5385. Quot modis dicatur. d.5387.& seqq.
Hæretica doctrina. Quæ. d.5311.
Halitus. v. *Exhalatio*.
Helena. Quid. d.1221.
Hemina. Quid. d.2836.
Hemisperiũ. Quid.d.2702.
Hemisphærium. Quid. d. 2409.
Hepar. Effecta.d.1504.
Hbbomer. Quid. d.2854.
Hierarchia. Quid.d.3254.
Hierarchia ecclesiastica. Ordo. d.4577.4578.& seqq. Caput. d. 4569. Munera. d.4542. Ministri. v.eo.
Hin. Quid. d.2858.
Homicidium. Actiones. d. 4773.4947.4948.4976.
Homo. Nomen. d. 5456. Quid.d.1103. & dist.6. n.16.& d.3677. Principium. def.1881. 1882. Finis. dist.7. n.1.8. Potentiæ. def.1666.1667. Corporis proportio.d. 2774.2775.
Homologum. Quid d.2214.
Honestum. Quid. d.5194. Prosecutio. def. 4002. 4399.4401.
Honor. Prosecutionis modus.d.4154. Fuga. def. 4197. Effecta. d.4236.
Hora. Quid, quotuplex. d.2536.& seqq.
Horizon. Quid. def.2426. Vsus. d.2888.
Horologium. Vsus.d.2787.

Hospitalitas. Vius.d.4485.
Humectabile. Quid.d.1376 Quæ.d.1379.
Humectum. Quid. def. 1433.
Humilitas Media.d.5107. & seqq. Actiones. def. 5111. & seqq. v. *Modestia*.
Humor. Effecta. d.1176. 1179. 1351. 1368. & seqq 1758. 1769. 1834. 1969.
Humores. Quot. d.1504. Efficiés.d.1504. Locus. d.1504.
Hydrographia. Quid.dist. 5.n 9
Hypocrisis, v. *Simulatio*.
Hypostasis. Quid d.3118. 3290.3512.
Hypothesis. Quid.d.211.
Hypothetica propos. d.335. 344 Quotuplex.d.345. & seqq.

I

Ignorantia. Quotuplex. d.249. 250. 5165. & seqq. 5224. Effecta. Procem.n.15.& d.3964 3966. 4244. Remedia. d 3774.4183.
Ignorantia elenchi. Genus fallaciæ. d.484.
Ignotum. Quot modis. d.264.265.
Illatio. 268.269.
Illuminatio. Quid.d.3260.
Illusio. Genera. d.3750. Effecta. d.3760. 4223. Causæ.d.3983. & seqq. 4516.Subiecta. d.3983. Remedia.d.4223.4517.
Imaginatio. Quid.d.1800. Effecta. d.1488. 1749. 1863.1990 4250.4993. 5001.5025.Principium. d.1857.3742. Proprietates.d.1990.
Imagines sacræ. Vsus.def. 3585.3742.4551. v. *Picturæ*.
Imago. Quid.d.3524. In speculo. d.1695.1696. 2630.2631.2643.2653. & seqq. In stellis. def. 2460. Refracta. d.2675. Quid significet.d.3524.
Imber. Quid. d.1259.
Imitatio. Actiones.d.4094 4100.Cautiones.d.4389
Imitatio Christi Iesu. Actiones.d.3684.4200.4203. 4212.5050.5072.5101.
Imitatio Dei. Actiones.d. 3676.3706.4095. Effecta. d.4312.
Immobile, Immutabile.

Quot

Quot modis dicatur. d.3434.& seqq.
Immodestia. Actiones. d. 4406.
Immunitas ecclesiastica. Quid. def. 5284. Vsus. d. 4363. Impedimenta. d.4834.
Impar. Quid. def. 2328. Principium. def. 2370. 2372.2374.
Impariter impar. Quid. d.2331.
Impatientia. Causæ. def. 4355. Effecta. d.4407.
Impedimentū iuris. Quod. d.4231.
Imperium. Quid. dist.7. n.9 & d.4063. A quo. def. 4089. 4091. 4093. Præcepta. def.4063. & seqq. Quibus d. 4075. 4082.4088. Modus. d. 4066.& seqq.4340. Materia. d 4069. & seqq. 4079. & seqq. 4087. Actiones. def.4063. & seqq. Regula. d.4070. 4090. 4094. & seqq. Tempus. d.4072.4073. v. *Lex.*
Impetus. Quid.d. 1081.
Impossibile. Quot modis dicatur.d.3330.et seqq.
Impotentia. Quot modis dicatur. d.3151.3330.
Impressio. Quid. d 1388. Subiectū. d.1391.1392.
Improductum. Quot modis dicatur. d.3430. & seqq.
Impubes. Quis. d.5343.
Impugnatio. Effecta. def. 3892.
Impulsio. Quid.d.1057.
Imputatio. Cui d.4229.
In. Quid significet in compositione. d.3269.
Inæqualis. Quid. d.3300. Proprietates. d. 2116. 2117.2126.2128.2228.
In aliquo. Quot modis dicatur. d.3478.& seqq.
Inceptio. Quid. def.895. Quotuplex. d.897.898. 908.909.918. Subiectū. def. 895. Proprietates. d.910.& seqq.
Incidentia. Quid.d.2627. Punctum incidentiæ d. 2629.Cathedus.d.2669 Superficies.d.2630. Angulus.d.2631.
Incidere directè. Quid. d.2587.
Incidere obliquè. Quid. d. 2588.
Inclinatio. v. *Propensio.*

Incli-

Inclinatio rectæ lineæ, & plani. Quid. def. 2263. 3264.
Iactantia. Fuga. d. 4403.
Iaculum. Quid. d. 1214.
Ichnographia. Quid. def. 2745.
Icosædrum. Quid. d. 2283.
Idus. Quid. d. 1390.
Idea. Quid. d. 625. 666. Genera. d. 2744. & seqq.
Idem. Quid. d. 2987. 3294. Quot modis dicatur. d. 3293. 3294.
Idem specie. Quot modis dicatur. d. 3315.
Idiomatum cõmunicatio. Quid. d. 3573.
Idololatria. Actiones. def. 4528.
Ieboua. Quid significet. d. 3510.
Iesus Christus. Quid. def. 3569. 4212. Vsus. d. 4314. v. *Imitatio Christi Iesu. Christus.*
Ignis. Causę. d. 2665. 2682. Qualitates. def. 1178. 1179. 1713.
Ignis fatuus. Quid. d. 1218.
Ignis lãbens. Quid. d. 1219.
Ignis perpẽdicularis. Quid. d. 1217.
Ignis subterraneus. An sit. d. 1339. Causæ. 1340. 1343.
Ignita in sublimi apparentia. Quid. d. 1211. Genera. d. 1212. & seqq.
Incommensurabile. Quid. d. 2192. 2245.
Inconstantia. Effecta. def. 5008.
Incontinentia. Cautiones. d. 5068.
Incorruptibile. Quot modis dicatur. d. 3433.
Indifferẽtia. Quid. d. 3771. Vsus. def. 3771. 3988. 4268. Media. d. 3772.
Indiscretio. Actiones. def. 4516.
Indistãtia. d. 712. 713. 714.
Indiuiduum. v. *Singulare. Minima.*
Indiuisibilia quantitatis. Quid. Dist. 2. n. 20. & d. 810. 819. Effecta. d. 818.
Inducię. Cui dandæ. def. 3902.
Inductio. d. 275.
Infamia. In quem. d. 3896. Effecta. d. 3900. 3904. 4868.
Infideles. Modus iuuandi. d. 3620. 3648. & seqq. 4677. Cauendi. d. 4486.
Infinitè. d. 69.

Infinitum. An sit. Dist.2. n.21.& d.518.723.866. & seqq. 1047. 1072. & dist.4.n.5. & def.1468. 1469. Quot modis dicatur. dist.2.n.21. & d. 858. & seqq.
Influentiæ.Effecta.d.1261. 1288.1304.1485.
Informatio.Pro electione. d.4047.& seqq.
Ingenerabile, Ingenitum, Improductum.Quot modis dicantur. d.3430. & seqq.
Ingenium. Quid. d.1955.
Ingenuus. Quid. d.5324.
Ingratitudo. Fuga.d.4430.
Inguſtabile. Quid. d.1774.
Inhærentia. Quid.d.3132. & seqq.Subiectum.def. 3135.3136.
Inimicitia.Effecta.d.3905. 4376.Remedia.d.4448. & seqq.
Inimicus. Diligendus.def. 3680.5035.
Iniuria. Quid. dist.7.n.7. Ratio.d.5415.Actiones. def.4490. 4491. 4794. 4811.& seq.4962.4963 4975.Effecta.dist.7.n.7. & d. 4448. Cautiones. def.4409. 4449. 4469. 4804.Remissio.d.5030. 5035.
Iniuria diuina.vid.*Offensa Dei*.
Iniuſtitia. Actiones. def. 4096.4097. Effecta.def. 3935.3970. Remedia. d.3936.
Innocētia. Effecta.d.3716.
Inobedientia. Pœna. def. 3934.4068.
Inopinabile.d.465.
In potestate.Quid.d.5327. & seqq.
Inquisitio.Qualis.d.3795. 3796. Materia. d.3776. & seqq. 3798. & seqq. 3962.4029.4163.Actiones, def.3752. & seqq. 4047.4061.4244. Cautio. d.3775.4163. Tempus. def.3776. & seqq. 3900. Modus.d.4029.
Inquisitor.Qualis.d.3770. 4029.Officium.d.4029.
Inscribi figuram. Quid. d. 2181. & seqq. 2285.
Insomnium. Quid, causæ. d.1838.
Inspectores.Munus.d.3784 3785.
Inspiratio. v. *Respiratio*.
Instās.Quid d.1097.1098. 1099.Subiectū.d.1098.

Instituere. Quid. d.5250.
Instructio danda. Inexpertis. d.4076.4077.4181. Professoribus. d.3633. Ministris. d.4082.4120. 4623. Electis ad regimen. def.4022. 4030. Ludimagistris. d.3587. & seqq. Concionatoribus. d.3594.3600. Missionum Ministris. 3657. Clero. def.3645.3656. 3657.4623.4832. Scholaribus d.3636. Instruct. modus. d.4077.4136.
Instructio in architectura. Quid. d.2764.
Instructor. officium. d.4031. 4181.
Instrumenta contractuum. Auctoritas. d.3922.
Instrumenta mathematica. Genera. d.2637.
Instrumentum. Quot modis dicatur. def. 601. & seqq. Instrumentū coniunctum, separatum. d.609.610.611.
Instrumentum logicum. Quid. def.289. Quotuplex. d.290.297.
Instrumentum supernaturale. Ratio. d.637.638. 639.
Intellectio. Quid. d.1868. 1886.& seqq. Obiectū. d.1893.& seqq. Subiectum.d.1974.Principiū. def.1827. 1828. 1940. 1957. 1963. 1964. & seqq. Modus. d.1874. 1892.1959.1970.& d.5. n.3. Genera.d.1915. & seqq. Effecta. d.1958. 1992.
Intellectiuum. Quid. dist.4. n.2.
Intellectus. Quid. d.1941. & seqq. Opera intellectus, & effecta. Dist.1. per totum. & d.2. & d. 1003.1005.1006. 1734. 1940. Intellectus speculatiuus.d.1949. Intellectus practicus. d.1950.
Intellectus agens. Quid. d. 1942.
Intellectus possibilis. Quid. d.1943.
Intelligētia. Quid. Procem. n.1. & def.1952.2061. Principium.dist.5.n.17. Modus noster intelligēdi. Proœ.n.4.& dist.5. n.18. Obiecta Proœ n.4
Intelligentia Scripturæ. vide *Interpretatio.*
Intelligētiæ spiritus. Quid.

def. 1944. 3243. 3247. 3248. An sint. d. 3244. Quot. d. 3245. Genera. d. 3246. Species intelligibiles. def. 3249. 3250. Cognitio. def. 3251. & seqq. Locus. d. 845. 846. 847. 851. 852. 853. 3261. Motus. d. 1050. Effecta. d. 1143. 1440. 1968. 3260 & seqq. Proprietates. d. 3248. & seqq. Ordo. d. 3256. & seqq.

Intelligibilitas. Quid. def. 3049.

Intensio. Quid. d. 988. 989. 3156. 3414. Partes. def. 990. 991. 992. Subiectū. d. 993. 994. 3156. Proprietates. def. 995. 996. 997. Terminus. d. 998.

Intentio. Quid. def. 1985. 3704. Finis. d. 679. 3704. & seqq. Obiectum. d. 3704. & seqq. Cautio. d. 3715. Vsus. d. 3823. Intētio formalis, & obiectiua. d. 24. 25. 26. 27.

Inter. Quid. d. 3310.

Interdictū. Quid. d. 5229. 5419. Genera. d. 5229. §§. seqq.

Interpretatio. Quid. d. 32. 33. 298.

Interpretatio legis. Actiones. d. 3893. 3961.

Interpretatio Scripturæ. Quotuplex. Procæ. n. 2. Modus. dist. 5. n. 18. & seqq. & dist. 7. n. 11. Principium, & media. dist. 5. n. 18. & seqq. & dist. 7. n. 10. 12.

Interuallum musicum. Quid. d. 2707. Proprietates. d. 2704. & seqq.

Intestatū decedere. Quid. d. 5393.

Inuersa ratio. Quid. def. 2216.

Inuestire. Quid. d. 5250.

Inuidia. Fuga. def. 4404. Effecta. d. 3841. 4404.

Inutibile. Quid. d. 1699.

Inuitum. Quid. d. 5125.

Inuoluntarium. Quid. def. 5130. & seqq.

Inutile. Effecta. d. 3880.

Ioui globus. Situs. d. 2440. Motus. d. 2440. Quantitas. d. 2474. 2503. Distantia. d. 2493.

Ira. Remedia. def. 4436. 4437. 5016. & seqq.

Irascibilis appetitus. Quid. def. 1845. Vsus. d. 1845. Proprietates. d. 1846.

Iris. Quid. d. 1237. & seqq.

Cau-

Causæ. def.2690.2691. Proprietates.d.1240.& seqq. Effecta. d.1250.
Irrationalis quantitas. Quid.d.2251.2254.
Irregularitas. Quid. def. 5233. Genera. d.4597. 4598. Effecta d.4599.
Irreligiositas. Actiones. d. 4491.4512.& seqq.
Irrigatum. Quid.d.1433.
Irritatio. Quid.d.5281.
Isagogicus. Prooem.n.7.
Isoperimetra figura Quid. d.2295.
Isosceles. Quid.def.2108. Proprietates. d.2132.
Iucunditas. Principium. d.3070.Effecta.d.3999. v.*Voluptas*.
Iudex.Quid.d.5422.Qualis. d.3848.3855. Præcepta.d.5422. vide *Iudicium*.
Iudicium, actio moralis. Regula. d.3837.3838. 3842.3884.3886.4004. 4524. Materia.d.3836. 3856.3857.3936.3953. Motiuũ.d.3833. A quo ferẽdum. d.3834.3905. & seqq.3911.3913.3918 3923.3946.3957.3971. In quem. d.3878.3883. 3894.3931.3922.3936. Tempus. d.3835.3845. 3945.4456. Finis.3845. 3850.Remedia vt sit rectum . d 3832.3840. & seqq.3963. Iustitia.def. 3839.4912. Fuga. def. 3846.3847.3849.3851. 3852. Profecutio. def. 3849.3851.3854.3925. 4058.4435. Iudiciorum præcepta.d.3853.3858. & seqq. per totum c.6. Adiuncta.d.3885.3887. 3933.3937. Effecta. d. 3886.
Iudicium, actus intellectus. Quid. d.29.1918.3056. Principium d.1920. Finis. d. 1920. Genera d. 1922.& seqq. Proprietates. d.3042.3045.
Iudicium, potentia intellectus. d.1945.
Iudicium practicum. Quid. d.1924.Effecta.d.1926.
Iudicium speculatiuum. Quid.d.1923.1925.Genera . d. 1928. & seqq. Vsus.d. 1927.
Iudicium temerarium.Fugiendum. d.3846.
Iuramentum. Cautiones. d.4521.& seqq.

Iurgium. Quid. d.5275.
Iurisdictio. Vsus. d.4461. 4833.4877. Impedimenta. d.4834.
Iurisprudentia. Vsus. d.2740 & dist.7.n.12. & d.3660
Ius. Quid. d.5179. Effecta. d.3924. Vsus. d.4828.
Ius ad rem. Quid. d.5367.
Ius canonicum. Studium. d.3638. Methodus. dist. 7. nu.13. Vsus. Dist. 7. n.13. & d.3638.
Ius ciuile. Quid. d.5320. v. *Iurisprudentia.*
Ius decentiæ. Vsus. d.4463.
Ius ex non scripto. Quid. d.5321.
Ius gentium. Quid. d.5319.
Ius in re. Quid. d.5366.
Ius naturale. Quid. d.5318 Actiones d.4489
Ius patronatus. Quid. def. 5263.
Ius publicũ. Quid. d.5182.
Iustitia. Quid. d.5191. Regula. d.4492. Effecta. dist. 7. n.7. Vsus. d.3712. 4912. Actiones. d.3839. 3877. 4487.
Iustitia diuina. Quid. 3546
Iustitia publicæ honestatis. Quid. d.5240.
Iuuentus. Quid. d.1524.

L

Labor. Effecta. d.1834. 1835.3745.
Lætitia. Actiones prosequendæ. d.3703. Fugiendæ. d.5120.
Lancea. Quid. d.1214.
Larinx. Effecta. d.1749.
Lateres. Materia. d.2759.
Latio. Quid. Dist. 2. n.26. & d.938.939. Genera. d.1051. & seqq. Proprietates. d.1088.1089. v. *Motus localis.*
Latitudo. Quid. d.3143. 3348.
Latitudo ciuitatum. Quid. d. 2527. Quotuplex. d.2528.
Latus. Quid. d.2338.
Laus. Actiones, & vsus. d.4414.4892.5121.
Laus Dei. Actiones. def. 4546.
Lectio. Materia. d.4183.
Lectio librorum spiritualium. Materia. dist.7. n.15. & d.3603. & seqq. Cauenda. d.3604. & seqq. Effecta. d.3739. 4239. Vsus. d.5055.
Lectores. v. *Professores.*
Legatio. Vsus. d.4484.
Legatum. Ratio. d.5390.

Le-

Legitimi filij. Quid.d.5266.
Lemma. Quid.d.2085.
Letbech. Quid.d.2853.
Leuca. Quid. d.2878.& ſeqq.
Leuitæ. Quid. def.1180. 1183.1184.5215. Principium.d.1181.Effecta. d.1185.
Lex. Quid.d.4172.4274. Qualis. d.4085. 4087. 4088. Quibus d.4082. 4279.4280. Materia. diſt.7. n.16. & d.4098. 4275.4448.Methodus. diſt.7.n.16. Obſeruantia. d.3793.4168.4170. 4488.4809.4810. Obligatio. d. 3965. 4086. 4272. & ſeqq. 4686. 4687.4831. Vſus.d.3837 3922.4083. 4084. Modus.d.4078. Conſtantia. d. 4799. 4803. 4831. v.*Imperium*.
Liberalitas. Obiectum. d.3667. Regula.d.5072 Actiones. d. 5069. & ſeqq. Modus. d.5076. 5087. Media. d.5087.
Liberi. Quid.d.5253.5469
Libertas. Quid.d.5322.
Libertinus, libertus. Quis d.5325.
Liber vitæ. Quid.d.3551.
Liberum. Quid. d.5128.
Liberum arbitrium. Quid. d.5155. Principium d. 1983. Vſus. d. 1982. v.*Cauſa libera*.
Libra. Quid.d.2801.2802
Libræ principium. Quid. d.2420.
Libri. Selectus.diſt.7.n.15 & d.3604.& ſeqq.3715. 3811.3812. Impreſſio. d.3608.& ſeqq.Editio. d.3658. Vſus.d 3810.
Ligamentum. Quid. def. 1861. Vſus. d.1861.
Ligula. Quid.d.2839.
Linea. Quid.d.2090.2094 3348. Termini. d.2091. Genera. d.2092.2559. 2560. Proprietates. def. 2122.2124. 2233.
Linea conſanguinitatis. d.5237.
Linea media. Quid. def. 2256.
Linea recta. Effecta. def. 2134.2135. Proprietates. d.2135.2136.2140. 2146.2165.2166.2167. 2170.2171.2173.2175. 2180.2185. 2241.2246. et ſeqq. 2261. 2263. 2287.et ſeqq.

Lingua. Vſus. d.1775.
Linguæ. Studium.d.3626. Vſus.d.3626.
Liquabile. Quod. d.1380. 1381.1427.
Liquefactio. Cauſe.d.1368 et ſeqq. Subiectum. d. 1373.1374.1375.1380. 1381.
Liquida. Quæ. d.1420. 1424.1425. Proprietates. d.1428.
Lis. Ratio. d.5421.
Lites. Remedia. d.3845. Vſus.d.3927.
Litus. Quid. d.5448.
Locatio. Quid.d.5407.
Locus. Quid.Diſt.2.n.22. et d 831. 832. 833.841. 3186.3192.Quotuplex. d.842. 843. 844.1123. 1164.
Locus dialecticus. Quid. d.400. Locorum genenera.d.406 et ſeqq.Proprietates.d.410.et ſeqq.
Locutio. Quid.d.32.
Locutio Angelorum.Quid, modus. d.1970.
Log. Quid.d.2856.
Logica. vid. *Dialectica*. Logica docens, vtens. d.286.287.
Logitudo.Quid.3142 3348
Longuudo ciuitatũ. Quid. d.2521.
Longitudo terræ. Quid. d.2524.
Ludi. Vſus. d.4800.5097.
Ludimagiſtri. Officium. d.3587.4917. Qualitates. d.3587.4916.4921. Inſtructio. def. 3588. 3589.
Lumen. v.*Lux*.
Lumen fidei.Quid.d.1909 Vſus.d 1907.1909.2077
Lumen gloriæ. Quid. def. 1910.2004.Vſus.d.1907 1910.2077.
Lumen naturale. Quid. d.1908.Vſus. d.1907.
Luminoſum. Quid.d.2554
Luna. Diſtantia. d.2488. Motus.d.2445. Quantitas. d.2466.2479.2480. 2482.2498.
Lux. Quid.d.1702.1704. 1705.1908.3507. Quotuplex. d.2557. 2558. Subiectũ. d.1711.1712. 1713. Effecta. d.1691. 1702.1714. 1717.2077. 2456. 2569. & ſeqq. Proprietates. d.2564. 2565. 2569. & ſeqq. Quid ſignificet.Procem. n.10.

Ma-

M

Macbina. Quid.def. 2788. Principium. d.2789. Genera. d.2790. Vſus. d.2791.2792.

Macror. Quid. d.1513.

Madens. Quid. d.1432.

Magis, & minus. Subiectum. d.3125.3147.

Magiſtratus. v. *Miniſtri. Munus.*

Magnanimitas. Obiecta. d.3722. Actiones. def. 3717.4141.4142.4982. & ſeqq.

Magnitudo. Quid.d.293. 1679. Genera. d.3141. Proportio. d.2208. & ſeqq.2223.& ſeqq. Proprietates. d. 2244. & ſeqq.

Maiora. Quid.d.176. Maiorum maxima. d.436.

Maiores, ſeniores. Auctoritas. d.4101. Vſus. def. 3798.4253.4264.4277. 4387.

Maior extremitas. Quid. d.272.280.

Mala fides. Effecta.d.4974

Malitia. v. *Malum*.

Malum. Quid.d.3076.& ſeqq. 3984. & ſeqq. Subiectũ. d.3077. Cauſa. d.3089.3090. Effecta. d.3867.3984.3985. & ſeqq. Fuga. d.4808. 4815.

Malum morale. d.3080. 3081.3091. Effecta. d. 4836.

Mandatum. Ratio.d.5410.

Manifeſtum. Quid.d.5217

Manna. Quid. d.1279.& ſeqq.

Manumiſſio. Ratio. def. 5326.

Mare. Principium.d.1300 Motus. d.1301.& ſeqq. Locus. d.1308. 1309. Quantitas.d.1309.1310 Qualitas.d.1311.& ſeqq.

Maria. v. *Deipara*.

Martis globus. Situs. def. 2441. Motus. d.2441. Quantitas.d.2475.2502 Diſtantia. d.2492.

Martyriũ. Effecta.d.4680.

Materia. Quid. d. 532. Quotuplex. d. 196. & ſeq.& 532.& ſeqq. Proprietas. d.737.& ſeqq. Vſus. d.3247.

Materiale. Quid.d.1974. 1978.2908. 2994.2999. 3001.

Materia prima. An ſit. diſt.2. n.5. & def. 529. Quid.

Quid. d. 534. 556. & seqq. & dist. 4. n. 3. & d. 3107. Principium. def. 560. Proprietates. 560. 161. 563. & d. 737. & seqq. & d. 771. 772. 779. & seqq. Effecta. d. 582. 701. 702. 703.

Materia signata. Quid. d. 3007.

Mathematica. Quid. Procem. n. 4. et d. 2039. Mathematicæ œconomia. d. 2039. Partes. dist. 5. n. 6. et seqq. Materia, et subiectum. Procem. n 8. et d. 2039. et dist. 5. n. 2. 3. Principia, et Proprietates. d. 2039. Vsus. dist. 5. n. 3. et seqq. et n. 17. 18. et d. 2738.

Matrimonium Sacram. Quid. d. 4727. 4729. 4768. 5234. Leges. d. 3972. 4716. et seqq. 4931. et seqq. 4957. Iudex. d. 3957. 3972. Impedimenta. d 4738. et seqq Vsus. d. 4772. 4775

Maturitas. Quid, causæ. d. 1358. 1359.

Maxima. Quid. d. 401. Maximæ differentia. d. 402. Maximarum genera. d. 410. & seqq.

Maximum. Quid. d. 3412.

Maximum quod sic, Maximum quod non. d. 901 & seqq.

Mechanica. Quid, vsus. dist. 5. n. 15. & d. 2799.

Media ad finem. Vsus. d. 3752. & seqq. Proprietates. d. 3996. & seqq

Media seu Inter. Quid. d 3310

Media linea. Quid. d. 2256

Mediator. Quid. d. 3663.

Medicina. Quid. dist. 4. n. 11. & d. 1571. Methodus. d. 1578. Modus. d. 1592. & seqq. Vsus. def. 2739.

Medicus. Officia. d. 1576. 1577. 1578. Obseruanda. d. 1576. & seqq. 1654 2396.

Medietates. Quid, Genera. d. 2203.

Medimnus. Quid. d. 2840

Mediocritas. Vsus. d. 4225 v. *Medium*.

Meditatio sacra. Modus. d. 3690. 3691. 3741. Vsus. 3601. 3602. 3690. 3769. 4118.

Medium. Quid d.3069. 3157. Eius necessitas ad actionem. d.1715.1716 1777. Principiũ. d.2048. Conditiones. d. 1717. Vsus. d.1762.1763.1777 Genera. d.1795.

Medium, Medius terminus. Quid. Dist. 1. n.6. & d. 282. 403. Quotuplex. d.283. 284. 285. 406. & seqq. Proprietates. d 403. & seqq. Vsus. def. 3099.

Mel. Quid, & causæ. def. 1278.

Melancholia. Effecta. d. 4026.

Melior regimini. Quis. d. 4040. & seqq.

Melos. Genera. d.2731. & seqq.

Memoria. Quid. d.1802. 1803. 1954. Causæ. d. 1818. Proprietates. d. 1821. Effecta. d.1938. Vsus. d.3755. Remedia. d. 4110. & seqq. 4122. 4123.

Mendacium. Fuga. d.4402.

Mensura. Quid. d. 798. 799 805. 825. & dist. 5. n.1. & d.2353. 2354. 2800. 2986. Proprietates. d. 826. 827. 828. 2355. et seqq. Subiectum. d.1101. et seqq. Vsus. dist. 5. n. 5. et d.2353. 2354. 2890. 4888. Instrumenta. d. 2794. et seqq. 2800. et seqq.

Merces. Quid. d. 4901. v. *Proœmium*.

Mercis appellatio. d.5445.

Mercurij cœlum. Motus. d.2444. Quantitas. d. 2478. 2499. Distantia. d.2489.

Meridianus circulus. Quid. d.2424.

Merita. An redeãt. d.3095.

Meta. Quid. d. 459. Quotuplex. d.460. et seqq.

Metalla. Genera. d.1349. Causæ. d.1344. et seqq. Locus. d.1344. 1347. 1348. Proprietates. def. 1350

Metaphysica. Quid. Proœ. n.4. et d.2040. et dist. 6. n.2. Materia, seu Subiectum, principia, et proprietates. Proœm, n.8. et d. 2040. et dist. 6. à n.1. per totum. Vsus. dist. 6. n. 3.

Metaphysicum. Quid. d. 533 541. 546. 2906. 3131.

Me-

Meteora. Quid. dist. 3. n. 5. & d. 1197. Materia. d. 1198. Genera d. 1205. & seqq. vsque ad fin. dist. 3. Vsus. dist. 3. n. 6.
Methodus. Quid. d. 292. Quotuplex. d. 295. 296.
Metiri. Quid. d. 2344.
Metreta. Quid. d. 2841.
Metus. Effecta. d. 1528. 4755. v. *Timor*.
Milliarium. Quid. def. 2877.
Mina. Quid. d. 2819. 2820. 2829.
Minima. Quid. d. 810. 971. 3245.
Ministeria. Efficiens. def. 4176. 4177. & seqq. 4288. & seqq.
Ministri. Quales. d. 4062. 4288. & seqq. 4358. 4573. 4574. 4576. 4591. 4592. & seqq. 4612. 4620. 4782. 4793. 4832. 4908. 5038. 5093. 5123. Qui. d. 4577. & seqq. 4793. Munus. d. 3595. 4542. 4577. & seqq. Vita. d. 4575. Electio. def. 4061. 4606. 4870. Locus. d. 4608. Actiones. def. 4160. 4289. 4290. 4609. & seqq. Vsus. d. 4895. Numerus. 4571. 4572. 4854.
Minor. Quis. d. 5344.
Minora. Quid. d. 177. Minorum Maxima. d. 437.
Minor extremitas. Quid. d. 272. 281.
Minutia. Quid. d. 2384. 2390. Partes. d. 2385. 2386. Valor. d. 2387. & seqq. Proprietates. def. 2389.
Minutum. Quid. d. 2883. Partes. d. 2883.
Miringa, seu Tympanum. Quid, & vsus. d. 1752.
Misericordia. Actiones. d. 4127.
Misericordia diuina. Quid. d. 3545.
Missio in diuinis. Quid. d. 3534.
Missiones. Ratio. d. 3647. & seqq. Vsus. d. 3647. Mittendi. d. 3652. 3655.
Mixtile. Quid. d. 978.
Mixtio. Quid sit. d. 976. 977. Materia. d. 979. & seqq.
Mixtum. Quid. dist. 3. n. 4. 5. & d. 1697. Causæ. dist. 3. n. 4. & d. 1351. Genera. dist. 3. n. 4. 5. Effecta. d. 1498. 1761.

Pro-

Proprietates. dist. 3. n. 5. et d. 1713. Mixti generatio d. 1352. Mixti corruptio. d. 1353.
Modalis propositio. Quid, quotuplex. 227. & seqq.
Modestia. In quibus. def. 3807. 4354. 4406. 5094. Effecta. d. 4354. 5106. Actiones. d. 4472. 5094. & seqq. Regula. d. 5101. Modus. d. 5105. Media. d. 5107. & seqq.
Modicum. Non spernendum. d. 4799.
Modius. Quid. d. 2834.
Modus. Quid. d. 3028. & seqq. 3075.
Modus essendi. Principiũ. d. 1974. 1977.
Modus propositionis. Quid. def. 227. 228. 229. 231. Quotuplex. d. 228. & seqq.
Modus sciendi. d. 297. & seqq.
Modus syllogismi. d. 326. & seqq.
Mœnia. Vbi. d. 2755. 2756. 4787. Turres, plateæ, etc. d. 2757. 2758. Cura. d. 4786.
Molestia. Cauenda. dif. 4358. 4369.
Molle. Quid. d. 1364. 1366. Subiectum. 1367. Proprietates. d. 1372.
Mollificabile. Quod. 1377. 1378.
Monachus. v. *Regulares*.
Monarchia. Quid. d. 5207. Vsus. def. 4457. 4459. 4893.
Monastica philosophia. Quæ. d. 5145.
Monita. Vsus. def. 4122. v. *Admonitiones*.
Mora. Cauenda. d. 4108. 4109. Actiones. d. 5298.
Morale. Quid. def. 1935. 2021. 2909. 2910. 3072. 3073.
Moralis causa. Quid. def. 207. 598.
Moralis scientia. Quæ. d. 5144.
Morbosum. Quid. d. 1573.
Morbus. Quid. d. 1374. 5449. Genera. d. 1623. Signa. d. 1579. 1580. & seqq. 1602. 1603. 1609. & seqq. 1626. & seqq. Remedia. def. 1588. & seqq. Causæ. def. 1606. 1619. & seqq. Proprietates. d. 1613. Tempus. d. 1620. & seqq. Effecta. d. 1641. 1648. 1834.

Mores. Quid.d.5143.
Mores politici. Vſus. def. 3712.4169.
Mors. Quid, cauſę.d.1512. & ſeqq.1527.1658. Præparatio ad mortem.def. 4113.4215.
Mortificatio. Quid.d.5183. Actiones.d.4664.5047. Modus. def.4202.4203. 5060.5061. Effecta.def. 4316. Finis.d.5065.
Mos. Quid. d.5142.
Motiuum Quid.d.93.267.
Motor. Quid. d.1875.
Motus. Quid.Diſt.2.n.26. & def.510. 511. 512. 871.872.873.946.1679. 3343. Principia.d.576. 578.945. Genera.Diſt. 2.n.3.26.& def.883. & ſeqq. 891. Subiectum. d.889. 917. Proprietates.d.893.894.895.896. 906.907.& ſeqq. 1090. 3349. Quot modis dicatur. d.3427.& ſeqq.
Motus localis. Quid.def. 1039.1041.1679.3430. Genera.d.1051.& ſeqq. Subiectũ.d.1038.1073. & ſeqq. Principium. def. 1040. 1046. 1047. 1048.1067.1070.1071. 1076.& ſeqq.1085.1330 Proprietates.d.1042.& ſeqq. 1049.1050.1062. & ſeqq. 1079. 1083. & ſeqq.1088.1089. 1090. Effecta. d. 1087. 1994. 2789. Vſus.d.2886.
Motus localis animalium. Principium.diſt.4.n.13. & d.1860.1861.& ſeqq. Modus.d.1862.1863.
Motus primò primus. Quid. d.1852.
Moueri per accidẽs. Quot modis dicatur. d.3476. & ſeqq.
Mulier. Proprietates. d. 1650.
Multiplex. Quid. d.2187. 2197.2326. Genera. d. 2200.2201.
Multiplicatio. Quid. def. 2380.Effecta.d.2307.& ſeqq.2336. & ſeqq.
Multitudo. Quid. d.794. 3021. Proprietates.def. 3022.
Multitudo, pro Societate. v. *Societas. Ciuis.*
Mundus. Quid.diſt.3.n.1. & d.1105.& ſeqq.Cauſæ.d.1118.1122.Partes. diſt.3.n.2.& ſeqq. & d. 1110.1112.1113.1123.

Quo-

Quotuplex. d.1105. & seqq. 1114. 1116. Proprietates. def. 1109. & seqq. Principium. def. 1119. 1120. 1121.
Munus, donum. d.5424. Quotuplex. d.5221. An accipiendum. def. 3843. 5074. Effecta. d.3843.
Munus, officium. d.5426. Fuga. def. 4301. 4302. 4869. Quibus committendum. d.4871.
Munus, onus. d.5427.
Murmuratio. Cauenda. d.4367.
Musculus. Quid. d.1861. Vsus. d.1861.
Musica. Quid. dist.5. n.2. & d.2693. Obiectum. d.2693. Qualis. d.4920.
Mutatio. v. *Motus.*
Mutilum. Quid. d.3468.
Mutus. Caulæ. d.1652.
Mutuum. Quid. def. 5397. Effecta. d.4970.

N

Nadir. Quid. d.2425.
Natura. Quid. def. 490. & seqq. 503. 506. Bonum naturæ. d.5175. Contra naturam. d.5176
Naturale. Quid. d.494. & seqq.
Naturales filij. Qui. d.5254. 5266.
Nauigatio. Quid obseruãdum. d.2397.
Nebula. Quid. d. 1256. 1257.
Necessariũ. Quid, & quot modis dicatur. d.205. 320. 393. 2912. 3270. & seqq. Necessarium coactionis. d.3274. Necessariũ determinationis. d.3275. Necessarium ex hypothesi, seu ex suppositione, seu in sensu composito. d.3276.
Negatio. Quid. d.3264.
Negatio, actus intellectus. Quid. Proœm. n.6. & d.76. 1934.
Negligentia. Quæ. d.4965. Fugienda. d.4242.
Negotia sæcularia. Quid. d.5265.
Negotiatio. Quid. d.5220. Fuga. d.4614.
Negotium. Quid dicatur. d.5274.
Neruus. Vsus. d.1861.
Nidor. Quid. d.1417.
Nihil. Quid. d.2913. Non esse subiectum agentis creati. d.519. 520. vid. *Creatio.*

Nimbus. Quid.d.1260.
Nimis, Nimium. Fugiendum. d.4193.4194.
Nix. Quid. d.1265. Proprietates. d.1266. Effecta. d.1267.
Nomen. Quid.d.72. Principium, seu Impositio. d.3487.& seqq. Significatio. d.3485. & seqq. Modus significandi. d. 3503. Proprietates. def. 342. Nominum diuinorum ratio. d.3485. & seqq. Prædicationis ratio. d.3574.& seqq.
Nomen metaphoricum. Quid. d. 3493. 3496. 3501. 3507.
Nomen proprium. Quid. def.3492. 3497. 3499. 3507.
Non ens. d.468.
Notatio. Quid.d.57.
Notio in diuinis. Quid. d.3526.3527.
Notitia. Quid. d.5. Notitia simplex.d.28.
Notum. Quot modis. def. 263.265.
Nouale. Quid. d. 5434. 5435.
Nox artificialis. Quid. d. 2888.
Nox naturalis. Quid. d. 2523.
Nubes. Quid. d.1255.
Nugatio. d.467.
Nullius iuris. Quæ.d.5353.
Numeratio. Quid.d.2375. Figuræ. d.2376.2377.
Numerator. Quid.d.2385.
Numerus. Quid. d.795. 820.1679.2323. Partes. d. 2323. & seqq. 2361. Vsus. d.2354. & seqq. 2729. Genera. d.2326 & seqq.3140. Proprietates. d.2341. & seqq. Numerus primus. def. 2332. Numeri inter se primi.d.2333. Numerus coppositus d.2334.2335. Singularis num. d.5457. Pluralis num. d.5458.
Numisma, Nummus. Quid d.2815. Vsus. d.4887.
Nuptiæ. Quid. d.5473.
Nurus. Quid. d.5442.
Nutritio. Quid. d.1027. 1028.1486.1492. Subiectum. d.1493. Materia. d.1496. & seqq. Tempus. d.1506. Effecta.d. 1995.

O

Obedientia. Actiones. d.4168.4184.4257. &

& ſeqq. 4371. 4373. 4657. Cauſæ. d.3696. Cui. d.4269. & ſeqq. 4845.4862.4880.4939. 4943.4949. Remedia. d.4137.4138.4139.4300 Modus. 4260. & ſeqq. Materia. 4269.4271.& ſeqq. Effecta. d. 4311. 4657. Ordo. d. 4372. 4863. 4864.

Obiectum. Quid.d.9.1442. 1443. & diſt.4. n.9. & d.1893. Partes.d.1894. 1911. Ratio materialis. d.1895. Ratio formalis. d.1896. & ſeqq. Genera.d.1912. Proprietates. d.3166. Conceptus obiectiuus. d.8.

Obiurgatio. Modus. 4245.

Oblationes. Quid.d.5226. Cui.d.4861.

Obligatio. Ratio. d.5395. 5396. Quibus modis cõtrahatur. d.5404. 5405. 5406.5413.5416. Quibus modis tollatur. def. 5412. Ex quo. d.3938. Obligationes Principũ. v. *Princeps. Epiſcopus.* Obligationes Clericorum. vide *Clerus, Clerici.*

Obliquum. Quid. d.2588. & ſeqq.

Obolus. Quid. d.2816.

Obſcœna. Cauẽda.d.3606.

Obſcurum. Quid. d.1718. v. *Dubium.*

Obſeruantia. Actiones. d. 4879.

Obtuſum. Quid d.2099.

Occaſiones. Fugiendæ. def. 4207.5048.

Occaſus aſtri. Quid, quotuplex. d.2533. & ſeqq. 2889.

Occidens. Quot modis dicatur. d.2525.2526.

Occupationes. Modus. def. 4241. Effecta d.4997.

Octaedrum. Quid.d.2281.

Oculus. Partes. def.1728. Vſus. d. 1729. & ſeqq. Figura.d 1729. Situs. d. 1731. 1732. Effecta. d. 1734.

Odium. Fuga. def. 3796. Actiones.d.3870. 3872.

Odor. Quid.d.1754.1756. Cauſæ.d.1755.1757. & ſeqq. 1761. & ſeqq. Effecta.d.1691.1762. Genera.d.1760.

Oeconomia. Quid.d.5195. 5196.

Oeconomica philoſophia.

Quæ. def. 5146.
Oeconomus. Quid. d. 5244.
Offensa Dei. Quid. d. 3091. Fuga. d. 4309. Modus satisfaciēdi. d. 3092. 4203 4319. 4322. 4323. Modus remittendi. d. 3094. 4320. 4321.
Officia amicitiæ. v. *Amicitia*.
Officia decentiæ, ac humanitatis. Actiones. def. 4393. 4466. 4467. 4471. Cautiones. d. 4470.
Officia ciuis in Rempub. v. *Ciuis*.
Officia Principis in Remp. d. 4811. & seqq. per totum. v. *Princeps*.
Officia subditorum in Principem. d. 4865. v. *Amicitia subd.*
Officium. Quot modis dicatur. d. 5300. & seqq.
Officium, & munus. Cui committēdum. d. 4609. & seqq. 4798. 4854. Materia. dist. 7. n. 15. Memoria. dist. 7. nu. 15. Vsus. d. 4876. v. *Munus*.
Olfactus. Vsus. def. 1662. Causæ. def. 1753. 1766. Organum. d. 1766.
Oligarchia. Quid. d. 5205.
Omissio. Quid. d. 3085.
Omne. Quid dicatur. def. 3464. 3466. 3467.
Onus. Effecta. d. 3951. Cui. d. 4236. Remedia. def. 4359.
Opacum. Quid. def. 1703. Effecta. d. 1723.
Opera. Materia. def. 4149. 4150. 4187. Modus. def. 4140. 4186. Impedimenta. d. 4148. 4149. 4161. 4195. & sequent. 4298. 4303. 4337. Adiumēta. d. 4885. Cautiones. def. 4440. 4441. 4807. vide *Executio*.
Opera charitatis, & misericordiæ. Effecta. d. 3698 Tempus. d. 3744.
Opera maiora. Præparatio. d. 3769.
Opera pœnalia. Quæ. def. 4322. Effecta. d. 4322.
Operatio. Modus. Procem. n. 1. & def. 1852. 1853. 1874. 1892. v. *Actio*.
Operatio, seu opus intellectus. v. *Intellectus*. *Intellectio*. Prima operatio. def. 28. Secunda. d. 29. Tertia. d. 30. Operatio recta. d. 247.
Opifices. Quales. d. 3804.

Opinio. Quid.d.1931.Effecta. v.*Imaginatio.*
Opportunitas. Captanda. d.3820.
Opposita. Quid. def. 149. Quot, seu genera. def. 149 & seqq 3304.Quot modis dicatur. d.3301. 3302.
Oppositio propositionum. Quid.def.217. Quotuplex.d.218 & seq.
Optica. v.*Perspectiua.*
Opus. v. *Actio. Executio.*
Oratio. Vsus. 3832. 3995. 4053.4107.4189 4211. 4539.& seqq. A quo.d. 4542.4842.
Oratio secundum Dialect. Quid d.44.Quotuplex. d.45.46.47.48.
Oratio vocalis. Quid. def. 3737.Vsus.d.3737. Modus.d.3751.Adiumenta. d.3741.
Orbes cælestes. v.*Sphæra cælestis.*
Ordinatio architecturæ. Quid. d.2742.
Ordo. Quid. d.292.1112. 3075.3381. & sequent. Quotuplex. d.293.294. 3383 & seqq.v.*Relatio.*
Ordo Sacramentum. Quid. d.5286. Dispositio. def. 4590 et sequent. 4607. 4832. Materia. d.4587. Quotuplex def.4577. & seqq. Munera. d.4577. & seqq. Ritus. d.4588. & sequent. 4600.4725. vide *Hierarchia ecclesiastica.*
Organicum. Quid.d.1437.
Organizatio. Principium. d.1486.1488.1491.
Organum. Quid. d.2791. Vsus.d.2792.
Orientes. Quot modis dicatur.d.2525.2526.
Origines diuinæ. Quid. d. 3229. & sequent. 3528. Quot.d.3230. Ordo.d. 3231.3232.
Orthogonii. Quid.d.2272.
Orthographia. Quid. def. 2746.
Ortus astri. Quid, quotuplex. d.2532. & seqq. 2889.
Otium. Vitandum.d.4154. 4155.4444. Effecta. d. 4155.4444. Remedia. d.4156.4445.
Ouis. Proprietates.d.1570.
Ouum. Quid.d.2857.
Oxygonium. Quid.d.2109. 2272.

P

Actum. Quid.d.5269.
Palam Quid.d.5438
Palatus. Vsus.1775.1776.
Pallium. Quid.d.5264.
Palmus. Quid. d. 2861. 2862.
Palpitatio. Quid.d.1528.
Papa. Quid.d.3802.4569. Auctoritas. def. 3802. 3971.4269. 4570. Munus. d.3802.4625. Imperium. d.4091. Iudicia. d.3906.3971.
Par. Quid.d.2327. Principiũ. d.2368.2369.2371. 2373.
Parabola. Quid.d.174.
Parallelæ. Quid. d.2111. 2144.& seq.2266.2288.
Parallelepipedum. Quid. d. 2284. Proprietates. d.2291.
Parallelogrammum. Quid. d.2112. 2152. Proprietates.d.2147.2150.2237 & seqq.
Paralogismus. d.458.
Parelium. Quid.d.1253. 1254.
Parentes. Qui.d.5443.
Paria. Quid.d.178.
Pariter impar. Quid.def. 2330.
Pariter par. Quid.d.2329.
Pars. Quid. d.2186. 2324. 3455.3456. Proprietates.d.3948.Partes essentiales d.185.190.Partes integrantes. d.183.190. Partes subiectæ. d.188. 189.
Partes. Quid.d.2325.3457 & seqq.
Particulare. d 238.
Passio. Quid.Dist.2.n.26. & d.875. 3097. 3179. 3180.3151.Subiectum. d.876.Genera. d.3181. Quot modis dicatur. d.3387.& seqq.
Passio actus appetitus. Quid. d. 1855. 3391. Subiectum. d.1856.Genera. d.1854. Effecta. d.1857. & seqq. 1860. 3835.3844.3976.4019. 4116.4218. Remedia. d.3738.4200. Vsus.def. 4202.4203.
Passio, & Passibilis qualitas. Quid.d.3153.3392. & seqq.
Passus, mensura. d.2867. & seqq.
Pastor, Pastura. Ars pecuaria. d.1560. Actiones. d. 1561. 1568. & seqq.

ſeqq. Subiectum. d. 1562 & ſeqq. Locus. d. 1567.
Paterfamilias. Quid. def. 4923. 5463. Officia in familiam. 4923. & ſeqq.
Pater in diuinis. Quot modis dicatur. d. 3516. & ſeqq.
Patientia. Actiones. def. 5015. & ſeqq. Modus. d. 3700. Effecta. d. 4355. 4407. 4992.
Patres. Qui. d. 5287. Vſus. d. 3715.
Patria. Officia in patriam. d. 4867.
Patrocinium. Actiones. d. 4839.
Patronus. Quis. d. 3911. 5342.
Pauimentum. Modus extruendi. d. 2784. 2785.
Paupertas regularium. Profecutio. d. 4631. 4654.
Pax. Cauſæ. d. 3696. 4443. Vſus. d. 3712. Effecta. d. 4443. Remedia. def. 4848.
Peccatum. Quid. d. 695. 1999. 2002. 3081. 3082. & ſeqq. Genera. d. 3084 & ſeqq. Proprietates. d. 1999. 2055. Effecta. d. 3091. Correctio. vid. Correctio. Remedia. v. Offenſa Dei.
Peccatum capitale. Quid. d. 5174.
Peccatum ex induſtria, & ex certa malitia. Quid. d. 5173.
Peccatum originale. Remedium. d. 4321.
Pecunia. Quid. d. 5223.
Penetratio corporũ. Quid. d. 829. 830.
Penſio. Quid. d. 5308.
Per accidens. Quid. d. 595. 596. 2043. 2898. 2899. 2990. 3475. & ſeqq.
Perfectio. Quid. d. 3163. 3413. Genera. d. 3414. & ſeqq.
Perfectiuum. Quid. d. 3063. 3064.
Perfectum. Quid. d. 3062. 3411. Quot modis dicatur. d. 3408. & ſeqq.
Perficere. Quid. d. 5453.
Peripheria. Quid. d. 2102. Vſus. d. 2162. Proprietates. d. 2305.
Periurium. Actiones. def. 4521. & ſeqq.
Permanens. Quid. d. 822.
Permutata ratio. Quid. d. 2215.
Permutatio. Quid. d. 5349.

Perpendiculare. Quid. d. 2098.2547. Proprietates. d.2294. Vsus lineæ perpẽdicularis.d.2890.
Perplexitas, Fugienda. d. 4297.v. *Curæ anxiæ*.
Perse. Quid.d.80.516.517. 594.2897.2989. De quibus dicatur. d 3442. & seqq.
Persona. Quid. def.3291. 3512.3514.
Perspectiua. Quid.d.2542. Obiectum. dist.5.n.11. & d.2542. Vsus. dist.5. n.11.22.
Perspicuum, v. *Diaphanũ*.
Pertica, mensura. d.2875.
Pertinacia. Actiones.def. 3815.
Perturbatio animi vide *Passio actus appetitus*. & *Curæ anxiæ*.
Pes, mensura. Quid. def. 2563.
Petere principium. d.259. 486.
Phantasma. Quid.d.1820. Effecta.d.1968.1969.
Philosophia. Partes. Proœ. nu.4. Studendi modus. Proœm.n.15. Vsus. Dist. 2.n.24.27.& d.4.n.1.
Physica. Quid. Proœ.n.4. & Dist.2.n 1.& d.2038. Subiectum, principia, & proprietates. Proœ.n.8. & Dist.2.n.1.& d.2038. Physicæ œconomia. Dist.2. per totum. & d. 2038. Vsus. Dist.2.n.27. & dist.4. n 1.12.13.14.
Physicum. Quid. d.2904. 2905.2907.3130.
Physis. d.490.
Picturæ. Quales. d.4918.
Pietas. Media.d.3646.
Pignus. Ratio. d.5401.
Plaga, seu regio. Quotuplex.d.2531.
Planetæ. Globus. d.2446. Partes globi. d.2446.& seqq. Locus. def.2415. Motus. def.2415.2446. 2450. 2513. Adiuncta. d.2517.& seqq.
Planisphæriũ. Quid, vsus. d.2797.
Planta. Caulæ.d.1530. & seqq. Locus. def.1539. 1540. 1541. Adiuncta. def.1542. & seqq. vide *Agricultura*.
Planum. Quid.def.2095. 2337. Proprietates def. 2262.2264.2265. 2266.
Plebs. Quid. d.5472.
Plus, Quid.d.3879.

Plu-

Pluuia. Quid. def. 1258. Cauſæ. def. 1261. 1262. Prodigia. d. 1263. 1264.
Pœna. Quid. d. 3087. Cauſa. d. 3873. 3881. Modus. def. 3699. 3961. 4099. 4127. 4171. 4172. 4346. Cui. d. 3881 3896. 3914. 3933. 3934. 3965. 4039. 4059. 4060. 4068. 4125. 4126. 4130. 4131. 4280. 4281. 4287. 4352. 4449. 4450. 4451. 4878. Vſus. def. 3850. 3967. 3968. 4139. 4271. 4816. 4817. A quo. d. 4173. Finis. d. 4287. v. *Opera pœnalia*.
Pœnitentia. Actiones. def. 4198. 4681. Effecta. d. 4319.
Pœnitentiæ Sacramentum. Materia. d. 4703. Forma. d. 4718. Effecta. d. 4321. Diſpoſitio. d. 4704. 4710. Vſus. d. 4705. 4714. 4715. 4716. Miniſter. d. 4706. 4711. 4717. & ſequent. Suſcipientes. def. 4708. 4712. Secretum. d. 4713.
Politiæ, ſeu Regiminis ratio. Quæ. d. 5198. 5203. Qualis. def. 4777. 4902. 4907. Finis. def. 4778. 4781. 4915. Materia. d. 4922. Ius Principis. d. 4779. & ſeqq. Regiminis vitia. def. 4782. Impedimenta. d. 4829. 4830. 4847. Diligentiæ. d. 4792. & ſeqq. Præcepta. d. 4773. & ſeqq. per totam ſect. 2. vide *Regimen*.
Politica. Quid. diſt. 7. n. 4. 9. & d. 5147. Obiectum. d. 5147. Cautio. d. 3695. 4023. 4636. 4907. 4917.
Politicus ordo. Quid. def. 3258. 3259.
Politum. Quid. d. 2625.
Pollutio. Quid. def. 4559. In quibus. d. 4559.
Polus. Quid. d. 2404. Mundi poli. d. 2407. 2529.
Pondo. Quid. d. 2802.
Pŏdus. Quid. d. 2800. Vſus. d. 2800. Genera. d. 2801. & ſeqq. 2831. & ſeqq.
Portio. Quid. d. 5310.
Poſitiua. Quibus prælegenda. d. 3644. v. *Theologia Poſitiua*.
Poſſe. Quid. d. 3327. vide *Potentia*.
Poſſeſſio. Cui. d. 4092. Effecta. d. 3863. 3882.
Poſſibile. Quid. def. 239. 2911. 3209. 3335. Cauſę.

def. 3209. 3210.
Possidendi ratio. d. 5364.
Posteriora. Quot modis dicantur. d. 3316. & seqq.
Postliminium. Ius. d. 5334.
Postulatio. Quid. d. 5260. 5475. A quo. def. 3911. Materia. d. 3952.
Potens. Quot modis dicatur. d. 3329.
Potentia. Quid. d. 3151. Genera. d. 3152. 3336. & seqq. Quot modis dicatur. d. 547. 552. 553. 2915. 3324. & sequent. Proprietates. d. 555. & dist. 4. n. 5. Potētia actiua. d. 3152. 3325. Potentia passiua. d. 3152. 3326.
Potentia Dei. Absoluta. d. 3552. Ordinata. def. 3553.
Potentiæ animæ. Quid. d. 1463. 1464. 1465. Quot. def. 1466. 1480. 1482. Principium. def. 1470. Distinctio. d. 2936.
Potentia formalis. Quid. d. 2922.
Potentia logica. Quid. d. 3340.
Potētia metaphysica. Quid. d. 3339.
Potentia neutra. Quid. def. 3341.
Potentia obedientialis. Quid. d. 3342. 3343.
Potentia obiectiua. Quid. d. 3337.
Potentia physica, Quid. d. 3338.
Potentia resistitiua. Quid. d. 3336.
Practicum. Quid. d. 2027.
Præbenda. Quid. d. 5222.
Præcepta Dei. Quid. def. 3780. Obseruanda. def. 3674.
Præceptum. Quibus. def. 4075. Materia. d. 4262. 4263. v. *Imperium. Lex.*
Præcipitatio. Fugienda. def. 3853. 3975. 4064. 4242.
Præcognitio. d. 260.
Præcognitum. d. 260.
Præcurrētia. Quid. d. 165.
Prædestinatio. Quid. def. 3549. Cura. def. 4163. 5014.
Prædicabile. Quid. d. 100. Quotuplex. d. 101.
Prædicamenta. Quid. Dist. 1. n. 6. & d. 122. Quot. d. 123.
Prædicare. Quid. def. 76. 3012. Ratio prædicationis.

nis. def. 3017. 3574. & seqq.
Prædicatio sacra. Finis. d. 3592. 3593. Materia. d. 3592. 3599. 3616. Effecta. def. 3613. Tempus. d. 3592. Modus. d. 3594. 3598. 3659. 4240. 4245. & seqq. Materiæ inuentio. Procem. n. 12. 13. & dist. 7. nu. 13. Minister. def. 3594. 3595. 4566. 4577. 4578. 4579. 4843. Exercitatio. def. 3594. 3600. Ministri dispositio. d. 3596. 3597. Auditoris officia. d. 3613. & seqq.
Prædicatum. Quid. Procem. n. 6. & d. 79. 85. Quotuplex. d. 80. & seqq.
Prædium. Ius. d. 5359. Seruitus. d. 5360.
Præiacēr prop. Quid. d 242
Præmissæ. d. 273. 392.
Præmia. Vsus. d. 4798. 4818 4820. 4821.
Præmium æternum. Causæ. d. 3717.
Præscriptio. Ratio. d. 5379.
Præsentia diuina. Vsus. d. 5100. Effecta. d. 3741. 4200. 4216. 4306. 4318. 5022.
Præstimonium. Quid. def. 5309.
Præsumptio. Quid. d. 5278. Vsus. d. 3940. 3955.
Prævaricator. Quis. def. 5466.
Pratum. Quid. d 5436.
Praxis. Quid. dist. 7. n. 9.
Precaria. Quid. d. 5225.
Presbyter. Quis. d. 5214.
Pressatile, impressatile. Quid, quodve. d. 1396. 1397.
Pretium. Vsus. d. 4797.
Primum mobile. Quid, motus. d. 2433. Vsus. def. 2886.
Princeps. Qualis. d. 4027. 4037. 4891. 4896 Actiones. d. 3834. 4120. 4137. 4164. 4289. 4329. & seq. 4781. & seqq. 5051. Finis. d. 3708. 3709. 3711. 3712. 3713. Locus. def. 4823. 4824. 4827. Officium. dist. 7 n. 4. & def. 3627. 3783. 4256. 4953. Occupationes. d. 3729. 3787. 3793. 3799. 4154. Curæ. def. 3627. 3638. 3639. 3645. 3648. 3695. 3696. 3774 3778. 3785. 4028. 4030. 4077. 4116. 4117. 4121. 4124. 4128. 4129.

4129.4132.4134.4135. 4290.4299.4326. & seq. 4443.4453.4456.4725. & seq. Industriæ. def. 4294. & seq. 4326. & seq. 4781. & seq. Vsus. d. 4294. 4295. v. *Regimē. Politiæ ratio.*

Principiū. Quid. d. 507. 522. 523. 524. 3515. Quot principia. dist. 2. n. 4. & seqq. & d. 525. Effecta. d. 526. 527. 528. & seqq.

Principium Caneri. Quid. d. 2421.

Principium Capricorni. Quid. d. 2421.

Principium complexum. Quid. d. 2046.

Principium incomplexum. Quid. d. 2046.

Priora. Quot modis dicantur. d. 155. & seqq. def. 3316. & seqq. Proprietates. d. 3958. 3959.

Prisma. Quid. d. 2271.

Priuatio. Quid. d. 153. 573. 3265. & seqq. Subiectū. d. 575. 577. Effecta. d. 576. 578.

Priuilegium. Quid. d. 5177. 5271. Vsus d. 4205.

Prius natura. Quot modis dicatur. d. 3320.

Prius origine. Quid. d. 3321

Probabile. Quid. d. 396

Probatio. Quid. d. 93. 267.

Probatio in iudicijs. Actiones d. 3896. 3921. 2926. Efficacia. d. 3928.

Probatio, experimentum. Ministrorum pro ordine. d. 4590. Pro ministerijs. d. 4601. 4606. Admittendorum ad vitam regularē. d. 4626. 4641.

Problema. Quid. def. 399. 2083.

Processio in diuinis. Quid. d. 3529. 3530.

Procurator. Quid. d. 5242. 5262. Quis. def. 3911. 4615.

Productio. Quid. Dist. 2. n. 26.

Proœmium. Vsus. d. 4139. 4239.

Profectus spiritualis. Remedia. d. 4225.

Professores. Quales. d. 3628. Prælegendi modus. def. 3633. 3635. 3641. Materia. d. 3634. 3640.

Profunditas. Quid. d. 3144. 3348.

Prohibitio. Effecta. d. 3864. 3930.

Pronunciatum. Quid. def. 48.

48. 2086. 5440.
Propensio. Quid. d.1849. 1978. Vsus. def. 4202. 4203.
Proportio. Quid. def.131. 2188.2189.2345.Quotuplex d.2190.2193.& seqq. Proprietates.def. 2208. & seqq. 2223. & seqq.2705.2706.
Proportionale. Quid. def. 2210.2341.
Proportionalitas. Quid. d. 132. 2189. Genera. d. 2203.& seqq. Subiectū. d.2212.
Proportio ordinata.d.2221.
Proportio perturbata. def. 2222.
Propositio. Quid. d.48.51. 52. 2081. Partes. d.59. 60.61.336.& seqq.343. 344. Genera. d.217. & seqq.329 & seqq. Proprietates.d.327.et seqq. d.3042. & seqq. vide *Sententia*.
Propositum. Actiones.def. 3773.
Proprietas. Quibus modis acq. d.5354. vide *Bona temporalia*.
Proprietates. Vsus.d.2047.
Proprium. Quid.def.117. 3016. Quotuplex. def. 118.119.
Prosecutio. Quid. d.1847. & seqq. Principium d.1826.
Prouidentia.Quid.d.3386. 3547. 5153.
Prudens. Vsus.d.4004.
Prudentia. Quid.Proœm. n.5.& d.1935.2063.& dist.7.n.4.9. & d.5152. 5187. & seqq. Genera. dist.7. n.4. Subiectum. def. 3812. 3852. 4891. Obiectum, seu materia. dist.7. nu.5. Methodus. dist.7.n.11.Quibus corrumpitur. d.3715. Quibus acquiritur. d.3812. 4264. Vsus.d.4117.
Pruina. Quid. def.1272. Causæ. def.1272.1273. Tempus. d. 1275. Effecta. d.1276.
Puer. Quot modis accipiatur. d.5465.
Pueri. Institutio. d.3580. 4914. & seqq 4951.
Pulchrum. Quid. d.3071. 3385.
Pulmo. Effecta.def.1519. 1521.1749.
Pulsio.Quid.d.1057.1060. 1389.

Pulsus. Quid.d.1529.
Punctum. Quid. d.2089. 2091.
Purgatio. Quid. d.3260.
Purgatio iudicialis. Quid. d.3897. 5272. Quotuplex d.5272. Actiones. d.3897.
Puritas animi. Prosecutio. d.4656. Effecta.d.3623. 4656. Remedia.d.4305.
Putrefactio. Quid,& causæ.d.1354.
Pyramis. Quid. def.2270. Genera. d.2561.2562.

Q

Quadrans. Quid.def. 2818.2884.
Quadrani instrumentum. Vsus.d.2794.
Quadrantal. Quid.d.2832
Quadratum. Quid.d.2110. 2339. Proprietates def. 2151.2292. Principium. d.2364.
Quæstio. Quid.d.333.397. Quotuplex. def. 398. Quæstionum comparatarum maximæ.d.445.
Quæstus. Fuga. d.3850.
Qualitas. Quid.def.3097. 3148. Quot modis dicatur. d.3350. Genera. def.3149.& seqq. Proprietates. def.3155. & seqq.
Qualitas propositionis. def. 327.
Qualitates primæ. Quot. d.1167. Subiectum.def. 1166.1178. Proprietates. def.1168. & seqq. Effecta. d.1755.1790.
Quando. Quid. def.3097. 3182.3183. Genera. d.3184.
Quantitas. An sit. Dist.2. nu.13. & def. 813.815. Quid sit. Dist.2.n.13.14. & seqq. & d.792. 801. 803.3097.3137. Partes. def.802. 810.811. 812. 816.817.818. Proprietates. def. 804. & seqq. 810.824.3145. & seqq. Subiectum.d.814. Genera.d.3138.& seqq.
Quantitas Proportionis. d.2235.
Quantitas Propos. d.328.
Quãtũ. Quid d.792. Quotuplex. d.821.822.823. Proprietates.d.854.856 857. & dist.5. n.1. & d. 3145.& seqq. Consideratio,& abstractio. dist. 5. n.1. 2. 5. Proportio. d.2208. & seqq. 2223. &

& seqq. v. *Quantitas.*
Quartarii. Quid. d. 2837.
Querimoniæ. Fuga. d. 4411.
Quidditas. Quid. d. 13. 54. 543 §. 1. 2. & def. 2928. 3127.
Quies. Quid. d. 513. 514. 515. 910. 911. 940. 1679. Subiectum d. 912. 1084. Proprietates. d. 913. 914
Quies animi. Vsus. d. 3746.
Quinarius. Quid. d. 2813.
Quincunx. Quid d. 2884.
Quotiens. Quid. d. 2383.

R

Radialis linea, pyramis. Quid. d. 2559. 2561.
Radius. Quid. d. 1706. Genera. d. 1707. & seqq. Proprietates. d. 2563. 2565. 2579.
Radius instrumentum. d. 2793.
Radius visualis. Quid. d. 2543. Modi. d. 2544.
Rarefactio. Quid. Dist. 2. n. 26. & d. 815. 936. Principium. d. 1036. Effecta. d. 1035.
Rarum. Quid. d. 1033.
Ratihabitio. Quid. d. 5296. Actiones. d. 5295.
Ratio. Quid. d. 92. 93. 131. 267. 3838. Ratio superior. d. 1947. Ratio inferior. d. 1948. Ratio, id est, Proportio. v. *Proportio.*
Rationis rectæ vsus. dist. 7 n. 3. & d. 3838.
Ratiocinatio. Vsus. d. 3758 vid. *Argumentatio.*
Ratio reddenda. Materia. d. 4132. 4835. 4964.
Rationalis propositio. Quid d. 350.
Rationalis quantitas. Quid. d. 2249. 2250. 2252. 2253 Proprietates. d. 2257. 2258.
Rationes mathematicæ. Quid. d. 2736.
Ratio specificativa. Quid. d. 2935.
Reactio. Quid. d. 1007. An sit. d. 1008. 1009.
Reciprocum. Quid. d. 148. 2232.
Rectangulum. Quid. def. 2109. Proprietates. def. 2153. 2154. 2299.
Rectilineum. Quid. def. 2097. 2106.
Rector. v. *Princeps.*
Rectum. Quid. d. 2092. 2098.
Recursus. Vsus. d. 4300.

P

Actum. Quid.d.5269.
Palam Quid.d.5438
Palatus. Vsus.1775.1776.
Pallium. Quid.d.5264.
Palmus. Quid. d. 2861. 2862.
Palpitatio. Quid.d.1528.
Papa. Quid.d.3802.4569. Auctoritas. def. 3802. 3971.4269. 4570. Munus. d.3802.4625. Imperium. d.4091. Iudicia. d.3906.3971.
Par. Quid.d.2327.Principiũ. d.2368.2369.2371. 2373.
Parabola. Quid.d.174.
Parallelæ. Quid. d.2111. 2144.& seq.2266.2288.
Parallelepipedum. Quid. d. 2284. Proprietates. d.2291.
Parallelogrammum. Quid. d.2112. 2152. Proprietates.d.2147.2150.2237 & seqq.
Paralogismus. d.458.
Parelium. Quid.d.1253. 1254.
Parentes. Qui.d.5443.
Paris. Quid.d.178.
Pariter impar. Quid.def. 2330.
Pariter par. Quid.d.2329.
Pars. Quid. d.2186.2324. 3455.3456. Proprietates.d.3938.Partes essentiales d.185.190.Partes integrantes. d.183.190. Partes subiectæ. d.188. 189.
Partis. Quid.d.2325.3457 & seqq.
Particulare. d 238.
Passio. Quid.Dist.2.n.26. & d.875. 3097. 3179. 3180.5151.Subiectum. d.876.Genera. d.3181. Quot modis dicatur. d.3387.& seqq.
Passio actus appetitus. Quid. d. 1855. 3391. Subiectum. d.1856.Genera. d.1854. Effecta. d.1857. & seqq. 1860. 3835.3844.3976.4019. 4116.4218. Remedia. d.3738.4200. Vsus.def. 4202.4203.
Passio, & Passibilis qualitas. Quid.d.3153.3392. & seqq.
Passus, mensura. d.2867. & seqq.
Pastor, Pastura. Ars pecuaria. d.1560. Actiones. d. 1561. 1568. & seqq.

seqq. Subiectum. d. 1562 & seqq. Locus. d. 1567.
Paterfamilias. Quid. def. 4923. 5463. Officia in familiam. 4923. & seqq.
Pater in diuinis. Quot modis dicatur. d. 3516. & seqq.
Patientia. Actiones. def. 5015. & seqq. Modus. d. 3700. Effecta. d. 4355. 4407. 4992.
Patres. Qui. d. 5287. Vsus. d. 3725.
Patria. Officia in patriam. d. 4867.
Patrocinium. Actiones. d. 4839.
Patronus. Quis. d. 3911. 5342.
Pauimentum. Modus extruendi. d. 2784. 2785.
Paupertas regularium. Prosecutio. d. 4631. 4654
Pax. Causæ. d. 3696. 4443. Vsus. d. 3712. Effecta. d. 4443. Remedia. def. 4848.
Peccatum. Quid. d. 695. 1999. 2002. 3081. 3082. & seqq. Genera. d. 3084 & seqq. Proprietates. d. 1999. 2055. Effecta. d. 3091. Correctio. vid. Correctio. Remedia. v. Offensa Dei.
Peccatum capitale. Quid. d. 5174.
Peccatum ex industria, & ex certa malitia. Quid. d. 5173.
Peccatum originale. Remedium. d. 4321.
Pecunia. Quid. d. 5223.
Penetratio corporū. Quid. d. 829. 830.
Pensio. Quid. d. 5308.
Per accidens. Quid. d. 595. 596. 2043. 2898. 2899. 2990. 3475. & seqq.
Perfectio. Quid. d. 3163. 3413. Genera. d. 3414. & seqq.
Perfectiuum. Quid. d. 3063, 3064.
Perfectum. Quid. d. 3062. 3411. Quot modis dicatur. d. 3408. & seqq.
Perficere. Quid. d. 5453.
Peripheria. Quid. d. 2102. Vsus. d. 2162. Proprietates. d. 2305.
Periurium. Actiones. def. 4521. & seqq.
Permanens. Quid. d. 822.
Permutata ratio. Quid. d. 2215.
Permutatio. Quid. d. 5349.

Perpendiculare. Quid. d. 2098.2547. Proprietates. d.2294. Vsus lineæ perpẽdicularis.d.2890.
Perplexitas. Fugienda. d. 4297.v. *Curæ anxiæ*.
Per se. Quid.d.80.516.517. 594.2897.2989. De quibus dicatur. d 3442. & seqq.
Persona. Quid. def.3291. 3512.3514.
Perspectiua. Quid.d.2542. Obiectum. dist.5.n.11. & d.2542. Vius. dist.5. n.11.22.
Perspicuum, v. *Diaphanũ*.
Pertica, mensura. d.2875.
Pertinacia. Actiones.def. 3815.
Perturbatio animi vide *Passio actus appetitus*. & *Curæ anxiæ*.
Pes, mensura. Quid. def. 2863.
Petere principium. d.259. 486.
Phantasma. Quid.d.1820. Effecta.d.1968.1969.
Philosophia. Partes. Proœ. nu.4. Studendi modus. Proœm.n.15. Vsus Dist. 2.n.24.27.& d.4.n.1.
Physica. Quid. Proœ.n.4. & Dist.2.n.1.& d.2038. Subiectum, principia, & proprietates. Proœ.n.8. & Dist.2.n.1.& d.2038. Physicæ œconomia. Dist.2. per totum. & d. 2038. Vsus. Dist.2.n.27. & dist.4. n 1.12.13.14.
Physicum. Quid. d.2904. 2905.2907.3130.
Physis. d.490.
Picturæ. Quales. d.4918.
Pietas. Media.d.3646.
Pignus. Ratio. d.5401.
Plaga, seu regio. Quotuplex d.2531.
Planetæ. Globus. d.2446. Partes globi. d.2446.& seqq. Locus. def.2415. Motus. def.2415.2446. 2450. 2513. Adiuncta. d.2517.& seqq.
Planisphærium. Quid, vsus. d.2797.
Planta. Causæ.d.1530. & seqq. Locus. def.1539. 1540. 1541. Adiuncta. def.1542. & seqq. vide *Agricultura*.
Planum. Quid.def.2095. 2337. Proprietates def. 2262.2264.2265. 2266.
Plebs. Quid. d.5472.
Plus, Quid.d.3879.

Pluuia. Quid. def. 1258. Causæ. def. 1261. 1262. Prodigia. d. 1263. 1264.
Pœna. Quid. d. 3087. Causa. d. 3873. 3881. Modus. def. 3699. 3961. 4099. 4127. 4171. 4172. 4346. Cui. d. 3881 3896. 3914. 3933. 3934. 3965. 4039. 4059. 4060. 4068. 4125. 4126. 4130. 4131. 4280. 4281. 4287. 4449. 4450. 4451. 4878. Vsus. def. 3850. 3967. 3968. 4139. 4271. 4816. 4817. A quo. d. 4173. Finis. d. 4287. v. *Opera pœnalia*.
Pœnitentia. Actiones. def. 4198. 4681. Effecta. d. 4319.
Pœnitentiæ Sacramentum. Materia. d. 4703. Forma. d. 4718. Effecta. d. 4321. Dispositio. d. 4704. 4710. Vsus. d. 4705. 4714. 4715. 4716. Minister. d. 4706. 4711. 4717. & sequent. Suscipientes. def. 4708. 4712. Secretum. d. 4713.
Politiæ, seu Regiminis ratio. Quæ. d. 5198. 5203. Qualis. def. 4777. 4902. 4907. Finis. def. 4778. 4781. 4915. Materia. d. 4922. Ius Principis. d. 4779. & seqq. Regiminis vitia. def. 4782. Impedimenta. d. 4829. 4830. 4847. Diligentiæ. d. 4792. & seqq. Præcepta. d. 4773. & seqq. per totam sect. 2. vide *Regimen*.
Politica. Quid. dist. 7. n. 4. 9. & d. 5147. Obiectum. d. 5147. Cautio. d. 3605. 4023. 4636. 4907. 4917.
Politicus ordo. Quid. def. 3258. 3259.
Politum. Quid. d. 2625.
Pollutio. Quid. def. 4559. In quibus. d. 4559.
Polus. Quid. d. 2404. Mundi poli. d. 2407. 2529.
Pondo. Quid. d. 2802.
Pŏdus. Quid. d. 2800. Vsus. d. 2800. Genera. d. 2801. & seqq. 2831. & seqq.
Portio. Quid. d. 5310.
Positiua. Quibus prælegenda. d. 3644. v. *Theologia Positiua*.
Posse. Quid. d. 3327. vide *Potentia*.
Possessio. Cui. d. 4092. Effecta. d. 3863. 3882.
Possibile. Quid. def. 239. 2911. 3209. 3335. Caus. def.

def. 3209. 3210.
Possidendi ratio. d. 5364.
Posteriora. Quot modis dicantur. d. 3316. & seqq.
Postliminium. Ius. d. 5334.
Postulatio. Quid. d. 5260. 5475. A quo. def. 3911. Materia. d. 3952.
Potens. Quot modis dicatur. d. 3329.
Potentia. Quid. d. 3151. Genera. d. 3152. 3336. & seqq. Quot modis dicatur. d. 547. 552. 553. 2915. 3324. & sequent. Proprietates. d. 555. & dist. 4. n. 5. Potentia activa. d. 3152. 3325. Potentia passiva. d. 3152. 3326.
Potentia Dei. Absoluta. d. 3552. Ordinata. def. 3553.
Potentiæ animæ. Quid. d. 1463. 1464. 1465. Quot. def. 1466. 1480. 1482. Principium. def. 1470. Distinctio. d. 2936.
Potentia formalis. Quid. d. 2922.
Potentia logica. Quid. d. 3340.
Potentia metaphysica. Quid. d. 3339.
Potentia neutra. Quid. def. 3341.
Potentia obedientialis. Quid. d. 3342. 3343.
Potentia obiectiua. Quid. d. 3337.
Potentia physica, Quid. d. 3338.
Potentia resistitiua. Quid. d. 3336.
Practicum. Quid. d. 2027.
Præbenda. Quid. d. 5222.
Præcepta Dei. Quid. def. 3780. Obseruanda. def. 3674.
Præceptum. Quibus. def. 4075. Materia. d. 4262. 4263. v. *Imperium Lex.*
Præcipitatio. Fugienda. def. 3853. 3975. 4064. 4242.
Præcognitio. d. 260.
Præcognitum. d. 260.
Præcurrētia. Quid. d. 165.
Prædestinatio. Quid. def. 3549. Cura. def. 4163. 5014.
Prædicabile. Quid. d. 100. Quotuplex. d. 101.
Prædicamenta. Quid. Dist. 1. n. 6. & d. 122. Quot. d. 123.
Prædicare. Quid. def. 76. 3012. Ratio prædicationis.

nis. def. 3017. 3574. & seqq.
Prædicatio sacra. Finis. d. 3592. 3593. Materia. d. 3592. 3599. 3616. Effecta. def. 3613. Tempus. d. 3592. Modus. d. 3594. 3598. 3659. 4240. 4245. & seqq. Materiæ inuentio. Procem. n. 12. 13. & dist. 7. nu. 13. Minister. def. 3594. 3595. 4566. 4577. 4578. 4579. 4843. Exercitatio. def. 3594. 3600. Ministri dispositio. d. 3596. 3597. Auditoris officia. d. 3613. & seqq.
Prædicatum. Quid. Procem. n. 6. & d. 79. 85. Quotuplex. d. 80. & seqq.
Prædium. Ius. d. 5359. Seruitus. d. 5360.
Præiacès prop. Quid. d 242
Præmissæ. d. 273. 392.
Præmia. Vsus. d. 4798. 4818 4820. 4821.
Præmium æternum. Causæ. d. 3717.
Præscriptio. Ratio. d. 5379.
Præsentia diuina. Vsus. d. 5100. Effecta. d. 3741. 4200. 4216. 4306. 4318. 5022.
Præstimonium. Quid. def. 5309.
Præsumptio. Quid. d. 5278. Vsus. d. 3940. 3955.
Præuaricator. Quis. def. 5466.
Pratum. Quid. d 5436.
Praxis. Quid. dist. 7. n. 9.
Precaria. Quid. d. 5225.
Presbyter. Quis. d. 5214.
Pressatile, impressatile. Quid, quodve. d. 1396. 1397.
Pretium. Vsus. d. 4797.
Primum mobile. Quid, motus. d. 2433. Vsus. def. 2886.
Princeps. Qualis. d. 4027. 4037. 4891. 4896 Actiones. d. 3834. 4120. 4137. 4164. 4289. 4329. & seq. 4781. & seqq. 5051. Finis. d. 3708. 3709. 3711. 3712. 3713. Locus. def. 4823. 4824. 4827. Officium. dist. 7 n. 4. & def. 3627. 3783. 4256. 4953. Occupationes. d. 3729. 3787. 3793. 3799. 4154. Curæ. def. 3627. 3638. 3639. 3645. 3648. 3695. 3696. 3774 3778. 3785. 4028. 4030. 4077. 4116. 4117. 4121. 4124. 4128. 4129.

4129.4132.4134.4135. 4290.4299.4326.& seq. 4443.4453.4456.4725. & seq. Industriæ. def. 4294. & seq. 4326. & seq. 4781.& seq. Vsus. d.4294.4295.v. *Regimē. Politiæ ratio.*

Principiū. Quid.d.507.522 523. 524. 3515. Quot principia. dist.2.n.4. & seq. & d.525. Effecta. d.526.527.528.& seq.

Principium Caneri. Quid. d.2421.

Principium Capricorni. Quid. d.2421.

Principium complexum. Quid.d.2046.

Principium incomplexum. Quid.d.2046.

Priora. Quot modis dicantur. d.155. & seq. def. 3316. & seq. Proprietates. d.3958.3959.

Prisma. Quid. d.2271.

Priuatio. Quid.d.153.573. 3265.& seq. Subiectū. d.575.577. Effecta. d. 576.578.

Priuilegium. Quid.d.5177 5271. Vsus d.4205.

Prius natura. Quot modis dicatur.d.3320.

Prius origine. Quid.d 3321

Probabile. Quid.d.396

Probatio. Quid.d.93 267.

Probatio in iudicijs. Actiones d.3896.3921.2926. Efficacia.d.3928.

Probatio, experimentum. Ministrorum pro ordine.d.4590.Pro ministerijs. d.4601.4606. Admittendorum ad vitam regularē. d.4626.4641.

Problema. Quid. def.399. 2083.

Processio in diuinis. Quid. d.3529.3530.

Procurator. Quid.d.5242. 5262. Quis. def.3911. 4615.

Productio. Quid. Dist. 2. n.26.

Proœmium. Vsus.d.4139. 4239.

Profectus spiritualis. Remedia. d.4225.

Professores. Quales.d.3628 Prælegendi modus.def. 3633.3635.3641. Materia. d.3634.3640.

Profunditas. Quid.d.3144. 3348.

Prohibitio. Effecta.d.3864. 3930.

Pronunciatum. Quid. def. 48.

48. 2086. 5440.
Propensio. Quid. d. 1849. 1978. Vsus. def. 4202. 4203.
Proportio. Quid. def. 131. 2188. 2189. 2345. Quotuplex d. 2190. 2193. & seqq. Proprietates. def. 2208. & seqq. 2223. & seqq. 2705. 2706.
Proportionale. Quid. def. 2210. 2341.
Proportionalitas. Quid. d. 132. 2189. Genera. d. 2203. & seqq. Subiectū. d. 2212.
Proportio ordinata. d. 2221.
Proportio perturbata. def. 2222.
Propositio. Quid. d. 48. 51. 52. 2081. Partes. d. 59. 60. 61. 336. & seqq. 343. 344. Genera. d. 217. & seqq. 329 & seqq. Proprietates. d. 327. et seqq. d. 3042. & seqq. vide *Sententia*.
Propositum. Actiones. def. 3773.
Proprietas. Quibus modis acq. d. 5354. vide *Bona temporalia*.
Proprietates. Vsus. d. 2047.
Proprium. Quid. def. 117. 3016. Quotuplex. def. 118. 119.
Prosecutio. Quid. d. 1847. & seqq. Principium. d. 1826.
Prouidentia. Quid. d. 3386. 3547. 5153.
Prudens. Vsus. d. 4004.
Prudentia. Quid. Proœm. n. 5. & d. 1935. 2063. & dist. 7. n. 4. 9. & d. 5152. 5187. & seqq. Genera. dist. 7. n. 4. Subiectum. def. 3812. 3852. 4891. Obiectum, seu materia. dist. 7. nu. 5. Methodus. dist. 7. n. 11. Quibus corrumpitur. d. 3715. Quibus acquiritur. d. 3812. 4264. Vsus. d. 4117.
Pruina. Quid. def. 1272. Causæ. def. 1272. 1273. Tempus. d. 1275. Effecta. d. 1276.
Puer. Quot modis accipiatur. d. 5465.
Pueri. Institutio. d. 3580. 4914. & seqq 4951.
Pulchrum. Quid. d. 3071. 3385.
Pulmo. Effecta. def. 1519. 1521. 1749.
Pulsio. Quid. d. 1057. 1060. 1389.

Pulsus. Quid.d.1529.
Punctum. Quid. d.2089. 2091.
Purgatio. Quid. d.3260.
Purgatio iudicialis. Quid. d.3897. 5272. Quotuplex d.5272. Actiones. d.3897.
Puritas animi. Profecutio. d.4656. Effecta.d.3623. 4656. Remedia.d.4305.
Putrefactio. Quid,& cauſæ.d.1354.
Pyramis. Quid. def.2270. Genera. d.2561.2562.

Q

Quadrans. Quid.def. 2818.2884.
Quadrans inſtrumentum. Vſus.d.2794.
Quadrantal. Quid.d.2832
Quadratum. Quid.d.2110. 2339. Proprietates def. 2151.2292. Principium. d.2364.
Quæſtio. Quid.d.333.397. Quotuplex. def. 398. Quæſtionum comparatarum maximæ.d.445.
Quæſtus. Fuga. d.3850.
Qualitas. Quid.def.3097. 3148. Quot modis dicatur. d.3350. Genera. def.3149.& ſeqq. Proprietates. def.3155. & ſeqq.
Qualitas propoſitionis. def. 327.
Qualitates primæ. Quot. d.1167. Subiectum.def. 1166.1178. Proprietates. def.1168. & ſeqq. Effecta. d.1755.1790.
Quando. Quid. def.3097. 3182.3183. Genera. d.3184.
Quantitas. An ſit. Diſt.2. nu.13. & def.813.815. Quid ſit.Diſt.2.n.13.14. & ſeqq. & d.792. 801. 803.3097.3137. Partes. def.802. 810. 811. 812. 816.817.818. Proprietates. def. 804. & ſeqq. 810.824.3145. & ſeqq. Subiectum.d.814. Genera.d.3138.& ſeqq.
Quantitas Proportionis. d.2235.
Quantitas Propoſ. d.328.
Quãtũ. Quid d.792. Quotuplex. d.821.822.823. Proprietates.d.854.856 857. & diſt.5. n.1. & d. 3145. & ſeqq. Conſideratio,& abſtractio. diſt. 5. n.1. 2. 5. Proportio. d.2208. & ſeqq. 2223.

&

& seqq. v. *Quantitas*.
Quartarii. Quid. d. 2837.
Querimoniæ. Fuga. d. 4411.
Quidditas. Quid. d. 13. 54. 543 §. 1. 2. & def. 2928. 3127.
Quies. Quid. d. 513. 514. 515. 910. 911. 940. 1679. Subiectum d. 912. 1084. Proprietates. d. 913. 914.
Quies animi. Vsus. d. 3746.
Quinarius. Quid. d. 2813.
Quincunx. Quid d. 2884.
Quotiens. Quid. d. 2383.

R

Radialis linea, pyramis. Quid. d. 2559. 2561.
Radius. Quid. d. 1706. Genera. d. 1707. & seqq. Proprietates. d. 2563. 2565. 2579.
Radius instrumentum. d. 2793.
Radius visualis. Quid. d. 2543. Modi. d. 2544.
Rarefactio. Quid. Dist. 2. n. 26. & d. 815. 936. Principium. d. 1036. Effecta. d. 1035.
Rarum. Quid. d. 1033.
Ratihabitio. Quid. d. 5296. Actiones. d. 5295.
Ratio. Quid. d. 92. 93. 131. 267. 3838. Ratio superior. d. 1947. Ratio inferior. d. 1948. Ratio, id est, Proportio. v. *Proportio*.
Rationis rectæ vsus. dist. 7 n. 3. & d. 3838.
Ratiocinatio. Vsus. d. 3758 vid. *Argumentatio*.
Ratio reddenda. Materia. d. 4132. 4835. 4964.
Rationalis propositio. Quid d. 350.
Rationalis quantitas. Quid. d. 2249. 2250. 2252. 2253 Proprietates. d. 2257. 2258.
Rationes mathematicæ. Quid. d. 2736.
Ratio specificativa. Quid. d. 2935.
Reactio. Quid. d. 1007. An sit. d. 1008. 1009.
Reciprocum. Quid. d. 148. 2232.
Rectangulum. Quid. def. 2109. Proprietates. def. 2153. 2154. 2299.
Rectilineum. Quid. def. 2097. 2106.
Rector v. *Princeps*.
Rectum. Quid. d. 2092. 2098.
Recursus. Vsus. d. 4300.

Redargutio. d.461.
Reductio syllogistica. Quid d.379. Quotuplex. d. 380.381.
Reduplicatio. Quid. d.244. Quotuplex. d.245.246.
Reflexio. Quid. d.1017. 2618. Principium. def. 1018.1722.1723.1748. 2632.2633.2636.2687. 2688. Effecta. d. 2686. Proprietates. def. 2635. 2638.2639.2641.2663. 2664.
Refractio. Quid. d.1710. 1727.2560.2666.2675. 2676. Causæ. d. 2687. Proprietates, & causæ. d.2667. & seqq. Effecta. d.2677. & seqq.
Regeneratio. An sit. d.974.
Regimen. Ratio. d.4902. 5154.5200. Ordo. def. 4174. & seqq. 4300. Rector. d.4174.4175. Finis. d.3705. Obiectum. d.3712.4922. Cautio. d.3715.4240.4301.4302 4460.4863.4805.4806. Tempus. d.4035. Adiumenta. d.3786. 3787. 3790.3799.4328.4826. Modus. d.4136. 4457. 4907. v. *Electio ad regimen*. & v. *Politica ratio*.
Regio. Quotuplex. d.2531
Regnum. Quid. d.5201. Prosecutio. d.4904.
Regressus demonstrativus. d.392.
Regula. Quid. d.2800.
Regula harmonica. Quid. d.2730.
Regulares Iudicia. d.3796. Obseruantia. d.3799.
Regularis figura. Quid. d. 2296. Partes. d. 2297. 2298.
Regularis vita. Institutio. d.4625. Electio. d.4011. Præcepta. d. 4626. & seqq. Custodia. d.4857.
Relatio. An sit. dist. 6. n. 14. 15. Quid. d.131. & dist. 6. n. 14. 15. & d. 3160. & seqq. 3222. 3356. Genera. dist. 6. n. 15. & d. 3162 & seqq. 3173. 3371. & seqq. Subiectum. d. 3165 3366. Terminus. d. 3166 3168. 3357. Extremum. d. 3366. Proprietates. d. 3167. & seqq. Fundamentum. d. 3171. 3367. Ratio fundandi. d. 3172. 3368. v. *Ad aliquid*.
Relationes diuinæ. Quid. dist. 6. n. 14. & d. 3554.

Quot.

Quot. dist. 6. n. 14. & d. 3238. 3239.
Relatio prædicamentalis. d. 3162. & seqq. 3173. Genera. d. 3174.
Relatio rationis. Quid. d. 22. 3097. 3371.
Relatio transcendentalis. Quid. dist. 6. n. 14. & d. 3162. & seqq. Subiectum. d. 3005. 3006.
Relatiuum. Quid. d. 141. 3370. Quotuplex. d. 142 & seqq.
Relatiuum secundum dici. Quid. d. 3175. 3369.
Religio. Actiones. d. 3711. 3714. Effecta. d. 4905. & seqq. v. *Regularis vita*.
Remedia. Quid obseruandum. d. 1588. & seqq. 5031.
Reminiscentia. Quid. def. 1803. 1804.
Remotio, Remotum. Quid. d. 322. 2595.
Renunciatio bonorū. Vsus. d. 4633.
Replicatio. Quid. d. 5418.
Repræsaliæ. Quid. 5270.
Reprobatio. Quid. d. 3550.
Repugnantia. Quid. d. 168.
Res. Quid. d. 2925. 2926. 2977. 5419.
Res corporales, incorporales. Quid. d. 5368. 5369.
Rescriptum. Quid. d. 5257. & seqq. Proprietates. d. 3953. 3954. Vsus. def. 4227. 4228.
Residentia. Vsus. d. 4823. 4824.
Respiscentia. Effecta. def. 4342.
Resistentia. Quid. d. 1011. 1012. 1014. Quotuplex. d. 1010. Principium. d. 1013. 1015.
Resolutio. Quid. Dist. 1. n. 3
Respectiuū. Quid. d. 3379.
Respectus. Quid. dist. 6. n. 14. & d. 3356. v. *Relatio*.
Respiratio. Effecta. d. 1516. 1517. Subiectū. d. 1518. Principium, & instrumenta. d. 1519. 1520.
Respublica. Quid. d. 5198. 5203. Quibus conseruetur. d. 3627. 3676. 3713. 3793. 3804. 3805. 4849. 4905. & seqq. Ornamenta. d. 3712. Officia in Principē. d. 4791. v. *Regimen, & Politiæ ratio*.
Restitutio. Quid. d. 5428. Actiones. d. 4494. 4967.
Regula. d. 4966. Materia.

ria. d.4967.& seqq.
Restrictio. Quid.d.213.
Resultantia.Quid. d.1016.
Resurrectio. An sit.d.975.
Reticulatū. Quid.d.2766.
Retractatio. Materia. def. 4233.
Reuerentia. Erga quæ.d. 4393.4538.4557.4845. 4860.4880. 4881.4935. 4936. 4940. v.*Sacrilegium.*
Reus. Quid.d.5277. Audiendus. d.3875.3876. 3902.3919.3920.Actiones. d.3913.
Rima. Quid.d.2768.
Risus. Quid.d.1865.Qualis. d.5103.Principium. d.1864. Obiectum. d. 1866.
Ritus ecclesiastici. Finis.d. 4182. Modus. d.4182. 4525.4526.4537.4570. 4600.4669.
Ros. Quid.d.1272.Causæ. d.1272.1273. Tempus. d.1274.Effecta.d.1277.
Rusticitas. Cauenda.def. 4381.4382.4398.

S

Sacerdos. Munus. def. 4578. Finis.d.3662.& seqq.Doctrina. d.3662. & seqq.4595. Studium. d. 3661. Obligationes Sacerdotis. Procem. n. 15.Vsus. d.3790.
Sacerdotium.Finis.d.3711. Excellentia. d.4097.
Sacramenta. Minister. d. 4672.4673.4844. Materia. d.4587.4670. Forma.d.4587.4670.Intentio.d.4668.Vsus.d.4518. 4666. Suscipientes. d. 4605.4667. 4671.4674. 4675. Effecta. d.4666. Ritus. v. eo. & v. *Ordo Sacr.*
Sacramentalia. Vsus.def. 4204.4527.
Sacrificium.Quid.d.4552. Quod. d.4555. Cui.d. 4552.Minister. d.4578. 4842. Modus. d.4553. Vsus. d.4554. Ritus.d. 4701.
Sacrilegium. Actiones.d. 4514.4518.
Sæcularitas. Fuga.d.4651.
Sæuitia. Fuga. d.4977.
Saliua. Vsus.d.1778.
Salsitudo. Quid. d.1313. Subiectum.d.1311.Causæ. d.1311. Effecta. d.1312.
Salubre. Quid. d.1572.

San-

Sancti. Inuocandi.d.4211. 4540. Colendi.d.4551.
Sanguis. Effecta.d.1500.
Sanitas. Quid.d.3385. Efficiens. d.1592. & seqq. 1631.
Sapientia. Quid.d.1930. 2058. 2060.
Sapor. Quid d.1768. Causæ. d.1769. 1778. Effecta. d.1688. 1689. Genera. d.1770. Proprietates. d.1771. 1772.
Satisdatio. Quid. d.5346.
Satisfactio. Quid .d. 3092. Actiones. d.4420. 4707. Effecta.d.4352. Modus. d.4709.
Satum. Quid. d.2851.
Saturni globus. Situs. def. 2439. Motus. d. 2439. Quantitas. d.2473. 2504 Distantia. d.2494.
Scalenum. Quid. d.2108.
Scandalosa doctrina. Quæ. d.5316. 5317.
Schedulæ. Vsus.d.3658.
Schisma musicum. Quid. d.2700.
Scholastici. Qui. d. 5288.
Scientia. Quid.d.248. 394. 1929. 2059. 2064. Principium. d.291. 2044 & seqq. Partes. d. 2049. Genera, & obiecta. Procem. n.4. 5.6. & d. 2036. & seqq. 2065. & seqq. & dist.6.n.16. Proprietates.d.2045. 2064. Scientia acquisita. def. 2066. Scientia infusa. d.2065.
Scientia conditionalium. Quid. d.3540.
Scientia simplicis intelligentiæ. Quid.d.3538.
Scientia visionis. Quid. d. 3539.
Sciographia. Quid.d.2747.
Scriptura. Quid . d. 38. Vsus. d.3885. Auctoritas. d.5922.
Scriptura sacra. Quid . Procem. n.1. Modus, quo scripta. Procem. n.10. Ratio interpretãdi. Procem.n.2. & dist. 5.n.4.19. Studium. def. 3638. 3642. Vsus. def. 3638. 3642. 4515.
Scrupulus. Quid.d.2810.
Scrupuli. Quid. d. 5184. 5185. Causæ. d. 3795. Effecta. d.3692. 4003. 4025. Remedia.d.3795. 3828. 4004.
Scrutinium. In Electione. d.4056.

Secretum. In suffragijs dãdis. d.4029.4031.4055 In commercio. d.4421. & seqq. In confessionis Sacr.d.4713.

Sectile. Quid, quodue. d. 1402.1403. Sectio mathematica. Quid. def. 2548. & seqq.

Sector circuli. Quid. def. 2163.

Secundum non causam vt causam, fallaciæ genus. d.487.

Secundum plures interrogationes vt vnam, fallaciæ genus. d.488.

Secundum quid. Quot modis dicatur. d.3416. & seqq.

Secundum quid, & simpliciter fallacia. d.483.

Secundum quod. De quibus dicatur. d.3437.& seqq.

Secundum quod ipsum. d.83.

Secundum se. De quibus dicatur.d.3442.& seqq.

Seges. Locus. d.1540.

Segmentum circuli. Quid. d.2159.Segmenti anguli. d.2160.in Segmento angulus.d.2161.Proprietates. d.2164.

Semen. Quid d.1490.Effecta.d.1483.1484.1486. 1550. Qualitas d.1548. 1550.Remedia d.1549. Tempus.d.1551.1552. 1553.

Semicirculus. Quid. def. 2105.

Seminaria. Vsus. d.3657. 4622.

Semis, semissis. Quid. def. 2384.

Semisiclus. Quid.d.2827. 2828.

Semitonium. Quid.d.2697 2698.

Semuncia. Quid.d.2804.

Senectus. Quid. d.1525.

Seniores. v. *Maiores.*

Sensatio. Principium def. 1668.& seqq.1687.1810 1814. 1815. Terminus. d.1672. 1673. Effecta. def. 1671. 1809. 1811. 1816.1817.1818.1819. 1822.1823.1826.& seq. 1991.

Sensibile. Quid def.1660. 1676.1679. Effecta.def. 1680.& sequent. 1691. Proprietates.d.1680.& seqq. Sensibile per se. def.1674. Sensibile per acci-

accidens. d. 1675. Sensibile proprium. d. 1676. Sensibile commune. d. 1677. & seqq.
Sensitiuum. Quid. dist. 4. n. 2. 13.
Sensualitas. Quid. d. 1844. v. *Appetitus sensitiuus*.
Sensus. Quid. dist. 4. n. 13. Genera. dist. 4. n. 13. Finis. d. 1828. Proprietates. d 3055. 3057. Vsus. d. 4291.
Sensus compositus. Quid. d. 211. 477. 3276.
Sensus diuisus. Quid. d. 211. 477.
Sensus externi. Quid. def. 1667. Quot. dist. 4. n. 13. & d. 1661. 1663. Subiectum. d. 1669. Vsus. def. 1662. 5122. Actus, & effecta. d. 1668. & seqq. 1692. & seqq. Proprietates. d. 1682. & seqq. Custodia. d. 5042. 5122.
Sensus internus. An sit. def. 1796. 1797. Quid. def. 1798. Quotuplex. def. 1799. Vsus. def. 1797. Subiectū. d. 1805. 1807. 1808. Proprietates. def. 1806. Effecta. d 1822. & seqq.
Sensus Scripturæ. Quotuplex. Procem. n. 2. Sēsus litteralis ratio. Procem. n. 2. Sensus mystici ratio. Procem. n. 2. Modus eruendi sensum litteralem, Procem. n. 11. Modus eruendi sensum mysticum. Procem. n. 13. & dist. 3. n. 6. & dist. 5. n. 22. 23. v. *Interpretatio Scripturæ*.
Sententia. Quid. Procem. n. 6. & d. 2082. Quotuplex. Procem. n. 6. v. *Iudicium, actio moralis*.
Separatim. Quid. d. 3426.
Separatio. Quid significet. d. 3558.
Septunx. Quid. d. 2884.
Sepultura. Quid d. 5256.
Sepultura ecclesiastica. Vsus. def. 4568. leges. d. 4796.
Sermo. Vsus. d. 4226.
Seruitium diuinum. Intendendum. d. 3706.
Seruitus. Quid. d 5323.
Seruus. Quid. d. 5304.
Sesquitonū. Quid. d. 2712. 2722.
Sesquiuncia. Quid. d. 2805
Sextans. Quid. d. 2884.
Sextarius. Quid. d. 2833.

Sextertius. Quid. d.2813.
Sextula. Quid. d.2806.
Siccitas. Effecta. d 1177. 1179.1351.1368.& seq. 1757.
Sicilicum. Quid.d.2807.
Siclus. Quid. d.2824. & seqq.2828.
Signa. Vsus. d.3742.
Signa Zodiaci. Quæ. def. 2434. Magnitudo. def. 2512. Vsus. def. 2514. 2515.2517.
Significare. Quid.d.34.73. 74.75. Proprietates. d. 342.
Signum. Quotuplex. def. 35.36. Vsus.d.4111.
Silentium. Effecta.d.4013. 4014. Vsus. def. 4060. 4148.4240.4397.4409. & seqq.4663.
Similaria, Dissimilaria. Quæ.d.1421.1422.1423
Similia. Quid.d.171.2214. 2230.2231.2267.2268. 2278.2292.2703.3158. 3298. Genera d.172.& seqq. Proprietates.def. 2164.2208. & sequent. 2241.2242.2265. Vsus. dist.5.n.24.
Similitudo. Actiones. def. 4474.
Simonia. Actiones. def. 4519.
Simplicitas christiana. Actiones. d.3775.
Simpliciter. Quid.d.3416. & seqq.
Simpliciter, simplex. Quid. d.3418.
Simul. Quæ. d.160.161. 3422. & seqq.
Simulatio. Fuga. d.4396. 4911.
Simul natura. Quid. def. 3423.3424. Subiectum. d.3169.3170.
Singulare. Quid.d.95.& dist.6. n.16. & d.2996. & seqq.3009.3120. Singularitatis principium. d.3002.& seqq. Singulariũ cognitio. d.2041. 2042.Proprietates.def. 3005.3006.
Singularitas. Quid.d.3561. 4379. Cautiones. def. 4379.4383.
Sinistrum. Quid.d.2529.
Sitis. Quid. d.1780.1783. 1785.
Situs. Quid. Dist.2.n.25. & def.855.3097.3188. 3189. Subiectũ. d.854. Effecta. d.1994. Genera.d.3190.

Socer, Socrus. Quid. def. 5454.
Societas. Regula. dist. 7 n. 4 Vsus. dist. 7. nu. 2. Proprietates. dist. 7. nu. 3. Media. dist. 7. n. 7. Vitandi. d. 3583. 4157. Modus. def. 4376. & seqq. 4391. & seqq. v. *Amicitia inter sodales.*
Societas, contractus. Ratio. d. 5409.
Sol. Situs. d. 2442. Motus. def. 2442. 2513. 2514. Quãtitas. d. 2466. 2476. 2480. 2481. 2501. Distantia. d. 2491.
Solicitudo. Vsus. d. 4159.
Solidum. Quid. def. 2259. 2269. 2338. Genera. d. 2270. & seqq. Terminus. d. 2260. Proprietates. d. 2267. 2268. 2285. 2309.
Solitarium. Quid. d. 3565.
Solœcismus. def. 466.
Solstitium. Quid. d. 2421.
Solus. Quid. d. 3567. 3568.
Solutio debiti. Actiones. d. 4972. 5350. 5437.
Somnium. Causa. d. 1839. & seqq.
Somnus. Quid. def. 1829. Finis. d. 1831. Principiũ. d. 1832. & seqq. Duratio. d. 1836. Proprietates. d. 1837. 1838.
Sonus. Quid. d. 1736. & dist. 5. n. 12. Genera. d. 1738. Causæ. d. 1331. 1737. & seqq. Effecta. d. 1691. Proprietates. d. 1739. & seqq. 2703.
Sonus musicus. Proprietates. d. 2703. 2711.
Sophista. d. 457.
Sophistic⁹ syllogismus. Quid d. 456. Quotuplex. def. 460 & seqq. Causæ, seu loci. d. 470. & seqq.
Spatia imaginaria. An, quid. Dist. 2. n. 23. & d. 1117. 1139.
Spatium musicum. Quid. d. 2708. Partes. d. 2710. Proprietates. d. 2709.
Species. Quid. d. 105. 543. 5. 6. & dist. 5. nu. 18. & def. 2933. 3016. 3075. Effecta. d. 3871. Species subalterna. d. 106. Species infima. def. 107.
Species Dei. An sit. d. 1972. v. *Deus.*
Species expressa. Quid. d. 1451. 1453. 1454.
Species impressa. Quid. d. 1452. 1454.

Species in quâ. def. 2075.
Species quæ. d.2076.
Species intellectiua, seu intelligibilis. An sit.d.1956. Principium. def. 1958. 1959.1962.1970.Quid. def. 1960. 1961. 1971. 1996. Subiectum. def. 1962.1973. Effecta. d. 1957.1963.1970.
Species intentionales sensuũ. An sint. dist.4.n.7.& d. 1444.1687.1743.1764. 1791. Quid. def.1445. 1446.1695.1705.1996. Subiectũ. d.1670.1809. Proprietates.def.1812. Effecta. d. 1472. 1810. 1813.Efficiens.d.1688. 1744.1747.1765.1792. 1793.1809.1811.1813.
Species visiua. An sit.'def. 1715.1719.2633. Quid sit.d.1720. Causæ. def. 1721. 1724. Proprietates. def. 1243. 1721. & seqq. 2563.2644.2645.
Species vltima. Quid. def. 2993.3000.
Specificari. Quid. d.1461. 1465.
Spectacula. Quę fugienda. d.4157.4918. Effecta. d.4157.
Speculatio. Tẽpus.d.3691.
Speculatiuũ Quid.d.2027.
Speculum. Quid. d.2626. Quotuplex. def. 2636. 2650.2651. Proprietates.d.1243.1252.1253. Imago in speculo. def. 1695.2653.& sequent. Effecta. d. 1726. 2638. & seqq.2665.2692.
Spes. Actiones.d.4366.
Spes in Deum. Actiones. d.5001. & seqq. 5002. Motiua.d.4502.Modus. d.4505.4506. Effecta. d.5002.
Sphæra. Quid.d.2400. Partes.d.2401.& seqq.Proprietates. d.2301.2302. 2549. & seqq. Proprietates circulorum sphæræ, d.2310.& seqq.
Sphæra actiuitatis. Quid. d.996.
Sphæra cælestis. Quid, & partes. d.2408.& seqq. Quotuplex. d.2431.& seqq.Situs.d.2408.2431. & seqq. Motus d.2432. & seqq.
Sphæra mathematica. Quid. d.2405. Partes. d.2410.2411.
Spiratio in diuinis. Quid. def.

def. 3238. 3239. 3532. vide *Spiritus sanctus*.
Spiritus. Quid. d. 1412. 1867. 1868. 1959 3000. 3001. 3105. 3233. 3525.
Spiritus animales. Vſus d. 1670. 1813. 1815. 1816 1819. 1832. 1861. 1968 3743.
Spiritus ſanctus. Ratio nominis. d. 3525. Quid. d. 3234. Proceſſio, Origo. d. 3235. 3237. 3238. Nomina. d. 3236.
Splendor. Quid. Procœ. n. 10 & d. 3523. Significatio. Procœm. n. 10. & d. 3523.
Spoliatus. Quid. d. 5249.
Sponſalia. Quid, Modus, Solutio. d. 5235.
Sponſio. Quid. d. 5423.
Spontaneum. Quid. d. 5124
Spurius. Quis. d. 5266.
Stadium. Quid. d. 2876.
Stater. Quid. d. 2823. 2824.
Statuere. Quid. d. 5476.
Statuta. v. *Lex*
Statutum. Quid dicatur. d. 5440.
Stellæ. Genera. d. 1151. 1210 Subiectum, ſeu locus. d. 1133. 1152. 2452. 2453 2454. Figura. d. 1135. Lumen. d. 1712. Diſtantia. d. 2451. 2464. 2465. Aſpectus. d. 2452. & ſeqq. Numerus. d. 2458. 2459. 2463. Magnitudinis differentiæ. 2461. 2462. 2466. & ſeqq. Longitudo. d. 2464. Latitudo. d. 2465. Locus. def. 2515.
Sternutamentum. Cauſæ. d. 1651.
Stipendium. Vſus. d. 4792. 4856. & ſeqq.
Stipulatio. Ratio. d. 5402.
Structura. Quid. d. 2763. 2764. Partes. d. 2765. Genera. d. 2766. 2767. Cautiones. def. 2769. 2770. & ſeqq. Materia. d. 2771. & ſeqq.
Studium, ſtudioſitas. Materia. d. 3722. 4826.
Studium litterarum. Stimulus. d. 3629. & ſeqq. Cautio. d. 3632. Modus. d. 3636. 3637.
Subalterna, ſubalternata, ſubalternata. Quid. d. 221. 2067. 2068.
Subcontraria. Quid. d. 220.
Subiectum. Quid d. 85. 538 & ſeq. 3117. 3366. Quotuplex. d. 2960. Quot modis dicatur. d. 539. &

seqq. Subiectum primũ. v. *Materia prima*. Subiectum metaphyficum. d.2959. Esse in subiecto. d.77. Dici de subiecto. d.78.81.

Subiectum propositionis. Quid. Proœm.n.6. & d.85.

Subsequetia. Quid d.167.

Subsistetia. Quid d.3112. & seqq.3123. Quot modis dicatur. def.3292. Proprietates. d.3114. 3115. & seqq. Effecta. d.3123.

Substantia. Quid.d.3097. 3101.3102. Quot modis dicatur.d.3288.et seqq. Subiectũ. d.3102.3107. 3108. Genera. d.3103. & seqq. Effecta.d.632. 635.3106. Proprietates. d.887. 888.3116.3117. 3124. & seqq. Primæ substãtię.d.3103. Secundæ substantiæ. d.3104. Substantia completa. def.3109. Incompleta. d.3110.

Substãtia materialis. Quid. Dist.2.n.19. & d.1974. 3105.

Substantia supernaturalis creata. An sit. d.1975. 3121. Quid.d.3121.

Sufficiens. Quid.d.206.

Suffocatio. Quid.d.1514.

Suffragia. Pro electione. d.4054. & seqq.

Sui iuris. Quis.d.5332.

Sulphur. Quid. def.1341. Effecta.d.1340.

Sumptus. Vsus. def.4819. Qualis. d.5092.

Superficies. Quid. d.2093. 2260. Termini d.2094. Genera. d.2095.

Superior. Vsus.d.3936.

Superparticulare. Quid. d.2198.

Superpartiens. Quid. def. 2199.

Superstitio. Actiones. def. 4512.4525. & seqq.

Suppositio. Quid. d.210. 211.

Suppositum Quid.d.3118. 3290.3513. Effecta. d.3122.

Suppositum immediatum. Quot modis. d.613.

Supputatrix. v. *Arithmetica practica*.

Surreptio. Quid. d.5299.

Suspectus. Quis.d.5347.

Suspẽsio. Quid.d.5218. Genera d.5228.§§.seqq.

Su-

Suſpicio. Fuga. d. 4417. Effecta. d. 3840. 3905. 4417.
Sydera. Effecta. def. 1261. 1288. 1345. v. *Stellæ.*
Sydera diſcurrentia. Quid. d. 1215. Effecta. d. 1216.
Syllogiſmus. Quid. d. 272. Partes. d. 277. & ſeqq. Forma, figura, modus. d. 323. & ſeqq. 353. & ſeqq. Proprietates. def. 371. & ſeqq. Genera. d. 371. & ſeqq. 382. & ſeqq. 395. 456.
Sylua. Locus. d. 1540.
Symbola rerum ſacrarum. Quæ. diſt. 4. n. 12.
Symmetria. Quid. d. 2749. Præcepta. d. 2779.
Sympathia. Quid. d. 1025.
Symptoma. Quid. d. 1581.
Syncategorematicè infinitum. def. 865.
Synderesis. Quid. d. 1951.
Syndicus. Quid. d. 5247.
Synesis. Quid. d. 5158.
Synodus. Quid. def. 5210. Pro credendis, & agendis. d. 3801.
Synonyma. Quid. d. 163. 3494.

T

Tactile. Genera. def. 1782. 1790. Effecta. d. 1688. 1689. 1690. 1691
Tactus. Subiectũ. d. 1664. 1666. 1789. Cauſæ. def. 1781. 1790. 1791. Vſus. d. 1662. Mediũ. d. 1795.
Talentum. Quid. d. 2821. 2822. 2830.
Tangere. Quid. d. 800. 2156. 2157. 3345. 3430.
Tardum. Quid. d. 1069.
Telum. Quid. d. 5471.
Temeraria doctrina. Quę. d. 3314. 5315.
Temeritas. Cauẽda in credendo. d. 3829. 4255.
Temperamentum vitale. Quid. d. 1575.
Tẽperantia. Quid. d. 5193. Præcepta. def. 5036. & ſeqq. Actiones. d. 4775. Effecta. diſt. 7. n. 7. Modus. d. 4654. 4655. 5054 Regula. d. 5052. 5053. Remedia. def. 5039. & ſeqq.
Tẽpla. Vſus. d. 4559. 4567. 4568. Cura. d. 4785.
Tẽpus. Quid. d. 1091. 1100. Subiectũ. d. 1100. 1104. Proprietates. d. 1101. & ſeqq. 3349. Effecta. def. 4971.
Tenacia. Quid, quæue. d. 1404.

Tenebræ. Effecta. d. 1691.
Tentatio Dei. Actiones. d. 4520.
Tenue. Effecta. d. 1429.
Tepor spiritus. Fuga. def. 4238. Remedia. d. 4239
Terminus. Quid. d. 10. 543 §. 4. & def. 1176. 1177. 2346. & dist. 6. n. 14. & def. 3357. & seqq. Proprietates. d. 3168
Terminus alienus. Quid. d. 1367.
Terminus à quo, dist. 2. n. 4
Terminus intrinsecus, extrinsecus. Quid. d. 901. & seqq.
Terminus propositionis. Quid. Procem. n 6. & d. 60. 61. 71. Quotuplex. d. 62. & seqq. Terminorũ cognitio. Procem. n. 6.
Terminus proprius. Quid. d. 1367.
Terra. Partes, seu plagæ. d. 2531. 2539 Magnitudo. d. 2457. 2477. & seq. 2483. & seqq. Qualitates. d. 1178. 1179. Locus d. 1193. & seqq. Distantia à cœlo. def. 2488. 2497. Aliæ proprietates. d. 1196.
Terræmotus. Causæ. def. 1326. 1329. Tempus. d. 1327. 1336. 1337. Locus. def. 1328. 1333. 1334. 1335. Proprietates. d. 1331. Signa. def. 1332. Effecta. d. 1338.
Tersum corpus. Quid. def. 1722. Effecta. d. 1722. & seqq.
Testamentum. Ratio. def. 5383. Testamentum rumpi. d. 5386.
Testimonium. A quo. def. 3904. 3917. 3918. Cauendum. d. 3914. Vsus. d. 3915.
Tetraædum. Quid. d. 2280
Theologia. Quid. d. 2028. & seqq. 2040. Genera. d. 2031. Studium. def. 3638. Vsus. d. 3638. Modus prælegendi. d. 3644
Theologia mystica. Quid. Procem. n. 10. & d. 2034
Theologia naturalis. Quid. Procem. n. 3. & d. 2035. 2046. Partes. Procem. n. 4.
Theologia positiua. Quid. d. 2033. Quibus prælegenda. d. 3644
Theologia scholastica. Quid. d. 2032.
Theorema. Quid. d. 2084.
Timor. Materia. d. 3935.

Effe-

Effecta. d. 4326. Remedia. dist. 7. n. 7. & def. 4819. 4990. & seqq. Vsus. def. 4138. 4194. 4210 4224. 4801. 5009. 5013.
Timor Dei. Effecta. d. 4222 4327.
Timor inanis. Effecta. d. 3842. Remedia d. 3842. 4250. 5011.
Tonitruum. Quid. def. 1282.
Tonsura. Quid. d. 4586.
Tonus. Quid. d. 2696.
Totū. Quid. d 3465. 3466. Quotuplex. d. 181. & seqq. Quotmodis dicatur. d. 191. & seqq. & d. 3460. & seqq. Proprietates. d. 2121. 2129. 2130.
Trabs. Quid. d. 1214.
Tractile. Quid. d. 1398.
Tractio. Quid. d. 1059.
Transactio. Quid. def. 5261.
Transcendens. Quid. def. 852.
Transubstantiatio. Quid. def. 926. An sit. d. 983. 984.
Triangulum. Quid. d. 2107 Genera. d. 2108. 2109. Proprietates. d. 2131. & seqq. 2136. & seqq. 2149 & seqq. 2238. & seqq. 2293.
Tributum. Vsus. d. 4339. Modus. d. 5069.
Trien. Quid. d 2884.
Tribemitonium, seu Trisbemitonium. Quid. d. 2712.
Trilaterum, &c. Quid. d. 2107.
Trinitas diuina. An sit. d. 3223. Quid. d. 3224. & seqq. 3555. Similitudines. dist. 5. n. 24.
Tristitia. Actiones prosequendæ. d. 3703. 4395. Fuga. d. 4292. 4394. 5120 Remedia. def. 4995. & seqq.
Tritonum. Quid. d. 2714.
Tropicus Cancri. Quid. d. 2427.
Tropicus Capricorni. Quid. d. 2428.
Tugurium. Quid. def. 5460.
Turres. Quales. d. 2757.
Tutela. Ratio. d. 5335.
Tyrannis. Quid. d. 5204.

V

Vacuum. An dari possit. dist.2.n.23.& d. 1113. 1117. Quot modis dicatur. d.834.835. 836.
Vage. d.68.
Valetudo. Prosecutio. def. 5063. 5064.
Valor numerorum. Principium. def. 2387. & sequen.
Vana. Cauenda. d.3606.
Vana obseruatio. Actiones. d.4531.
Vapor. Quid. dist.3.n.5.& d.1199. 1410. Motus. d.1201. Effecta. d.1344 1833. 1834.
Vasa sacra. Vsus. d 4557. 4558. 4562. 4564.
Vbi. Quid. Dist.2.n.56.& d.837.& seqq.& dist.6. n.23. & d.3097. 3185. 3186. Genera. d.3187.
Vdum. Quid. d.1432.
Vellio. Quid. d.1038.
Vegetabile. Quid. dist. 4. nu.2.
Vegetatio. Quotuplex. Dist.4.n.11. Subiectum. dist.4.n.11.
Velox. Quid. d.1068.
Venatio. Vsus d.5096.
Vendicare. Quid.d.3356.
Venditio. Ratio.d.5406. Materia. d.3937.
Veneri globus. Situs def. 2443. Motus. d.2443. Quâtitas. d.2477.2500. Distantia. d.2490.
Venire Personas diuinas. Quid. d.3537.
Ventus. Quid. d.1286. Proprietates. d. 1287. 1289. 1293. & seqq. Causæ. d.1288. 1290. Genera. d.1291. 1292. 1299.
Veracitas, veritas. Actiones.d.3776.3824.3825. 4402.
Verborũ significatio. Vsus. dist.6.n.18. & d.5208.
Verbum Dei. Quid. Prooe. n.1. Modus. Procem.n. 1. Ratio interpretandi. Procem.n.2.
Verbum diuinum. Quid. d.1888.3521. Symbola. d.3523.3524. v.*Filius in diuinis.*
Verbum Filius Dei. v. *Filius in diuinis.*
Verbum mentis. Quid. d. 6.74. 1888. 3233.3521.

Pro-

Proprietates. d.1889. & seqq.
Verbum oris. Proprietates. d.342.
Verbum otiosum. Fuga.d. 4251.
Verecundia. Actiones.def. 5067.
Veritas. Quid.d.49.3038. & seqq. 3049. & seqq. Quotuplex. d.3039. & seqq. v. *Verum*.
Veritas cognitionis. Quid. d.3040.3050. Subiectū. d.3044.
Veritas formalis, & obiectiua. Quid. d. 3041. Subiectum.d.3042.3043 3048.
Veritas motiui. Quid.def. 3046. Subiectum. def. 3047.
Veritas transcendentalis. Quid. d. 3039. 3051. Mensura d 3052.
Vertex loci. Quid.d.2425.
Vertigo. Quid.d.1061.
Verum. Quid. d.1906.& dist.6. n.7. Quot modis dicatur. d.3286. Signa. d.3983.& seqq. Effecta. d.3987. v. *Veritas*.
Vestes sacræ. Vsus.d.4565. v. *Vasa sacra*.
Vestis. Quid.d.3192.
Vicedominus. Quid. def. 5245.
Victus. Quid. d.5439.
Vsus. d.4836.4857.
Vigilia. Quid. def. 1830. 1831.
Vindicatio. Actiones.def. 4816.4817. Cautiones. d.4975.
Vindicta. Fuga. d. 4349. 4451. 4452. 4975. Remedia. d.5004. 5023.& seqq.
Vinea. Locus. d.1540.
Violentum. Quid. d.497.
Virgæ meteoron. Quid. d. 1251.1252.
Virtuale. Quid.d.3421.
Virtus. Quid.d.2022.2023. Principiū. d.2022.4226. Genera.d.2025.& seqq 5160.& seqq. Prosecutio. d.4392.4798.4820. Effecta. d.3738. 4153. 4363.4419. 4429.4447. Proprietates. def.3990. 4165.
Virtutes supernaturales. An sint. d.2003.
Viscosum. Quid.d.1430.
Visio. Quid.d.3507. Causæ. d.1698. & seqq. 1733. 2580. & seqq. 2597.

Subiectum. d. 1730. Proprietates. d. 1731. 2580. & seqq. vsque ad def. 2693.

Visio Dei. An sit. d. 1976. 1977 Quid. def. 1453. Obiectum. d. 1913. 1914 Proprietates. d. 1913. Subiectũ. d. 1975. 1976. Causæ. d. 1734.

Visitatio. Vsus. d. 4129. 4135. 4467.

Visum. Quid. d. 1820. Tempus. d. 1841.

Visus. Vsus. d. 1662. 3742. Obiectum. d. 1698. Error. d. 2463. 2596. 2607. & seqq. 2679.

Vita. Quid. Dist. 4. n. 1. & def. 1435. 1436. 1460. 1523. Causæ. d. 1511. Media. Dist. 7. n. 2. & d. 3795. Vsus. Dist. 7. n. 2. Modus. d. 4254.

Vita cœnobitica. v. *Cœnobia*. & v. *Regulares*.

Vitalitas. Quid. d. 1734.

Vita solitaria. Vsus. d. 4649. & seqq.

Vitiũ. Quid. d. 2022. 2024. Principium. d. 2022. Effecta. d. 4419. Remedia. d. 3774. 4217. 4243. 4245 & seqq.

Viuens. Quid. Dist. 4. n. 1. Genera. dist. 4. n. 2. Quãtitas, seu terminus. def. 1475. & seqq. Materia. d. 1483. 1492. & seqq. Efficiẽs. d. 1484. & seqq. Partes. d. 1492. & seqq. 1507.

Vlna mensura. def. 2873. 2874.

Vltimæ voluntates. Vsus. d. 3941.

Vmbra. Proprietates. def. 2456. 2566. & seqq. 2574. & seqq.

Vmbrosum. Quid. d. 2556.

Vncia. Quid. d. 2810. 2814. 2884.

Vnicum. Quid. def. 3562. 3563.

Vnio. An sit. d. 531. Quid sit. Dist. 2. n. 18. & d. 582. 592. 8. 6. Causæ. d. 1882. Subiectum. d. 715. 817. Dispositio. d. 717.

Vnio animorum. Actiones. d. 4433. & seqq.

Vnio cum Deo. v. *Præsentia Dei*.

Vnio hypostatica. Quid. d. 3570. 3572.

Vnitas. Quid. d. 2322. 2981 2982. Formalis. d. 2991. Numerica. d. 892. 2995.

&

& seqq. Vniuersalis. d. 3008. & seqq. Vsus, seu effecta. d. 2353. 2354.
Vniuersale. Quid. d. 84. 94. 98. 237. 3008. & seq. Subiectum. d. 3009. 3010 3012. Principium. def. 3011. Quotuplex. d. 96. 97. 98. 3016.
Vniuocum. Quid. d. 124. 127. 2966.
Vnum. Quid. dist. 6. n. 6. & d. 1979. & seqq. Quotuplex. d. 1988. & seqq. Quot modis dicatur. d. 3278. & seqq. Proprietates. d. 1982. 1983. 1985 1986. Vsus. d. 1985. 1986
Vnum per accidens. Quid. d. 3278.
Vnum per se. Quot modis dicatur. d. 3279. & seqq.
Volitio. Quid. d. 1867. 1891 Principiũ. d. 1851. 1852. 1983. Effecta. d. 1853. 1993. Genera. d. 1984. & seqq. Proprietates. def. 1987.
Voluntarium. Quid. d. 619. 5126. 5127. 5129. Genera. d. 5134. & seqq.
Voluntas. Quid. d. 647. 1978. Obiectum. def. 1980. Regula. d. 3673. Cui conformanda. def. 4433. Proprietates. def. 646. & seqq. 1981. Effecta, & actus. def. 1004. 1967. 1984. & seqq.
Voluntas Dei. Antecedens. d. 3541. Consequens. d. 3542. Beneplaciti. def. 3543. Signi. def. 3544. Effecta. d. 3673. Intendenda. d. 3706. Vsus. d. 5029.
Voluntas propria. Fugienda. d. 4257.
Voluptas. Quid. d. 1786. Prosecutio. def. 5037. Effecta. d. 3991. 3999. v. *Delectatio*.
Votum. Vsus. d. 4533. 4534 4665.
Vox. Quid. def. 31. 1749. Genera. def. 1750. Efficiens. def. 1749. 1751. Effecta. d. 1749.
Vox secũdum Dialecticos. Quotuplex. def. 39. & seqq.
Vrbanitas. Actiones. def. 4415. v. *Rusticitas*.
Vrbs. v. *Mœnia*.
Vsucapio. Quid. d. 5379.
Vsus. Quid. def. 1985. Ratio. def. 5377. vide *Executio*.

Vsus fructus. Ratio. def. 5376.
Vsus rationis. Quid. def. 1969. Causæ. d. 1969.

Z

Zelus. Actiones. d. 4303. 4897. 5034.
Zelus animarum. Remedia. d. 4192.
Zenith. Quid. d. 2425.
Zodiacus circulus. Quid. def. 2413. Partes. def. def. 2416. & seqq. 2434. Quantitas. def. 2414. 2512. Figura. def. 2416. Vsus. def. 2415. 2416. 2887.
Zonæ. Quid, quotque. d. 2531.

PARA-

PARADIGMATA INTERPRETATIONIS SACRÆ.

Pro huius operis vsu ad intelligentiam Scripturarum sanctarum, & ad inuentionem materiæ pro concionibus.

In Hebr. 11. 6.

Sine fide impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit.

Interpretatio litteralis.

1 SIt exempli causa ex Epistola Pauli ad Hebræos is locus interpretandus. Ad veram intelligentiam deprehendendam, principio videndum qui sit Pauli finis in eius Epistolæ capite vndecimo; quid velit docere. Id vt intelligas, vel percurre legendo totã Epistolam, vel vide illius argumentũ siue in nostra Introductione, siue in aliquo ex Interpretibus. Deinde considera quid singula verba

significent huius loci, quem ad interpretādum assumis. Singulorum autem verborum significationem habes in nostra Introductione, vt tertiæ Partis Index ostendet. Si vel non vacat, vel non lubet ex nostra Introductione verborū significationē accipere: eam ex te ipse conijcito, & ad aliquam ex ijs vocibus reducito, quæ significant aliquid à nobis vel credendum, vel agendum, vel vitandum, vt salui simus. Vt ex proposito Pauli loco verbum, *Credere*, reduci potest ad verbum *Fides*; & vox *Placere*, ad verbum *Amor in Deum*, vel *Amicitia cum Deo*, vel *Charitas*; & verbum *Remunerator*, ad *Prouidētiam diuinam*, ad *Mercedem*, ad *Vitā æternam*, ad *Præmium*. Tum eas, quas collegeris, voces refer ad Indicē alphabeticum primæ Partis; & perlege Propositiones, seu Sententias, quas littera p indicat sub ea voce, quam adisti. Confer deinde sentētias, quas in prima Introductionis Parte repereris, cū loco Pauli: & quas idem docere conieceris, quod locus Pauli docet; eas obseruato: quæ Pauli loco non cōgruunt, eas omitto. Iam perlectis omnibus sentētijs,

quæ

quæ sub ijs, quas diximus, vocibus citantur: habebis sacram doctrinam, quam docet Paulus eo in loco; proinde dogmaticam intelligentiam habebis: quæ præstantissima est, ac fundamentum cæterarum interpretationum. Hac arte ex illis verbis, *Sine fide impossibile est placere Deo*, intelligo Fidē esse necessariā ad salutem, & ad ineundam amicitiam cū Deo: intelligo esse Dei amorē in homines. Hæc enim duo mihi indicant propositiones, quas reperi sub verbis, a *Fides*, b *Charitas*. Rursum ex illis verbis, *Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit*, colligo 1. c Fidem aliquorum articulorum explicitam, necessariam esse ad salutem. Nam quæ hoc in loco dicuntur esse necessaria vt credantur, explicitè ponūtur. 2. d Ad iustificationem, & gratiam diuinam recipiendam, necessariam esse volūtariam præparationem ex parte adultorū. Accessus enim localem motum significat. e Quādam autem quasi localis motus rationem habent actus voluntatis; quatenus voluntas amando, quasi trāsfert animum

a *pr.* 1333. 1342.
b *pr.* 1492.
c *v. Fides pr.* 1345.
d *v. Iustificatio pr.* 406.
e *v. Appetitio. d.* 1849.

ad rem amatam. Accedere ergo ad Deum, est eum diligere. Diligitur autē à Deo, qui Deum diligit. Deus autem diligendo, gratiam infundit, qua peccator iustificatur. 3. *f* Colligo Deum esse. Nam *oportet*, inquit, *credere, quia Deus est*. 4. *g* Esse in Deo prouidentiam. *Quia inquirentibus se remunerator est*.

f v. Deus p. 1.

g v. Prouidentia Dei. p. 23.

Vt autem melius hæc Pauli doctrina intelligatur, explicāda est rationibus, ac similitudinibus ex humana doctrina accersitis. Vt igitur melius apprehendam fidem explicitam, quod Deus sit, quodque procurationem hominū habeat, esse necessariam ad amandum Deum; qui est accessus quidam animi ad ipsum Deum: similitudinem mihi proponam gressus, motusque localis animalium. *h* Non enim potest animal moueri ad arripiendum id, quod ad vitam conseruandam conueniens est; nisi cognoscat illud, ac videat. *i* Cognitio autem Dei, eiusq; supernaturalis prouidentiæ, per fidem habetur. *k* Ergo necessaria fides est ad amādum Deum, vt oportet. Rationes autem ad probandum *l* Deum esse, *m* eiusque prou-

2

h Deff. 1860. 1863.

i Propp. 1318. & seqq.

k Prop. 1330

l Par. 1. dist. 1. n. 2.

m Par. 1. dist. 1. n. 15. 36. & dist. 7. n. 42.

uidentiam, ac regimen, vide in Indice in verbo *Deus*, & verbo *Prouidentia Dei.* Porro ad inueniendas similitudines rerum corporatarum ad maiorem intelligentiam spiritualium; triplici arte vti poteris. Aut ipse ex te conijce rem aliquam corporatam, & quantã, quæ tibi videatur magis similis ei rei spirituali exprimendæ, cuius intelligẽtiam venaris. Aut nostras Definitiones percurre, quæ de physicis, ac mathematicis sunt, & in Distinctionibus habentur secunda, tertia, quarta, quinta secundæ Partis. Fieri enim vix poterit, quin occurrat aliqua similitudo maximè congruens. Aut symbolicum Indicem cõsulito tertiæ Partis: in quo sub singulis verbis rerum sacrarũ habẽtur omnia symbola, similitudinesq; illarum, à Spiritu sancto in Scripturis diuinis proposita ad explicandũ nobis spiritualia secundum captum nostræ mentis. Verba autem symbolorum illorum refer ad verba Indicis rerum, & ab his verbis confer te ad Definitiones, quæ sub illis citantur: & analogiæ, comparationisque vberrimam segetem reperies. Agitur enim in no-

ſtris Definitionibus, de ſenſibilium rerum proprietatibus; quæ ſimilitudine reſpondent proprietatibus rerum ſpiritualium.

Iam explicata ſacri textus doctrina tum ex diuina Theologia, tum rationibus philoſophicis, ſymboliſque ſenſibilium, quantum ſatis viſum fuerit: ſi voluntas eſt, vt debet concionatoribus eſſe, permouendi auditorum animos ad id, quod per diuinum verbum nobis proponitur: inuenienda ſunt ea, quæ ad concitandum animum valent. Inuenies autem ſub illis verbis, quæ animi paſſiones ſignificant; nempè ſub verbis, *Amor*, *Odium*, *Concupiſcentia*, *Abominatio*, *Delectatio*, *Triſtitia*, *Spes*, *Deſperatio*, *Audacia*, *Timor*, *Ira*. vt ſub verbo, *Amor*, inuenio

n pr. 1455. *n* Excitari amorem erga æterna bona, propoſitione præſtantiæ, quam habẽt; & commodorum, ac iucũditatum, quæ ſecum ferunt. Recurram igitur ad verbum *Fides*, ad cuius amorem, ac proſecutionem animus eſt concitare auditores: ſub quo verbo citatur doctrina de præſtantia, effectis, iucunditate Fidei. Aio ergo amandam eſſe Chriſtia-

stianam Fidem, ac prosequendã. *o* Nam primum actus fidei præstãtissimus est, tum quatenus maximam habet rationem ardui, cum sit assensus firmus ex motiuo, de quo non habemus euidentiam. Tum quoniam maximam habet rationem honesti; cum is actus maximè cedat in honorem Dei, cuius veracitatem eo actu profitemur: maximè congruus sit hominis perfectioni, cũ eius vsus sit ad acquirendam æternam beatitudinem. Tum quia maximam habet rationem certitudinis, ac proinde maximam rationem cognoscitiui; cum ex suo motiuo habeat omnimodam certitudinem, & infallibilem. *p* Deinde commoda, quæ ex Fide Christiana cõsequũtur maximè nos alliciunt ad eam amplectendam: Sanctitas morum, quam parit in suis cultoribus, vt omnes experimur: ordo mirabilis, qui cernitur in ecclesiastica Hierarchia: Idololatriæ abolitio, ac turpissimorum vitiorum: Pax, & tranquillitas animi. *q* Postremo allicit iucunditas. Ipse enim actus fidei suauitatem secum affert admirabilem; vt ipsa nos docet experientia. Quod veritatis præstan-

o *Par.* 1. *disp.* 7. *n.* 33.

p *Par.* 1. *disp.* 7. *n.* 37.

q *Par.* 1. *disp.* 7. *n.* 32.

tissimæ signum est, nempè diuinæ. Iucunditas enim actus in intellectu ex veritate nascitur obiecti.

Quæ tandem erit amoris in Christianam Fidem, & prosecutionis exercitatio? Semper enim in sermonibus ad populum post doctrinæ propositionem, & explanationem; & post argumentorum momenta, quæ concitauerint in animis motum; promptus aliquis, ac facilis modus proponendus est auditoribus, quo veniant in praxim, ac executionem eorum, quæ docuimus, & ad quæ sumus hortati. Praxim vberem, actionem, vsum, executionem, abūdè suggerit septima secūdæ Partis distinctio, quæ de ethicis, politicisque actionibus est. Ergo praxis amoris, ac prosecutionis in Christianam Fidem 4

r *Deff.* 3580 3590. 3591. esto: *r* Docere rudes, ac pueros Christianæ doctrinæ rudimenta: Catholica

s *Deff.* 3592 *& seqq.* dogmata in hominum animos *s* prædicando, *t* prælegendo, *u* scribendo

t *Deff.* 3627. *& seqq.* propagare: Fidei doctrinam contra

u *Def.* 3658. Hæreticorum, aliorumque infidelium impetum disputationibus, confessioneque tueri. Etenim hæ sunt veri, solidique in Christianam Doctrinam amo-

amoris exercitationes.

5 Eodem autem modo agam de Deo agnoscendo, colendoque; & de diuinæ prouidentiæ argumentis, & vsu. De quibus agendi occasionem præbet ille Pauli locus. Nam cuiusque loci sacri interpretatio recipere potest illa quatuor: Propositionem Doctrinæ; eius clariorem explicationem, ac probationem; argumenta ad motum concitandum; praxim ad executionem.

6 Cum autem visum fuerit oportere, quæ dicuntur, alijs Scripturæ locis, & Patrum, Doctorumque auctoritate firmare: locos Scripturæ habebis, quotquot volueris, citatos post singulas nostrarum Propositionum, Definitionũ, Canonum: si Deus nostris votis annuerit, vt iterum hanc Introductionem edamus in lucem, interpretatione auctam totius Scripturæ: Patres autem, Doctoresque iam habes post singulas Propositiones, Definitiones, Canones. Vtere quantum libuerit. Sed caueto ne nimius sis: neve non ponderes Patrum, Scripturæve dicta; neve conglomerando coacerues ad ostentationem eruditionis, aut memoriæ.

In

In Ecclesiastici XLIII. 22.

FRigidus ventus aquilo flauit, 7
& gelauit crystallus ab aqua:
super omnem congregationem aquarum requiescet, & sicut lorica induet se aquis. Et deuorabit montes, & exuret desertum, & extinguet viride, sicut igne. Medicina omnium infestinatione nebulæ: & ros obuians ab ardore venienti humilem efficiet eum.

Interpretatio mystica

De Peccato, & Christi remedio.

PRincipio interpretatio litteralis 8
afferenda est: quæ fit intelligentiæ mysticæ fundamentum. Statim autem interpretatio litteralis occurret, si antecedentem, & consequentem contextum legas. Aduertes enim Ecclesiastici propositum esse Dei potentiam prædicare; & ostendere, posse nos illam modo nostro ex visibilium operibus,

præ-

præsertim ex meteoris, intelligere. Interpretationem plenam habebis, si ad rerum Indicem recurras, & in Definitionibus, & Canonibus, qui citantur, naturam, ac proprietates inquiras rerum, quæ verbis illis significantur, quæ in sacro textu sunt, *Frigoris, Gelu,* 9 *Nebulæ, Roris*. Deinde ad mysticam interpretationem aggrediendum: quæ non ex verborum, sed ex rerum significatione petenda est, quas verba significant. Quid autem quæque corporata, visibilisque res in sanctis Scripturis significet, reperies in Distinctione octaua tertiæ Partis, quam mox, si Deus voluerit, edemus in lucem. Interim auctoritate Patrum vti poteris ex optimo illo libro, qui Sylua Allegoriarū inscribitur. Vti & coniectura poteris. Nam, cum omnes creaturæ effecta Dei sint, & participationes quædam perfectionis, quæ in Deo est: necessarium omnino est, vt quæque creatura diuinę perfectionis repræsentatio, ac symbolum sit. Cum autem diuinæ perfectiones maximè eluceant in operibus gratiæ: aptæ profectò erunt creaturæ visibiles, quæ vsurpentur vt symbola, si-

gna-

gnaque diuinorum mysteriorum, & gratiæ. Rursum, cum sacræ Scripturæ omnes eum à Spiritu sancto finem habeant, vt siue secundum litteralem intelligentiam, siue secũdum mysticam, aliquid nos doceant ex ijs, quæ vel credenda, vel agenda à nobis sunt, vt salui simus: quis dubitet historiam naturalium, qua sæpissimè Spiritus sanctus vtitur in diuinis Scripturis; posse nos vsurpare ad interpretationem mysticam, & vt symbolum ad intelligendum diuina? Iam post interpretationis mystica inuentionem, ad eius probationem veniendum est, & ad motum concitandum ad prosequendum ea, quæ docet, & ad professionis executionẽ ostendendam; vt supra de interpretatione litterali dictum est. 10

Aio igitur Ecclesiastici textus litteralem sensum eum esse: *a* Flante aquilone, aquas in gelu concrescere; & gelu ipsum quasi loricam euadere ipsius aquilonis, à quo gelu concretio est. Esse præterea aquilonis effectum, exsiccare quicquid viride inuenerit, & humorem exugere, & quasi admoto igne consumere. *b* At si Auster flauerit, 11

a *Def.* 1174. 1371.

b *Def.* 1172.

rit, calentemque exhalationem, ac humorem induxerit : liquescere gelu ; montes, camposque reuirescere.

12 *c* Aquilonem flantem, Diabolũ interpretor peccatum inducentem in mundum. Diaboli suggestione, conceptoque in hominum mentibus peccato, *d* refriguit charitas, & amor in Deum. *e* Amor, inquam, omnis actionis principium, & vigor. Inde factum est, vt mens quasi gelu concresceret, & *f* obtusa redderetur ad percipiendum diuina. Eaque hominum ignorantia vsum scimus Diabolum, quasi lorica, ad resistendum verbo Dei; & ad oppugnandum, ac persequendum prædicatores veritatis. Suggestione Diaboli factum est, vt *g* & ipsorum fideliũ sæpè mentes, qui montibus similes ob altitudinem doctrinæ reuelatæ; & infidelium animi, qui deserto comparantur, quatenus vera religione carent : concupiscentiæ motibus consentientes, & peccati gelu concipientes, ad omnem virtutem exaruerint. *h* Porrò nebulam euaporationem calidã, Beatam Virginem intelligo Spiritu sancto plenam. è qua secundum carnem profluxit

c *Vide Patres in Sylu. All. v. Aquilo.*

d *Propp.* 1266. & *seqq.*

e *Propp.* 191. & *seqq.*

f *Propp.* 1432. & *seqq.*

g *Vide Patres in Sylu. All. g. v. Mõtes, et v. Desertum.*

h *Vide Patres in Sylu. All. v. Nos.* & *Deff.* 1257. 1272. 1277.

fluxit Christus Iesus, qui per Spiritum sanctum obtulit semetipsum pro nobis. qui ob id venit, vt ignem in terram mitteret; accensisque flammis charitatis, medicinam faceret omnibus malis. Quid autem nos agimus peccatores? cur torpemus in malis nostris? cur calamitatem, ac miseriam nostram non aduertimus? cur charitatem non agnoscimus in nos Dei? Adhibeamus tandem malis nostris salutarem medicinam, quæ de cœlo venit. *i* Adhibebimus autem pœnitentia, & Sacramentis.

i Propp. 762 & seqq. & prop. 778. & def. 4704.

LAVS DEO.

Errata.	*Correctiones.*
fol.98.def.411. Sumptæ	Sumptas
f.380.d.1816. interna	externa
f.410.d.1960. ſeccies	ſpecies
f.444.ver.7. reum	rerum
f.450.v.vlt. ſexta	ſeptima
f.473.d.2272. orthogenius	orthogonius
f.435.d.2271. maceriæ	materiæ
f.544.d.2833. Cangios Cangiũ	Congios, Congium
f.568.d.2933. ſimilitudinibus	ſimilitudinis
f.572.d.2948. relationis	relationes
f.803.d.4075. eximuntur	eximuntor
f.858.d.4421. manifeſtationem	manifeſtatione
f.861.d.4441. euentum	euentus
f.950.d.4947. alrius	alterius
f.1014.d.5246. Iudicijs	Iudicis
f.1103.in Indice v.Ignorantia	pone ante v. Ignorantia verbũ Iactantia, cum decem & ſeptem vv. ſequentibus vſq; ad verbũ Incommenſurabile.

image
not
available